CRIMINALIVM
CONSILIORVM
ATQVE RESPONSORVM
TAM EX VETERIBVS QVAM IVNIORIBVS CELEBERRIMIS IVRISCONSVLTIS COLLECTORVM

Quorum Nomina tertia & quarta pagella indicat, nunc primum opera & studio Io. Baptistæ Ziletti Veneti V. I. D. editorum, additis eiusdem Summarijs & Repertorio copioso.

PRIMVM VOLVMEN.

VENETIIS.

Ex Officina Iordani Ziletti, ad signum Stellæ.

M. D. LXII.

CVM PRIVILEGIS.

R. P. D. ROCHO CATANEO
VERONENSI, IVRISCONSVLTO CLARISSIMO, AC PROTONOTARIO ET COMMISSARIO APOSTOLICO.

IO. BAPTISTA ZILETTVS V. I. D. VENETVS S. P. D.

MVLTAE cæq́; variæ, ac multiplices (quod tu omnium minime ignoras, Roche vir doctissime,) sunt iuris antiqui partes, atq; omnes quidem cũ ad cognoscendum iucundæ, tum vero commodæ ad vtendum: sed inter eas nescio quo modo excelluit semper hominum admiratione pars illa, quæ responsa prudentum est appellata; credo ꝙ in dubiis, & controuersis rebus diiudicandis accommodatius nihil esse existimarint, quàm sapientissimi, & ingeniosissimi cuiusq; sententiam tenere, cuius ope omnes inuolutam animi sui rationem explicare, & ea duce tanquam certo filo è multis se obscurissimarum quæstionum labyrinthis possint expedire. Quo factum est, vt multi merito hoc tempore eò suum studium omne contulerint, vt varia vndiq; responsa, quæ nunc consilia dicuntur, conquirerent, eaq; ad communem hominum vtilitatem, & studij iuris ciuilis dignitatem, publicarent: quorum ego præclarum exemplum imitatus, ne hoc quidem laboris mihi subterfugiendum putaui, quin, qui illorum studia, indice omnium iuris commentariorum locupletissimo conscribendo, iuuissem, variis etiam ex variis

locis reſponſis diligentisſime colligendis, eis prodeſſem: id quod ego videor mihi, præſertimadiuuante, honeſtisſimo viro Iordano Ziletto, propinquo meo, non incommode præſtitiſſe: eſt enim & reſponſorum ipſorum genus non contemnendum; vt que ſuper ſtatuta reddita ſint, pacta, & contractus, vltimas uoluntates, criminalia, & matrimonialia, & cætera id genus alia, & eorum, qui ea ſcripſerunt, illud ingeniũ, eaq; doctrina eſt, vt in hoc genere propè videantur excellere. Hic autem liber, qui nunc primus de criminalibus in tuo nomine, ROCHE vir eruditisſime, editur, facile quales reliqui ſint, quos paramus, oſtendet; quem quidem tibi inſcribere eò placitum eſt, quòd tu hanc totam criminalium ſcientiam & rationem omnium conſenſione ita tenes, vt cæteras cum aliis communicare, in hac ipſe ſolus prope regnare videare. cuius rei argumento ſunt & eorum frequentia, qui in hac ampliſſima ciuitate his de rebus te quotidie conſulunt, & omnium fere pontificiorum ad hanc Remp. legatorum conſuetudo, ac iudicium: qui te conſiliorum ſuorum participem facere; decretorũq; eiuſmodi ſocium aſciſcere, atq; in ſummo propterea apud ſe habere honore conſueuerunt. Accedit etiam mea erga te propenſa voluntas, quæ me perpetuum virtutis tuæ nõ admiratorem ſolum, ſed prædicatorem etiam, vt te hoc quocunque animi mei teſtimonio apud homines ornem, mpellit, quod vt tu (quemadmodum ſpero) in bonam partem accipias, rogo. Vale.

Venetijs Nonis Auguſti. M. D. LIX.

INDEX

INDEX CONSILIORVM IN HOC PRIMO VOLVMINE CONTENTORVM

Ioannis

FINIS.

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM MEMORABILIVM IN PRIMVM VOLVMEN

CONSILIORVM SEV RESPONSORVM CAVSARVM

Criminalium. CX. tam ex ueteribus quàm iunioribus Iureconsultis nouißimè collectorum à Ioan. Baptista Ziletto Veneto V. I. D. editus feliciter exorditur.

A

A Acta

Aggre-

bet

Conatus

lapsum

D

Deno-

F

Fun-

G

H

D

Instru-

L

N

Noui-

pœna,

S

Scri-

Laus Deo.

FINIS.

[illegible]

CRIMINALIVM RERVM CONSILIA SEV RESPONSA, TAM EX VETERIBVS QVAM IVNIORIBVS VTRAQVE CENSVRA CELEBERRIMIS IVRECONSVLTIS COLLECTA.

ADDITIS SVMMARIIS ET REPERTORIO D. Ioan. Baptistæ Ziletti Veneti, V. I. D.

Cuius etiam cura & diligentia nunc primum in lucem veniunt, feliciter exordiuntur.

CONS. D. GVIDONIS DE SVZARIA. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 STANTE STATVTO *quòd potestas pro maleficio posit certam pœnam irrogare & exigere à malefactore, an posit maior pœna à iure communi statuta imponi & exigi.*

2 *Iudex tenetur seruare statutum quod ipse obseruare iurauit.*

3 *Concessum in uno, in aliis prohibitum uidetur, & è contra.*

4 *Pro expresso habetur in statutis quod statutũ esset, si statuentes cogitassent.*

5 *Iudex tenetur iurare omnia secundum leges & ius agere.*

6 *Summa maior minorem comprehendit.*

7 *Res si pluris est, utique tanti est.*

8 *In ambiguis tutior uia est eligenda.*

9 *Facti quæstio in arbitrio iudicis est, pœnæ autem impositio arbitrio legis demandatur.*

10 *Iudex pœnam legalem minorare non potest.*

11 *Statutum pro utilitate non debet in contrarium introduci.*

CONSILIVM PRIMVM.

1 QVID † Si in statuto continetur, quòd potestas possit & debeat pro aliquo maleficio irrogare & exigere pœnam centum librarum á malefactore, nec in statuto contineatur quòd ultra dictam quantitatem possit nec debeat à dicto malefactore exigere, quia si hoc esset in statuto, non esset dubium, si de eodem maleficio pœna imponatur delinquenti per ius ciuile, nunquid seruabitur statutom illud, ita ꝙ non ultra exiget ab illo malefactore, an iuxta formã iuris ciuilis, siue legis, irrogabit sibi maiorem pœnam, videlicet quę sibi imponitur per ius ciuile, & illam exiget à malefactore; Et uidetur quòd potestas debeat tantum exigere pœnã in statuto comprehensam & non ultra

2 ꝓcedere, † nam ipse iurauit seruare tale statutum, unde non debet recedere à uerbis dicti statuti, ut uia periuriis aperiatur. ut C. de indict. uidui. toll. l. ii. si aduer. uen. l. ii. & auc. sacramenta puberum. Itẽ certa pœna imposita est illi malefactori per statutum, unde ab illa

non est recedendum, quia quod prohibetur de uno, in aliis uidetur omissum
3 † sicut quod in vno cōceditur, in aliis uidetur prohibitum & è contra ut. ff. de iudi. l. cum prætor, & C. de procura. l. maritus, & de leg. l. cum lex in præteritum, cum simul. Item statutarii condiderunt illud statutum in quo continetur de illa pœna centum librarum imponenda tali malefactori, & sic non fecerunt mentionem, quòd ultra prædictam pœnam non possit exigere nec
4 peti, † tamē pro expresso habēdum est & intelligendū est eos expressim prohibuisse, & ad hoc prohibet lex. optimū arg. C. de legi. & constit. l. non dubium, ibi, cæteraq; quasi expressa ex legis liceat uoluntate colligere &c. Ad quid enim esset factum statutum nisi seruaretur? certe nescio; E' cōtra uideī scilicet, ꝙ potestas posit pœnam statuere & ordinariam per iura ciuilia, aduersus talem malefactorem exigere & recuperare, & si maior sit, quā pęna in statuto comprehensa, non obstantibus allegationibus factis, uidelicet quòd potestas iurauerit seruare illud statutum. unde non debet recedere à uerbis illius statuti, ne uia periuriis aperiatur. Nam sicut potestas iurauit seruare illud statutum, & gerere & administrare illud regimen suum secundum illud statutū
5 † ita iurat ipse etiam gerere secundum iura & leges. ut in cor. auc. iusiur. quod præsta. ab iis coll. ii. & C. de episco. aud. l. præsides, Pretereà si ille potestas condemnat illum malefactorem in maiori summa, siue quantitate secundum ius ciuile, & ipsum in minori condemnare uidetur secundum illud statutum;
6 † cum in maiori summa & minor cōtineatur & cōprehēdantur. ut ff. de verb. obli. l. i. §. si stipulanti mihi & de arbit.
7 l. diem proferre, §. si plures, † Prætereà si res pluris est, vtique tanti est. ut ff. de in lit. iur. l. cum furti, Vnde condemnādo ipsum secundum ius ciuile, & ille maiorem pęnā exigendo, seruat vtrunque ius, & etiam sacramentum. & hoc
8 credo tutius & melius. † & in dubiis tutior via est eligenda, ut xxxiii. dist. c. habuisse. extra de elect. c. illa, Præte-
9 rea † facti quæstio in arbitrio iudicis est. pœnæ autem impositio arbitrio legis demandatur. ff. ad municip. l. de ordine, in fi. primi responsi. ad Turpill. l. i.
10 Prætereà † non est licitum iudici minorare pœnam legalem ut C. ne sanct. baptis. reiter. l. fi. Item si statutariis placuisset quòd potestas non potuisset vltra pœnam in statuto comprehensam malefactorem condemnare, nec ab eo maiorem pœnam exigere leue fuisset eis hoc dicere, & exprimere, argu. C. de cadu. toll. l. i. §. sin autem ad deficientis, Item uidetur quòd non fuerit intentio statuentium, qui fortè fuerūt pilliparii & idiotæ presonæ, per illud statutum iuri publico derrogare, ne quod pro vtilitate situm est & introductum, in aduersariam transferretur figuram. ut C. de iura. cal. l ii. Deo Gratias Amen. Guido de Suzaria.

CONSILIVM D. GVIDONIS DE SVZARIA. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Tutor an possit, de occisi morte pacē facere.*
2 *Tutor loco domini habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum expoliat.*
3 *Tutor potest iuramentum deferre.*
4 *Totor in litem iurat.*
5 *Tutor iurat de calumnia.*
6 *Tutor cum fure transigere potest.*

CONSILIVM II.

1 QVIDAM † fuit occisus, qui filios impuberes reliquit, mater filiorum & vxor occisi data fuit tutrix dictis impuberibus. hæc tutrix fecit pacem de morte occisi patris dictorum filiorum. Quæritur an talis pax

pax valeat. Primò uidetur quòd non quia tutores & curatores debitum exi-
2 gentes &c. C. de pact. l. pactum. † Item quia tutor loco domini habetur, cùm bene administrat, non cùm pupillum spoliat. ff. pro empt. l. qui fundum, §. si
3 tutor, † E contra uidetur, quia deferre potest tutor iusiurãdum. ff. de iure iur.
4 l. tutor, † Item iurat in litem. ff. de in
5 lit. iurand. l. uideamus, §. si tamen, † Itẽ quia iurat de calumnia. ff. de iura. cal. l.
6 ii. §. quod obseruari, † Item potest trãsigere cum fure, qui rem pupilli surripuit. ff. de furt. l. si pignore, § si. & l. interdum, §. qui tutelam, Sol. dic. quòd aut est liquidum illum qui pacem fecit fecisse homicidium, & tunc non tenet pax. aut dubitatur; & tunc ualet & tenet. C. de trãsact. l. præses, de admini. tuto. l. Lucius, in fi. Guido de Suzaria.

CONSILIVM D. GVIDONIS DE SVZARIA. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta de vulnere, an intelligatur facta de morte, morte secuta.*
2 *Intellectus ad l. si seruo vlnerato, ff. ad l. Aquili.*
3 *Pacem facere quis potest compelli, si illa de causa sedaretur tumultus, qui est in ciuitate.*
4 *Pacem faciens licet crimen non sit probatum puniri debet.*
5 *Crimen confiteri uidetur, qui paciscitur.*

CONSILIVM III.

1 Vtrvm † Pax facta de uulnere intelligatur facta de morte, morte secuta. Super isto dubio videtur dicendum quòd nõ. ut ff. ad l. Aquil. l. si vulnerato seruo, per quam legem consueuerunt potestates & assessores homicidas occidi facere. Et fortè potest dici contrarium per l. huic scripturæ, ff. ad l. Aquili. ibi, cum vulnerabas occidisti.
2 † Potest dici quòd ipsi malè intelligãt l. si seruo vulnerato, quoniam ibi dominus nunquàm remisit agere de oc-
3 ciso. † An quis possit compelli ad faciendum pacem, si illa de causa sedaretur tumultus, qui est in ciuitate, dic quòd sic. ff. de sicar. l. pen. & de usufr.
4 l. æquissimum, † Item si aliquis fecit pacem & non probetur crimen nunquid debeat puniri, ac si maleficium es-
5 set probatum; uidetur quod sic † quoniam videtur confiteri crimen, cùm paciscitur, ut ff. de iis qui not. infa. l. quoniam, Sed dic quòd non debet puniri, si ad cautelam fiat pax. Dico quòd te non uulneraui, & si apparuerit facis mihi pacem. Guido de Suzaria.

CONSILIVM D. DYNI DE MVGELLO. V. I. DOCTORIS.

SVMMARIVM

1 *Statutum an recipiat extensionem de singularitate ad pluralitatem. & nu. 2. cum seq. per totum consilium.*
2 *Delicto commisso in pluribus rebus uel personis, iuxta numerum personarum & rerum, numerum pœnarum augetur.*
3 *Contrariorum eadem debet esse disciplina.*
4 *Pro quolibet seruo aufugiente, requirenti & renuncianti, quinque aurei dantur.*
5 *Maleficia plura sunt, quando plures sunt aggredientes.*
6 *Pro singulis negligentiis, singula pœna sunt imponenda.*
7 *Lex singulariter loquens, etiam plures comprehendit.*
8 *Pœna imposita pro uno delinquente, imponitur pro quolibet, quando plures sunt.*
9 *In pœna, uno soluente alter liberatur.*
10 *Prolata singulariter æquipollet pluribus singularitatibus diuisim prolatis.*
11 *Eadem uidetur esse forma agendi contra eum*

qui conuenitur pro debito ulterius, respectu quantitatis, sic contra delinquentem.

12 *Pluralitas personarum facit plura delicta.*

13 *Statutum singulariter prolatum ad plures nō extenditur.*

14 *Cassus non expressus in statuto pro omisso habetur, & iuri communi relinquitur.*

15 *Singulariter prolatum facit potius in dubio rem desicere quàm plurale comprendatur, etiam si de fauore tractetur.*

16 *Pœna una tantum soluta pro omnibus, aliquando omnes liberantur.*

17 *Vnum videtur maleficium licet plures ad delinquendum procedant.*

18 *Pœnæ plures non debent pro uno delicto imponi.*

19 *In quasi delicto vna pœnæ solutio, quantum ad omnes, omnem tollit obligationem.*

20 *Indefinita æquipollet uniuersali.*

CONSILIVM IIII.

1 CAVETVR Statuto † ciuitatis Lucanæ, ꝙ si quis fuerit interfectus in comitatu Lucano, quòd Communitas debeat & teneatur capere malefactorem, sub pœna centum librarum: contingit quòd duodecim homines interfecerunt Titium, nec apparet cuius ictu periit, & Communitas non cepit eos, nec aliquem ipsorum, Quæritur vtrum Communitas pro quolibet debeat condemnari in centum libris, an pro omnibus in centum libris tantum: & uidetur quòd pro quolibet de duodecim, debeat condemnari in centum libris, euidentia sunt argumenta iuris,
2 † iure enim cauetur, quòd si in pluribus rebus, uel personis delictum committitur, iuxta numerum personarum & rerum, augetur numerus pœnarum: vt si pro una re vel persona fuerit imposita pœna centum aureorum, tunc pro duabus erit pœna ducentorum, & pro tribus tricentorum, & sic de singulis, ad cumulationem enim pluriū personarum vel rerum accumulantur & multiplicantur; ut ff. de ter. mo. l. agraria, & de colla. in lit. l. penul. §. vlti. & de murereg. l. intestini, & de grege dominico l. unica, lib. xi. & de re mili. l. contra publicam, & l. milites, & de curso publico l. nemo iudicum, lib. xii. ex quibus omnibus apertè concluditur, quòd pro singulis maleficiis singulæ pœnæ debeant irrogari.

3 Prætereà † eadem debet esse disciplina contrariorum, ut extra de regu. iur. secundum naturam, de vulga. & pupilla. l. & si contratab. de leg. iii. leg. vl-
4 tim. † Sed requirenti & renuncianti seruos, qui cædes domini commiserūt, dantur pro quolibet quinque aurei loco præmii. vt ff. ad Syllania. l. lege Cornelia, in prin. ergo propter negligentiā pro quolibet non capto integra pœna debet imponi.

5 Prætereà † pro quolibet aggrediente, constat vnum maleficium esse. ff. de iniur. l. si plures, & de iurisdictio. omni. iudi. l. si familia, ergo plures malefactores consequentur plures negligen-
6 tiæ, ergo † pro singulis negligentiis singulæ pœnæ sunt imponendæ, ut l. In Senatus, circa princi. ff. ad Turpillianū.

7 Prætereà † lex loquens singulariter etiam plures comprehendit, ut ff. de libe. homi. exhi. l. iii. §. hæc uerba, & ꝙ falso tuto. aucto. l. i. §. hoc edictum, ff. de iur. omni iudi. l. si quis id quod. §. pe-
8 nul. † ergo pęna quæ imponitur ꝓ uno delinquente, imponi debet pro quolibet, si plures delinquant.

9 Prætereà † ubi pœna debetur per plures, solutio vnius pœnæ, liberat solum soluentem, & non alios, ut l. item Mela, §. si plures, ff. ad l. Aquil. de iur. omni iudi. l. & ideò, & ne quis eum l. pen. §. pen. & de doli causa. l. utique, & de administra. tuto. l. tres tutores, & de furt. l. uulgaris, §. si duo, & si quis testa. lib. esse iuss. fue. l. i. §. ult. & arg. ff. arbo. furt. cæsa. l. si plures, ergo debita pœna, pro pluribus soluta semel, non liberat pro omnibus.

10 Præterea † ita se habent, prolata sin-

singulariter.sicut prolata pluraliter, ꝙ certum est, ut d.l.tertia, §.hæc verba.& l.i.§.item hoc edictum,& l.si quis id,§. ulti.& prolata pluraliter, æquipollent pluribus singularitatibus prolatis diui sim ut ui bonorum raptor.l.ii.de cond. & demonstra. l.falsa.§.fina.de cond.insti. l.ii.§.fina.ergo & prolata singulariter, æquipollet pluribus singularitatibus prolatis diuisim. ergo sequitur, ꝙ pro quolibet malefactore non capto, vna pœna sit soluenda insolidum.

11 Præterea † eadem videtur esse formæ agendi, contra eum qui conuenitur pro debito alterius respectu quantitatis. sic contra dictum delinquentem, ut ff. de administration. tutorum, l.tutor,§. penulti.& l. sine hærede, in princip.licet non sit idem modus probandi. ut quando ex fact. tu. l.i. & C. de iure iurand.l.ii.& penulti.& fin.Sed constat quemlibet delinquentem teneri ad integram pœnam.in d.§.sed si plures,& d.l.uulgaris,§.sed si duo, ergo & vniuersitas pro quolibet delinquentiũ, ad integram pœnam tenebitur.

Præterea unum quasi maleficium uidetur pro persona cuiuslibet non præsentati. ergo pro cuiuslibet persona

12 vna debet esse pœna, † quia ad pluralitatem delictorum sequi debet pluralitas personarum, ut de priuation.delict.l.ii.& ad Turpillian.l.in senatuscon sult. & de furt.l. inter omnes,§.i.& fin. ergo, &c.

13 Et è contra uidetur, † quòd una pęna tantum sit imponēda pro omnibus. tamen primò ostendi potest, quòd nulla pœna sit imponenda, & ostenditur sic per tria argumenta. primum est. ꝙ statutum est contra ius commune argumen. C.de exhibend.reis l. fina. ergo prolatum singulariter, singulariter non erat extendendum ad plures, ut ff.de legib.l.quod uerò,& l.quod non ratione & de reg iur. l.quod contra.

14 Præterea † casus non expressus pro omisso habetur, & iuri communi est relinquendus. de uerborum obligatio. l.quidquid, ff. soluto matrimonio, l.si cum dotem, in princip.de liber. & posthum. l. commodissimè, bene cum casus singularis tantum sit expressus, & pluralis omissus, & pluralis casus con tigerit, sequitur quòd statutum non uendicet sibi locum.

15 Præterea † singulariter prolatum, facit potius in dubio rem deficere quàm plurale comprehendatur, et si de fauore tractetur, ut ff.de testa.tut. l.duo, & de reb.dub.l.si fuerit,& de manu.test.l. cum ex pluribus.

16 Item † est optimum argumentum, quòd vna tantum pœna sit soluenda. ꝓ omnibus, & quòd una soluta liberet ꝓ omnibus, ut de iis qui deiece.uel effu.l. 1.§.ult.cum duabus seq.

17 Præterea † si plures simul ad delinquendum procedunt, unum videtur maleficium, ut ff.quod ui aut clã.l.semper,§. si stipulatus, ergo una sola pœ-

18 na debet imponi. † quia non debent plures pœnæ imponi pro uno delicto, ut de accusation.l.senatus, & nautæ caupon.stabu.l.licet.

19 Præterea † in quasi delicto, una pœnæ solutio, omnem tollit obligationē, quantum ad omnes, ut d.l.i.§.ulti. & l. si.& de iure fisc.l.aufertur,§.ult.& si quadrupe. pauperi. fecis. dica. l. i. & quasi per totum,& de noxali.l. quod ait,& lege Aquil.l.illud.

Solutio, mihi videtur quòd si dicta uniuersitas, nullum de prædictis malefactoribus cepit, quòd pro omnibus condemnetur ad vnam pœnam tantum centum librarum, & hoc ideò, quia cũ omnium particularium eadem est ratio, & conditio, sicut est in proposito omnium maleficiorum prædictorum,

20 una,& eadē erat pœna, † quia indefinita æquipollet vniuersali, ut ff.de testa. tu.l. si quis ita,§.si quis filio,& ff. de lega.iii.l.si quis ita relictum, in prin.& l. si pluribus,in prin.& de leg.iii.si plures bene cum dicit statutũ si non cepit malefacto-

lefactorem, puniatur in centum libris, perinde est, ac si diceret, si non ceperit omnes malefactores, & sic pœna uidetur relata ad omnes vniuersaliter, non ad quelibet singulariter. tamen plus dico, quòd etiam si unum omitteretur capere, prædicta vniuersitas, siue communitas, nihilominus condenari debeat, ad integram pœnam centum librarum, quia in uniuersali, si quid decem reperiretur, tota falsa iudicatur, & perinde tota pœna committitur, ac si simul factum foret, ut ff. de reb. dub. l. si iis qui ducenta, §. vtrum, cum similibus. L. D.

Dynus de Mugello.

CONSILIVM D. DYNI DE MVGELLO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest punire malefactorē pro criminibus cōmißis extrà eius iurisdictionē.*

CONSILIVM V.

1 QVIDAM, In comitatu † commisit maleficium de quo non debet corporaliter puniri, positus ad tormēta confessus est se in comitatu Aretii multa cōmisisse pp quæ deberet mori. Quæritur an potestas Burgi possit eum cōdemnare ad mortem, Et dic ꝙ non, quia non commissa in eius iurisdictione. ut ff. de re militar. l. iii. §. i. & de accusationib. l. si cui, §. finali.

Et ita dico & consulo Ego Dynus de Mugello Iuris Vtriusq; Doct. &c.

CONSILIVM D. DYNI DE MVGELLO. V. I. D.

SVMMARIVM:

1 *Pater non tenetur dare securitatem pro filijs spurijs, stante statuto quòd pater teneatur pro filijs dare securitatem de non offendendo.*

2 *Spurij non ueniunt filiorum appellatione.*

CONSILIVM VI.

1 QVAESTIO, † Continetur in statuto, ꝙ parentes teneantur pro filiis dare securitatem de non offendēdo, nunquid parentes teneantur dare securitatem pro filiis spuriis? Dic ꝙ nó.
2 quia † appellatione filiorum non continentur spurii. arg. l. cum pater filios, §. mater, ff. de leg. ii. & in auct. quib. mo. natural. effi. sui. §. fi. & insti. ad Orphic. §. nouissimè.

Dynus de Mugello. V.I.D.

CONSILIVM DOMIMI VBERTI DE BOBIO. D. Eccellentissimi.

SVMMARIVM.

1 *Mulier que alteri dixit, ego non adulteraui, nec feci homicidium, an iniuriarum teneatur, per totum consilium.*

2 *Vestem lugubrem causa inferendæ iniuriæ portans, iniuriam facere dicitur.*

3 *Pœnæ in dubio sunt molliendæ.*

4 *Intellectus ad l. si non conuitij, C. de iniurijs.*

CONSILIVM VII.

DVAE mulieres rixatæ sunt ad inuicem † vna dicit alteri, ego non a-
1 dulteraui, nec feci homicidium. Quæritur an teneatur iniuriarum, & videtur, ꝙ non; quia iniuria uerbalis fit, cum dicit ei iniuriā; & ex effectu percipimus iniuriam, ut l. illud, ff. de iniur.ècontra uidetur quòd teneatur, vt C. de episc.
2 & cleric. l. nullus, † Nam si vtar veste lugubri ad tuam iniuriam, tibi dicitur fieri iniuria, ff. de iniur. l. Item apud Labeonem, §. generaliter.

Solutio, aut dicebat, causa se iactandi, &

di, & tunc non tenetur, aut causa uituperandi illam, quasi fecisset, & tunc tenetur, vt ff. de iniur. l. eum qui, §. cum
3 aliquid, † Sed quid in dubio, dico ꝙ præsumitur dixisse animo se iactandi, & laudandi; quia in dubio pœnæ debẽt moliri, & non exasperari, maximè hoc casu, qñ proferẽs in persona sua di
4 xit. † Nec obstat, C. de iniur. l. si nõ conuitii, quia ibi dixit in personam alterius iniuriam, & constabat. Nec præsumitur animo iniuriandi dixisse, & sic facit pro secunda parte. Ita dico & cõsulo Ego Vbertus de Bobio.

CONSILIVM DOMINI GVLIELMI DE CVNEO. V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta in articulo mortis sacerdoti recipienti nomine vulnerantis, an ualeat.*
2 *Actio per liberam personam non acquiritur*
3 *Absenti non solet aliquis obligari.*
4 *Sacerdos omnibus seruit, & seruire tenetur sicut tabellio.*
5 *Promptiores debemus esse, ut res ueleat quã pereat.*
6 *Factum pacis cum sit fauorabile, ampliari debet.*

CONSILIVM VIII.

1 QVIDAM Iacens in lecto mortifere vulneratus † fecit pacem sacerdoti recipienti vice & nomine eius qui vulnerauit. Quæritur nunquid hæc pax ualeat, & uidetur ꝙ sic, ff. de adop. l. non aliter, ff. de iusti. & iure, l. pen. §. ius publicũ, Econtra videtur ꝙ pax non valeat, ff. de uerb. oblig. l. stipulatio ista, §. alteri, cum simi. & de regu. iur. l. quo tutela & l. fin. Item iste non est procurator, filius, uel seruus.
2 sed est persona extranea & libera, † & per liberam personam non acquiritur actio, ff. de uerb. obli. l. si ita stipulatus. §. Crisogonus, & de bo. auct. iud. poss. l. cum vnus, ff. quod ui aut clam, l. iii.
3 † Item non solet absenti aliquis obligari, ff. de confess. l. certum, §. pen. Sol. dic quòd pax bene tenet. argu. d. l. non
4 aliter, † nam sicut tabellio dicitur officialis publicus, quia publicè seruit omnibus, sic & sacerdos omnibus seruit, & tenetur seruire, ff. de iusti. & iur. l. pe
5 nul. §. ius publicum; † Item quia promptiores debemus esse vt res valeat quã pereat. ut extra de verb. signi. c. abbate,
6 ff. de reb. dub. l. quoties. † nam factũ pacis fauorabile est, ut C. de cadu. tollen. l. pen. in prin. vnde debet ampliari, ff. de lib. & posthu. cum quidam,

Gulielmus de Cuneo ita consuluit.

CONSILIVM D. IACOBI DE BELVISIO. V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Contumax bannitus an possit de eodem delicto in ciuitate suæ originis, sed alterius iurisdictionis inquiri vel accusari.*
2 *Puniri de eodem delicto quis sæpius potest, quoties minor pœna est imposita, & maior imponi potuit.*
3 *Obligatio quoties lege noua uel ueteri oritur, vna per alteram non tollitur, nisi nominatim sit cautum.*
4 *Homicidis fidantia dari non debet, & data non debet seruari.*
5 *Accusari iterum non potest, qui absolutus uel condemnatus fuit per sententiam.*
6 *Bannum an in absentem dari possit.*
7 *Contumax damnatus uidetur propter absentiam, quàm quòd malã causam habeat.*
8 *Quoties post sententiam non est secuta executio, durat prima actio, & interim ea agi potest.*
9 *Paria sunt iudicatum non esse, uel sententiã non sortiri effectum.*
10 *Effectus magis quam affectus in iudiciis, & sententiis*

sententijs spectatur.

11 Via duplex quoties uni competit contra eundem, ex eadem re, nec habet eundem effectũ non tollitur una uia per alteram.

12 Extraordinarium auxilium, ordinarium nõ tollit.

13 Delicta impunita manere non debent.

14 Statutum non ligat extra iurisdictionem statuentium.

15 Bannum datur magis in pœnam contumaciæ quam delicti.

16 Bannum quid sit.

17 Bonorum annotatio maior est pœna, quàm bannum, & infra nu. 16.

18 Si id de quo magis uidetur inesse, non inest, nec illud de quo minus debet inesse.

19 In conditionali obligatione, ea pendente nulla dicitur esse obligatio, & nulla actio.

20 Bannitus non præsumitur accedere uelle ad locum, à quo est bannitus, ut moriatur.

21 In incertis non certis locus est coniecturæ.

22 Bannum & excommunicatio eadem ratione nituntur.

23 Iudicium principale ab excommunicatione non impeditur.

24 Exempla pernitiosa euitanda sunt.

25 Delinquentibus non debet per leges uia aperiri.

26 Malicijs indulgeri non debet.

27 Sententia non prodest ei contra quem iudicatum est, non secuta solutione, uel executione.

28 Inductum in alicuius odium, non debet in eius utilitate redire.

29 Pœna statuta ex delicto, quoties non est per se sufficiens, potest ex eodem delicto alia statui.

30 Non debet sæpius de eiusdem hominis delicto quæri. & nu. 50.

31 Ob idem crimen pluribus legibus, quis reus fieri non debet.

32 In sententijs ferendis, non refert quibus uerbis æquipollentibus sententia detur.

33 Bannitus an deportato æqui paretur, & infra nu. 37. & nu. 41.

34 Pœna legis Corneliæ de sicarijs pro homicidio, est deportatio in eo qui est honestioris loci.

35 Ius idem statui debet, quoties in similibus eadem est ratio.

36 Post bannum non instituitur noua accusatio pro eodem delicto rei.

37 Si id de quo minus videtur inesse, & inest, & id de quo magis.

38 Bannum maior est relegatione.

39 Contumax pro confesso habetur, & confessus pro condemnato.

40 Accusatus coram uno iudice, & citatus, non potest de eodem crimine, coram alio iudice accusari.

41 Pœna minor in dubio eligi debet.

42 Iudicia duo si prodita sunt ad uindictam, unũ per aliud tollitur, etiam si unum sit ciuile, & aliud criminale.

43 Si uiæ duæ eidem contra eundem competunt, electione tolluntur.

44 Iniuriæ plures simul factæ eidem ab eodem, debent in eodem libello accusari.

45 Causæ continentia non debet diuidi.

46 Delictum maius quoties sequi potest, & pro minori imponitur pœna maior, quæ sequi et imponi debet pro maiori, non debet postea aucto aliqua alia pœna imponi.

47 Vbi quis deliquit, ibi puniri debet, & inde fugiens, debet illuc remitti.

48 Factum secundum consuetudinem uel statutum loci, ubique seruandum est.

49 Iudex per solam citationem præuentus, non potest de eadem re cognoscere.

52 Accusator an possit uariare, & alibi reum conuenire.

CONSILIVM IX.

1 FLORENTINVS † commisit homicidium in ciuitate Bononiæ, & ibidem de eo crimine est accusatus, & absens & contumax est bannitus ad pœnam capitis, scilicet quòd si aliquo tempore peruenerit in fortiam Communis Bononiæ, quòd caput sibi amputetur secũdum formam Statuti Cõmunis Bononiæ, posteà accusatur dictus Florentinus de eodem homicidio Florentiæ, obiicit quòd non potest accusari, quia de eiusdem hominis delicto, non

cto, non debet sæpius quæri. Quæritur an possit Florentiæ accusari non obstante dicto banno, Pro accusatore. Et videtur quòd de eodem homicidio possit Florentiæ accusari, non obstante dicto banno. Primò quia Florentinus habet ibi domicilium & in eo loco potest cognosci de crimine. ut C. vbi de crimi.agi opor.l.i.& ii.& ff.de custo.reo.l.non est dubium.

2 Secundò, quia † de eodem delicto potest quis sæpius puniri, quoties minor pœna est imposita, & maior potuit imponi.vt ff.de actio.& obliga. l. cũ ex vno,& l.qui seruum, & l. quoties, §. i. & vi bono.rapto.l.i. & ad l. Aquiliam l. si vulnerato. Sed cum maior pœna sit quæ inferri poterit Florentiæ per sententiam, & ipsius sententię executionẽ quàm sit bannum,ergo in ciuitate Florentiæ poterit accusari.

3 Tertiò † quoties lege noua & veteri oritur obligatio, non tollitur una per alteram, nisi nominatim sit cautũ, vt ff.de actio. & obliga.l. quoties,& de liber. ho. exhiben.l.iii. in prin.& C.de sepul.vio.l.qui sepulchri, ergo per bannum quod inducitur per legem nouã, id est,per statutum ciuitatis Bononiæ, non debet tolli lex Cor. de sicar. quæ est vetus.

4 Quartò † homicidis non debet dari fidantia, & data non debet seruari.ut in auct. de mandat. prin. §. neq; autem homicidis. ergo nec bannum debet ei prodesse, cũ executio non sit secuta.

5 Quintò, † quia propter iudicium motum, datur exceptio si secuta est sententia,uel condemnatoria, uel absolutoria, & non aliter, vt ff.nautę cau.l. licet,§.fi.& ff.de accusa.l. si cui.§. iisdẽ & C.de accusa.l. qui de crimine, & l. si

6 quis homicidii, † Sed cum bannum non sit sentẽtia, quod patet, tum quia datur lite non contesta. nec recepto nomine inter reos, tum quia non potest dari in absententem.vt ff.de pœn.l. absentem, ergo exceptio non competit accusato.

7 Sextò,† quia cùm contra contumacem proceditur, damnatus uidetur propter contumaciam, non propter malam causam. ut ff. de inoffi. testa.l. qui repudiantis,§.fi. & de euictio.l. si ideò, in princ. si ergo sententia uidetur lata propter contumaciã, ergo & bannum multò magis uidetur datum propter contumaciam, ergo potest Florentiæ accusari.

8 Septimò,† quoties post sententiam non est secuta executio, durat prima actio, & potest interim ea agi. ut ff. de pigno.l.grege,§.etiam,& l. si fundus,§. creditor,& de excep. rei iudi.l.si à te.§. si quis, & not.C.de iudi.l.i.ergo eadem ratione & accusatio durat, arg.insti.de publi.iudi.in princ. ff.de iudi. l. omnem obligationem, ergo potest proponi Florentiæ, quasi nunquam instituta.

9 Octauo, † quia paria esse uidẽtur. iudicatum non esse, uel sententiam nõ sortiri effectum.ut ff.de re iudi.l. iiii.§. condemnatum, & de condi.indebi.eleganter, §. si quis post, & arg.de condi. sine cau.l.i.& l.iii.& l.iiii. sed cum bannum non habeat effectum, ergo non uidetur datum, potest ergo Florentiæ accusari.

10 Nonò, † quia in iudiciis & sententiis magis spectatur effectus, quàm affectus, ut ff. quod quisque iur. in ali. sta. l. i. §. fin. & ne quis eum qui in ius uo.l.penul. §.docere, sed cum bannum non hebeat effectum, ergo non debet obstare accusatori.

11 Decimò,† quoties duplex uia competit uni contra eundem, ex eadem re, nec habet eundem effectum,non tollitur una uia per alteram.ut C.de inoffi. testa.l.eum qui, & l. contra maiores, Sed cũ alius sit effectus banni, & alius sententiæ, ergo per bannum non debet impediri sententia.

12 Vndecimò, † Quia extraordinariũ auxilium non tollit ordinarium ut C. de aduo.diuer.l.i.& si minor, se maior.

 dixerit

dixerit l. fin. & ff. de rei uendi.l.i.§.per hanc, Sed cum bannum sit extraordinarium,& accusatio ordinaria,ergo nō debet tolli, uel impediri.

13 Duodecimo, † quia delicta non debent manere impunita, & hoc magna ratio suadet, ut ad l. Aquili.l.ita uulneratus & de fideiussori. l. si à reo, §. fin. Sed si non posset Florentiæ accusari, delictum remaneret impunitum, quia nūquam accederet Bononi.& fortè nō interest eius ibi non accedere,ergo debet permitti Florentiæ accusari.

14 Tertiodecimo, † quia bannum descendit ex iure ciuili speciali, & contrario communi, quia absens non potest damnari. Sed ius ciuile ciuitatis Bononiæ est eorum proprium, & non ligat Florentiæ iudicem, ut.ff.de iusti. & iu.l.omnes populi,& arg. C.de Sum. Trini.l.i.& de iureiur.cal.l.ii.& in auct. de sanctiss. episco. §. si verò crimen, in fin §. ergo iudex Florentiæ non tenetur sequi bannum, & debet permitti Florentiæ accusari.

15 Quartodecimo, † bannum enim datur in pœnam contumaciæ, magis quàm in pœnam delicti, datur enim quia citatus non uenit, non autē quia fecerit delictum, ergo propter id non debet impediri principale iudicium. aug.ff.si quis ius di. nō obteperau.l.i.& in auct.de exhi.re. §. si uerò, & de litigios.§.omnem vero.

16 Quintodecimo † bannum est bonorum annotatio quæ fit anni circulo euoluto, ambo procedunt, eadem ratione,videlicet quia accusatus est contumax. †. Sed annotatio bonorum quæ uidetur esse maior pęna quàm bannum inspecto tempore præsenti. quia habet executionem bonorum, sed bannum de præsenti tantum inducit & operatur unius loci interdictionē,quæ est parua pęna.maximè Florentinis.non impedit principale iudicium. ut ff.de custo. reo. Diuus.ver. & diuus Pius,& de requir.reis l.i.& fi. ergo nec

17

18 bannum, † quia si id de quo magis uidetur in esse, non inest, nec illud de quo minus debet inesse, ut de condi.inde.l. Iulianus, & arg. de uerbo. obligationi. l.à Titio.

Decimosexto, quia bannum quantum ad pœnam capitis datur conditione si ueniat Bononi.& in fortiam Cō-

19 munis, † Sed in conditionali obligatione, ea pendente, nulla dicitur esse obligatio, & nulla actio, ergo nec bannum vel sententia.ut ff.de pigno. l.grege,§.si sub conditione, & de ædil.edict. l.bouem,§. si sub conditione; & quan. app.sit l.i.§. biduum, ergo quasi nulla pœna statuta debet permitti Florentiæ accusari.

20 Prætereà † certo certius esse uidetur, quasi bannum non habebit effectū quo ad dictam pœnam capitis. quia nunquam ibit Bononiam, nec debet præsumi quod uelit ire, & sic mori. ut ff. de bon. eo. qui mor. sibi consci. per

21 tot. † & in incertis.non certis locus est coniecturæ,ut ff. de verbor. oblig.l. continuus, §.cum ita, ergo debet permitti Florentiæ accusari, ne delictum sit inpunitum.

22 Decimoseptimò, † bannum & excommunicatio eadem ratione nituntur quia alterum eiecit à communione fidelium, alterum à communione ciuium. & utroque procedit propter

23 contumaciam. † Sed excummunicatio non impedit principale iudicium, ergo nec bannum. & extra de iudi.c.i. & c. at si clerici, & c.cum non ab homine.

24 Decimooctauò, † si enim non posset Florentiæ accusari, de facili posset trahi exemplum ab aliis, & homicidia committi ab aduenis, quod euitare debemus.ut C. de furt. & ser. corrup. l.si quis seruo, & ad l.Iuli.repet. l. i. & de proba. l. exemplo, & ff. de iusti. & iur. l.i.circa prin. ergo debet permitti Flo-

25 rentiæ accusari,† Et quia per leges nō debet uia delinquentibus apperiri. ut

C.vnde

C. unde vi.l. meminerint,& de indi.ui.
26 l. ii. † nec maliciis indulgeri. ut ff. de rei uendica.l. in fundo.

27 Decimononò, † sententia non debet ei prodesse, contra quem iudicatum est. non secuta solutione, uel executione.ut ff.de excep.rei iud. l. si quis cum totum, §. planè & l. euidenter, & de sepul. uio. l. sepulcri uiolati, ubi de hoc,& ui bonor. rapt. l. si seruus, ergo nec bannum debet prodesse bannito, nec sententia abq; executione.

28 Præterea † sicut enim hæc regula quòd fauore & c. ut C. de leg. & constit. l. quòd fauore, est uera. ita & eius contraria.si aliquid est in odium alicuius inductum, non debet in eius utilitatem redire, ut ff. de interdict. & relegat.l. relegatorum,§. fin.& de nego. gest.l. siue hæredi, ergo cum bannum sit datum in eius odium & pœnam. nō debet ei prodesse.

29 Vigesimò, † quia quoties pœna una statuta ex delicto non est per se sufficiens, potest nihilomnibus ex eodem delicto statui alia pœna ut xvii. q. iiii. c. attendendum. ubi de hoc. & not.extra de iudi.c.at si clerici,in fi.sed cum bannum non sit sufficiens ad pœnam homicidii, ergo Florentiæ poterit imponi alia pena.

30 E' contra uidetur † quòd non possit Florentiæ accusari;primò, quia non debet sæpius de eiusdem hominis delicto quæri.ut ff.nau. caupo.l.licet, §. fina.ergo cum sit bannitus Bononiæ nō debet Florentiæ accusari.

31 Secundò, † senatus censuit,ne quis ob idem crimen pluribus legibus fiat reus,ut ff.de accusa.l. senatus, ergo cū Bononiæ sit factus reus una lege, non debet Florentiæ fieri reus alia lege, ex eodem crimine.

32 Tertiò, † in sententiis ferendis non refert quibus uerbis æquipolentibus detur sententia. ut ff. de arbi. l. quid tamen, §. si arbiter, & de re iudi. l. in summa,in prin.sed cum bannum contineat pœnam capitis,& loci interdictionem, ergo uidetur esse sententia, ergo ꝙ non possit Florentiæ accusari.

33 Quartò, † bannitus uidetur æquiparari deportato hoc casu.ut not. Instit.quib.mod. ius pat.potesta. solui. §.
34 relegati, † Sed pœna legis Corneliæ pro homicidio est deportatio.in eo qui est honestioris loci.vt ff.ad l. Cor. de sicar.l.iii.§.lege Cornelia,ergo cum sit statuta ut pœna debita nō poterit posteà Florentiæ accusari.

35 Quintò, † quoties in similibus est eadem ratio, debet statui idem ius. ut ff.de uerb.oblig.l.à Titio, sed sicut sententia mittitur executioni, nullo alio cognito. ut ff. de iudi. l. si prætor, in
36 princ. † ita & bannum, ergo sicut post sententiam non instituitur noua accusatio,pro eodem delicto rei, nec post bannum debet institui.

37 Sextò, † si id de quo minus uidetur inesse, & inest, ergo & id de quo magis, ut ff. de iureiur.l.quanto magis & C.de nego.gest.l. i. Sed lata sententia in absentem in criminalibus in casibus in quibus potest, id est, in quibus imponitur pœna relegationis uel minor. non potest postea accusari. ut ff. de pœnis l.absentem,§.i.ergo cum bannum æquiparatur deportato ut not. in
38 d.§. relegati,† quæ pœna maior est relegatione ut ff. de pœnis. l. quidam, & de iudi.l.relegatorum, non poterit posteà accusari.

39 Septimò, † contumax habetur pro confesso, & confessus pro condemnato ut in auct. de exhi.reis, §. si uerò, & iii.q.ix.c.absens uerò, & C. de confes. l.i.ergo cum sit tanquam condemnatus Bononiæ, non poterit postea Florentiæ accusari.

40 Octauò † accusatus coram uno iudice & citatus, non potest. de eodem crimine coram alio iudice accusari, ut C.de re mili. l. fin. §. quoniam, & arg. de assertio. toll. l.i.§. fin. & ff. de offi. con.l. i. ergo cum fuerit Bononiæ accusatus,

cusatus non poterit Florentiæ accusari.

41 Nonò,† quoties ex delicto uidetur duplex sequi pœna, in dubio eligitur minor pœna, ut ff. de pęnis l. si præsens, & l. interpretatione, ergo dato banno Bononiæ non uidetur, q possit Florentiæ accusari etiam si bannum esset minor pęna.

42 Decimo † quoties duo iudicio sunt prodita ad uindictam, unum tollitur per aliud, etiam si unum sit ciuile & aliud criminale. ut ff. de iniur. l. quod senatus, & l. prætor, §. i. ergo cum banni datio & pœna l. Corn. de sicar. tendant ad uindictam, debet unum per aliud tolli. ergo Florentiæ non poterit accusari.

43 Vndecimò † si duæ uiæ competunt eidem contra eundem tolluntur electione, ut C. de codi. l. fin. & de iureiur. l. duobus, §. colonus, ergo electa uia banni Bononi. non poterit Florentiæ accusari uia accusationis.

44 Duodecimò † quia si simul plures iniuriæ fiant eidem ab eodem, debet accusator in libello simul eas coniugere. ut ff. de iniur. l. prætor, §. si mihi plures, ergo si plures non diuidit, ergo nec unam iniuriam potest diuidere, arguendo de toto ad partem.

Prætereà continentia causæ diuidi
45 † non debet ut C. de iudi. l. nulli. & ff. ex quibus re. ad eundem iudi. ea. l. i. & ii. ergo cum Bononiæ sit accusatio instituta, nec sit finita causa, non debet Florentiæ accusari.

46 Tertiodecimò, † quoties ex delicto minori, sequi potest maius delictum & pro minori imponitur pœna maior, quæ sequi & imponi deberet pro maiori, non debet postea aucto. imponi aliqua alia pœna, ut ff. ad l. Aquil. l. sed si priore, ergo cum Bononiæ imposita sit eadem pœna, quæ imponi debet per legem Corneliam de sicariis, non uidetur, quòd possit agi posteà insolidum, uel è contra, licet uariatio sit in modo agendi, ut ff. de noxali. l. in delictis, §. si detracta, ergo dato banno non poterit fieri uariatio in modo agendi, & Florentiæ accusari.

47 Quartodecimo † ubi quis delinquit, ibi debet puniri; & inde aufugiens debet illuc transmitti. ut in auct. qua in prouincia & auct. nulli iudi. §. si quis uerò comprehensorum, & ff. de accu. l. si cui. § fin. ergo Bononiæ debet accusari & puniri.

48 Quintodecimò; † quoties secundum consuetudinem uel statuta loci res agitur, debet seruari quod factum est ubique, ut ff. de euictioni. l. si fundus, & de usur. l. 1. & de test l. iii. §. fin. & C. de eman. libero. l. 1. & fin. ergo, quod factum est Bononiæ debet seruari Florentiæ, nec poterit ibi accusari.

49 Sextodecimò † cum iudex unius præuenit alium, quod fit per solam citationem, non potest alius posteà cognoscere de eadem re. ut ff. de iudi. l. si qui posteà, ergo cum Florentiæ iudex sit præuentus, non poterit posteà cognoscere.

50 Solutio, † non obstante banno poterit Florentiæ accusari & puniri, Ad contraria sic potest responderi per ordinem. Non obstant primum & secundum, quia procedunt secuta sententia absolutoria, uel condemnatoria, ut dictis legibus apparet & C. de accusatio. l. qui de crimine, & l. si quis homicidii, Sed bannum non est sententia, ut supra dixi, Item illud habet locum quando pœna imponitur ratione delicti, sed bannum datum est ratione contumaciæ, ut supra probaui; Non obstat tertium, quia illud locum habet quando præcessit litis contestatio. Item cum sententia ferri potest vt hic non adest, ut dixi; Item illud procedit, quando iudicatur super principali negotio, quod hic non fuit, quia bannum datum est ratione contumaciæ; Non obstat quartum quia illud procedit in loco de quo est banni-

tus,

tus, sed non extra locum ut supra dixi.
Item illud potest habere locum in ciue bannito. Sed secus videtur in aduena, cui bannum nulla est pœna, ut
51 supra dixi; †uel dic quòd bannitus non est similis deportato, quia deportato interdicuntur omnia loca præter insulam. sed per bannum interdicitur tantũ unus locus, & omnia alia sibi sunt permissa, ergo bannum est minor pœna, quàm deportatio. Non obstat quintum, quòd illud habet locum si postea iuerit Bononiam & ibi capiatur. Sed certum est, quòd ibi non ibit, & sic nunquam fiet eius executio vt dixi. Non obstat sextum, illud habet locum in sententia, secus in banno. Item illud habet locum in sententia purè lata. Sed secus in banno, quod datum est sub conditione ut dixi. Item illud est speciale, ergo ius commune regulariter est in contrarium, ut ff. ad municipal. l. prima. Item illud debet intelligi quando sententia potest sortiri suum effectum.
Non obstat septimum ut l. si confes-
52 sus, ff. de custodia reorum. †Non obstat octauum quia illud procedit quando accusatus comparet & respondet, aliàs si non uult respondere potest accusator uariare, & alibi eum conuenire, ut ff. de eo quòd certo loco, l. prima, & C. ubi de crimine agi oportet. l. j. & ij. & ubi decuri. co her. cohor. condi. l. prima. & de exhibitio. reor. l. prima. Sed quia est contumax est puniendus, ergo non debet sibi prodesse. Item illud potest habere locum quãdo reus uult & ipse ibi respondere.
Non obstat nonum, quia illud procedit in sententia, & quando sententia est purè lata. Non obstat decimum, quia illud habet locum secuta sententia vt dixi. Et eodem modo respondeo ad undecimum. Non obstat duodecimum, quia illud procedit si reus respondeat vt dixi, & eodem modo respondere ad sequens. Non obstat tertiumdecimum quia illud habet locum secuta sententia. Et eodem modo respondeat ad quartumdecimum. Non obstat quintumdecimum, quia illud procedit ex urbanitate vt ff. de custod. reorum, l. non est dubium, & d. l. si cui, §. fina. de accusation. ubi de hoc. Item illud procedere potest in iudicibus qui sunt sub eodem domino. hodie secus seruatur in Italia argumen. ff. de iurisdictio. omnium iudic. l. fina. Non obstat sextumdecimum, quia illud procedere posset si sententia esset secuta purè, & quæ posse sortiri effectum. Non obstat decimumseptimum, quia illud procedit quando reus comparet, & respondet, & quando causa potest sortiri effectum, ut dixi.

Iacobus de Beluisio.

CONSILIVM DOMI. RICARDI Malumbræ.

SVMMARIVM.

1 *Testis non iuratus deponendo scienter falsum, an vt falsarius ueniat puniendus.*

CONSILIVM X.

1 QVAERO, † Aliquis testis prudu-ctus nõ iuratus deposuit falsum sciẽter, quæritur an sit puniendus ut falsarius, & uidetur quòd non, quia deficit vnum ex substantialibus, scilicet iuramentum, ut C. de testib. l. iureiurando, ergo totum uitiatur, argumen. l. cum ii, §. si prætor, ff de transaction. Econtra uidetur quòd sic, quia per eũ non stetit quin falsum committeretur, & sufficit affectus, &c. Tu dic quòd non tenetur argumen. l. si quis legatum, aliàs incip. si quis cum falso, & ibi plenè not. ff. de fal. & l. si quis aliquem, ff. de pœn. cum deficiat solemnitas iuris, & hoc quando non iurauit dolo tabellionis. Si autem iurauit, sed non reperitur scriptum in actis, negligentia tabellionis non debet iuuari quod

quod agitur, arg. l. non debet de regul. iur. & quod notatur in l. eleganter, ff. de dolo, & ita in publica disputatione tenui, & iuris esse dico.

Laus Deo.

Ricardus Malumbra Cremonensis, &c.

CONSILIVM DOMI. RAYNERII DE MONTE VBIANO.

SVMMARIVM

1 *Accusatus de falso testimonio lato in palatio, qui probat alibi tulisse, & quare, an sit absoluendus. Et an accusator poßit dici falsarius, & qua pœna puniatur, quia accusationem non probauit, & nume. 2. cum sequentibus. per tot. consilium.*

2 *Testis cum iurat obligatur ad dicendum ueritatem.*

3 *Vniuscuiusque contractus & delicti, omniumque ex quibus obligatio oritur, spectatur initium.*

4 *Testis, iuramentum, & depositio sunt inseparabilia, & unum sine alio nihil ualet.*

5 *Sacramenti præstatio in teste, in publico fit, & parte præsente.*

6 *Actus occultatus non attenditur, nec facit ius; nec in actuum numero connumeratur.*

7 *Consuetudine comprobatur, quòd in solo iuramento testis, non autem in examinatione, locus & tempus apponatur.*

8 *Minimè sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt.*

9 *Inspicienda sunt quæ in iudicijs frequentari consueuerunt.*

10 *Agricolæ namque censiti & originarij, licet ab agro discedant, & ad alia loca se transferant, conditionem non mutant, sed semper in agro esse censentur.*

11 *Testis si iurat infra dilationem ad probandum aßignatam, sufficit si posteà examinetur.*

12 *Idem iuris est de tempore quo ad tempus, quod est de loco, quo ad locum.*

13 *Præstans domum ad colloquendum de adulterio, de adulterio tenetur.*

CONSILIVM XI.

FACTVM tale est. Proponitur quòd Datalus magistri Gaudii de ciuitate Eugubii coram Domino Potestate ciuitatis eiusdem & eius iudice, Artucium Quiciali de Villa Carbonariæ accusauit, quòd tempore in accusatione contento, in quadam causa, & super quibusdam articulis, falsum tulit testimonium in palatio communis Eugubii, quod olim fuit Ser Landi Bicci, cui à tribus lateribus viæ, dictus Artucius ad suam defensionem proponit, probasse per notarium qui eum examinauit & dictum suum scripsit, quòd suum deposuit dictum in alio loco, quàm in dicto palatio, quod falsum autem tulit testimonium hoc est probatum. Modo quæritur de duobus. Primò an iste Artucius accusatus sit absoluendus vel condemnandus. Secundò quæritur si absoluendus, an accusator possit dici falsarius, siue falsam instituisse accusationem, & an sit aliqua pœna condemnandus, quia accusationem non probauit.

Ego Raynerius de Monte Vbiano legum Doctor licet minimus consultus super præmissis saluo semper consilio saniori. Christi nomine inuocato consulendo dixi, taliter excipiendo, videlicet quòd dictus Artucius sit condemnandus tanquàm de falso commisso in palatio in quo iurauit, non obstante quòd alibi dictum suum deposuit, ad hoc moueor maximè iuribus & rationibus infrascriptis.

1 † Primò namque constat quòd iuramentum est illud quod obligat testem ad dicendum veritatem, & vt non dicat falsum,
2 † tunc enim obligatur cum iurat, ut C. de testi. l. nullum, in princ. dum dicitur non semel ad iudicem non suum dicendi gratia testimonium fuerit ingressus, tunc dicitur ingredi quando iurat causa dicendi testimonium in futurum. Vnde

Vnde si ex interuallo uel alio loco exprimat falsum testimonium, ad locum & tempus in quo iurauit & in quo se obligauit ad uerum & non falsum dicendum testimonium ipsius referendum est,
3 † quia in contractibus & in delictis, & in omnibus ex quibus obligatio oritur, ad initium obligationis referenda sunt omnia, vt ff. manda. l. si procuratorem, in princ. & ff. de pœnis l. i. & ita soluitur Brocardum per Ber. initium spectandum, extra de elect c. dudum, el primo.

Secunda ratio est. iuramentum & depositio sunt intricata & inseparabilia,
4 & unum sine alio nihil ualet, † nam iuramentum sine depositione nihil est, & deposito sine iuramento, similiter nihil est, vt C. de testibus l. iurisiurandi. Et ex istis duobus actibus unus occultatur, scilicet examinatio testium, quæ
5 fit in secreto & absente parte, † sacramenti autem præstatio fit in publico, & parte præsente ut legitur & nota. in
6 l. si quando, C. de testibus. † Et actus occultatus non debet attendi, nec facit ius, nec in numero actuum connumeratur, ut ff. de donat. inter uir. & vxor.
7 l. tertia. §. fin. † & hoc approbat consuetudo, quòd in solo iuramento testis, non autem in examinatione locus &
8 tempus apponitur, † & minimè sunt mutanda quæ certam interpretationem semper habuerunt, vt ff. de legi. l. mini-
9 mè, † Et inspicienda sunt quæ in iudiciis frequentari consueuerũt, vt C. de ædific. priuat. l. an in totum, & C. quæ sit
10 long. consuetu. l. i. † Agricolæ namque censiti vel originarii, licet ab agro discedant & ad alia loca se transferant, non mutant conditionem, sed semper in agro esse videntur, vt C. de agricol. & censit. l. omnes omninò, & l. cum scimus, §. illud quoque, & accedit ff. de hæredi. instituend. l. ex facto, Sic & testis cuius testificatio & examinatio annexa est iuramento, licet à iuramenti loco recedat, & ad alium locum in examinatione se transferat, ius & conditio eius non mutatur, quoniam semper in loco præstiti iuramenti cui iuramento est annexus, & astrictus esse uidetur.

11 Accedit ad prædicta † quòd ad tempus & locum iuramenti omnia reffe- rantur, quod aliàs nota. per Guielm. in Specul. vbi dicit: quòd sit testis iurat infra dilationem ad probandum assignatam, & post dilationem decursam deponit dictum suum, uel iurat tempore non feriato, & tempore feriato deponat dictum suum, quòd vtrunque valet ut nota. per eum, in titul. de teste. §. qualiter autem, versi. & quoque, & de fe-
12 riis, §. sequitur, versicul. quid si tunc. † Et quod iuris est de tempore quo ad tempus, idem iuris est de loco quo ad locum, vt ff. de mili. testa. l. miles ita, §. i. Inspici ergo debet in prædicto casu locus & tempus quo testis iurauit, & non quo suum deposuit dictum. Accidit ff. de testa. l. ad testium, §. i. & C. eo. ti. l. i.

13 Et optimè facit ad prædicta, † quòd qui domum præbuit vt adulterium committeretur, lege Iulia de adulteriis tenetur. Sed quid si in domo fuit habitum colloquium de adulterio committendo, licet alibi adulterium fuerit commissum, nihilominus ea lege tenetur, quia sine colloquio, & c. ut ff. ad l. Iuli. de adulter. l. qui domum, cum l. seq.

Raynerius de Monte Vbiano ita consuluit.

CONSIL. D. RAYNERII DE MONTE VBIANO.

SVMMARIVM.

1 *De illo qui cum cultello in manu insultauit, & percussit manu vacua in pectore fratrem illius qui primo eum offenderat. Et de fratre insultante offendente fratrem illius qui prius offenderat, quæritur an vna pœna imponatur pro insultu & percussione, &*

ne, & an debeat quadruplari vigore statuti contra offendentem coniunctum, & infra numero 6.

2 *Qui aliquem fuit aggressus, & in aggressione homicidium perpetrauit, una tantum pœna est puniendus.*

3 *Argumentum de contractibus ad delicta ualet.*

4 *Pecunia numerata & incontinenti stipulatione subsecuta, actio ex stipulatu tantum oritur.*

5 *Pœnæ diuersæ imponi debent diuersis delictis, ad diuersos effectus tendentibus.*

7 *Iniuria facta vni ex fratribus, alteri facta censetur.*

8 *Statutum an recipiant interpretationem, & numero 9.*

9 *In quocunque casu interpretato est eadem ratio, uel maior, idem ius debet statui, quòd statuitur in lege quæ interpretatur.*

10 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius statui debet.*

11 *Posito quod oporteret, sequitur quod oportet.*

12 *Chartis legatis continentur libri, quando aliæ chartæ non sunt.*

13 *Creditor præsumitur soluere quod apparet, nisi aliud per creditorem doceatur.*

14 *Delictum certum quomodo puniatur, quando animus delinquentis est incertus.*

CONSILIVM XII.

1 FACTI † series super qua consilium postulatur tale eẽ dignoscitur. Petrucciolus Iacobutii percussit Cechollum Martini cum quoddam baculo de ligno, sub annis Domini M C C|C X X I I I. indictione secunda tempore Domini Ioannis Papæ. xxii. de mense Septembris instante Regiocola Odducii de Perusio potestatis terræ Gualdi: & dictus Cechollus accusait dictum Petrucciolum, de dicta offensa; qui Petrucciolus comparuit, & se excusando à dicta accusa', confessus fuit maleficium, & condemnatus fuit ꝑ dictum Dominum potestatem, in certa quantitate pecuniæ, & condemnationem soluit. Deinde sub annis Domini M. C C C X X V I. indictione ix. tempore dicti Domini Ioannis Papæ xxii. de mense Ianuarii dictus Cechollus, insultauit cũ cultello nudo in manibus Puccium fratrem carnalem dicti Petruccioli & ipsum percussit in pectore manu uacua, & Gentorutius filius dicti Martini percussit dictum Puccium fratrem carnalem dicti Petruccioli, eodem loco, & tempore quo dictus Cechollus insultauit, & percussit dictum Puccium, cum sanguinis effusione. Deinde dictus Puccius frater carnalis dicti Petruccioli accusauit utrunque, scilicet Gentorutium & Cechollum prædictos, de prædictis delictis, & excessibus, & secundum formam statuti loquentis, quòd si Gualdensis substinuerit hactenus aliquam offensam, uel iniuriam quo quo modo, uel in futurum sustinebit ipse uel aliquis pro eo non præsumat aliquem consanguineum ipsius offendentis percutere uel offendere, per se, uel per alium, realiter uel personaliter, & si contrafecerit directè uel per obliquum, ipse uel alius pro eo puniatur in quadruplo illius quo condemnari deberet si offendisset, uel percussisset dictum principalem', sibi primò offendentem, uel percutientem: Deinde dicti Cechollus, & Gentorutius accusati confessi fuerunt, & probata fuerunt per testes omnia, & singula supradicta, non tamen aliter fuit probatum, quòd dictus Gentorutius percuteret dictum Puccium pro dicto Chechollo, uel quòd iniuriatus ex dicta iniuria illata per Petrucciolum, in personam dicti Cecholli percuteret dictũ Puccium, quia hoc consistit in animo videtur difficile posse probari. Nunc quæritur, an dictus Cechollus debeat puniri de insultu cum cultello, per se vna pœna, & de percussione facta per ipsum Cechollum in pectore ipsius Puccii manus uacua alia pœna, cum diuersa sint statuta, & uidetur, quòd non propter con-
2 tinuationem delicti, † pro hoc ff. ad leg. Aquil. l. illud, & videtur esse Gloss. ord. in l. qui de crimine, C. de accusation. ubi dicitur, quòd si insultaui et homicidium perpetraui

perpetraui eodem impetu, punior de homicidio tantum, & non de utroque.
3 † hinc est arguendum de contractibus ad delicta, quod licet per l. omnem, ff. de,
4 iudi.† quòd si numero pecuniam alicui nascitur conditio certi specialis ex numeratione; sed si incontinenti stipulor, confunditur per actum stipulationis posteà subsequentem, quasi præcedens actus videatur esse præparatorius actui posteà subsequenti, ut vna nascatur tantum actio videlicet ex stipulatu, ut est casus de hoc, ff. de nouationi. l. cum enim.

Econtra uidetur quòd de utroque debeat puniri, non obstantibus prædictis, quòd diuersa sunt delicta, & ad di-
5 uersos effectus tendentia. † pro hoc facit casus legis. ff. de priuat. delic. l. nunquàm, ff. ad Turpillian. l. in senatus consultum §. an ad eos, ibi dum dicit, ꝙ ex singulis causis singulæ pœnæ irrogentur.

Non obstant argumenta in contrarium allegata, quia illa uendicant sibi locum, quando insultus & percussio tendunt ad eundem effectum; sed quando tendunt ad diuersos effectus, sicut in prædicto casu, uidetur esse dicendum, quòd de utroque debeat puniri dictus Cechollus, & etiam quia diuersa sunt statuta, & delicta, pœnas imponentia pro utroque, pro hoc facit ff. de furt. l. sed & si surripuit, in fi.

6 Secundò quæritur † an debeat quadruplicari pœna ex forma dicti statuti. Tertiò quæritur utrum dictus Gentorutius frater carnalis dicti Cecholli debeat condemnari quadruplicata pœna, secundum formam dicti statuti; & uidetur quòd non, quia in statuto cauetur, quod est stricti iuris, quòd si quis substinuerit hactenus iniuriam, uel in futurum substinebit, &c. Sed dictus Gentorutius ex iniuria illata per Petrucciolum prædictum in personam dicti Cecholli fratris carnalis dicti Gentorutii, non substinuit verè iniuriam licet interpretatiuè possit dici sic.
7 † nam iniuria facta uni ex fratribus, alteri censetur esse facta. ff. de libera.
8 cau. leg. i. & ii. † Sed statuta non recipiunt interpretationem. ut ff. ad municipal. l. constitutionibus, & ideò pœna in dicto statuto contenta non uidetur sibi uendicare locum in pœna quadrupli. Præterea non uidetur sibi uendicare locum pœna quadrupli in persona dicti Gentorutii, ex ea parte dicti statuti, qua dicitur, si contrafecerit ipse uel aliquis, quòd eo, quia non est probatum quòd dictus Gentorutius debeat condemnari pœna quadrupli, quia dictus Gentorutius dicitur iniuriam substinuisse, ex iniuria illata per Petrucciolum in personam dicti Cecholli per dictas leges. ff. de lib. cau. l. i. & ii.

9 Non obst. argumentum † quòd statuta non recipiunt interpretationem, quia quocunque in casu interpretato, est eadem ratio, uel maior, idem ius debet statui quod statuitur in lege quam interpretamur. ut in auc. de fi. i. an. dota. instru. nat §. pen. & ff. de reg. iur. quæ propter ne
10 cessitatem, per Do. Dyn. ibid. † Sed cum eadem ratio sit in dicto Gentorutio, immò maior, idem ius debet statui. ff. ad l. Aqui. l. illud.

Præterea dictus Gentorutius frater carnalis dicti Cecholli qui percussit dictum Puccium fratrem carnalem dicti Petruccioli debet condemnari pœna quadruplicata, licet non sit probatum per confessionem dicti Gentorutii, quòd percussit dictum Puccium pro dicto Cechollo suo fratre, quia hæc est impossibilis quodammodo probatio per testes; quòd pro ipso Cechollo dictus Gentorutius percussit dictum Puccium, quia ex quo probatum est quòd Petrucciolus prædictus percussit dictum Cechollum, & per testes & per acta. Videlicet per accusationem institutam. per ipsum Cechollum contra ipsum Petrucciolum, & per confessionem ipsius Petruccioli, & per condemna-

demnationem latam contra ipsum; & per testes in nouo iudicio actitato inter prædictos Puccium accusatorem Cechollum & Gentorutium accusatos. Sequitur necessario, quod dictus Gentorutius percussit pro dicto Cechollo, dictum Puc-
11 cium, † nam posito quod oporteret, sequitur quod oportet, & è contra. C. de rescin.uendi. l. ratis, posito enim & probato, quòd dictus Petrucciollus percussit dictum Cechollum, & non docetur de alia iniuria illata per Puccium in personam dicti Gentorutii, necessariò sequitur quòd dictus Gentorutius, percusserit dictum Puccium pro dicto Cechollo, ergo debet condemnari pœna qua-
12 drupli, † per hæc facit arg. quia si testator legat cartas, & non habet alias cartas quàm libros, libri ueniunt in legato, ut ff. de leg. iii. l. librorum, §. quod ta-
13 men Cassius, † Et si debitor soluat creditori uidetur in dubio soluisse pro causa quæ apparet, nisi alia doceatur per
14 creditorem ff. de solutio leg. i. & ii. † Et in criminali causa quantuncunque certum est delictum, causa delicti certa, animus uerò delinquentis incertus, pronuntiamus contra reum delinquentem ff. ad l. Aquiliam item Mela, §. sed si plures, & not. per D. Dy. extra de reg. iur. c. in pœnis, lib. vi. cum ergo in casu proposito sit huismodi, ergo contra reum in dubio pronuntiamus, ut pœna quadrupli teneatur.

Raynerius de Monte Vbiano.

CONSILIVM D. CYNI DE SINISBALDIS de Pistorio V. I. D.

SVMMARIVM

1 *Qui aliquem in domo habitationis percussit, & cicatricem fecit, an diuersa crimina perpetrasse dicatur, ita ut pluribus statutis fiat reus, & nu. 2. cum sequentibus per totum consilium.*

2 *Vnum delictum una tantum pœna venit puniendum.*

3 *Verberans seruum in iniuriam domini, licet sit unum factum, & una uerberatio, tamen duo committit delicta.*

4 *Coitus cum consanguinea alteri nupta, multiplex delictum censetur, diuersis pœnis puniendum.*

5 *Quoties diuersæ leges, diuersas pœnas pro eodem crimine imponunt, in arbitrio est iudicantis quam pœnam inferat.*

6 *Pœna abscisionis manus per concordiam offensi commutatur.*

CONSILIVM XIII.

STATVTO ciuitatis Perusii, quod in-
1 cipit, Quia domus, &c. † Cauetur, quòd percutiens aliquem in domo habitationis suæ, cum sanguinis effusione puniatur pœna manus, Alio statuto, quod incipit maleficia. §. & si percussio fieret, &c. Continetur, quòd percutiens aliquem cum aliquo genere armorum in facie, uel in gula, cum sanguinis effusione, & ex percussione signum, uel euidens cicatrix perpetuò remanserit, soluat trecentum libras denariorum. Alio insuper statuto cauetur. Quod loquitur de concordiis, quòd Potestas, & Capitaneus non faciat punitionem de maleficiis, de quibus facta fuerit concordia. exceptis quibusdam casibus, inter quos est casus percussionis factæ in facie ex qua signum euidens, uel cicatrix in facie remaneat, in quibuscunque casibus exceptuatis cōcordia fieri non ualeat, per quam bannum, seu pœnam posset amittere Communitas. Modo quidam percussit Titium in facie, in domo habitationis ipsius Titii, ex qua percussione signum, & cicatrix euidens est perpetuò remansura. Nunc primum quæritur. Vtrum prædictus delinquens commiserit vnum delictum tantum, an plura, ex eodem facto, vel ictu procedentia. Secundò an veniat

an ueniat puniendus ambabus legibus & pœnis, uidelicet pœna manus, & pœna ccc. librarum, an altera tantum, & qua. Tertiò, uerò & vltimò quæritur, an aliquo modo, vel casu possit eidem delinquenti prodesse concordia, per quã sit immunis à pœnis prædictis, vel earum altera. Visis & diligenter consideratis omnibus legibus municipalibus supradictis, & quidem combinatis ad inuicem duabus primis quæstionibus, propter connexitatem earum, arguitur primò pro parte delinquentis, quòd vnum tantum sit delictum, & una tantum pęna ueniat puniendus; eo quod fuit una percussio per hoc unum tantum-
2 modo delictum. † Sed vnum delictum, vna tantum pœna seu lege venit puniendum, ut leg. Senatus censuit, ff. de accusat.

In oppositum verò uidetur euidenter posse ostendi diuersa fuisse crimina, & ambabus prædictis legibus puniend, quamuis ex uno fecto procedentia.
3 † Et primò sic, planum est in iure, quòd si quis verberat seruum in iniuriam domini, licet sit unum factum; & una uerberatio, tamen duo sunt delicta, vt ff. de adult. l. si adulterium cum incestu, & ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. si quis sic fecerit, aliàs incipit.l. prætor ait, §. pen. & nota. C. de accus.l. qui de crimine, Ratio autem quare prædicta censeantur diuersa delicta, est propter diuersos respectus consideratos, ad quos unum, & idem factum porrigitur. Tunc etiam per diuersas leges diuersis respectibus considerantes ipsum factum. Quando enim diuersæ leges puniunt vnum, & idem factum sub una consideratione, & uno respectu tantum; vnum tunc censetur delictum, & altera tantum lege venit puniendus. Sin autem diuersæ leges puniant vnum idemque factum sub diuersis considerationibus, & respectibus, tunc licet sit unum factum, tamen delicta sunt diuersa, & vtraque lege punienda & præcipue quando ipsorum delictorum unum non subalternatur alteri, sed habent se ad inuicem, vt ex-
4 cedentia & excessa † Certum est enim quòd coitus, qui fit cum consanguinea alteri nupta, licet sit unum, verumtamen propter diuersos respectus est, & censetur multiplex delictum. Nam propter respectum, & considerationem matrimonii est adulterium; propter respectum verò, & considerationem consanguinitatis est incestus. Item homicidium commissum in personam serui in iniuriam domini, respectu personæ serui est simplex homicidium, respectu verò personæ domini est ipsius iniuria, propter quos respectus, diuersa censentur delicta diuersis legibus, diuersimodè ipsum factum considerantibus punienda, ut probatur dictis rationibus, & iuribus, & plenè traditur hæc materia per Doctores modernos, & pro me in d.l. qui de crimine.

Planum est autem, quòd dictæ leges municipales diuersimodè considerant dictum factum sub diuersis respectibus, quod facile videtur posse monstrari. Nam dictum statutum, quod incipit, quia domus, &c. respicit ipsum factum, & ipsam percuscionem inquantum ipsa percussio est facta in domo habitationis alterius cnm sanguinis effusione: non attento, vtrum ex ipsa percussione signum euidens, vel cicatrix sit perpetuò remansura, uel non. Alia verò l. municipalis, quæ incipit, ut maleficia, &c. in §. & si percussio, &c. è contrario respicit dictum vnicum factum, & percussionem inquantum ex ipsa percussione peruenerit cicatrix & signum euidens & perpetuum; non attento, nec considerato, quòd percussus in propria mansione vulneratus est, nec ne; Insuper planum est, quòd differentia iniuriarum ex vno actu peruenientium, una potest esse sine alia, & altera alteri subalternatur. Quinimmò nec dictæ leges municipa-

les nec pœnæ, quæ per eas inferuntur, cum una sit personalis, altera verò pecuniaria ad inuicem subalternantur; sed omnia supradicta, videlicet tam delicta, quàm leges, quàm etiam pœnæ se habent ad inuicem, sicut diuersa, & separata, debet esse ratio, & idcircò necessariò concludendum uidetur, quòd prædictæ sunt diuersæ iniuriæ, & diuersa crimina; quàmuis ex vno facto peruenientia perfectis legibus & pœnis personali, uidelicet, & pecuniaria, & non tantum altera punienda. Præterea & alia ratione, seu argumentatione ad inconueniens, quæ supra scripta sunt fortiter approbantur. Nam si diceremus unicum, & tantum unum fore delictum, igitur vna tantum pœna veniret puniendum, ut dicta leg. Senatus. aut igitur puniretur pœna statuti, quod incipit, quia domus, &c. pœna manus, & tunc de cicatrice, & signo nulla sequeretur punitio. Nam d. l. quæ incipit, quia domus, &c. pro sola percussione cum sanguine talem pœnam imponit, aut pœna dicti statuti, quod incipit. quia domus &c. & maleficia &c. & tunc minorem pœnam, utpote pecuniariam tantum pateretur ex dicto crimine si remaneret signum, quod si non remaneret, quæ omnia non sunt inconuenientia, & per hoc maleficia remanerent impunita. uel etiam aliter ostenditur dicta inconuenientia, planum uidetur
5 quòd † quoties duæ leges imponunt diuersas pœnas pro eodem crimine, in arbitrio iudicantis est, quam pœnam inferat; ut ff. de effrac. l. i. §. expilatores, & not. per Dy. ff. de no. oper. nunt. l. in prouintiali, in princ. suæ magnæ distinctionis, vel secundum aliorum sententiã, esset minor pœna imponenda per leg. interpretatione, ff. de pœn. quòd si esset, uel si secundum sententiam, Dyn. Iudex minorem pœnam eligeret, nouo uelamine posset protegi inconuenientia supradicta.

Nam pro huius signi & cicatricis euidentia, minueretur pœna criminis, quod nemini venit in dubium fore omnino inconueniens, & absurdum: & propterea satis uidetur concludi posse necessario dici debere prædicta fuisse diuersa delicta, & crimina. Præmissis duabus legibus municipalibus, earumque pœnis, & earum qualibet punienda. Et per hoc ad duas primas quæstiones uidetur clarè fore responsum. Confiteor secundum præmissas rationes & iura prædicta, quòd in casu nostro sunt duo delicta sub diuersis considerationibus, sicut aliàs in similibus plenè explicaui in lectura, in l. qui de crimine. C. de accus. quia pœna tam corporalis in amputatione manus, quàm pœna pecuniaria per cicatricem & signum euidens uenit ex diuersis caussis. Vna causa delicti commissi, & offensionis factæ in domo habitationis, alia uerò causa cicatricis, & signi.
6 † Confiteor etiam quòd super pęna abscisionis manus, facta concordia, prosit & committetur fauore concordiæ & pacis pęna corporalis sicut statutum dicit. Super pœna uerò quæ infertur ratione cicatricis, & signi, non prosit concordia, sed pœnam, ex eo debitam exigat magistratus secundum formam alterius statuti, cum ueniat ex diuersis causis, ut dictum est; Ad quod facit Gloss. & ratio suæ determinationis, quæ est. ff. de iis, qui deie. uel eff. l. si uerò, §. planè in magna Gloss. ad fin. Bis enim iste delinquit, qui percussit in domo habitationis, & qui percutiendo cicatricem fecit, ut dicitur alibi in l. non omnes, §. qui desertum; cum sua Gloss. quæ optimè facit. ff. de re milit. Si ergo unum est delictum, una est pœna, una quarum faciendo concordiam per partem commutari potest, altera non & in hanc sententiam uidetur mihi Cyno de Pistorio diffinitiuè inclinandum cum pœna, quam amittere communitatem Perusinam uetat statutum, hic nullatenus amittatur. Ideò exigenda uenit,

uenit, & altera pœna manus fauore concordiæ commutetur, & sic nulla lex offenditur. Immò utraque in suo vigore seruatur.

Cynus de Pistorio. Deo Gratias Amen.

CONSIL. D. FRANCISCI TIGRINI DE PISIS.

SVMMARIVM

1 *Iudex an poßit procedere per inquisitionem contra illum qui conatus est venerare puerum cōiunctum, stantibus statutis, vno quòd de percußione, & delictis quibuscunque commißis & committendis inter coniunctos & familiares minores xxv. annis stantes in eadem familia, non poßit inquiri, nisi pro homicidio, membri mutilatione cum percußione facta cum sagitta cum armis, &c. & altero posteriori, quòd de quolibet crimine per inquisitionem procedi poßit, & numero 2. cum sequentibus.*

2 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

3 *Verbum quiscunque, generalitatem importat.*

4 *Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant.*

5 *Differentia inter esse tale, & haberi pro tale.*

6 *Homicidam esse, & pro homicida haberi differt.*

7 *In atrocioribus quando deuenitur ad actum, licet non perficiatur, pro facto habetur.*

8 *Statutum ubi requirit factum, non sufficit interpretatiuum.*

9 *Occidere uolens, & ad actum veniens, quando per eum non remansit, ut homicida punitur.*

10 *Iudex an poßit pronunciare non esse procedendū super inquisitione, non obstante statuto quo cauetur, quòd iudex non poßit ferre sententias absolutorias, de maleficio, in vltimo mēse regiminis.*

11 *Sententia quæ pronunciatur non esse procedendum super inquisitione, an sit diffinitiua uel interlocutoria.*

12 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an dicatur interlocutoria, opposita exceptione peremptoria.*

CONSILIVM XIIII.

IN CHRISTI nomine, Amen.
1 † Proceditur per inquisitionem contra Martinum ex eo, quòd dedit fiscicaldum cuidam puero, animo, & intentione ipsum occidendi, & per eum non remansit quominus ipsum occideret. Sed gratia Dei non fuit mortuus: & prædicta dictus Martinus fuit confessus, infra terminum defensionis, opponit exceptionem quòd non potest procedi per inquisitionem, cū reperiatur quoddam statutum, quòd de percusione, & delictis quibuscunque commissis, & cōmittendis inter coniunctos, & familiares minores vigintiquinque annis, stantes in eadem familia; non possit procedi per inquisitionem, nisi pro homicidio, membri mutilatione, & percussione facta cum sagitta cum armis, &c. Reperitur aliud quoddam statutum præcedens dictum statutum, quo cauetur, ꝙ potestas possit procedere de quolibet crimine per inquisitionē. Quæritur an possit de prædictis procedi per inquisitionē per potestatem, posito quòd sint coniuncti. Et quoddam alio statuto cauetur, quòd ultimo mense regiminis potestatis, potestas uel iudex maleficiorum non ferat, neque fere possit sententias absolutorias in dictis causis maleficiorum. Modo quæritur an teneatur pronuntiare super inquisitione non esse procedendum, & an si tenetur, possit, quia ultimo mense regiminis potestatis.

Super primo an possit de prædictis ꝓcedere per inquisitionem obstante for-
2 ma statuti, & dico quòd non. † nam certum est quòd exceptio confirmat regulam in non exceptuatis vt in l.1. ff. de regul. iuris. & l. penulti. de fundo instruct. Sed statutum inter affines & coniunctos usque ad certum gradum prohibet posse procedi generaliter. quod pa-
3 tet † per uerbum quiscunque, in statuto positum, quod generalitatem impor-

tat,

tat, vt l. balista, ad Trebellian. & ibi not.

Demum excipit quosdam casus, inter quos casus non continetur casus in inquisitione contentus, ergo, &c. Quod autem non contineatur patet. Primò, quia statutum requirit homicidium commissum, quod patet, dum dicit, & hoc non intelligatur in maleficiis commissis inter personas præfatas; postea subdit pro homicidio, &c. requiritur ergo maleficium commissum inter perso-
4 nas præfatas, † quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. l. quoties, C. famil. ercisc. & ibi not.

5 † Præterea lex dicit, quod aliud est quid esse tale, & haberi pro tale, ut l. mercedis, ff. de verborum significatio. & aliud est esse mercem, & aliud haberi pro
6 merce. † Et sic aliud esse homicidam, & haberi pro homicida, vt l. i. C. de sicar. & l. i. ff. eod. titu. & pro homicida habetur qui uenenum dedit, ergo homicida est, argumen. prædictarum legum; nec homicidium commisit in præfatum coniun-
7 ctum. † Et si dicatur in atrocioribus, si deuenitur ad actum, licet non perficiatur, habetur pro perfecto, ut l. si is qui cum telo, C. ad l. Corneliam de si-
8 car. Respondeo primò, † quia vbi statutum requirit factum, non sufficit interpretatiuum factum, quia statutum requirit factum uerum, cum statutum non recipiat interpretationem l. constitutionibus. ff. ad municipal. nota. per Dyn. in leg. tertia, ff. de uerborum significat. quare, & cætera.
9 † Respondeo modo ei, quòd posito quòd de iure communi esset expeditum, quòd uolens occidere, uel ueniens ad actum, si per eum non remansit, punitur ut homicida, ut not. per Moder. in l. is qui cum telo, & in l. si quis non dicam rapere, C. de episcopis. & cleric. posito sine præiudicio, quod esset expeditum, vt est dictum; quia statutum hoc casu de quo agimus disponit certo modo.

Præterea quasi omnia statuta disponunt, quòd uulnerans cum aliquo gladio certo modo puniatur, & aliter punitur is qui occidit, & aliter is qui vulnerauit, & tamen secundum iuris communis dispositionem, qui gladio vulnerat, præsumitur habere animum occidendi, & tamen statutum non punit eum vt homicidam, aliàs sequeretur, quod si filius uulnerat patrem gladio, quantumcunque leuiter, quod potestas possit procedere per inquisitionem, quod est falsum, quia non obstat dictum statutum.

10 Super secundo puncto, † an potestas in ultimo mense regiminis possit pronuntiare non esse procedendum super dicta inquisitione, non obstante dicto statuto; & dicitur quod non; quia statutum dicit quòd non possit ferre sententias absolutorias de maleficiis & cætera. & quamuis dici possit, quod nomen sententiæ simpliciter prolatum referatur ad diffinitiuam, ut nota. in l. ii. §. biduum, versicul. quod in sententiis, quan. appellan. sit, & sic hæc diffinitiua debet intelligi. Sed ista uidetur interlocutoria, quæ super exceptione ema-
11 nat, quare &c. † Respondeo quod ista sententia qua pronuntiaretur non esse procedendum ob exceptionibus est absolutoria de crimine, quia ista exceptio est peremptoria criminis, & à crimine realiter absoluit, diffinitiua dici potest quo ad crimen, licet non quo ad solem-
12 nitatem. † Quamuis enim absolutoria ab obseruatione iudicij dicatur interlocutoria, est uerum quando à iudicio simpliciter absoluitur. Sed ubi exceptio est peremptoria criminis, realiter absoluit à toto, & ideò quia est ultimo mense sui regiminis pronuntiare non possit, si esset in primo mense teneretur pronuntiare, procedendum non esse super inquisitione.

Et ita in utroque puncto consulo
Ego Franciscus Tigrini
de Pisis.

CONSILIVM D. IACOBI BVTRIGARII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de homicidio loquens, secundum propriam significationem veneficium non comprehendit, & nu.2.cum sequentibus per totum consilium.*

2 *Vulgi appellatio dat uerbo siue dictioni significatum, & secundum id iudicamus.*

Intellectus ad l.si ita vulneratus, ff.ad legem Aquiliam.

3 *Vulgo occidisse dicitur, qui mortis causam praebuit.*

4 *Ex etymologia proprium uerbi significatum colligimus.*

5 *Homicidium vnde dictum.*

6 *Occidere & uenenare, ut species separatae puniuntur.*

7 *Lex aliter disponit de homicidio, & aliter de ueneficio.*

8 *Excedentia & excessa non sunt idem.*

9 *Similia idem non sunt.*

10 *Hominem ueneno extinguere plus est, quàm gladio occidere.*

11 *Dispositio de ueneficio homicidium non comprehendit.*

12 *Intellectus sumptus ex uulgi opinione est contra proprium significatum, quod ex etymologia sumitur est figuratum.*

13 *Figura & figuratum non sunt idem.*

14 *Hominis imago, & homo idem non sunt.*

15 *Intellectus habitus ex communi opinione est figuratus.*

16 *Differentia inter acceptilationem, & stipulationem.*

17 *Ex unius appellatione, si datur aliud intelligi ex vsu communi, & repraesentatur, tamen non est idem cum repraesentato, & ex significatione uerbi.*

18 *Per duo legata, aliquando datur tantum vnũ intelligi in testamento.*

19 *Repraesentatum & figuratum non est ex significatione.*

20 *In rebus quae usu consumuntur non potest adaptari significatum usufructus.*

21 *Lex & consuetudo, siue vsus paria describuntur.*

22 *Statuta intelligenda sunt ad proprium intellectum & strictum, ne extensiuam interpretationem capiant.*

23 *Intellectus ad l.item si obstetrix, ff.ad legem Aquiliam.*

24 *Officialis non tenetur de delicto vxoris, sed propter, ideò non dicitur homicida, licet mulier occidat, nec veneficus licet mulier sit uenefica.*

25 *Vtens malorum hominum opera, non tenetur de delicto & maleficio, sed quasi de maleficio.*

26 *Illud est causa alterius, quod oppositum producit effectum, & amotum amouet.*

27 *Mandans homicidium ei qui aliàs erat facturus, non tenetur de homicidio, sed mandato.*

CONSILIVM XV.

IN CHRISTI nomine, & Beatae Mariae virginis gloriosae, & pretiosae Crucis, Amen. Quaestio proponitur, sub
1 ijs terminis, † Lege municipali ciuitatis Florentiae cauetur, quòd potestas & eius Iudex, & Capitaneus & eius iudex possint, teneantur, & debeant cognoscere, & terminare secundum ius, & statutum Communis Florentiae super omnibus, & singulis maleficiis commissis antè introitum sui officii per duos mẽses tantum, & non ultra; saluo, quòd potestas, & eius iudex teneantur, & debeant cognoscere de infrascriptis maleficiis commissis antè introitum sui officii per vnum annum uel infra, videlicet de furtis, assassinis, facientibus offendere per assassinos, quo ad offendentem & offendi facientem, & de robariis, & robatoribus stratarum, & falsamentis, & homicidiis, uulneribus, enormibus in uultu, debilitationibus membrorum cum aliquo genere armorum vnde sanguis exiuerit. Incendiis, & rapturis mulierum, & adulteriis, & stupris, &c. Modo accusantur duo, unus

quod

quòd dedit alius, quòd dari curauit, & fecit dari, & mandauit ante introitum potestatis per quatuor, vel per sex menses alicui medicinam mortiferam animo, & proposito occidēdi, ex qua mortuus est. Quæritur nunquid contra prædictos Potestas, uel sui iudices habeant cognitionem: quæ questio recipit dubitationem ex multis legibus inuicem contrariantibus.

2 Et primò, † contra eum, qui dedit, & qui mandauit vel curauit, facit text. in l. ita uulneratus, ff. ad legem Aquilia. inducendo hoc modo, uulgi appellatio dat uerbo, siue dictioni significatum, & secundum id iudicamus, ut l. quòd si nepotes, de testamen. tut. & institu. qui dari tuto. poss. §. primo, & de suppellect. leg. l. iii. in fin. & l. Labeo, §. nec mirum, eod.
3 titu. Sed text. in l. ita uulneratus. † Vulgo quidem occidisse dicitur, qui mortis causam quolibet modo præbuit, sic ergo est hic intellectus, & uulgi opinio, ergo secundum id de significato homicidæ debemus iudicare.

Secundò, quantum ad eum qui venenum dedit videtur expressè lex ponere institu. de publi. iudi. §. eadem lege & venefici igitur venenis homines occiderunt.

In contrarium primò quòd neuter veniat condemnandus sub appellatione homicidæ probatur manifestis rationibus.
4 Primò sic, † certum est, quòd ex etymologia colligimus verbi proprium significatum, ut C. de episcop. & cleric. l. decernimus, de uerborum significatio. l. tigurii, & l. pupillus, §. territorium, & l. librorum, §. sed quòd Papirius. & l. secū
5 da. §. appellata, ff. si cer. peta. † Sed homicidium dictum est à cædendo, & cædo, ut l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam. ergo cum venenatus non sit cæsus, cessat etymologia, & per hoc significatum verbi, si-
6 ue huius dictionis homicidæ, † Secundò probat text. ad literam dupliciter. C. de malef. & mathe. l. i. probat enim primò ex eo, quòd occidere, & uenenare puniuntur, ut species separatæ, & sic non cæde, & facit secundum hoc dictus text. institu. de public. iudi. §. eadem lege, & text. ad literam, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. i. in princip. ac etiam in C. ponitur, ut ti-
7 tulus separatus. † Itē aliter disponit lex, de homicidio, & aliter de ueneficio, vt l. lege, §. cum quidam, de sicar. & de pœn. si quis aliquid, §. qui abortionis, secun-
8 dò, † probat idem text. sic, certum est, quòd excedentia, & excessa non sunt idē,
9 † quinimmò nec similia idem sunt, ff. de action. empti. l. i. & manda. l. diligenter, & depositi. l. quod Nerua, Sed hominem occidere, & ueneno extinguere se habēt,
10 secundum plus, & minus, † ut l. prima. dum dicit plus ueneno hominem extinguere, quàm gladio occidere, ergo non
11 sunt idem, † sic nec dispositio de homicidio ueneficium quasi separatum, & aliud ut l. si uero, §. de uiro, ff. solu. mat. & l. Papinianus lib. ii. responsorum ait, exuli, ff. de mi. & de excep. rei iudi. l. cum quæritur.

Tertiò probat idem text. & antequam veniamus ad speciales allegationes de mādante, & fieri faciente, pro solutione cōtrariorum, & concordantia præmisso-
12 rum, est sciendum † quòd intellectus qui sumitur ex uulgi opinione est cōtra proprium significatum, quod ex ety-
13 mologia sumitur est figuratum, †. & sic
14 figura & figuratum non sunt idem, † & imago hominis, & homo non sunt idē, ut hæc probantur, C. de iure annul. aureo. l. ii. & de lati. libertate tollend. l. prima circa princip. & institu. quib. mod. ius. pat. potesta. sol. §. præterea, & quib. mod. ob. tol. §. est autem, & l. imaginaria, de regul. iur. ergo nec intellectus figuratus, &
15 proprius erunt idem. † Sed ille intellectus qui habetur ex communi opinione est figuratus, ut notat plenè Gloss. in l. Labeo, §. nec mirum, de suppellec. leg. Quod
16 patet † in acceptilatione, & solutione, quæ non sunt idem est: acceptilatio imaginaria solutio, & tamen non est so-
17 lutio, probatur etiam sic, † & si ex vnius appellatione datur aliud intelligi ex vsu communi, & repræsentatur, tamen non

non est idem cum repræsentato, & ex significatione verbi immò aliud. omninò & si ex vsu repræsentetur, istud probatur l. in vsu, de verb. signi. & leg. vete-
18 res, de act. emp. Probatur sic | in vltimis uoluntatibus, testator ita dixit, si cui bis legauero, semel deberi volo, & sic per duo legata datur tantum vnum intelligi, & figuraur vnum, & repræsentatur, ve-
19 rè tamen duo significantur, † & ita quod repræsentatur & figuratur non est ex significatione, vt l. si mihi & tibi, §. fi. de lega. i.
20 † Patet in usufructu rerum, quæ usu consumuntur non posse adaptari signicatum usufructus secundum propriam ipsius naturam, ut leg. ii. ff. de usufruct. ea. re. quæ
21 usu. con. Et ex iis sic arguo. † lex & consuetudo siue vsus describuntur paria, ut l. de quibus, in fin. ff. de legi. & Inst. de iur. natu. §. ex non scripto, & l. ii. quæ sit long. consuet. Sed lex uel Senatus non potuit contra proprium significatum, nouum significatum dare quod sub proprio contineat, ergo nec consuetudo. Ex iis concluditur manifestè quòd ex supra allegatis homicidium & veneficium sunt species oppositæ, & quòd per uenenum extinguitur, non occidit, & ita ex propria significatione verbi veneficium sub homicidio
22 non comprehenditur. † Sunt autem intelligenda statuta ad proprium intellectum & strictum, maximè vt non capiant interpretationem extensiuam: & sic statutum, quod de homicidio loquitur, ad veneficium non porrigitur: & licet uulgus & usus possint figuratum intellectum dare, proprium tamen non dare, nec tollere possunt, ut ex superioribus est probatum, & secundum hoc id est vulgi opinionem loquitur §. eadem lege, & l. ita uulneratus.
23 Non obstat † ad l. Acquil. l. Item si obstetrix, quia pro ut probat l. ita vulneratus. ii. respon. lex Aquilia sumpsit homicidium vbicunque manu adhibita, homo perimitur siue veneno, siue gladio, & hoc dicit ibi tex. sed in lege Aquilia non quod ipsum sic sumere propriam significationem huius uerbi homicidii alteret, siue tollat. Et sic aut considero proprium significatum simpliciter & uerum; & procedunt primò allegata; ut homicidium veneficium non comprehendat, aut usum loquendi, & tunc loquitur leg. ita vulneratus, ii. respon. Ad aliud autem allegando licet frustra quòd dicitur mandasse, uel causam prohibuisse de homicidio, non tenetur, nec de veneficio, licet aliàs propter veneficium teneatur sed non hic propter præscriptionem
24 inductam à statuto prædicto, † & hoc probatur in l. obseruare, §. proficisci, de offi. procons. & legat. ubi non tenetur proconsul de delicto vxoris, sed propter, & per hoc non dicitur homicida, licet mulier occidat, nec veneficus, li-
25 cet mulier sit venefica, † Et idé contingit in eo, qui vtitur opera malorum hominum, ut non teneatur de delicto, & maleficio, sed quasi de maleficio, ut l. debet, ff. nau. cau. stab. & insti. de ob. ex quasi delic. per totum.
26 Iterum † probat lex non solum, §. proculus, & §. qui mandato, ff. de iniur. quia illud est causa alterius quod appositum producit effectum, & amotum amouet, ut l. si remunerandi, §. i. ff. mand.
27 † sed is qui mandauit ei qui erat aliter facturus non tenetur, adest enim homicidium, & tamen de homicidio non tenetur, ex mandato enim, non de homicidio tenetur, probat. l. 1. quando ci. act. & l. i. §. ex incendio, de incend. rui. nauf. & l. eo tempore, §. si. de pec. statutum autem dicit quòd cognoscat de homicidiis, sed ille non conuenitur de homicidio, sed propter; nec de veneficio, sed propter, ergo statutum non comprehendit, ut infra duos menses potestas cognoscere possit. Manifestè ergo ex præmissis concluditur veneficium ex propria significatione verborum sub homicicio non comprendi, quam pro-

priam significationem in statuto inspicere debemus, nec mandantem veneficium, de veneficio teneri, quanto minus nec de homicidio, Iacobus Butrigarius disputauit. Deo gratias Amen.

CONSILIVM D. IACOBI BVTRIGARII LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM

1 *Statutum quòd si officialis, uel nuncius communis qui steterit pro illo officio, vel Baylia, uel qui fecerit potestatis præceptum, fuerit offensus, debeat à Commune iuuari, & offendens puniatur in duplum damnum commissi, an comprehendat illum qui uulnerauit gerentem se pro officiali, & re uera non erat officialis, sic quòd inquisitus, citatus & non comparens tanquam contumax habeatur pro confesso, ita quòd possit iuxta statutum prædictum condemnari. Et nunquid post sententiam possit contrarium probari, in causa appellationis, cum statutum velit, quòd per acta primi iudicii in causa appellationis iudicetur, & nume. 2. cum sequen. per totum consilium.*

2 *Contumax regulariter non cadit à iure suo immò quatenus fauet ei ius, contumacia non obstante pro eo pronunciatur.*

3 *Argumentum non rectè fit in separatis & diuersis de uno ad alterum, maximè in iis quæ contra ius sunt.*

4 *Delictum aliud est, & aliud res siue persona in quibus delinquitur.*

5 *Persona licet quandoque aggrauet delictum, & eius pœnam, & quandoque exoneret, non tamen facit vnum delictum esse aliud delictum.*

6 *Intellectus l. aut facta, §. persona, ff. de pœnis.*

7 *Delictum grauius & leuius punitur ex persona agentis vel patientis.*

8 *Probatio delicti non concludit probationes circa personas, & multo minus circa personæ conditionem.*

9 *In uiolentia illata, probato delicto creditur postea de rebus inuasis.*

10 *quæ aggrauant vel releuant delictum, non sunt ipsum delictum vel eius pars, immo nec mutant delictum, nec prohibentur addi uel detrahi vsque ad sententiam.*

11 *Non probato dominum esse occisum, non habetur de familia quæstio.*

CONSILIVM XVI.

IN CHRISTI nomine Amen.

1 STATVTO † Ciuitatis Vulteranæ cauetur. Si quis aliquem offenderit officialem, uel nuntium communis, qui steterit pro illo officio, uel Baylia, uel illum qui fecerit præceptum potestatis, debeat á Commune iuuari, ille qui offensam recepit; & qui offensam fecerit, puniatur in duplum damnum commissi. Circa hoc proponitur factum tale, Dominus Potestas Ciuitatis Vulteranæ inquisiuit contra Belfortem, eo quòd loco, & tempore in inquisitione contento uulnerauit Ser Vannem officialem Gestæ, contra formam statuti, & condemnauit eum in pœna dupli, eo quòd rectorem officii disposuit eum vulnerare tanquam officialem dicti Communis, & re uera, non erat officialis, nec constat in aliqua parte actorum, quòd dictus Ser Vannes fuerit officialis. Sed solummodo constat, quòd dictus Belfortes fuerit contumax, & statutum uult, quòd ex delicto, de quo inquiritur contra contumacem, quòd ipse inquisitus contumax habeatur pro confesso. Quæritur nunquid ista contumacia operetur, quòd talis inquisitus habeatur pro confesso, quòd fuerit officialis, ex quo aliter non apparet, & nunquid post sententiam posset probari contrarium in causa appellationis. Cum statutum uult, quòd per acta primi iudicii in causa appellationis iudicetur. Et ad declarationem huius quæstionis præmitto

2 †Quòd

2 †Quòd statutum quod facit contumacem haberi pro confesso est formatum contra ius commune, videlicet, quod contumax regulariter non cadit a iure suo. Immò quatenus fauet ei ius, contumacia non obstante, pronunciatur pro eo, ut l. properandum, §. & siquidem ex gestis, C. de iudi. & C. quomodo, & quando, in l. prima. & ff. de iud. l.
3 ii. Secundò præmitto, † quòd in separatis, & diuersis non rectè arguitur de vno ad alterum, & maximè de iis, quæ sunt contra ius, ut ff. de leg. l. quod uerò contra, & l. in iis, & ff. de minor. l. Papinianus lib. ii. responsorum ait, exuli.
4 Hoc præmisso dico, † quòd aliud est delictum, & aliud est persona delinquentis, aliud est persona contra quam delin-
5 quitur, † licet hæ personæ habeant aggrauare quandoque delictum, & eius pœnam, & quandoque exonerare, non tamen faciunt unum delictum esse aliud delictum, casus ad literam est. ff. de pœn. l.
6 aut facta, per totam legem, † & maximè persona dupliciter spectatur, & probatur etiam per multa iura. Ecce enim quòd ex loco maior, uel minor pęna imponitur. Et nunquid ad alterationem loci, & impositionem faciunt delictum esse, & certè non, ut d. l. aut facta, §. fin. & hoc
7 est, quod dicit dictus §. persona, † ex iis enim rationibus delictum grauius, & leuius punitur ex persona agentis, uel patientis per quod colligitur delictum non esse aliud, uel fieri alterum ex qualitate personæ, & si crimen aggrauetur quo ad pœnam, siue pœnæ impositionem; patet ergo, quòd qualitas personæ, uidelicet, quòd Ser Vannes Gestæ fuerit officialis, non est delictum, nec eius pars, licet idem delictum
8 aggrauetur ex pœna. † Est ergo separatum delictum à conditione personæ, licet ergo contumax habeatur pro confesso ex delicto, non tamen sequitur quòd in conditione personæ sit contumax, & pro hoc non fuit contumacia sufficiens causa ad concludendum condemnationem dupli, cum non concludat probatum in conditione personæ, quæ est causa, & probatur hoc per casum legis, cum sua Glo. C. de iur. calumn. l. ii. §. si autem reus, quæ incipit, per hoc apparet &c. posita super uerbo, rei qua-
9 litas. † Probatur etiam per multas rationes, & casus. Ecce; dicit lex, quòd in uiolentia illata, probato delicto, creditur posteà de rebus inuasis, per quod patet, quòd aliud est delictum & aliud est res in quibus delinquitur, cum probatio circa delictum non releuet probationes circa res, sed fiat simpliciter per iuramentum; nec probatio iuramenti circa res releuat probationes circa delictum. Et sic eadem ratione delictum, & conditio personæ in qualitate sunt separata, & ideò probatio uera uel ficta circa unum, uel circa delictum non releuat circa conditionem personæ, qua non probata non debuit sequi condemnatio dupli. Probatur
10 etiam per casum, † quia ea, quæ aggrauant, uel releuant delictum non sunt ipsum delictum, uel eius pars. Immò nec mutant delictum, nec prohibentur addi, uel detrahi usque ad sententiam, ff. de noxa. l. in delictis §. si detracta, probatur etiam ex l. pen. ff. si ex nox. cau. agatur, & ff. de transf. l. cum ij, §. in per-
11 sona, † & probatur in l. i. §. item illud, ff. ad Syllania. ubi non probato dominum non esse occisum, non potest haberi quæstio de familia; liquere debet scelere esse interemptum. Et ita delictum probatur, & nihilominus super est probare de personis, propter quas & earum probationem familia torquetur, ut ibi notatur. Ex hoc colligitur etiam quòd probatio delicti non concludit probationes circa personas, multo minus circa conditionem personæ. Sed cum ipsa conditio personæ sit causa dupli, ut per contumaciam probatur cum sit separata à delicto, quod solum per contumaciam probatur, non debuit sequi sententia super dupli con-

demnatione, & quatenus ultra processit, debet ut iniusta sententia per appellationem rescindi; & propter hoc non restat quærere, quid sit, uel possit in causa appellationis probari, cum ex probatione in principali causa non possit nec potuerit sequi condemnatio. Deo Gratias.

Dominus Iacobus de Butrigariis Bononiensis.

CONSILIVM. D. IACOBI BVTRIGARII LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus pro vulnere in xxv. lib. an possit posteà puniri de cicatrice in quinquaginta, stante statuto quòd percutiens in vultu cũ sanguinis effusione in xxv. lib. puniatur, sed si fecerit cicatricem in quinquaginta libris. & nu. 2. cum seq. per tot. consi.*

2 *Non debet sæpius de admisso hominis eiusdem quæri.*

3 *Actione vna tantum agi potest quocies plures actiones ad vindictam, pro eodem delicto competunt.*

4 *Actio vna tollit aliam, quando duæ sunt, ad vindictam publicam, seu beneficia spectantes.*

5 *Idem factum, seu delictum non debet sæpius in iudicium deduci.*

6 *Plures sententiæ pro eodem facto sæpius fieri non possunt.*

7 *Idex qui semel sententiam tulit, siue bene, siue malè officio functus est.*

8 *Exceptio rei iudicatæ obstat in secundo iudicio quoties eadem res, & causa sæpius in iudicium deducitur.*

9 *Maleficium unum censetur, si solummodo vnũ factum, unus actus & una cogitatio unusque dolus fuit.*

10 *In delictis principium est spectandum & origo.*

11 *Qualitas rei, uel causæ, licet in aliquo augeatur, non dicitur alterata res vel causa.*

12 *Qui petiit totum & succubuit, non admittitur ad petendum partem.*

13 *Fundum qui petiit & succubuit, non admittitur ad petendum vsufructum.*

14 *Eandem causam facit origo petitionis.*

15 *Cicatrix non est delictum per se, nec substantiam per se habet delicti, sed consequentiam & accessorium.*

16 *Iniuria atrox grauius punitur quàm non atrox, & vnum est delictum.*

17 *Causæ cohærentia & connexa separari non possunt.*

18 *Principali sublato; tollitur accessorium.*

19 *Cicatrix noua res non dicitur, nec nouam causam habere, sed ex ueteri.*

20 *Vulneris inquisitio generalis, cicatricem comprehendit.*

21 *Res noua non videtur, nec noua causa, licet aliquid sit adiectum in nouo iudicio, uel detractum.*

22 *Opus nouum fieri videtur, si per nouum factum pristina facies mutatur.*

23 *Caput cuiusq; rei spectandum, & in principio tanquam digniori cuiuscunque rei.*

24 *Caput aquæ illud est, unde aqua nascitur.*

25 *Generale tantum operatur quantum ad omnia, sicut speciale, quo ad speciem expressam.*

26 *Intellectus l. si uulnerato, ff. ad l. Aquil. & l. inde Neratius. eo. ti. & l. item apud, §. si quis seruum, ff. de iniur.*

27 *Corpus liberum æstimationem non recipit.*

28 *Mors quandò ex uulnere sequitur, non dicitur delictum vulneris & mortis, sed solum mortis delictum esse commissum.*

29 *Occisus quis videtur, quando fuit vulneratus*

30 *Regula mutata forma, mutatur substantia, quomodo intelligatur.*

31 *Genus & nomen mutatur, quando de frumento fit farina; vel cæmenta domui coniunguntur.*

CONSILIVM XVII.

1 QVAERO statuto cauetur, † quòd si aliquis percusserit aliquem in uultu cum sanguinis effusione puniatur in xxv. libris, sed si fecerit cicatricem

puniatur

puniatur in quinquaginta libris. Modo Titius vulnerauit Martinum in vultu cũ sanguinis effusione, & condemnatus fuit in xxv. libris. Postea reperitur cicatrix ex illo vulnere. An poterit denuo contra ipsum procedi? & nunquid Titius poterit condemnari in quinquaginta libris de cicatrice? Et primò potest probari, quòd de cicatrice puniendus non sit ex
2 illa generali ratione, † quia non debet sæpius de admisso hominis ejusdem queri vt l.licet, §.fi.ff.nau.cau.stab.& de actio. & obligat. plura, in princ. Item alia ra-
3 tione. † quia quotiescunque ad uindictam plures competunt actiones pro eodem facto seu delicto, una actione tantum agere possunt. Ratio est; quia licet plures actiones se non impediunt natiuitate, tamen se impediunt in exercitio, si ex eodem delicto descendunt, sese impediunt prosecutione, ut ff. de iniur. l. quod senatus, & l. prætor, §. j. & de sepulcr. violat. l. qui sepulchrum,
4 & in eis nota. † Et expresè casus videtur, & est in duabus actionibus ad vindictam publicam, seu beneficia spectantibus, quòd una tollit aliam, vt de accusat. l. senatus, & de pœn. l. sanctio.
5 Præterea alia ratione, † idem factum, seu delictum non debet sæpius in iudicium deduci, vt sit litium finis, ut l. qui-
6 dam, ff. si cert. pet. † Nec plures sententiæ pro eodem facto sæpius ferri possunt, siue concordent siue discordent, vt l. post sententiam, C. de senten. & l. j. C. senten. rescind. non possunt. Et est
7 ratio. † quia Iudex siue bene, siue malè functus est officio suo, vt ff. de re iu-
8 di. l. Iudex, † Item quia obstat exceptio rei iudicatæ, quoties eadem res & causa sæpius, in iudicium deducitur. Si primò fuit facta condemnatio, & secuta absolutio, sicut si facta fuisset absolutio vera, vt l. si quis cum totum, §. planè, ff. de ex. rei iudic. In casu ergo nostro obstat talis exceptio. Quòd autem eadem causa, & eadem res in hoc iudicio deducitur, quæ in primo versabatur, manifeste, & multi
9 modè potest probari. † Nam certum est, quòd in casu nostro fuit solummodo unum factum, & unus actus, & una cogitatio, & vnus dolus, per quod unum maleficium est censendum solummodo, ut ff. de furt. l. verum, & l. qui iniu-
10 riæ, & de sicar. l. diuus, † Propter principium, quod est spectandum, & originem, ut ff. ad leg. Aquil. l. illud, §. final. & not. C. de accusat. l. qui de crimine, cum
11 simil. Item licet † qualitas causæ, uel qualitas rei in aliquo augeatur, non propereà dicitur alterata res, vel causa, sed potius eadem, vt colligitur, & probatur. ff. de ex. rei iudicat. l. & an eadem, §. idem corpus, & idem not. de ser. urban. prædior. l. seruitus, §. si sublatum, & de iudic. proponebatur, & de uerb. obl. inter stipulantem, §. sacram, & l. si quis
12 cum l. egi. eod. titul. Præterea † si à principio petii totum, & posteà partem, obstat exceptio, licet mutata forma petatur, seu qualitate mutata, quantum ad rem, uel nomine actionis mutato, vt ff. de excep. rei iud. l. si quis cum totum, per totam legem. & cum arg. §. si petiero gregem, & §. si fundum, in l. si cum testamento, siue illud totum, quod primo fuerat petitum, fuit uniuersale, ut genus, siue integrale, ut species, speci-
13 ficata † vt domus, & fundus, & similia, ut præalle. l. si quis, Primo petiit fundum, & postea petiit vel petat vsumfructum talem eiusdem, uel primo petiit actum, secundo iter eiusdem fundi, obstat exceptio, licet forma & figura eius quod petitur videatur mutata. Et est ratio; quia eius pars integralis est, non autem mentalis, seu subiectiua, vt notatur & probatur. ff. de vsufruc. l. iiii. & de excep. rei iudic. l. mater, §. si quis, & l. cum argentum, §. si fundus, de uerb. obl. l. qui vsumfructum, de verb. sign. l. rectè, & sic cicatrix pars vulneris potest dici, uel eodem modo.
14 † Item quia origo petitionis est eadem quæ facit eandem causam, vt sic obstet exce-

exceptio, ut præallega.l. si mater, §.eandem, in princip. & in pluribus locis eiusdem tituli. Item certum est quòd ipsum uulnus fuit principale, cicatrix verò fuit ut consecutiuum vulneris, siue ex uulnere, seu accessorium, ut ff. ad leg. Aquil. l.sed & quicunque, §. si ingratus, & loca. l. Item quæritur, §. Iulianus.

15 † Et sic cicatrix non est delictum per se, nec substantiam per se habet delicti, sed consequentiam, & accessorium ut, ff. de regu.iur. l. cum principalis, C. de positi.l. iiii.de fruc. & lit.expen. l. terminato, & si quis caut.l. ii.in princ.& l.centum Capuæ, & l. fina. de hæredib. insti-tuend. & l.si librarius, §.fina. Causa autē cicatricis semota à uulnere per se nihil erit, nec esset, nec per se posset intentari iure actionis specialis & separata, sed officio iudicis esset tanquam alterius princi-
16 palis sequela, † sicut quando officio iudicis venit atrox iniuria examinanda, quæ deseruit actioni iniuriarum, licet plus puniatur atrox, quàm non atrox, & aliter cogatur pro una, quàm pro alia. Nec duo sunt delicta, scilicet iniuriarum, & atrox. ut institu.de iniur. §.atrox.ff.de iniur. l. prætor, §. fina. & l. sed est quæstionis, ff.de seruo corrupt. l.non enim, §.post, & de feriis, l.iii.& fi.regun.l. si irruptione. Item certum est, quòd in utraque earum iudicio est conuertendum officium & res, & rei forma, seu qualitas licet rei accessoria posteà, uel superueniēte, non diuersis iudiciis quælibet per se agitatur, ut ff.de fur. l.inficiando, §.infans & de conditio. furt. l.ex argento, modo arg. per quod patet quòd non sunt substantialia rei, siue forma seu futura uul-
17 neris, † uel saltem cohærentia & connexa, quæ separari non possunt, ut C.de iudi. l. nulli, & de aqua quot.l.i.§.item quæ
18 ritur, cum si.† Accedat huic sublato principali tollitur accessorium, ut l.ad hoc.
19 † Præterea, cum & cicatrix non debet dici noua res, nec nouam causam habere, sed ex veteri, ut ff.de acquirend.rer. domin.l.adeò §.cum quis, & l. manumis-
20 siones, ff. de iusti. & iure. † Item causa cicatricis poterat comprehendi in primo iudicio inquisitionis, quia generale est, nam fit pro cohærentibus, & connexis, ut ff.de negot.gest. eum actum, & l. seq. & C eod. titu. l.si cognati, & C.de admini stratio. tutor.l.tutor, siue apparet à princi pio, siue emerserit ex post facto præcedēti, ut ff.de ædil.edict.l.ædiles, §.fina. & l.inter, & de aqua plu. arcend. l. supra iter, §.officium, & l. hactenus, §.fina.& notatur in l.non potest, ff. de iudi. & l.solemus, eodem titu.quæ etiam deducta appa ret, si in condemnatione fuerit dictum inspecta substantia & qualitate percussio-
21 nis, &c.† Item non videtur res noua, nec noua causa, licet aliquid sit adiectum in nouo iudicio uel detractum, ut supra dictum est, ut ff. de operis noui nunciatio.
22 l.i.§. si quis ædificium, † sed demum si per nouum factum pristina facies mutaretur, ut in eadem l.§. opus.& de riuis l.
23 i.§.verbo, & §.sequen. † Item caput cuiuscunque rei spectandum, & in principio tanquam digniori cuiuscunque rei, ut ff. de origin.iur. l. i.& de religion. l. cum in
24 diuersis. † Sed caput aquæ appellandum est locus vnde nascitur, & in alio propriè, ut ff.de aqua quot.& æsti. l. i. §. caput, & ab eo postea formatur euentus, ut C.de imponen. luca.descrip. l.prima. Item cum iudicium inquisitionis fuerit generale, quantum ad casum uulneris, & persecutio generalis pro qualitate ipsius uulneris, ut in scriptura apparet,
25 ergo generaliter obstat exceptio, † quia tantum operatur generale, quantum ad omnia, sicut speciale quo ad speciem expressam, ut ff.de ædil.edict. l quis sit fugitiuus.§. noxa.& pro socio l. actione, §.renunciare C.de acquirend. possession.l.ii. quorum vtrunque fuit in iudicium deductum, vt dictum est, & deductum in dubio præsumimus, ut prædicta l. solemus, & l.
26 non potest, ff. de iudi. † Nec est simile, quod dicitur, ff.ad l. Aquil. l.si uulnerato, & de iniur. l. inter aque. alias incipit. Item apud, §. si quis seruum, & ad l. Aquil. inde

de Neratius, §. si dolo,&c. eod. titul.l.ex morte, quia loquuntur, quando vtraq; actio, & vulnerati, & occisi dabatur pro interesse, & pecuniariter ex sententia, scilicet damnum domini agentis, & ad suam bursam petentis, & quando publica ad uindictam, & alia ad priuatum damnum, sed vbi utraque actio ad publicam vindictam, & ad bursam fiscalem non reperiretur in mundo, quòd actio una siue maiori, siue minori, alia possit agi, siue pro uulnere actum fuit primò & posteà agatur pro morte; siue è contra. Immò contrarium reperitur expressè, ut præallegata l. prætor, §. si dicatur, & in d.l.senatus consultus. Et si reperiretur pro aliquo uulnere condemnatus ad uindictã publicam, & ad Bursam fiscalem. nihilo minus morte secuta posset puniri de morte, ex lege. Cornelia de sicar. Adhuc nõ obstatet in casu nostro. cum pœna uulnerum sit ad pecuniariam pœnam, mortis
27 sit ad sanguinem † & ad corpus; quod æstimationem non recipit. vt ff. si quad.
28 pauper.fecisse dica.l.ex hac. † Item quando ex uulnere mors sequitur, non dicitur delictum uulneris & mortis, sed solũ mortis delictum commisisse, ut præalle-
29 gata l.illud, in fi.†& quia uidetur occisus, quando fuit uulneratus, ut l. huic scripturæ, ff. eodem titulo. & sic aliud actum videtur, quod non erat in obliga
30 tione scilicet pro uulnere. † Item res, seu causa criminis mutauit naturam, seu genus, & transiuit ad aliud genus, quod non eo nomine nuncupatur, sed alio, quia & alia causa uidetur, & sic non obstet exceptio, ut ff. de legat. iii.l.lana,& l. quæsitum, §. illud, de acquiren. rerum domin.l.si ex meis, cum similib. & iis, quæ ibi notãtur, & sic intelliguntur iura quæ dicunt, mutata forma, uidetur mutata substantia, ut ff.ad exhibend.l.Iullianus, §. si quis rem, & de uerbo.obliga.§.
31 rei.† nam quando de frumento fit farina, mutatur genus & nomen, & quando cæmenta domui coniungũtur, ut l.rerũ mistura.& l.eũ,ff. de usuc.Sed in nostro casu uulnus non mutatur propter qualitatem uel figuram cicatricis, uel genus vel nomen, vt desinat esse uel dici uulnus.

Et ita dico & consulo,ego Iacobus de Butrigarijs Iurium Doctor.

CONSILIVM DOMI. BARTOLI DE SAXOFERRATO.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ciuitatis non porrigitur ad delictum extra territorium commissum.*

2 *Dominus pro famulo non tenetur.*

CONSILIVM XVIII.

VTRVM Statutum ciuitatis porrigatur ad delictum commissum extra territorium. & an dominus teneatur pro
1 famulo: † Super quo dicendum est,quòd illa fuit quæstio antiqua: Nam Odofred. tenuit, quòd statutum ciuitatis nõ porrigatur ad delictum commissum extra territorium: quam opin. latè recitat Alber. de Gandin. in fi.sui libelli.posteà d. Cy. in ciuitate Senarum disputauit contrarium: Sed posteà de hoc apparet casus expressus, quòd non ligat extra territorium, extra de constitution. c. ut animarum, & ibi Ioann. Andr. reprobat opinionem Cyn. & sequacium in nouella. Ego idem puto & teneo in l.cunctos populos, C.de summa trinit.& fide catholica. Concludo ergo quòd id quod dicit de taberna, secundum formam statutorũ ciuitatis Asisij, non habet locum in commissis extra territorium suum.

2 Super † secundo an dominus teneatur pro famulo Dyn.ponit in l. i.§. familiæ, ff.de public.& determinat dominum non teneri per l.quoties, in princip.& §. i.ff.de noxali. Ego idem teneo.

Bartolus de Saxoferrato.

CONS.

CONSILIM D. IOANNIS DE LIGNANO.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi qualiter, & in quibus ab ecclesia defendantur, & in quibus modis reprobantur, numero 6.*

2 *Ecclesia iudæos ex debito humanitatis tolerat.*

3 *Iudæi obedientes non sunt molestandi ad cultũ diuinum.*

4 *Iudæi in temporalibus subijciuntur legibus Romanorum Principum.*

5 *Iudæis Iustitia exhiberi debet iuxta legum dispositionem.*

7 *Iudæis publica officia non committuntur. numero 24.*

8 *Committentes iudæis publica officia sacrilegiũ incurrunt.*

9 *Fideles non debent cum iudæis manducare, nec conuersari, nec medicinas, nec consilium requirere ab eis.*

10 *Christiani serui, à iudæis empti, liberantur. & nu. 24.*

11 *Iudæi Christianos accusare non possunt.*

12 *Cum Christianis iudæi conuiuia facere non debent.*

13 *Iudæi in diebus lamentationum ornati accedere non debent, nec in publicum extent, & numero. 26.*

14 *Manifesti usurarij ad cõionem altaris, & ecclesiasticam sepulturam, & oblationem offerrẽdam admitti non possunt.*

15 *Iudæi spiritualium sunt incapaces.*

16 *Vsurarij usque ad dignam satisfactionem excõmunicationis pœna affliguntur.*

17 *Vsurarijs manifestis non debent domus, uel hospicia locari.*

18 *Vsurarius manifestus ad confessionem non admittitur nec absoluitur, nisi de usuris restituendis caueat.*

19 *Hæredes fœneratorum libros suarum rationum edere tenentur.*

20 *Ordinarij locorum contra iudæos usurarios, nec eorum hæredes procedere possunt.*

21 *Iudæi in terris Christianorum existentes coram iudicibus Christianis litigare tenentur.*

22 *Iudæi quare à communione Christianorum repellantur.*

23 *Iudæi ab actibus legitimis repelluntur.*

24 *Iudæi ab officijs publicis repelli debent.*

25 *Iudæi nouas sinagogas erigere non possunt.*

CONSILIVM XIX.

IVDAEI degentes in terris Catholicorũ secundum eorũ ritum usurariã prauitatẽ exercebant ordinarij locorũ post eorũ mortem procedunt contra ipsorum hæredes, & bona; sicut contra hæredes catholicorum, qui usurariam prauitatem exercent, & multipliciter per eos, & alios officiales aggrauantur. An hoc fieri possit? Et quia quærit generaliter de grauaminibus, quæ inferuntur iudæis, iccircò circa prædicta pro generali decisione quæsiti,
1 fiunt principaliter tria puncta. † Primum erit, qualiter, & in quibus iudæi per ecclesiam defenduntur. Secundũ qualiter & in quibus speciali circunscriptio inde sint reprobati. Tertium erit circa officium an principaliter possint contra eos ordinarij locorum ratione usurariæ prauitatis procedere, Et circa primum, est aduertendũ,
2 † ꝙ ecclesia tolerat iudæos ex debito humanitatis. lxxxvi. dist. iustè, & propter hoc debitum humanitatis multiplex est eorum defensio.
3 † Nam Iudæi obedientes non sunt molestandi ad cultum diuinum, ista non tollãt ad contemptum ecclesiæ. xlv. dist. qui sincera, & d. c. iustè, sit iudex eorum sinagogæ, & c. probari valeat, de iudæis. c. consu
4 luit, & d. c. iudex, † In temporalibus subijciuntur legibus Romanorum Principũ
5 viii. dist. quo iure, C. de iudæ. l. iudæi, † & ipsis Iustitia exhiberi debet iuxta legum dispensationem, hæc sunt in quibus ecclesia eos defendere debet.
6 Circa secundum est aduertendum, † quòd sicut ecclesia ipsos in multis tolerat, permittit, & potestatiuè, aliàs positiuè deffendit, sic & in multis eos eicit, † nam
7 ipsis publica officia non committuntur.
8 † Immò committentes sacrilegium committunt. xvii. quæst. iiii. c. constituit, liiii. dist.

dictis hominibus venenādis. Deinde Do. Lo. Rectori omnia superius dicta, & suprascripta, pro ut, & sicut fuerat vt supra scriptum est. Modo queritur, qua pœna debeat puniri; tam ipse C. quam ipse Franciscus, circunscriptis omnibus statutis, & solum de iure communi, quia nullum est statutum in dicta terra, quòd in specie puniat dictum maleficium. Et primò, circa dictum C. puniendum oriuntur hæc dubia, primò, quòd fuit mandatarius respectu primi mandātis. Secundo, ab eo suscepit promssionem de lucrando prædictas res, & bona. Tertio, quia suscepit, habuit, & retinuit venenum malum ad occidendum aptum, causa prædictos homines venenandi, & occidendi. Quartò, quia alii mandauit, & alium corrupit, & pecuniam promittendo, & promitti faciendo, & aliquam pecuniam numeratam sibi posteà dando, et ultimo in dando sibi instrumentum, siue uenenum cum quo uoluit, & mandauit venenari. Circa secundum, videlicet Franciscum, oriuntur hæ dubitationes, tam contra ipsum, quã pro ipso, & primò, contra ipsum est. quia suscepit mandatum de occidendo, & venenando, & promisit. Secundo, quia habuit promissionem, & Bancum dictorum ducentorum ducatorum seu florenorum, & incepit hadere vnum florenum. Tertiò; quia habuit, & retinuit à principio malum venenum causa occidendi, & extinguendi prædictos, licet posteà pęnituerit. Pro eo verò videntur duo facere: Primò, quia facto prædicto imperfecto, pœnituit, secundò, quia reuelauit, & dictũ C. detulit tam dictis hominibus, qui venenari debebant quàm dicto Lo. Rectori, & eius curiæ. Quantum, ad primum, videlicet C. dicitur, & uidetur omnino morti tradendum esse, & decapitandum, quod

2 probatur sic. † Quoties in atrocibus delictis quis mandat alteri maleficium cõmittendum, licet delictum non sit consumatum, pœna extraordinaria puniri debet, ut l. i. de extraor. cri. & ad literam ponit Bart. in l. non solum, §. si mandato, ff.

3 de iniuri. † Sed in pœnis extraordinariis potest iudex mortem inferre, ut, ff. de. extraor. cri. l. saccularii, §. sunt quidam, ibi vsque ad pœnam capitis, &c. & instit. de iniuri. §. in summa, & Gloss. ad literam. Ergo dictus C. mandans prædictum delictum atrox, licet non sit perfectum, pęna mortis puniri poterit, & licet Glo. in d. §. in summa necessitatiuè, & taxatiuè non dicat, quòd pœna capitis tantum debeat inferri, sed capitis deportationis, & pecuniaria, &c. Attamen tex. in d. l. saccularii, solum, & clarè dicit de pœna capitis, & nil aliud. Nihilhominus fatendo Gloss. dici potest, quod ideò hoc dixit Gloss. quia voluit in iudicis arbitrio remittere, ꝓ ut in suo arbitrio sederit. Quæ quidẽ Glo. fatetur, & in casu nostro prædicto dici debet, ꝙ quilibet bonus iudex arbitrari debet pœnã capitis, seu mortis:

4 quæ ꝓbatur sic. † Quotiés mādās vel mandatarius alicuiꝰ sceleris, uel delicti et potissimè atrocis, & ipsius delicti causa recipit vel recipere dedet aliquod pretium, uel præmiũ, iste dicitur assassinus, & atrocius debet puniri, ut l. Cicero, ff. de pen. & l. venales, C. quando prouo. non est necesse, & casus videtur ad literam, in ca. primo. extra de homic. lib. vi. ibi, uel mandauerit, quamquàm mors forsam non sequatur, &c. Et ponit Bart. ad literam dicens quòd atrocius debet puniri mandans uel mandatarius pretio, uel pecunia, quàm simplex mandans, quia pœna extraordinaria punitur, ut in prææilegat. l. non solum, §. si mandato, uersic. venio ad conductorem, ergo ex hoc iudex debet, & potest animum suum mouere ad dãnandũ ipsum ad mortem, quatenus debet mouere animum iudicis, ex eo quia non tantum fuit mandatarius, & mandatum susceperit, & habuerit promissionẽ, & spẽ lucri, & remunerationis, sed etiam alii mãdauit. Item ei pecuniam dedit. Item fecit fieri promissionem, & Bancum de ducentis florenis. Item ei dedit venenum, & sic non stetit in finibus suæ primæ corruptelæ. Immò alium corrupit, uidelicet dictum Franciscum. Quæ quidem omnia debent mouere etiam animum ad ar-

bitrandum ei mortem. quod probatur, quia fuit iterum assassinus, & mandando alii, & cum pretio aureorum, quæ supra
5 dicta sunt. † Ac etiam probatur, ex eo, quod dicitur in simili de lenone, qui magis delinquit quàm adulterans: quia se corrumpit, & alium, posteà corruptus corrupit. Solent notare Doctor, in l. si lenones, C. de episco. & cleri. & in l. unica in fi.
6 de rapt. virg. Item dici potest. † quòd animus Rectoris, seu iudicis debeat moueri ad damnandum ad mortem, quia quoties est delictum mali exempli, & facile trahibile in exemplum, & opprobriosum toti ciuitati, illud delictum magis atrociter est puniendum, & usque ad mortem, ut multis crassantibus locus sit exemplo, ut leg. aut facta, §. fi. ff. de pœn. & Iaco. de Are. & alii Docto. not. in l. hodie, ff. de pœn. Sed prædicti homines, qui debebãt venenari, sunt forenses, & in alio loco elegerunt confines, credentes tutius, & securius stare, quàm in aliqua alia terra, unde si factum prædictum atrocius non puniretur, quale exemplum caperetur per alios forenses, quia illic vndique concurrunt,
7 cum ille sit terra, & portus marinus, † & quale dedecus esset ipsi Ciuitati, si homines non possunt tutè stare, & per assassinos eis insidiaretur, & posteà de eis assassinis debita Iustitia non fieret. Immò potius diceretur si aliud fieret, quòd esset speluncha latronum. Concludo ergo ex omnibus prædictis, quòd dictus Lod. Rector, & quilibet iudex, cum de iure sit permissum posse vsque ad mortem procedere in casu prædicto, & dictum. C. omni modo esse morti tradendum, & potissimè, cum dictæ circunstantiæ necessariò conferent ad mouendum animum rectoris, siue iudicis.

Prætereà, est in dicta terra statutum, quòd in criminalibus atrocioribus, in quibus pœna per statutum ipsius terræ non est determinata, in iis Rector potest imponere pœnam in ære, & in persona, sed ita est, quòd in uolumine aliquorum statutorum non est, expressa aliqua pœna in aliquo prædictorum criminum, vel delictorum, ergo nedum iuris communis rigor, sed statuti prædicti in personam ipsum punire potest.

Prætereà dici potest, quòd omninò sit decapitandus; & morti tradendus, & probatur, quia dictus. C. recepit, & habuit, & retinuit malum venenum aptum ad occidendum, causa homines necandi, & occidendi, quod superius in puncto expres-
8 sum, & insertum est, † Sed qui tenet, & habet venenum malum causa occidendi alium, & venenari pœna legis Corneliæ puniendus est, ut lege eiusdem, ff. ad l.
9 Corneliam de sic. in princip. † Sed pœna legis Corneliæ est mors vt in eodem titul. §. sed solent, & ibi Gloss. & nota. Institut. de pub. iudi. §. legis Corneliæ. Ergo dictus. C. morti est damnãdus, ratio singularitatis, & specialitatis est propter atro-
10 citatem criminis, & delicti, † quia dicit text. de male, & Mathe. l. 1. plus est hominem ueneno occidere, siue extinguere quàm gladio interficere, & dicit ibidem Glo. plus, id est atrocius &c. Probatur
11 etiam ratione, † qui venenare vult, committit duo delicta, videlicet homicidii, & proditionis; quia venenare est solum per hos, de quibus homo confidit, & sic proditio, & homicidium est. Item est res maioris homicidii, sceleris, & præiudicii, quàm si alio modo interficeretur: quia plures inueniuntur qui veneno & sic proditorio, & clandestino modo interficerentur quàm palam, & cum gladio; vnde ad maiorem terrorem voluit lex acrius, & atrocius punire. Non ne vide-
12 mus in simili. † de eo, qui sibi proprias manus iniecit, qui de attentato punitur, sicuti pro facto, & consumato, ut ff. de pœ. l. si quis aliquid, §. fin. Item uidemus in simili in le. Pompe. de parricid. l. 1. in fin.
13 † & etiam in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis, C. ad l. Iul. maista. in quibus omnibus eadem pœna imponitur pro attentato; sicuti pro facto, & consumato; & hoc solum propter atrocitatem criminum: in quibus casibus omnibus, & etiam in casu præalleg. l. eiusdem, ad l. Cornel. de sicar. lex procedit per modum regulæ,

&

9 dist.nulla. † Non debent fideles cum eis manducare, nec conuersari, nec medicinas, nec consilium requirere ab eis.xxiiii. q.i.nullo, & c. sequē.de iudæ.c.quam sit,
10 Item christiani serui ab eis empti, liberentur liiii.dist. mancipia, & c.sequen. de
11 consec.dist.iiii.plura, de iudæ c.i. † Item repelluntur ab accusatione Christiano-
12 rum.ii.q.vii.nō potest, & c.sequen.† Nec cum Christianis conuiuia facere debent
13 xxviii.q.i.nullus, † In diebus lamentationum, ornati accedere non debent, de iudæ.in c.nōnullis, & dixi supra in alio versic.hæc sunt in quibus iudæi, in quibusdā prohibentur.

Circa tertium, quod fuit principale,
14 quæsitum est præmittendum, † qualiter ecclesia potest procedere contra vsurarios, & an iudæi sint capaces illius processus, ubi sciendum quòd ecclesia militans secundum iura uetera mandat procedi contra vsurarios manifestos, & denegare altaris communicatio. & ecclesiastica sepultura, & oblationum receptio,
15 de vsur.c.quia, In omnibus† istius processus Iudæi sunt in capaces, quia quantū ad illa spiritualia, nihil ad nos, de illis qui foris.ii.q.i.multi, de diuor. c. gaudemus,
16 † mandat etiam illa pœna infligi eos, vsque ad dignam satisfactionem excommunicationis de vsur.c. pen.& in illis cen
17 suris sunt incapaces, † quia non possunt excludi de corpore ecclesiæ, qui nunquā fuerat intra corpus. posteà mandat, ne locentur hospitia, vel conducantur ad fœnus exercendum per alienigenas, & excludūtur vsurarii manifesti, ut c.i. de vsu. lib. vi. huius pœnæ sunt capaces iudæi, imminantur pœna Lateneranensis Cōci
18 lii, † & ne aliquis eos ad confessionem admittat, nec absoluat, nisi caueāt de vsuris restituendis, ut in Concilio Lugdunen.ut in c. quanquam, de vsur. lib. vi. & huius pœnæ sunt incapaces iudæi, ut supra di-
19 ctum est. † Compelluntur hæredes per censuram ecclesiasticam ad editionem librorum suarum rationum, ut in cle. i. eo. titul. huius censuræ sunt incapaces iu-
20 dæi, ut supradictum est, † Et sic concluditur procedi non posse, contra hæredes iudæorum, ex ui Lateranensis Concilii, ut in d.c.quia in omnibus, propter incapacitatem illarū pœnarum, nec ex vi Cōcilii Lugduuensis ut in d.c.quamquam, eo ti.li. vi.voluit enim militans ecclesia prouidere contra iudæos vsurarios fœneratores cum aliis remediis, quibus potuit. Nam per indirectum procedit ad restitutionem vsurarum.ut in c. post miserabilem; & in
21 c.quinto.de vsur.† Sic & dicemus de terris. subiiciuntur enim iudæi principibus cum litibus, in quorum territoriis degunt; cum subsint legitibus ciuilibus. viii. distinct.quo iure, C.de iudæ.l.iudæi. sic in
22 casibus per ecclesiam, † quia repellit eos à communione Christianorum, ne corrumpant. xxviii. q. i. c.sæpe, de iudæis.ad
23 hæc † repellit etiam ab actibus legitimis.
24 ii. q. vii.alicui, † Ab officiis publicis.liiii. dist.nulla, de iudæ.cum sit, & c.planè, Et ne emant Christiana mancipia.liii.dist.si
25 miter, de iudæ.c.fin.† Ne faciant nouas si
26 nagogas de iudæ.c.consuluit, † Nec diebus lamentationum exeant in publicum, de iudæ.qd̄ super, & ut vsuras nobis restituant, iuxta modum in c. quinto. & in c. post miserabilem, de vsur. lib. vi. & in casibus notatis; in c. iudæi. el.ii. de iudæ. & sic concluditur, quòd ordinarii aliter inquietare non poterunt iudæos, nec eorū hæredes, nec bona post eorum mortem. cum standum sit dispositioni legis, quæ vlterius non permittit. Et ita consuluit.

Ioa.de Lignano, quod notauit Ange.

CONSILI. D. IOANNIS DE LIGNANO.

SVMMARIVM.

1 *Qui veneficium sibi mandatum alteri demandauit, venenum tradendo, pecuniamq; promittendo & dando, licet delictum perfectum non fuerit, mortis, pœna venit plectendus. Qua autem pœna puniatur qui mandatum prædictum & venenum suscipit, vide infra nume.16.*

2 Mandans in atrocibus, licet delictum non sit secutum, pœna extraordinaria tenetur.
3 Iudex in pœnis extraordinariis potest mortem inferre.
4 Delinquens mediante pecunia assasinus dicitur & atrocius debet puniri.
5 Leno magis delinquit, quàm adulterans, ideo grauiori pœna damnari debet.
6 Delictum mali exempli, & facile trahibile in exemplum, & obrobriosum, magis atrociter, & usque ad mortem est puniendum.
7 Ciuitas in qua homines tutè stare non possunt, est spelunca latronum.
8 Malum uenenum necandi hominis causa tenens & habens, pœna legis Corneliæ afficitur.
9 Legis Corneliæ pœna est mors.
10 Pius est hominem ueneno extinguere, quam gladio interficere.
11 Venenans aliquem, homicidii et proditionis delicta committit.
12 Qui manus proprias sibi ipsi iniecit de attentato, sicuti pro facto & consumato punitur.
13 Attentatum in crimine læsæ maiestatis punitur sicut consumatum.
14 Lex quamuis dura seruanda est.
15 Factum attentatum pro facto punitur in lege Cornelia.
16 Qui noluit hominem uenenare & pœnituit, an & quando puniatur.
17 Veneficium faciendum sponte reuelans, mitius punitur.

CONSILIVM XX.

PVNCTVS quæstionis, super qua consilium postulatur, talis est, † Quidã C. fuit inquisitus per Rectorẽ certæ terræ in eo, de eo, & super eo, quòd dictus C. animo occidendi, uenenandi, & infrascriptum maleficium committendi, suscepit atque acceptauit mandatum à certis personis de faciendo, & procurando, quòd certi homines, & personę assassinarentur, & uenenarentur cũ certa specie mali ueneni ad occidendum apti, pro quo maleficio, & homicidio habuit bonam, & solennem prouisionem, quòd in casu quo dictum maleficium perficeretur, lucraretur, seu lucrari deberet certas res & bona, Qua promissione habita, & dicto mãdato suscepto, uidens dictus C. se non posse perficere, alii mandauit, uidelicet, ut dictum homicidium, & ueneficium perficeretur, & committeretur, pro quo eidem Francisco promisit ducentos ducatos si perficeretur maleficium prædictum. Qui Franciscus dictum mandatum, & promissionem de dictis ducentis aureis suscepit, & acceptauit à dicto. C. Tandem dictus C. qui per tempus habuerat dictum malum uenenum aptum ad occidendum pro venenando, & causa occidendi, & uenenandi prædictos homines; & personas, dedit & tradidit dicto Francisco dictum venenum in quadam carta positum, & dixit, hoc est uenenum cũ quo volo, & mando dictos homines & occidi, & uenenari, & eidem Francisco dixit, ponas in quadam salsa, quia melius operabitur. Qui Franciscus suscepit dictum venenũ, & de occidendo, & uenenando promisit pro vt dictus C. eidem imposuerat, dicẽs tamen se uelle promissionem, & Bancum dictorum ducentorum ducatorum, antequam factũ prædictum faceret. Qui. C. dicto Francisco fecit fieri promissionem, & Bancum solennem, pro vt dictus Franciscus optauit, & uoluit. Contingitque postea, quòd elapsis aliquibus diebus dictus. C. interrogauit dictum Franciscum, si dictum venenum dictis hominibus dederat, qui respondit, & dixit, quòd sic, & ostendit ei cartam, ubi venenum prædictum fuit ei traditum. Et incepit petere ab eo. C. prædictos ducentos ducatos, ex eo, quòd dicebat perfecisse id, quod promiserat, & ipse respondebat, quòd nolebat sibi dare, donec dicti homines apparerent mortui, & extincti, quod dicebat apparere debere inde ad paucos dies & tunc dictus Franciscus dixit eidem C. des mihi saltem aliquos denarios, & tunc dictus C. dedit sibi unum florenum, vltimatè, ut Deo placuit, euenit, quòd dictus Franciscus non dedit dictum venenum, sed potius pęnituit, & ipsum venenum abiecit, licet diceret dicto C. dedisse prædictis hominibus venenum, & dictum factum & dictum maleficium propalauit, & detulit

dictus

16 *Confeßio in causa appellationis reuocari potest.*

17 *Stipulatio ob rem non defensam, uel iudicatum solui admissum in prima causa, potest purgari in causa appellationis.*

18 *Appellatione pendente, peti non potest ius nouum per sententiam quæsitum, quod primo nō competebat, nec peti poterat ante ipsam sententiam.*

19 *Pronunciatum non rescinditur, quando ab executione appellatur.*

20 *Effectus sententiæ censuræ, an per appellationē suspendatur.*

21 *Contumacia uera esse non potest, ubi non est uera citatio.*

22 *In citatione terminus debet esse præfixus.*

23 *Citatio in processu causæ non suff.cit, ad diffinitiuam sententiam.*

24 *Verus contumax in processu & non in sententia an ab appellando remoueatur.*

25 *Contra fictionem legis, non inducitur probatio hominis.*

26 *Bannum facit quem suspectum.*

CONSILIVM XXIII.

IN CHRISTI nomine, eiusque matris. † Titius accusatus, denunciatus, vel inquisitus, citatus ad se excusandum, personaliter, vel domi secundum formam constitutionis non cōparens fuit positus in banno, in quantitate in qua debebat condemnari pro delicto in accusatione contento; & in termino banni non comparens, vlterius non citatus, fuit condemnatus, vigore suæ contumaciæ in centum, secundum formam dictæ constitutionis, à qua condemnatione appellauit ad iudicem competentem, & inter alias causas grauaminum allerunt, quòd lata fuit condemnatio ob maleficium non verum; & nihilominus in processu causæ appellationis negauit maleficium ob quod fuit condemnatus. Modo quæritur cui incumbat onus probandi, an appellanti uidelicet se non commisisse delictum, propter quod condemnatus est, aliter quàm per negationem prædictam, aut appellato, aliter quàm per processum contumaciæ. Visa constitutione posita in iiii. libro. constitutionum sub rub. de modo & effectu citationis, & banni. & constitutione prima posita in vi. libro dictarum constitutio. sub rubric. de officio & iurisdictione iudicis appellat. quæ constitutiones mittuntur vobis præsentibus interclusæ: Visis allegationibus quæ super ipsis transmittuntur.

2 IN Christi nomine Amen: † Primò oportet videre, si iste contumax condemnatus ex mera contumacia, auditur appellans, & videtur quòd non. primò, quia non est grauatus à iudice: † Nā

3 iudex legis formam sequendo non aggrauat. † sed à lege ac grauamine legis non appellatur. de uerborum significatio. si qua pœna, & facit in ratione sui extra de appellation. nouit, cum similib. & quod not. in l. 1. §. i. quod quisque iur.

4 Secundò, quia † si citatio eum apprehendit. fuit uerus contumax, qui non auditur appellans, in ciuili uel criminali causa. de iudi. & post edictum, §. fina. de appellation. ex consensu, §. fina. de re iudic. ex cōtumacia. qui. ex ca. sed & si per prætorem, §. sed & si dū decreto, ibi nisi summariè proceditur, quæ est not. vt C. quæ appella. non reci. l. i. Tertiò, † quia est fictè confessus, qui non auditur appellans, nisi excuset suam contumaciam ex qua fictio oriebatur, C. de reb. credi. l. generaliter. §. i. & not. per Iacob. de Aret. C. de iuramen. calum. l. ii §. quod obseruari. in quæstion. penul. Quartò † quia est iuris fictione conuictus, & fictio iuris consueuit illud quòd veritas operari: Nec obstat quòd fictus contumax appellat, quia est in fictione hominis potius quàm iuris

5 † hic autem est fictio legis, quæ pro liquidissima habetur probatione de lega. i. licet imperator, & not. in l. penul. C. de pericu. tuto. † & lex disponens in casu, non trahitur ad casum quem lex habet pro vero, licet non sit, ff. ad l. falcid. l. 1. §.

6 lex falcidia. Quintò, † quia lex statuit certum terminum ueniendi, & purgan-

7

8

9

10

de-

di moram, scilicet usque ad sententiam, & ideò in causa appellationis non uidetur quòd possit purgari. ut not. in l. si cum
11 exceptione, §. hæc autem actio, quòd me. causa. † nam lex conditionaliter loquitur, & ubi lex conditionaliter loquitur, non habet locum purgatio moræ, facit quod not. Petr. & Cyn. C. de transactioni. l. si maior. & ff. de fideicommiss. l. si ita his,
12 §. si intra.

Econtra videtur † quòd possit appellari, quia nulla lege cauetur contrarium. ergo potest appellari propter regulam generalem. ut not. ff. de rei uendica. l. qui
13 restituere, & l. creditor, §. iussus, ff. de appellation. Secundò quia † licet iste sit monitus à lege, quòd compareat ante sententiam, tamen monitus à lege non propterea intelligitur adeò contumax, quòd non possit appellare, facit quòd not. in Specul. de contu. §. i. uersicu. & nota quòd duplex. In contrarium facit quod not. in c. i. de do. & contu. in clemẽ. & per Cyn. in l. properandum, §. sin autẽ reus, in fi. & per Compostel. de elect. sta tutum, per Archi. in c. i. de elect. lib. vi. per Pet. du. in c. causam, de elect. in clemen. Sed certè iste non est monitus à lege, sed à ministro legis; tamẽ à lege est expecta-
14 tus de benignitate. & † ideò post terminum expectatus moram purgare non potest, C. de fideiuss. l. sancimus, ad fi. ff. de pe ti. hæredi. item ueniunt, §. id uerè, ut argu. de offi. delega. consuluit.

15 Tertiò † quia in causa appellationis licet moram purgare, ff. de inoffic. testam.
16 l. Papinianus, §. meminisse, † quia in causa appellationis potest reuocari confessio l. fi. C. de error. aduocato.

Quartò uidetur lex expressa in d. l. generaliter, C. de reb. credi. & uidetur Glo. ordinaria notab. in l. ii. §. quia sinautem reus, C. de iuramen. calum. & confirmatur, quia dictum statutum est contrariũ iuri communi, ad prohibendum appellationem, de qua non loquitur, quia lex certo modo figit pedes suos in alio præiudicio. non exclusione appellationis, facit quod not. in simili. ff. pro socio. l. si nõ
17 fuerit. & adhuc bene facit, † quia stipulatio ob rem non defensam, uel iudicatum solui, admissum in prima causa, potest purgari in causa appellationis. iudicatum solui, l. cum apud Sempronium.
18 † Et quidquid poterat quis petere ante sententiam, potest petere in causa appellationis. ubi autem uolo petere aliquod ius nouum, per sententiam mihi quæsitum, quòd primò non competebat, nec petere poteram ante sententiam, hoc non possum. l. i. nil noua. l. post quam, §. i. vt lega. no. caue. & ibi per Dy.
19 † Fallit tamen hoc, ubi non appellatur à sententia, sed ab executione, quia tunc appellatio non rescindit pronuntiatum: & ideò aliquid innouatur quod pertinet ad tuitionem pronuntiati. ut
20 l. ab executore. † Item fallit in sententiis censuræ: quia ibi potius ligat Deus quàm homo; & quia certa forma data est in absolutione, de appellation. præterea requisisti, cum simılib. Et ex iis sentio quòd appellatio procedat. pro hoc induco rationes in Gloss. in cap. causam de election. in clemen. in Gloss. pen. ibi, sed an sic constituit eum. &c. Est enim ponderandum; quia dicitur in puncto, ꝙ non fuit citatus ad sentẽtiam ab homine, unde licet uideatur tacitè citatus à iure, tamen auditur appellans.

Nec obstat quòd citatio legis intelliga
21 tur apprehendere citatum, † quia ubi nõ est vera citatio, nec contumacia potest esse vera, secundum Glo. quod ita no. in spec. de contu. §. i. uersicu. & nota. quòd duplex. per hoc induco rationes quas inducit Archidiaco. in capi. i. de electión. lib. vi. licet Archidiaco. ibi magis sentiat contrarium in simili conclusione; sed ego considero, quòd hic non
22 est monitus à iure ad sententiam, † quia non est præfixus certus terminus ad sententiam, qui est de substantia citationis, vt legitur & notatur. in l. fina. §. si uerò, C. de iure do. impe. quia dies nõ interpellat. Ad hoc facit quod not.
23 Cyn. in l. magnam. † Sed omisso medio, id est, omissa citatione proceditur & valet

& diffinitionis,& est clara, & specificata,
14 † in quibus legibus quãquàm durum seruandum,ut ff.qui,& à quib. l. prospexit,
15 † Item pro iis potest etiam facere id quod dicitur in l.is qui cum telo, C. de sicar. & in l. i.§. diuus,ff.eod.& Institu. de public. iudi. §.item lex Cornelia, in quibus dicitur, quòd in lege Cornelia factum attentatum pro facto punitur, secundum comunem opinionem Docto. & maximè de rigore iuris, licet de æquitate aliqui dicant oppositum; quæ æquitas in iure non apparet probata,de quibus plenè dicunt Doctor. in l.si quis non dicam rapere,C.de episco.& cleric. ex quibus omnibus concluditur manifestè contra primũ. videlicet. C.omnimodò esse morti tradendum,& puniendum.
16 † Quantum ad secundum videlicet Franciscum, omnia superius dicta possent, & deberent dici, & allegari contra dictum Franciscum. Sed pro eo, duo sunt,quæ uidentur habere leuiare ipsum, & ꝓ ipso facere, primũ pœnitentia de delicto non perfecto, Secundum est delatio, & relatio delicti præfati. Quæ quidem causæ in iure habent facere, quòd mitius puniatur. Ad primum facit.l. qui falsa, ff. de falsis, & ibi per Bart.& latius in l. qui ea mente, ff. de fur. & per Doct. in l. si quis non dicam rapere, supra allegata, & omnes resident in hoc, aut pœnituit,quia noluit; aut quia non potuit, primo casu minus punitur, ut d.l.qui falsa, Secundò punitur, sicut perfecisset, ut dic.l.si quis non dicam rapere. Sed in prædicto Francisco videtur apparere ipsum pœnituisse, quia noluit, ergo mitius puniendus.
17 † Ad secundum uerò videlicet delatio, & declaratio, quam fecit dictus Franciscus, etiam facit, quòd mitius puniatur, vt l. edicto, & l. Senatus, ff. de iure fisci, & C.de his qui se de fe. leg.i.& facit etiam, l. quisquis, C. ad l. Iuliam.ma in fi. ex quibus concluditur circa istum secundum Franciscum pœnam debere esse mitiorem,& remanere debere, in Iudicis arbitrio, qui mitius punire debet, quàm si perfecisse, & non pœnituisset, vel non propalasset

Ego Ioannes de Lignano consulo dictum Franciscum attentis circunstantiis supra enarratis non puniendum pœna capitali, sed minori, arbitrio iudicis, ut supra scriptum est. De primo autem me non intromitto in aliquo consulendo,uel subscribendo, quoniam iudicii sanguinis huius in condemnatione nũquam me immiscero;nec unquàm me immiscere intẽdo,& propria manu scripsi, & sigillaui, Deo gratias Amen.

CONSILIVM BALDI DE VBALDIS PERVSINI.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta super delicto, an intelligatur facta super qualitate, & nu. 2.3.& 4.*
2 *Instrumentum pacis per relationẽ ad aliud an sit incertum.*
3 *Delictum licet sit reiterabile, non præsumitur reiteratio nisi probetur.*
4 *Quomodo sublatum est principale & accessoriũ sublatum est, licet de qualitate & accessione non sit aliquid dictum.*

CONSILIVM XXI.

INQVIRITVR cõtra P. ex eo quòd percussit Martinum, in facie, cum sanguine de nocte, propter quæ pœnæ duplicantur,& est facta pax de simplici percussione, non cum qualitate noctis, Quæritur an prosit.
1 CHRISTI nomine inuocato, † videtur quòd dicta pax prosit dicto inquisito, quamuis in pace non fiat mentio de
2 tempore tribus rationibus. † Primò,quia instrumẽtum pacis refertur ad processum inquisitionis, vnde per relationem ad aliud fuit incertum. l. in summa, de re iudica.l.hæc sententiæ, de sentent. quæ sine certa quantitate. Secundò,
3 † quia licet delictum sit reiterabile, non præsumitur reiteratio nisi probetur. ut not. ff de iureiuran. l. eum qui, §. in popularibus, ex trà de fide instru. cap.cum Ioannes eremita.

mira. & ideò non potest intelligi pax facta de alio delicto quam de isto. ad hoc de fundo instru. l. fundus qui locatur. Tertiò, quia ex remissione de delicto, licet non sit facta mentio de qualitate delicti, uidetur qualitas delicti remitti, quia
4 qualitas est accessoria: † & ideò quomodò sublatum est principale, & accessorium est sublatum, licet de qualitate, uel accessione non fuerit aliquid dictum, ff. de noxali. l. in delictis, §. si detracta, ff. de regul. iur. l. cum principale, l. quæ, C. de pœnis.

Baldus de Perusio.

CONSILIVM D. BALDI DE VBALDIS PERVSINI

SVMMARIVM

1 *Instrumentum pacis producens, an delictum cõfiteri uideatur.*

2 *Productum ad vnum effectum, non debet contrarium operari.*

3 *Fictiones sunt restringendæ, ut non operentur, nisi in illo effectu ad quem sunt inuentæ.*

CONSILIVM XXII.

1 PRODVCENS Instrumentum † pacis an uideatur confiteri delictum: sic distinguitur. Aut est concordia gratis facta, aut non. primo casu non videtur confiteri. secundo sic. l. quoniam intelligitur, ff. de iis qui notantur infam. Cõtrarium dico, quòd nunquam uidetur confiteri delictum, quoad condemnationem.
2 † quod sic probo; Ista concordia producitur ad excludendum condemnationem, unde non debet contrarium effectum operari. ff. de procurat. l. si reus pa ratus. Non obst. l. quoniam, quia fictio illius legis suis terminis remanet contenta, sed quoad infamiam tantum, non quoad fiscalem condemnationem,
3 † nam fictiones sunt restringendæ; ut non operentur, nisi in illo effectu ad quem sunt inuẽtæ, ut l. ii. §. i. ff. de iure fisc. & facit quod no. in l. iii. de fide instrumento.

Et ita dico & consulo ego Baldus de Vbaldis de Perusio, vtriusque Iur. Docto. & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis sigillaui.

CONSILIVM BALDI DE VBALDIS PERVSINI.

SVMMARIVM.

1 *Contumax bannitus & condemnatus pro delicto in accusatione contento, qui in causa appellationis asseruit latam fuisse condemnationẽ ob maleficium non uerum, & in processu dictæ appellationis ipsum maleficium negauit an probare teneatur aliter quàm per negationem se delictum non commisisse, uel appellatus aliter quàm per processum contumaciæ per totum consilium.*

2 *Contumax ex mera contumacia condemnatus, an audiatur appellans.*

3 *Iudex non aggrauat seruando formã legis.*

4 *A lege ac grauamine legis non appellatur.*

5 *Citatus uerus contumax, non auditur appellans.*

6 *Ficté confessus appellans non auditur, nisi suam contumaciam ex qua fictio oriebatur excuset.*

7 *Iuris fictio, illud quod ueritas, consueuit operari.*

8 *Legis fictio pro liquidissima probatione habetur.*

9 *Lex disponens in casu, non trahitur ad casum quem habet pro uero, licet non sit.*

10 *Reus cui statutus fuit terminus ad purgandã moram vsque ad sententiam, in causa appellationis illam purgare non potest.*

11 *Mora non purgatur, vbi lex conditionaliter loquitur.*

12 *Appellari potest, quando nulla lege contrarium cauetur.*

13 *Monitus à lege ante sententiam, non comparẽs non intelligitur adeò contumax, quod appellare non possit.*

14 *Post terminum expectatus, moram purgare non potest.*

15 *Moram purgare licet in causa appellationis.*

16 Con-

let, quia ita statuit lex, aliàs non ualeret diffinitiua, licet esset citatus in processu causæ, ut notabiliter notatur in c.con-
24 suluit, de offi. deleg. † Nulla verò lege cauetur, quòd verus contumax in processu, & non in sententia, remoueatur ab appellãdo, immò expressè notatur cõtrariũ in d.l.i.in si.Glo. Nec ob. quòd iste habeat
25 pro conuicto & confesso, † & contra fictionem legis non possit induci probatio hominis, quia potentior & præualidior est lex. ut not. in l. siue possidetis, C. de ꝓba. cũ similib. Nã dico ꝙ hic nõ significatur irreuocabiliter eum confessum, & conuictum, sed iure procedit admittendo comparitionem & defensionem iuris facti, qui ante sententiam comparet; sed ille qui appellat videtur ante sententiam comparere iuris fictione, vt prudenter allegatum est per aduocatos, quia appellatio rescindit sententiam, interim considerata veritate præsentis status, sed ratione spei dicitur suspendi. Item quia remanent reliquiæ. C. de transact. si eã, C. de appella. præcipimus, §. sane, & ista ratio manet Glos. in l.i.ff. de actioni. emp. in fin. magnę Glos. & per hoc puto, quòd onus probandi contumaciam in casu transtulit, ex quo comparui tempore licito, arg ff. de in integ. restitu. l. diuus, ibi quasi re integra. & de requiren. reis. l. 1. §. 1. in Glo. id est requisitus. quæ bene facit. Itẽ ex quo appellatio non negatur, ergo nec defensio negari videtur. aliter si innocentiam purgaret probando innocentiã, non releuaret probantem, quod est absurdum quia hæc non dicit lex. & ideò si negauit maleficium, & nil est probatum contra eum, videtur in casu absolutionis, purgata contumacia. facit de oper. no. nuncia. l. si prius, nam in causa appellationis idem habet probare, quod in prima causa, ut in auct. de iis qui ingra. appell. §. illud, & not. C. de appella. l. ei qui ad ciuilia, licet ista quæstio sit multum dubia, tamen per allegationes quas ego feci in hac parte absolutionis tanquam humaniore declino, non tamen nego quin si essent alia indicia, facilius conuinceretur
26 † quia bannum facit quem suspectum ut C. de assess. l. consiliarios.

Ego Baldus de Perusio V.I.D. consulo ut superius continetur, & ad fidem me subscripsi, & sigillo mei nominis sigillaui.

Idem quod consultum est per supradictum D. Baldum dico & consulo ego Gui. de Perusio legum Doctor, & ad fidẽ me subscripsi & consuetum sigillum apponi feci.

CONSIL. D. BALDI DE VBALDIS PERVSINI. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Bannum & sententia lata à iudice, qui secundum statuti formam pro certo homicidio procedere non potest, an noceat filio familiàs inquisito de illo homicidio, contumaci, pro cuius innocentiæ defensione, pater voluit comparere, & ab ipso iudice non fuit admissus, sed ipse contumax bannitus. & nu. 2. cum seq. per tot. consilium.*

2 *Ciuitas quæ dat iuri dictionem suo magistratui potest & in preteritis, & in futuris generaliter, & specialiter coercere, modificare, & adimere.*

3 *Ciuitas fiscum habens malefactori indulgere potest.*

4 *Statutum ad liberandum est fauorabile.*

5 *Pater in criminalibus potest comparere ad ostẽdendum innocentiam filii absentis.*

6 *Pater pro suo iure conseruando est filii defensor necessarius admittendus.*

7 *Iudice non pronunciante super emergenti, processus est nullus*

8 *Iudex ad ulteriora procedens, exceptionem reii cere videtur.*

9 *Contumax, nec quasi contumax est ille, ad cuius notitiam iudicis edictum non venit.*

10 *Sententia contra absentem in causa capitali est nulla, & ad superiorem potest appellari.*

11 *Factum à iudice incongruo, est ipso iure nullum.*

CONSILIVM XXIIII.

IN Christi nomine Amen.
1 † Factum est in ciuitate statutum, quod pro certo homicidio non possit inquiri denunciari vel procedi quoquo modo, post quæ per iudicem proceditur contra L. filiumfamilias, qui dicitur dictum maleficium commisisse, siue homicidium dictus. L. inquisitus est contumax, comparet pater, ut pater, & coniuncta persona, & pro suo interesse, uult docere de innocentia filii. & inter alia opponit, quòd de dicto homicidio non potest iudex cognoscere obstante forma dicti statuti, qui iudex non obstantibus defensionibus patris ipsum patrem non admissit, tanquã in causa capitali; & condemnauit inquisitum ut contumacẽ ad pœnã capitis, pater appellauit & de nullitate dixit. quęrit quid iuris.

In christi Nomine Amen.
2 † Ciuitas quæ dat iurisdictionem suo magistratui potest & in præteritis, & futuris generaliter, & specialiter coercere, modificare, & adimere, ut inde fiat iure priuatio, unde datio, ut in auct. de defenso. ciui. §. interim, & sic potest iurisdictionem puniendi aufere. † Item potest
3 indulgere malefactoribus fiscum habens, contra fiscum cui pœnæ fiscales applicantur, quia de suo facit gratiã, & in suo iure se fundat, argu. l. i. ff. de consti. principi. & maximè de pœnis personalibus, ne strages multorũ fiat, de pœnis auc. facta §. si. & hoc dico supposita aliàs potestate statuendi circa merũ & mixtum imperium, nec quicquam facit, quòd pro certa perso
4 na † cũ statutum ad liberandum sit fauorabile; & sic non ob. l. toties, de pollicita. cum simili. & hoc de primo puncto.
5 Super secundò puncto † dico indubitanter tenendũ quod pater potest opponere declinatoriam fori, quia interest sua sanguinem proprium tueri. Item interest sua, per bannum capitale filii non perdere patriam potestatem. Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. relegati, & in l. i. ii. & iii. ff. de li. ca. quod metus causa l. isti quidem, pro hoc Glo. in l. . . si ex noxa. cau. agat. Bar. de verb. oblig. l. cum filius, &
6 clarius in declinatoria. in §. ad crimẽ. † pater enim pro suo iure conseruando est defensor necessarius admittendus. de excep. c. cum inter priorem.

Super tertio puncto duæ sunt opiniones, vna quòd si non pronuntiatur super
7 emergenti processus sit nullus, † quia ordo peruertitur cum debuerit super præiudiciali pronuntiari. C. de dilatio. à procedente. C. de adulter. quoniam Alexandrum, & not. ff. qui satisda. cogant. l. arbitro. C. de or. iu. l. i. ff. de iudi. l. de qua re. est enim emergens præiudiciale. ff. de præuari. l. iii. vnde non debuit prætermitti, ex hoc enim processus redditur ineptus,
8 extra de iudi. c. exhibita. † Alii dicunt, quòd licet ille processus sit temerarius, tamen oportet appellari; quia procedendo ad ulteriora, videtur exceptionẽ reiicere. extra de appella. c. ex parte. argu. est quòd valet. ff. de compe. l. quod in diem. §. si rationem. quicquid sit, siue sit nulla, siue sit appellatum, rescindi debet bãnum, & sententia propter iniustitiam, & temeritatem iudicis procedentis, idest propter vitium pronuntiationis. ff. de exeusa. tuto. l. qui testamento, ff. iudica. solui. leg. vir bonus, & l. i. ff. ne quis eũ, & i c. i. de dolo & contu. lib. vi. & c. non solum, de ap-
9 pella. eo lib. † quia iste nõ est contumax, nec quasi contumax. ut l. i. §. item cum ex edicto. ff. quæ senten. sine appel. rescin.

Super quarto puncto dicendum est,
10 † quòd iudex appellationum, quoniam prima sententia est euidenter iniuriosa, & nulla, videtur posse super nullitate principaliter adiri. C. de accusa. l. absentem. aditur enim in subsidium, ius commune extendit iurisdictionem appellationis ad speciem nullitatis, facit quod not. Bar. ff. de appella. si expressim. Cyn. C. quã. prouo. non est ne. l. i. Alii dicunt contra, pro quibus facit quòd no. Inno. extra de appella. dilectus. & secundum istam opinio-
11 † quòd fiet à iudice incongruo, esset ipso iure nullum. C. si à no. con. iu. per totum. Prima opinio æquior est, tum quia respectu appellãtis est generale. ff. de arbit. l. nõ distin-

distinguemus. §. cum quidam, tum quia iurisdictio ordinaria tanquam fauorabilis extenditur ad similes. vt not. Archid. de offi archi. dilecto. Item cumulando potest intentari nullitas. & sunt duo libelli in effectu, quare ergo non potest vnus tantum libellus interpretari de nullitate. & facit de appell. si constat. Ex quibus euidenter apparet dictum bannum & sententiam non ualere, & si ualent cassari debere, tanquam perpere, & inique latum & datum. & ita debere pronunciari per dictum D. Capitaneum.

Et ita dico & cōsulo ego Baldus de Perusio V. I. D. & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis sigillaui.

CONSILIVM DOMI. ANGELI DE VBALDIS PERVSINI. I. V. D.

SVMMARIVM

1 *Dictio, seu alternatiua dicitur, & obscuritatem parit, ac libellum accusatorium vitiat.*
2 *Libellus procedit in quo plura crimina diuersis temporibus perpetrata, & circa diuersa cumulantur.*
3 *Accusatio quando probata dicatur.*
4 *Reus absoluitur, cum accusator in probatione deficit. & nu. 24.*
5 *Tempus est probandum quoties de substantia actus est.*
6 *Probatio debet necessariò concludere.*
7 *Probatio non est sufficiens ad condemnandum, quando in accusatione vnum deducitur, & aliud probatur.*
8 *Solennitas iure ciuili introducta, an possit per statutum relaxari.*
9 *Defensio iure gentium, & naturali est introducta.*
10 *Defensionis diuersa genera.*
11 *Arbitrii libertas non extenditur ad preferendum iniquum æquo, aut auferendum ius partis.*
12 *Testis vnicus de auditu deponens; non est sufficiens ad condemnandum.*
13 *Casus sub statuto non comprehensus in dispositione iuris communis remanet.*
14 *Testis sibi contrarius falsus dicitur.*
15 *Testis de auditu accusatoris, accusationem non probat.*
16 *Test. non spectat iudicare, aut præsumere, sed solam veritatem eius quòd sensu percipit deponere.*
17 *Sententia debet esse certa.*
18 *Sententia petitis conformari debet.*
19 *Damnari nemo debet ex præsūptione hominis.*
20 *Vsurarius publicus & manifestus grauiter debet corripi, & eius vita Deo & mundo displicet,*
21 *In iudicando non est acceptio personarum.*
22 *Qualitas adiecta verbo, aut participio, significat secundum tempus verbi & participii.*
23 *Consuetudo vt inducatur quæ sint necessaria.*

CONSILIVM LXXV.

IN Dei nomine, & suæ Matris Virginis Gloriosæ Amen. Visa quadam accusatione instituta coram iudice, & officiali datiorum ciuitatis Vincentiæ per Andriolum Venerium de Venetiis habitatorem Vincentiæ conductorem, vt asseritur datii tabularum contra Andream Dom. Io. de Porto, ciuem Vicentinum, & visa responsione, seu excusatione facta per ipsum Andream à contentis in ipsa accusatione, qui contenta in accusatione negauit, & visis omnibus actis, & actitatis in dicta cā, tā ꝓ parte accusatoris, q̄ accusati, ac ēt visis oībus statutis ciuitatis Vincentiæ loquentibus de materia, quæritur quæ sint partes iudicis de causa cognoscentis in sententiando in causa p̄dicta.

Super themate autem prædicto. Primò considerandum est, de accusatione, & eius forma, an de iure subsistat, Secundò si de iure procedit, an dicta accusatio sit probata in toto, vel in parte, & in qua parte, iis autem ruminatis, atque discussis, clarè patebit decisio quæstionis.

1 † Descendo ad primum, & dico quòd primum capitulum accusationis, in quo continetur quòd dictus Andreas mutuauit, seu mutuari fecit, loco & tēporibus in accusatione descriptis, super pignoribus in ipsa accusatione contentis. inspe-

cto solo rigori iuris ciuilis, non procedit, quia alternatiuè libellus accusatorius est formatus, qui de sui natura obscuritatem parit, & ideò ineptus. tex. est in terminis. ff. de iniur. l. prætor edixit. §. quòd autem, ibi, neque sub alternatione, puta illud aut illud, sed illam iniuriam se passum esse, facit eadem l. in prin. & ff. de accusa. l. libellorum, sed licet non substentetur de rigore, substentatur ex forma statuti sub rub. de offi. & potestaria iudicis datiorum, attribuens absolutas habenas, & absolutum arbitrium in procedendo omni solemnitate iuris prætermissa; & etiam tempore feriato in honorē Dei.

2 † Et ex hoc patet, non esse etiam disputandum, an procedat dictus libellus etiam ex eo, quia in eo plura crimina cumulantur diuersis temporibus perpetrata, & circa diuersa; quia sine dubio procedit, & ī hoc casu procedit non solùm iure statutario sed ciuili. ff. de accusatio. l. libellorū, ver. sed si alium, C. de accusatio. l. qui de crimine, in Glo. fi. & ibi per Cy.

3 Restat † igitur uidere de secundo, an dicta accusatio sit probata. Et hic discutiamus primò probationes accusatoris, quia si sufficientes non sunt, non est aliud

4 inuestigandū, † cum accusatore non probante, reus veniat necessariò absoluendus C. de edend. l. qui accusare, & super hac accusatione reperio pro parte accusatoris productas, die Sabati xxv. Februarii. octo positiones seu articulos ad probationem accusationis prædictæ.

Item inuenio pro parte eiusdem accusatoris productas die veneris, tertio Martii, quatuor positiones, seu articulos; sigillatim igitur discuramus an primę octo positiones sint probatæ p testes per accusatorem inductos, quia si probatæ non sunt, non est necesse, ut veniamus ad secundum discursum, secundarum positionum, & super dictis octo positionibus inuenio examinatos testes infra descriptos videlicet.

Petrum D. Iacobi, Bonauenturam, q. D. Ioannis. Homobonum D. Ioannis, Iulianum q. Iacobi. Melchiorem q. D. Friderici. Magistrum Gilibertum Aurificem. Zentineronum notarium q. Dominici. Magistrum Franciscum Pelliparium, Amatum Matthioli de Sonella. Franciscum Matthioli. Bonauenturam notarium. Bartholomæum Baptistam q. Domini Ioannis.

Videamus igitur sigillatim de quolibet, & descendo ad dictum Petri qui, fuit examinatus ex officio, non secundum ordinem positionum, sed prout iudici fuit uisum pro inuestigatione ueritatis, & ille testis probat pro parte accusati nō cōtra, vnde nō est insistendum in dicto eius; est uerum quòd in fine sui dicti interserit hæc uerba uidelicet, tam de istis pignoribus inuentis per dictum ser Andriolum, quam de omnibus aliis &c. per quæ uerba satis prima fronte videtur probari, quòd innenta per ser Ardriolum essent pignora; & licet ita sit, non tamen sequitur ꝙ sint uel fuerint pignora accepta in anno datii dicti accusatoris, immò potuerunt esse pignora antiqua, quæ apud feneratorem remanserunt tempore quo alii datiario fuit datium concessum, & stabilitum, & ita debemus præsumere. Pri-

5 mò quia ita pręsumendo delictum excludimus vt l. merito. ff. pro socio. † Secundo q̄a pignora esse accepta in anno dicti datii dicti Andrioli, & post datii cōcessionem est de substantia ad condemnationem accusati; vnde dictum tempus punctaliter est probandum. ff. de neg. gest. leg. cum actum, C. de probationi. leg.

6 matrem tuam, † debet enim probatio concludere necessario extra de probatio, c. in præsentia, C. unde cog. leg. non hoc, C. de probatio l. nō nudis, & l. non epistolis, ff. de no. oper. nuncia. l. non solum, §. sed ut probari, & ibi probatur; & super dicto istius testis etiam infra dicam in tertio discursu.

Nunc descendo, ad depositionem Bonauenturæ, super primo capitulo, & ille testis rotūdo ore dicit, Dictum Andream tempore sui testimonii, & ante; fuisse, & esse publicum, & manifestum usurarium tenentem, & teneri facientem publicam

stationem

stationem ad mutuandum; quoniam dicit se hoc vidisse; sed est aduertendum; quia quatenus deponit de tempore præsenti, quo testificatur; eius probatio non attenditur; quia non impetitur accusatus de crimine vsurarum, & de mutuo sub vsuris facto uel fieri facto illo tempore quo testis deponit, scilicet de die tertio Martii, immò de mutuo facto, & de pignoribus, & libris retentis de mense Ianuarii, &
7 Februarii. † Vnde cum unum tempus sit in accusatione deductum, & aliud sit probatum, talis probatio non est sufficiens neque concludens, vt in legibus superius allegatis, nec est etiam sufficiens probatio pro tempore præterito, dum dicit, ꝙ fuit usurarius, &c. quia illud fuit non est relatum ad totum, & determinatum tempus; potuit enim esse quòd fuit modicū ante suum testimonium, & sic post accusationem propositam; & illud non sufficit; quia de tali tempore in iudicio isto
8 non quæritur. † Nec obstat huic si dicatur ista est solum solennitas iure ciuili introducta: ergo per libertatem dicti arbitrii in statuto concessam videretur relaxata, vt ff. de testam. mili. l. i. coniuncta Glos. ff. de offic. procon. l. nec quicquam, §. de plano, ff. de accusation. l. leuia, in clementi. sæpè, de verbo. significa. per Ia. de Are. in l. i. §. Item denunciatio, de oper. no. nū. & ibi Barto. & in extrauaganti quam Barto. glossauit, quia immò dico, quòd ista
9 est solemnitas iurisgentium, † per quod est introducta defensio, ut ff. de iusti. & iure l. ut vim, & C. unde vi. l. i. immò nedum iuregentium, sed naturali. ff. si quadru. pau
10 per. fecis. dica. l. i. §. cum arietes, † & ideò natura ordinauit cuilibet animali arma defensionis, secundum quòd congruentia existimauit. unde quædam animantia rostris, quædam dentibus, quædam ore, quædam flatu, quædam alis, quædam pe-
11 dibus, aptis ad fugam se defendunt, † si enim de maleficio in accusatione non deducto, quis condemnaretur, ergo puniretur accusatus de eo, aduersus quod se defendere non potuit, cum talis criminis notitiam nō haberet. hoc autem esset iniquissimum. ergo ad istud non extenditur dicta libertas arbitrii, quia per eam non potest iudex præferre iniquū æquo, aut auferre ius partis, ut l. in fraudem, in princip. ff. de testamen. milita. & no. Ioā. And. in d. c. sæpè. facit optimè, ff. manda. l. creditor, §. Lucius, & quod not. per Cy. C. de do. promissio. l. si cum ea, & extra de iureiurand. Quintauallis, de oper. liber. l. si operarum, ff. pro socio. l. vnde si Neruæ. per Innocent. de renunciatio. c. ueniens,
12 † Item dictus primus articulus nō est probatus, per tertium testem, qui vocatur Homobonus, nam ille solū de auditu deponit, & sic nō sufficit, ut l. testiū, ff. de tes.

Eodem morbo laborat Iulianus, quia nihil dicit, nisi de auditu.

Melchior autem similiter dictum articulum non probat, quia non deponit ꝙ Andreas post dicti datii concessionem aliquid mutuauerit ad usuras, nec quòd tenuerit, uel teneri fecerit apothecam, seu tabulam ad mutuandum; sed solum probat de se ipso, quòd infra illud tempus pro pignoribus ante datis luendis, & pro vsuris, quæ excreuerunt soluit eidem certum quid, hoc autem non sufficit; quia statutum de mutuante loquitur, non de recipiente vsuras, antiqui mutui facti nō
13 uetante statuto. † unde cum iste casus nō comprehendatur sub statuto, remanet in dispositione iuris communis. scilicet ꝙ pœna statuti non habet locum, ff. solut. matrimo. l. si verò, §. de uiro, ff. de liber. & posthu. l. commodissimè,

Magister Gilibertus nihil probat de cōtentis in dicto articulo, nisi solum quòd audiuit dici, quòd post conductum datium mutuauit, ergo, &c. ut dictum est. est uerum quòd ipse dicit, quòd pluries ipsi testi mutuati fuerunt certi denarii super certis pignoribus, quæ ibidem portabat, sed non dicit à quo, nec cuius mandato, nec quo tempore, ergo nō sufficit, ut iam dictum est.

Zenobius notarius, nihil probat de tempore post conductam, sed solum ante conductam, unde non sufficit.

Magister Franciscus Pelliparius optimè

mè probat, quòd Andreas mutuauit sibi infra tempus datii de mense Nouembris super uno mantello de morello foderato ducatos octo, ad usuras; non tamen in apotheca, sed extrà; & licet posset dici, quod eius dicto non esset forsitan adhibenda fides vusquequaque, tamen in hoc insisto propter statutum prædictum; sed solum considero quòd Andreas accusator de delictis commissis de mense Ianuarii, & Februarii, & de certis, & determinatis pignoribus; & sic delicta deducta per eũ non probantur, cum de alio mense deponantur, ut iam dictum est. Nec obstat, quòd in quarta positione fit mentio de mense Nouembris. quia licet sit in positione mensis ille deductus, non est deductus in accusatione, unde non sufficit, maximè, quia dicit quòd mutuauit super pignoribus in dicta accusatione descriptis, inter quæ pignora non est descriptus dictus mantellus de morello.

Amatus, de primo articulo, nihil probat.

Franciscus Matthæolij, nihil deponit, nisi de auditu, ergo, &c. Concludo igitur clarè ex præmissis, quòd dictus Andreas non potest condemnari uirtute præsentis accusationis de contentis in primo capitulo accusationis; quia illud primum capitulum continet, quòd mutuauit, & mutuari fecit sub usuris, super pignoribus in dicta accusatione descriptis de mense Ianuarii, & Februarii, & nihil est probatũ de dictis mensibus, nec etiam quòd super dictis pignoribus, & hæc dicta sufficiant super primo, si tamen iudex de causa cognoscens condemnaret dictum Andream de dicto mutuo octo florenorum. sola ueritate inspecta, & omni iuris rigore postposito, non crederem eum errare.

Super secundo articulo, seu positione non insisto, quia posito, quòd dicta statio temporibus retroactis detenta fuerit per Andream, & quòd commodum ipsius stationis pertinuerit, & pertineat ad eũ: quia ita ueritas est, & ita ex dictis omniũ testium ego percipio. tamen nihil ex eis infertur, nec est probatum, quòd post datium mutuum usurarium sit contractum: quia ita statutum requirit, quòd post datium concessum mutuum sub usuris ibi fuit excercitum. Similiter de tertio articulo non curo, tum quia refricatur in quarto, tum quia nullus ex dictis testibus se refert ad tempus præsens, uel ad tẽpus in accusatione deductum? immò quidam specificè dicta tempora post concessionem datii currentia excludunt, & sic faciunt pro accusato non contrà.

Vnde descendo ad quartum capitulũ, quod cum primo concurrit, ac etiam rectè est formatus ad probationem primæ particulæ accusationis, & etiam ad probãdum ultra quam sit in accusatione deductum respectu temporum, scilicet de mẽsibus Septembris, Octobris, & Nouembris, de quibus mensibus in accusatione non est facta mentio.

Et super dicto quarto capitulo dictus Bonauentura nil probat, nisi solum de auditu, & hoc non sufficit, ut superius dictum est.

Bonus homo super eodem capitulo dixit se nihil scire, nisi de auditu.

Iulianus simpliciter dixit se nihil scire.

Melchior dixit se nil aliud scire, nisi ut dixerat in secundo capitulo. Sed super secundo non probauit, ut dictum est.

Magister Gilibertus nihil probat, nisi de auditu, & auditum suum refert ad tẽpus ante conductam datii prædicti, & sic non probat.

Zentineronus dixit se nihil scire.

14 † Magister Franciscus Pelliparius dixit se nihil scire, & hic bene aduertatur, quia super capitulo primo dixit, quòd dictus Andreas mutuauit sibi super dicto mantello de morello octo ducatos de mẽse Nouembris, & super isto quarto capitulo dicit se nihil scire, & tamen continetur in eo de dicto mense Nouembris unde prima fronte videtur sibi contrarius ergo falsus, ut l. qui falso, uel uariè. ff. de testib. sed non est, quia debet adiuuari interpretatione benigna, & debet intelligi, quòd nihil scit de mutuo facto super pignora in accusatione contenta, in primo autem articulo dixit de vno pignore mantelli

telli non contenti in accusatione,& sic intelligendo non est sibi contrarius.

Amatus dixit se nihil scire,

Idem dixit Franciscus:unde concludo dictum quartum articulum, nec primũ, aut secundum fore probatum; ex quo coadiuuatur supradicta decisio, scilicet quòd dictus Andreas occasione mutui per eum facti, vel fieri facti de mense Ianuarii, uel Februarii ad vsuras contra formam statuti datii non potest condemnari.

Descendo nunc ad secundum capitulum accusationis, in quo dictus Andreas impetitur de duobus, primò quòd dictus Andreas de dictis mensibus Ianuarii, & Februarii tenuit in dicta statione librum nouum non bullatum bulla,& signo conductoris datii, aut alicuius sui officialis, aut ramcuratoris. in quo libro distus Andreas debuerat scribere pignora, & quantitates, &c. Secundò impetitur quòd in eadem statione de dictis mensibus, tenuit librum veterẽ non bullatũ bulla,& signo dicti conductoris, & ad probandum dictã secundam particulam dictæ accusationis, facta fuit quinta, & sexta positio, seu articulus: super quibus positionibus, sunt

15 examinati testes prædicti.†Et dictus Bonauẽtura nihil probat.nisi auditu Andrioli accusatoris. unde propter duo non probat. primò quia de auditu. secundò quia de auditu ab accusatore,cuius vox quantum ad hanc accusationis causam est funesta vt l.omnibus in re propria,C.de testib. Est uerum quòd in sexto articulo dicit quòd vidit in dicta statione multos libros non bullatos.sed non dicit quo tempore, & an essent libri rationum, & sic non probat.potuit enim,& potest tenere quot libros vult,etiam non bullatos, dũmodo fœnus non exerceat, cum retinet, nec statutum hoc vetat.

Bonus homo dixit se nihil scire.

Idem Iulianus.

Idem Melchior.

Magister Gilibertus dicit de auditu ab Andriolo. & sic laborat ex morbo, quo Bonauentura.

Zentineronus dixit se nihil scire.

Magister Frãciscus dixit se nihil scire.

Amatus dixit se nihil scire.

Franciscus dixit se nihil scire,& ita deposuerunt super dicto capitulo: super sexto licet deposuerint per alia uerba, tamẽ expressè patet quòd nihil probant. Vnde nõ insisto vlterius in dictis eorum super dicto capitulo, nullus ergo testis reperitur, qui dictam secundam particulam de ꝑtensione dicti libri noui vel veteris probet. Vnde ab illa particula, & à contentis in ea absq; aliquo dubio uenit dictus Andreas penitus absoluendus.

Descendo nunc ad tertiam particulam dictæ accusationis, in qua continetur ꝙ dictus Andreas de dictis mẽsibus in dicta apotheca,tenuit pignora in dicta accusatione contenta non descripta in libro publico,bullato,&c.sine breuibus cõtra formam dictorum statutorum, & ad probationẽ dictæ particulæ accusationis prædictæ,producta fuit septima positio,seu articulus in qua de contentis in dicta particula expressè fit mentio; & super eadem positione examinati sunt etiam testes prędicti, & in quantum dicta positio continet,quòd pignora erant sine breuibus,nõ infert aliquod delictum.quia ex forma statutorum quæ vidi non disponitur quòd pignora debeant habere secum breuia alligata. Vnde non est pœnale, pœnale autem est descripsisse pignora in libro.

Dictus Bonauentura non probat nisi de auditu,& non probat de tẽpore,nec de quibus pignoribus.

Homobonus super di co articulo probare nititur quantum potest;asserit enim, quòd cum ipse cum certis aliis suis sociis de mandato factoris fuisset vnà cum dicto ser Andriolo in dicta statione, inuenit certas res mobiles contentas in descriptione facta manu Iuliani notarii, & dum interrogaretur, si dictæ res videbantur pignora,dixit quòd pro parte sic, pro parte non. Interrogatus de causa scientiæ dixit, quia vidit signa, & partem breuium laniatorum à dictis pignoribus, & interrogatus quot pignora vidit cũ breuibus

uibus laniatis, dixit se non recordari de quantitate. sed credit quòd fuerunt circa triginta. Dum autem dicit quòd inuenit certas res mobiles cõtentas in descriptione Iuliani notarii, non probat res in accusatione contentas esse illas easdem quæ fuerunt descriptæ in descriptioné Iuliani; nec est articulatum de identitate, vnde potuerunt esse aliæ de quibus in accusatione non fit mentio; & illarũ occasione non posset sequi condemnatio: quia non est deductum in hoc iudicio, ut superius est probatum, & præsupposito quòd de identitate constaret, non propterea est probatum per eum quòd illæ res essent pignora; quia non fuit interrogatus an essent pignora, sed an uiderentur pignora, & ipse respondit quòd videbantur pignora. statutum autem requirit quòd uerè sint pignora, non quòd prima fronte pignora uideantur; quia ergo extensionis ipsius non constat, quòd essent pignora. nec fuit super hoc interrogatus an essent sed an uiderentur; apparet quòd dicta se prima positio non est probata. † nõ enim
16 spectat ad testem iudicare aut præsumere sed solam ueritatem eius quod sensu percipit deponere, vt plenè not. Innocen. extra de testib. c. cum causam, Item dictus testis non refert se ad certas, & determinatas res, ipse enim dicit, res inuentas quas credit fuisse pignora, fuisse circa triginta, & in accusatione solum septem describuntur. Vnde si diceres eum damnari debere ex eo quòd pignora in libro descripta non erant, interrogo pro qua re damnabit eum iudex vigore dicti testimonii; cum ad nullam certam, & determinatam
17 testis se referat, certè non uideo, † & sententia semper debet esse certa, cum certum quid in iudicio deducatur, ut institu. de action. §. curare, C. de sen. quæ sine cer.
18 quanti. pro tot. † & debeat conformari petitis vt ff. communi diuidun. l. ut fundus, C. de fideicom. libe. l. fi. hic autem nec conformari posset, nec esset possibile fieri certam sententiam iudicando iustè.

Iulianus interrogatus super sexto, & septimo capitulo dixit se nihil scire. Interrogatus verò super octauo, qui est articulus de fama, licet scriptorem inueniam scripsisse, quòd dictum capitulum incipit. Item quòd per prædictum d. Andriolum, &c. & pro certo comprehendo quòd hic est error scriptoris, aliàs esset sibi directo contrarius, cum primò dixerit se nihil scire, postea dicit aliquid scire, tamen hic testis dixit idem quod dictus Iulianus, excepto quia iste dixit de xxiiii. ille de xxx. excepto quia hic testis rectè se restringit ad res in accusatione contentas, & excepto quòd hic testis dixit quòd ille res habebant signacula breuium extratorum à dictis rebus, præcedens testis dixit si- nacula dilaniata, & addit hic testis quòd ille res videbantur pignora antiqua ad dictam stationem portata. à tribus annis vltra. Vnde hic testis laborat eo morbo quo præcedens, quia non probat illas res fuisse pignora. & si dicatur probant signa, coniecturas, & adminicula, respondeo, quòd non sufficit. primò attenta forma statuti, quod requirit iuramentũ datiarii cum probatione vnius testis non suspecti de ueritate, aliud autem est ueri-
19 tas, aliud coniectura. † secũdò attenta forma iuris communis disponentis neminé esse damnandum ex præsumptione hominis, licet ex præsumptione iuris sic. ff. de accusation. l. absentem, Nec etiam obstat si dicatur istud est probatum quòd erant pignora per Petrum domini Iacobi, qui in fine suæ attestationis uidetur velle hoc probare, ut dixi in primo discursu, nego enim quòd probet, & hic bene aduertatur. ipse enim in dicto suo testimonio dicit, quòd omni anno assignauit rationem dicto Andreæ de omnibus suis denariis, & pignoribus, tam de istis pignoribus inuentis per dictum ser Andriolum, quàm de omnibus aliis. non enim se refert ad res in accusatione descriptas, asserendo quòd essent pignora illæ res, sed quòd de pignoribus inuentis per Andriolum, & de aliis omni anno assignant rationem, dictus enim Andriolus inuenit in dicta statione res illas, & alias, quæ aliæ potuerunt esse pignora. bene stat dictũ suũ

in rebus

in rebus aliis, quæ re uera erant pignora multum propriè.

Et licet ita dicam dictos testes nõ probare mero rigore iuris inspecto, tamen cõiecturæ hæc reddũt meam conscientiam remordentem, quòd fuerint pignora; vnde inuestigemus posito pro cõstanti quod fuerint pignora, an ex hoc sequi debeat condemnatio, posito pro constanti quòd in libro non essent descripta, & si dictus Andreas fœnus exercuisset de dictis mensibus Iannuarii aut Februarii non dubita-
20 rem eum damnãdum, † nec me ad tantas subtilitates exactarum probationum reducerem, considero quòd usurarius est publicus, & manifestus; cui nedum quòd sit fauendum; immò apud bonos, & graues, & Deum timẽtes, grauiter debet corripi, cum usurariorum vita Deo & mundo displiceat. Sed qualiscunque sit eorum uita, non propterea iniustitiam debent
21 pati, † cum in iustitia ministranda non sit habenda acceptio personarum, & ita iudicari debeat, bonus ut malus, ita iustus ut impius, ita magnus ut paruus, ut in auct. iusiur. quod præsta. ab iis, per tot. ut iudi. si quoquo suffra. §. deinde, & §. quod autem, in corpore de defenso, ciui. §. usurus, de reg. iur. c. in iudiciis, lib. vi. de rescript. statutum, §. in super, eo. lib. & extra de iudi. nouit. Nũc ad propositũ descendens ex dictis testium, nõ reperio ipsum exercuisse fœnus de dictis mensibus in accusatione deductis, nec ex dictis testium cõstat, ꝙ dictas res, quæ pignora esse dicuntur pignori acceperit fœnerando, uel fœnerari faciẽdo, super eas post datium Andreolo concessum. Vnde licet illa pignora in suo antiquo lib. nõ essent descipta, ex quo post dictum datium concessum Andreolo non exercuit fœnus, & ad fœnerandũ dictam tabulam, & stationem non tenuit. nullam pœnam pati potest, quia de dictis mensibus de quibus impetitur, non deliquit, & quia statutum dicit ꝙ omnes, & singuli mutuantes ad pignus, vel qui stationem tenebunt pro mutuando, debeant habere vnum librum, in quo debeant scribere omnia pignora, & omnes quantitates quas mutuabunt, qui liber debeat esse bullatus bulla datiorum; requiritur ergo, quòd tempore quo tenent stationem, & tabulam ad fœnerandum, uel cum fęnerant, debeant habere librum, & in libro describere pignora, & quantitates, & ille liber debet habere bullam datiarii, qui dicti temporis habet datium.
22 † Nam qualitas iuncta verbo, aut participio significat secundum tempus verbi, & participii. ff. de noxali. l in dilectis, §. si extraneus, ff. quo. legato. l. i. §. quod autem, per Bart. ff. de uulg. & pupit. l. ex facto, in pri. non enim potuit Andreas librũ suũ sigillare sigillo Andreoli, cum tũc datiarius non esset quando pignora accepit, & fęnerauit; non est ergo imputandum sibi per Andreolum, nec modo imputari potest, quia librum habere non debet, cum fœnus non exerceat, nec tabulam ad fœnerandum teneat. Ex quibus breuiter concludo, quòd uirtute accusationis prædictæ, de contentis in dicta tertia particula dictæ accusationis, dictus Andreas nullo modo potest damnari: etiam si probatum esset illas res pignora esse, & in libro suo antiquo descriptas non esse; cum probatum sit dicta pignora accepta fuisse post datium, & accipi potuerint ante, & si ante accepta fuerint: nulla potest sequi punitio, ex deductis in accusatione prædicta: quia ut dixi non sufficit, quòd ea esse pignora præsumamus, uel quòd probatum sit uerè ipsas res esse pignora, nec probetur quòd sint pignora noua accepta post datii concessionem pro fœnore similiter contracto post ipsam concessionem datii factã Andreolo, tamen prout dixi, inspiciendo attestationes testium examinatorum in dicta causa, nullus probat, ꝙ illæ res in accusatione descriptæ essent pignora, non enim testes prædicti sigillatim mentionẽ fecerũt, nec alii, quia nõ Melchior, nam multo minus dicit quam alii prædicti, vt ex eius dicto euidenter apparet.

Non magister Gilibertus qui dicit solum de auditu. Non Zentineronus qui dixit se nihil scire. Non magister Franciscus, qui similiter dixit se nihil scire. Non Amatus qui dixit se nihil scire.

Et Idem dixit Franciscus. Idem Bonauentura. Idem Baptista. Ex prædictis igitur patet non expedire inquirere quid probent testes examinati super illis capitulis quatuor, ultimo loco productis ad probandum certam consuetudinem in dictis capitulis denotatam, & ad probãdam publicam vocem, & famam, quòd dictus Andreas, post datium concessum fœnerauit.

23 † Si enim dicta testium inspiciantur rectè, consuetudo non est probata, quia nec de ueritate deponunt, nec quod in iudicio contradictorio; nec de tot actibus, qui consuetudinem inducunt; nec de consuetudine præscripta, quorum quodlibet est necessarium, ut consuetudo inducatur, ut not. in l. i. quæ sit longa con. per Cy. per Inno. de electio. Cumana. Et præsupposito quòd esset probata, quod est fallum, non tamen releuat, quia ut dixi, posito quòd sit de ueritate probatum illas res esse pignora, ad quod credendum satis inclinor, ex depositionibus dictorũ primorum testium, tamen non apparet illa pignora fuisse accepta post datium cõcessum Andreolo, & maximè de illis mẽsibus in accusatione deductis; scilicet Ianuarii & Februarii, & hoc est de substantia, ut predixi.

Concludo igitur quòd tam solo iuris rigore inspecto, quàm inspecta veritate, de qua non potest constare, nisi quatenus acta demonstrant, quòd cum non appareat ipsum dictis temporibus exercuisse, aut exerceri fecisse fœnus, aut tabulam, seu altare tenuisse paratum ad fœnerandũ & ipsas res nouiter recepisse, scilicet post dictam datii concessionem factam Andreolo prædicto, quòd ab omnibus in dicta accusatione contentis dictus Andras est liberè absoluendus, cũ non sit fundata accusatoris intentio. † Quærere igitur de probationibus rei, & suis defensionibus, an concludant frustratorium est, cum ei sufficiat accusatorem non probasse d. l. qui accusare, & C. de probat. l. sciant, & C. de rei uendi. l. fi.

Et ita ut superius scriptũ est dico, & cõsulo ego Angelus de Perusio legum Doctor, & ad fidem omnium prædictorum me subscripsi, & solito sigillo mei nominis sigillaui Paduæ, Anno Domini. MCCCLXXXV.

SVBSCRIPTIO

Et ita dico & consulo ego Argentinus Domini Raynerii legum Doctor, & ad maioris roboris firmitatem meum cõsuetum iussi apponi sigillum, cuiuslibet melius sentientis saluo iudicio semper; & saluo etiã, q̃ si appareret me in ista materia aliter consoluisse, ratifico, & confirmo dictum meum consilium, & isti derogo, & illud omnino ualere uolo.

SVBSCRIPTIO.

Ego Paganinus de Sala legum Doctor dico, & cõsulo prout vltrà per egregium Doctorem Domi. Angelũ est cõsultum, & ad maius robur mea manu subscripsi, & consueti mei sigilli signa apposui.

SVBSCRIPTIO.

Ego Ziliolus de Cremona, legum Doctor actu legens Paduæ ita dico, & consulo uti supradictum & consultum est ꝑ excellen. legum Doctor. D. Angelum de Perusio & ad maioris roboris firmitatẽ me subscripsi, & sigillũ nominis proprii apponi feci, cõmittẽs tamen huius approbationem, & confirmationem iudicio cuiuslibet melius sentientis.

SVBSCRIPTIO.

Ego Bartholomeus Paradisius de Capitibus vacæ legum Doctor sic testibus probantibus prout suprà est scriptum in consilio Dom. Ang. quos non uidi, dico, & consulo prout suprà scriptum est, in cõl. Dom. Angel. & ad maioris roboris firmitatem mandaui mei consueti sigilli munimine roborari, quos contestes puto Dom. Angel seriose vidisse, vt consilii sui pagina demonstrat.

SVBSCRIPTIO.

Et ita dico & consulo sicut supra proximè consultum est per omnia Ego Ioannes Capitaneus de Mediolano legũ Doctor, saluo semper cuiuslibet rectius intuentis consilio saniori, cui mea semper animo libenti submitto, ad quorum firmitatem maiorem sigillum meum apponi feci consuetum.

CONSILIVM D. PETRI DE VBALDIS V. I. D. PERVSINI.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio loco & tempore carens inepta est.*
2 *Confessio super inepta inquisitione an valeat, & an ex eadem inquisitione sequi possit condemnatio.*
3 *Processus super inepto libello factus nullus est.*
4 *Confessio est de processu.*
5 *Annullato processu propter iuris ordinem non seruatum, omnia in iudicio gesta annullantur.*
6 *Paria sunt aliquid confiteri extra iudicium, vel in iudicio, quando iudicium est nullum.*
7 *Iudicium nullum, iudicium non reputatur.*
8 *Confessio extraiudicialis non condemnat, sed operatur, ut ad torturam procedi possit.*
9 *Confessio extraiuditialis facit, vt si de nouo confitens, nouiter inquiratur non possit negare, quod primo fuit confessus.*
10 *Intellectus cle. constitutionem. §. illius uerò, de electione.*

CONSILIVM XXVI.

1 INQVISITIO † carens loco, uel tempore est inepta. l. libellorum, ff. de
2 accusa. † procedit autem dubium, si reus inquisitus confitetur crimina in inquisitione contenta, an confessio valeat, & si valet confessio, an ex eadem instantia, & ex eadem inquisitione possit sequi condemnatio, Bar. in l. si confessus, ff. de cust. reo. tangit dubium dicens tenere confessionem, quæ fit super crimine quando fit in forma iudicii, & nihil allegat quod hoc probet, Secundum verò dubium videlicet an uirtute dictæ confessionis sequi possit condemnatio ex eadem instantia, & eadem inquisitione, circa primum dubium quòd non teneat confessio, quando libellus est ineptus uidetur probari dua-
3 bus rationibus, † primò quia nullus est processus, qui fit super libello inepto, casus uidetur esse extra de empt. & ven-
4 dit. c. cum dilecti, † Sed confessio est de processu. c. quoniam contra falsam, de probatio. Annullato ergo processu, an-
5 nullatur confessio. † Bene facit extra de iudi. c. at si clerici, vbi annullato processu, propter iuris ordinem non seruatum, annullantur omnia gesta in iudicio; ergo & confessio, quæ est de actis iudi-
6 cii. Prætereà † paria sunt aliquid confiteri extra iudicium, uel confiteri in iu-
7 dicio, quando iudicium est nullum, † non enim reputatur iudicium, quod est nullum, ut leg. iiii. §. condemnatum, ff. de
8 re iudi. † Sed ubi confessio emanauit extra iudicium, uirtute eius non potest sequi condemnatio, sed solum operatur, ut possit procedi ad torturam leg. capite quinto, ff. de adulter.
9 † Licet Inno. singulariter not. in c. per inquisitionem, de elect. quòd confessio extra iudicialis hoc operatur, ut si de nouo confitens nouiter inquiratur, non possit negare quod primò fuit confessus; facit de excess. præla. c. quam sit graue, si ergo confessio extra iudicium non tenet, ergo nec tenebit confessio emissa in iudicio inualido. Veritas est quòd licet libellus sit ineptus, tamen tenet confessio, sed uirtute confessionis, sequi non potest condemnatio ex eadem in-
10 stantia uel inquisitione, † de hoc est casus, quem Bar. ignorauit in Cle. constitutionem, §. illius verò, de elect. si rectè intelligatur & ponderetur ille tex. & de rest. spolia. c. Pisanis, subtiliter intelligendo illam decretalem. Fatendum tamen est de iure, quòd si in inquisitione deducantur plura crimina & respectu unius criminis inquisitio apte & respectu alterius criminis sit ineptè formata, & reus confiteatur crimina in inquisitione contenta, quòd condemnari poterit reus de crimine, quod fuit deductum in inquisitione cum adiectione loci & temporis, licet ergo non procedat inquisitio quantum ad crimina carens loco & tempore, tamen procedit inquisitio quo ad crimen habens debitas circunstantias loci & temporis, ut d. Cle. constitutionem, ubi est casus, facit extra de elect. c. ut circa lib. vi.

Petrus M. Fran. de Perusio.

CONS. D. PETRI MAGISTRI FRANCISCI DE VBALDIS

SVMMARIVM.

1 *Stantibus statutis, uno quòd in maleficiis personalibus in platea commissis, pœnæ quadruplicentur; alio quòd quicunque laniauerit alicui pannos in platea puniatur in libris 50. & alio quòd quicunque cœperit aliquem per pannos, uel capozale pannorum puniatur in lib.xxv. quomodo ille puniatur; qui alterũ per mantellum cœpit: per totum consilium.*

2 *Captus per mantellum cohærentem personæ iniuriatus intelligitur.*

3 *Pœna mitior in dubio imponi debet.*

4 *Libellus ubi generalis est, qui unã & aliam legẽ cõprehẽdere potest, lex illa intentata intelligitur quæ mitior est, mitiorq; pœna imponitur.*

5 *Pœna grauior ubi ratione qualitatis delicti venit imponenda, de qualitate illa in libello est mentio facienda.*

6 *Absurdus intellectus in lege est euitandus.*

COSILIVM XXVII.

1 PVNCTVS talis est, † statuto cauetur ꝙ in maleficiis personalibus commissis in platea, pœnæ quadruplicentur: Alio statuto cauetur, quòd quicunque laniauerit alicui pannos in platea, puniatur in libris quinquaginta. Alio statuto cauetur, quòd quicunque cœperit aliquem per pannos, uel capozale pannorum puniatur in lib.xxv. Modo Titius est inquisitus, quòd cœpit Seium per mantellum in platea, quæritur quæ pœna ueniat imponenda, an pœna xxv. librarum quadruplicanda propter plateam, an pœna xxv. librarum, sine quadruplicatione, an pœna quinquaginta librarum, secundum statutum loquens de dilaniatione pannorum in platea. Ommissis aliis superfluis, de iure dicendum uidetur esse pœna uiginti quiuque librarum tantum, & illam non quadruplicari propter plateã, ratio est; quia quadruplicatio uendicat sibi locum in maleficiis personalibus, & sic in, & contra personas commissis.

2 † Constat autem, quod capere aliquem per mantellum non est iniuria personalis, nisi capturæ manrellum differet in dorso, & sic cohæret personæ, ut plenè not. Bar. in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de pu. Innocen. tangit de sen. excom. c. nuper, Sed inquisitio non dicit mantellum cohæsisse personæ, unde potuit cohæsisse, & non cohæsisse: nam poterat mantellum deferre super hastam, vel ensem, & sic hoc casu mantellus distabat à dorso, & dorso non cohærebat,

3 † pœna ergo minor uenit imponenda.

4 ff. de pœn. l. si præses, † Nam ubi libellus generalis est, qui potest comprehendere unam legem & aliam, illa lex intelligitur intentata, quæ mitior est, & mitior pœna imponitur, casus est ibi, & Bar. ibi, plenè declarat. In proposito autem nulli dubium, quòd dicta inquisitio generalis est, & potest se referre ad legem punientem maleficium personale, uel non personale: & ideò de maleficio non pœnale resultante, ex tali captura in dubio in inquisitione dicitur

5 esse deducta; pro hoc, † quia ubi ratione alicuius qualitatis pœna grauior uenit inferrenda, de illa qualitate in libello est mentio facienda, ut l. nõ solum, §. sed ut probare, de no. op. nunc. & Bart. ibi. Et quòd non habet locum quadruplicatio ostenditur euidenter, quòd dilanians pannos in platea non punitur nisi in quinquaginta libris. Dilaniatio autem quæ est qualitas, non potest esse sine subiecto capturæ per pannos, ergo si captura qualitificata cum dilaniatione non punitur nisi in quinquaginta, multo fortius nec captura simplex poterit puniri; absurdissimum enim est, quòd captura simplex puniatur plusquam qualificata denotans delictum grauius, † &

6 omnis absurdus ĩtellectus in lege est uitãdus, ff. de bo. lib. l. nam absurdum, cũ simil. Pro hoc, quia in inquisitione non est deductum, quòd inquisitus cœpit Seium per pannos animo, & intentione iniurandi eum in persona. Ergo illa captura deducta non designat esse maleficium personale, potuit enim capere, non ut iniuriaretur capto in personam, sed potius

rius ut mantellum haberet. Ex quibus cōcludo non inferri maleficium personale, ex uerbis inquisitionis, & per consequens pœnam xxv. librarum non quadruplicari.

Petrus M.F. de Perusio.

CONSILIVM D. PETRI DE VBALDIS DE PERVSIO.

SVMMARIVM

1 Testimonium primò prolatum extra iudicium an præualeat secundo testimonio prolato in iudicio.

2 Testis recepti coram iudice incompetenti standum est ultimo dicto & non primo.

3 Attestationes factæ in absentia iudicis non ualent & nihil operantur ad valorem probationis.

CONSILIVM XXVIII.

1 IN nomine Domini Amen. † Punctus talis est videlicet. Testes extra iudiciū antequàm examinarentur, dicunt & confitentur coram Titio, ꝙ ipsi testes nunquā viderunt ꝙ ipse Titius percuteret Martinum, & ꝙ si aliquo tēpe dicerent contrarium, seu dicerent, ꝙ verum non dicent, & ꝙ verum non dixerint. Postquàm examinantur per iudices, super inquisitione facta contra Titium de percussione facta Martino, qui testes dicunt uera esse contenta in inquisitione, & ꝙ viderunt quòd Titius prædictus percussit & vulnerauit dictum Martinum, Quæritur modò, nunquid dictus Titius possit condemnari de dicto maleficio vigore attestationū dictorum testiū, qui dixerunt primò extra iudicium, quòd nunquàm viderunt prædicta, & posteà in iudicio dixerunt contrarium.

IN nomine Domini. Super hoc puncto dico de iure quòd standū est primo testimonio prolato extra iudiciū, & nō secūdo testimonio prolato in iudicio, casus est extra de ꝓba.c.per tuas, & quod ibi not. extra de præsump.c.literas, & hinc est ꝙ punitur qñ dicit in iudicio cōtrariū eius, qđ primò dixit extra iudiciū ff. de fals. l. eos.

Et ita cōsulo ego Petrus de Perusio v. i. d. ad quorum fidem me subscripsi.

SVBSCRIPTIO

Et idem dico & consulo ego Honofrius de Perusio legum Doctor prout supra per eximium v. i. Doctorem Dominum Petrum consultum est, per ea quæ notantur per Bar. in d. l. eos, ff. de fal. 2 † Dubium tamen facit illud quod notat Gloss. extra de testi. c. cum causam quæ inter archiepiscopum in Glo. hæc litera, in fi. ubi dicit, quòd si recepti sunt testes coram iudice incompetenti, standum est ultimo dicto, & non primo; fortius ergo si prius extra iudicium, sed fortè dici potest ut dicit Bart. in d. l. eos, quòd tunc statur secundo dicto, quando seipsum corrigeret, secus si simpliciter testificatus est, nam negari non potest, quod iste testis suspectus est, & potest de falso puniri, ergo sua fides nulla, in suo testimonio, & ad fidem eorū me subscripsi, & sigillari feci.

SVBSCRIPTIO.

Et idem prout supra consultum est per præfactos Excellentissimos Doctores dico, & cōsulo ego Marcutius Angeli de Perusio. 3 † Nam licet regulariter sola attestatio in absentia iudicis non valeat vt not. per Glo. in l. solam, C. de testi. quia tales prolationes seu protestationes victuales non operantur ad valorem probationis, tamen quantum ad propositum talis testis, postea attestando contrarium præsumitur falsus, & ut falsus punitur, secundū notata in d. l. eos. & ad fidē me subscripsi.

CONSILIVM D. PETRI DE VBALDIS PERVSINI V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Iudæus qui carnaliter cum Christiana meretrice se immiscuit an & qua pœna sit puniendus, per totum consilium.

2 Meretrix turpis per ora censetur.

3 Meretrix est quæ multorum libidini patet.

4 Meretrix dicitur cuius turpitudo venalis est publicè.

5 Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet dominus.

6 Meretrices indignas facit vilitas vitæ legum obseruatione.

7 Iudæ

7 *Iudæi non debent se immiscere mulieribus Christianis.*
8 *Iudæi Christianis non sunt coniugio copulādi.*
9 *Iudæorum cum Christianis participatio est prohibita.*
10 *Non omnia quæ prohibentur habent in se pœnā nisi in casu quo lex eam imponit expreßè.*

CONSILIVM XXIX.

1 FACTVM sic proponitur. † Quidam nomine Caius hebręus moram trahēs in ciuitate Castelli, accessit ad lupanar positum in dicta ciuitate Castelli, & quandā meretricem Christianam in eo existentē publicam quidē & notoriam, Christianā carnaliter cognouit, quæritur an aliqua pœna sit puniendus ille hebræus.
2 † Et primò præmitto ꝙ meretrix turpis persona censetur, ut ff. si quis à paren. fue.
3 manumis. l. iii. † & meretrix est quæ mul-
4 torū libidini patet. † & meretrix dicitur cu
5 ius turpitudo venalis est publicè, † vnde dicit tex. xxxii. .iiii. meretrices, ꝙ meretrices esse, & ad meretrices accedere ꝓhibet Dominus, quarū publicè venalis ē turpitudo. xxxiiij. di. c. uidua, † & alibi dr̄ tex.
6 ꝙ meretrices indignas facit vilitas vitæ legū obseruatione. C. de adul. quæ adulterium, in fi. & vide quod no. de sponsa. c. inter opera, & de ritu nuptia. l. palā quæstū.
7 † Secundò præmitto, quòd iudæi non debent se immiscere mulieribus Christia-
8 nis l. nonnullis, C. de iudæ. † Et propter hoc prohibet Canon. ne iudæus contrahat cum christiana. xxviii. q. i. c. caue. Aduerte tamen ꝙ illa damnata cōmixtio inter christianam & iudęum videtur tunc esse prohibita, quando talis mulier non esset publica meretrix, licet quidam velint illam decretalem intelligere, siue mulier
9 Christiana sit meretrix, siue non. † quia participatio iudæorum cum Christianis est prohibita. de iudæis c i. Notandum tamen est, quòd licet canon. prohibeat ne iudæus commisceatur cū Christiana muliere, tamen nec lex nec canon vllam pœnam propter hoc imponit iudæo. Sed stat lex in finibus simplicis prohibitionis.
10 † Et non omnia quæ prohibentur, habent in se pœnam, nisi eo casu quo lex eam ponit expressè, vt legitur & notatur. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. l. i. in fi. Et per hoc concludo & consulo quòd nec per iudicem secularem, nec ecclesiasticum pœna imponetur tali hebræo, ex quo nec à canone, nec à lege pœna est expressa: Nulla enim lex, nullusque canon est super hoc, quando mulier carnaliter cognita à iudæo stat in lupanari, & est publica & notoria meretrix, & propter hoc ratione vilitatis suæ uitæ indignam se reddit legum obseruatione. d. l. quæ adulterii quæ optimè facit ad hoc.

Et ita consulo ego Petrus de Vbaldis de Perusio. V. I. D.

CONSIL. D. FRANCISCI DE RAMPONIBVS BONONiensis Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus uel alius an teneatur emendare damnū illatum vicino suo, propter ignem incensum in domo sua.*
2 *Ignis cuius culpa præsumatur accidisse, & nu. 3*
4 *Vicini qui ex forma statuti tenentur emendare damna, malefactore apparente non tenentur, & solutum repetunt.*

CONSILIVM XXX.

DVo sunt uicini uidelicet Petrus & Paulus Faber, habentes domos contiguas & vicinas in eadem uicinia. in ædibus Pauli fabri accenditur ignis tam ualidus quòd domus tota cōburitur, & ignis incipit comburere domū Petri vicini antedicti, quod videntes alii uicini & homines qui uenerant ad ignem extinguendū de uoluntate & mandato officialium ibi existentium, uidelicet Capitanei populi, & Confalonerii domū Petri prædicti deposuerunt ac derocauerunt, ne ignis possit ad alios domos conuolare. videns Petrus prædictus quòd propter ignem accēsum in domo Pauli sua domus est destructa, & etiam sua suppellectilia, uult quod Paulus emendet sibi omne suū damnum & ini

& intereſſe. Modò quæritur quid iuris.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † In caſu præmiſſo ſi ponderantur narrata, poteſt de tribus perſonis, ſeu triplici genere perſonarum quæri & in dubium reuocari, an teneantur ad emendationem dicti damni. Primò videlicet de iis, qui diruperũt domum prædictam cauſa ignis arcendi ne poſſet ad alias domos conuolare, & certè ſi iſti feciſſent hoc dolo vel culpa, quia non fuiſſet iuſta cauſa timendi, ne ignis prædictus ad alias domos conuolaret, ipſi tenerentur de iure, alias autem non. Vnde cum hic ſubeat iuſta cauſa timoris, cũ mandato magiſtratus videlicet domini Capitanei & aliorum officialium vt præſupponitur hoc fecerunt, ergo nullatenus tenẽtur, argum. l. ſi quis fumo. §. primo, ff. ad l. Aquil. & l. ſi alius. §. eſt & alia ff. quod ui aut clam. l. iii. §. quod ait prætor. ff. de incend. rui. nauf. & in qualibet dictarum legum not. facit l. ſcientiam, §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & l. habitatores, in fin. ff. locati.

2 Secundò poteſt quæri & in dubium reuocari † de uicinis, quorum domus ſunt ſeruatæ & defenſatæ ab igne, propter diruptionem domus Petri antedicti, ad quas ignis veriſimiliter conuolaſſet & ubi non ſit alius qui de iure teneatur ad emendationem dicti damni ratione doli vel culpæ commiſſi uel commiſſæ, dicẽdum eſt eos teneri argumen. l. i. & ii. §. i. & ii. & l. nauis, in princ. & per totã, l. ff. ad l. Rhod. de iact. & hoc tenet Guli. de Cuneo qui ad literam tetigit hanc quæſtionem, in d. l. ii. in princip. ff. ad l. Rhod. de iact. & hoc ex equitate & ratione illius legis & aliarum ſimilium prædictarum, ut ſic omnes qui commodum ſenſerunt conferant pro rata ad æſtimationem damni ſecundum formam dictarum legum in caſu ſimi.

3 Tertiò poteſt † quæri & in dubium reuocari & de hoc principaliter eſt quæſitum noſtrũ uidelicet, de dicto Paulo fabro in cuius domo habuit ortum incendium, an ipſe teneatur, & in hoc eſt dicendum vt dixi in primo videlicet, quòd ſi eius dolo uel culpa habuit ortum incendium, & fuit in eius domo quam inhabitabat, ipſe tenetur, aliàs non. ut l. qui ædes. & l. ſi fortuito, & ibi not. ff. de incen. rui. naufr. & l. capitalium, §. qui ob inimicitias, ff. de pœ. & l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi quis inſulam. & §. ſi fornicarius, ff. ad l. Aquil. & l. ſi uendita, ff. de peric. & cõmo. rei uen. Cum enim eius dolo uel culpa damnũ ſolum mediatè ſentiat prædictus Petrus, videlicet ex deſtructione prædicta, quod etiã erat paſſurus & ſenſurus ex incẽdio licet domus non fuiſſet deſtructa, nec derocata, ut ex themate apparet ipſe Petrus quia in eius domo, iam ignis inceperat ſubintrare unde eius ædes equè veriſimiliter perituræ erant immediatè, facto & culpa dicti Pauli, ut in ſimi. dicit tex. in l. ſi alius, §. eſt & alia, præallega. æquum & iuſtum eſt eũ teneri per iura ſuperius allegata. Et prius debet ipſe Paulus ſi fuit in dolo uel culpa conueniri ut prædixi quàm dicti eius uicini. qui ex diruptione prædicta commodum ſenſerunt vnde nullũ dolũ uel culpã commiſerunt, ſed tanquam commodum ſentientes in ſubſidiũ deberent teneri: uidelicet ſi dictus Paulus non teneretur, vt quia dolum uel culpam non commiſiſſet vt prædixi, vel fortè eſſet non ſoluẽdo, ut l. ſi. in prin. ff. de eo per quem fact. erit. & l. ſi cum exceptione, §. Pedius, ff. quod metus cauſa, † & pro hoc facit quod no. in ſimi. per Guliel. de Cuneo in l. ii. §. ſi res. ff. ad l. Rhod. de iact. in quæſtio. illa ſi ſtatuto cauetur, quòd vicini teneantur emendare damna occulta, quia ſi apparet malefactor non tenentur, & etiam ſi ſoluiſſent recuperarent, & in dubio præſumitur ipſe Paulus faber inhabitans fuiſſe in culpa argumen. l. nam ſalutem, §. cognoſcit, ff. de offic. præfect. vigil. & præallega. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornicarius, ad l. Aquil. & l. ſi vendita, in fine de pericu. & commod. rei vendi. Et quòd præſumatur ipſe Paulus fuiſſe in culpa, & ꝙ teneatur firmat expreſſè Iacob. Butr. in l. ſi duobus, §. damna, ff. pro ſocio. in eiſdem terminis. 4

Et ita dico & conſulo Ego Frãciſcus de Rãponibus de Bononia legum Doctor, in caſu de facto occurſo.

CONS.

CONS. D. BARTHOLOMEI DE SALYCETO BONONIENSIS. I. V. D.

Super eodem facto.

SVMMARIVM.

1 *Domus vicini an possit impunè destrui timore ignis.*

2 *Incendium in domo ortum, an ascribatur patrifamil. an casui fortuito.*

3 *Dominus de facto suæ familiæ tenetur, delinquente familia in officio cuius opera vtitur dominus.*

4 *Bonus & diligens quilibet præsumitur.*

5 *Dictio plerunque facit regulam.*

6 *Vicinus uel alius an teneatur emendare damnum illatum uicino suo per ignem in sua domo incensum.*

CONSILIVM XXXI.

SALVATORIS nomine inuocato. Venio ad quæstionem propositam, & ad
1 quæsita. † Et quòd à deponentibus nihil possit peti, ex quo uerisimiliter dubitari potuit ne incendium ad alias domos transiret, videtur satis clarè probari in his legibus, videlicet, ad l. Aquil. l. si quis fumo. §. i. de incen. ruin. & naufra. l. i. §. quod ait prætor. & melius. ff. quod ui aut clam. l. si alius. §. est & alia, & pro hoc accedat quod not. Gloss. multum singularis. ff. de damn. infect. l. si finita, §. si quis damni signata super uerbo refecerit. & hoc suadent rationes, nam salutem reipublicæ uidentur prosequi. ut l. nam & salutem ff. de offi. præfect. vigil. & fornitates urbis tueri, & deformitatis incursum euadere, nec culpam aliquam committere, ut dictis legibus apparet. Immò utiliter vicinorum negocium gerere, ergo pœnam non debent mereri, ut l. Gracchus, C. de adulter. & hoc primò.
2 Circa secundum † quo quæritur, an Paulus in cuius domo ortum fuit incendium teneatur. hic est primò quærendum. An illud incendium dicatur casus fortuitus, & dico quòd non in casu nostro, quia casus fortuitus est, cui prouideri non potest & sic culpæ non potest ascribi, ut l. quæ fortuitis, C. de pigno. actio. Sed hoc incẽdium ascribitur culpæ, ut infra patebit, ergo, &c. Et ideò ut incendium dicatur casus fortuitus, oportet quòd sit factum ab hostibus uel à latronibus, vt ff. pro socio l. cum duobus. §. damna. Vel etiam si subita vis uentorum ignem longius produxit. Et ille qui ignẽ imposuit omnia quæ oportuit obseruauit, ne ignis in longius procederet. ita quòd culpa ei imputari non potest, ut probatur ff. ad l. Aquil. l. qui occidit, §. in hac. tunc etiam casui fortuito ascribitur. vbi autem hæc cessarent casui fortuito non ascribitur, licet quandoque dominus rei ubi incẽdium habuit ortum non teneatur pro rebus alienis cõbustis, & ideò ut huius rei ueritas habeatur facio tria membra. Nam quandoque constat quòd pater familias dominus domus seu habitator fuit in causa incendii, quandoque constat quòd alius, quandoque dubitatur, Primò casu non est dubiũ quòd tenetur de damno ex incendio alteri illato, ut l. si seruus seruum, §. si fornicarius, & §. si furnum, ff. ad l. Aquil. & l. qui ædes, ff. de incen. rui. naufr. Secundo casu distinguo, aut ille alius est de familia habitantis, aut prorsus extraneus, si de familia habitantis, tunc quædam Glo. videtur sentire quòd teneatur dominus, quæ Gloss. posita est de incen. ruin. nauf. l. ne quid, in princ. per tex. instit. de obli. quæ ex quasi delict. §. si. sed illa Glo. ibi re
3 probatur per Bar. † quia dominus domus de facto familiæ tenetur si familia delinquat in officio cuius opera vtitur dominus, ut ff. de public. l. i. §. familiæ, l. pœn. §. fin. ff. nau. caupo. stabu. & in materia nostra videtur casus, ff. de peric. & commod. rei vend. l. si vendita. Nam de negligentia seruorum non tenetur dominus si diligẽtiam debitam adhibuit dominus, si verò fuit prorsus extraneus qui ignem immisit, quia non de familia, nec de habitantibus in domo illa: & tunc non videtur ꝙ dominus domus combustæ teneatur ad emendationem huius damni, quia culpa

sui

ſuæ non poteſt aſcribi, & hoc probatur ff.locati.l.qui inſulam, §. fin. Tertio caſu principali quando dubitatur à quo ignis fuerit immiſſus & tunc uidetur præſumptione iuris præſumi immiſſus ab habitantibus, & eorum culpa incendium factum ſiue fuerit vnus, ſiue plures, ut l.nam ſalutem, §.i.ff.de offi præfec.uigil.adeò ꝙ ſi nullus inhabitat, iſta præſumptio ceſſat. aliquo autem inhabitante præſumptio eſt de illo; & pluribus inhabitantibus, præſumptio eſt de aliquo ex eis, & nō de certa perſona ex eis, ſed de incerta & indeterminata ex illis, ut probatur in d.l.ſi vendita. Veruntamen niſi doceatur à qua perſona inhabitantium hoc proceſſerit, culpæ patrisfamiliàs hoc aſcribitur, cuius imperio cæteri obediunt, quaſi minorem diligentiam, iuris præſumptione adhibuerit, quám debuerit, hoc probatur in d.l.ſi vendita, unde pōdera quod ibi circa principium ibi reſpondi; facit generalem regulam prȩſumptionis, ſcilicet quòd incēdium ſine culpa patrisfamiliàs fieri non poteſt, Poſteà ab illa regulari & generali preſumptione recedit in caſu certi, ſcilicet ſi cōſtat quis fecit; & ſi conſtat quòd pater familiàs omnem diligentiam requiſitam adhibuit, & ita ꝙ culpæ eius nō poſſit aliquid imputari, & pro hoc bene facit ut culpæ patris familiæ aſcribatur incendium in domo ortum C. de pericu. tuto.l. res pupilares, ff. loca.l.qui inſulam, §.colonus, ff.de pœnis l.capitaliū, §.qui ob inimicitias, ibi dū litera dicit, ob negligentiā eorum apud quos orta ſunt: Vnde cum incendium dicatur oriri apud patremfamiliàs domus, negligentia eius præſumitur; & eſt ratio, quia ad ipſum principaliter diligentia & cuſtodia domus, & eorum quæ ſunt, & quæ fiunt in domo ſpectat, & ſi alii diligentiam & cuſtodiam cōmiſit in culpa fuit, ſi minus diligentiam adhibuit; ideò de incendio proueniente ex illius negligentia tenetur, ut l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornicarius, ad l. Aquili.

4 † Nec obſtat quod quilibet præſumatur bonus & diligens, ut l.cum quidam, & l.cum pater, §.rogo, ff.de leg. ii.quia verū eſt quadam iuris præſumptione generali, cui derogatur per præſumptionem iuris ſpecialem ut extra de re.iur. c. generi, Prȩſumptio enim ſpecialis, quòd minus diligens fuerit in cuſtodiendo ignem, colligitur ex incendio orto in eius domo, vt dictis legibus & maximè per l. nam & ſalutem, ff. de officio præfecti vigil.

5 Nam ibi dictio, † plerunque, regularem facit præſumptionem. ut ff. de iure doti.l. plerunque, & ff.de tutel. leg. ante pen. in Glo.& ff. de uulga. & pupilla. leg. ſi plures, cum Gloſſ.Ex prædictis modo concludo, quòd niſi iſte Petrus doceat à quo ignis fuerit immiſſus & quòd diligentiam omnem à iure requiſitam adhibuit, quòd ipſius patrisfamiliàs culpæ aſcribitur. Et tanto fortius quanto in fucina & carbonibus utebatur, & ideò ad emendationem damni ſecuti dicto Paulo ex diruptione ſuæ domus tenetur, ut ff. ad leg. Aquili. leg. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi quis inſulam. & §. ſi furnum. nam cum occaſione damni dederit damnum ipſe dediſſe uidetur. ut patet in materia noſtra de igne immiſſo.in eo.tit.leg.qui occidit, §.in hac, & melius. ff. de pœn.leg. capitalium.§. qui obinimicitias, ubi damna ſecuta uicinis tenetur emendare is, apud quem ortum habuit, & ſi quis fortè dicere uellet quòd omninm inhabitantium culpa præſumitur incendium factum eſſe non tantum patrisfamiliàs, quia tex. in plurali loquitur, licet maior culpa præſumatur in patrefamiliàs, ad huc habeo propoſitionem, quia quilibet tenetur in ſolidum ratione culpæ, quæ eſt indiuidua.ut ff.ad l. Aquili.leg. Item Mela. §.ſi plures, & ff. commo. leg. ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculum, cum leg.ſeq.& hoc de ſecundo. De tertio quo quæritur an uicini qui ſenſerunt commodum ex diruptione domus teneantur, reſpondeo ꝙ Spe.in tit.de accuſatore verſi. quartodecimo quæritur, tenet quòd ſic per l. i. & ii. & quaſi per totum tit. ff. ad leg. rhodi. de iact.quod puto uerum; ſed non puto uerum quòd prius in caſu noſtro poſſit exigi, quia & ipſi ſi ſoluerent à dicto Pe-

tro repeterent, quia causa huius damni fuit, vnde prius Petrus debet exigi, & in subsidium eo non existente soluendo, ad uicinos potest peruenire, arg. leg. fin. ff. de eo per quem fact. erit. Laus Deo.

Bartholomeus de Salyceto de Bononia.

CONSIL. D. ANGELI DE VBALDIS SENIORIS. V. I. D.

Super eodem facto.

SVMMARIVM.

1 *Domum vicini mediatam quis reficere teneatur, quando propter ignem vt alia conseruantur illa dirumpitur, & cuius culpa ascribatur incendium per totum consilium.*

2 *Culpam allegans illam probare debet.*

3 *Incendium cum culpa & sine culpa in domo oriri potest, licet plerunq; cum culpa.*

4 *Præsumptionibus nemo danari debet.*

5 *Furtum sine culpa euenire non solet.*

6 *Domus igne accensa iustè curialium mandato diruitur.*

7 *Repressaliis delicto tertii concessis, ob illas rectè captus, damnum quod sentit recuperat.*

8 *Afflicto afflictio sine causa non est addenda.*

CONSILIVM XXXII.

1 ET quod † supra consultum est per Dominum Franciscum & Bortholomeum videtur mihi Angelo de Perusio. Nec obstant ea que allegantur in contra
2 rium, & primò † qui allegat culpam, & sic intentionem suam fundat ex culpa, illam probare debet, si conuentus negat illam; ex regula ei qui, de proba. & l. quoties, §. qui dolo, eo. tit. probatur expressè. C. de pig. actio. l. si creditor, & hoc tenuit Ioa.
3 Mart. Hyrne. & Azo & Accur. † Et facit etiam, quia incendium potest oriri in domo cum culpa & sine culpa, licèt plerunque cum culpa, ut ff. de offi. præfec. vigil. nam & per salutem, & c. in præsentia, extra de proba. & quia præsumptio culpæ potius est suspitio quàm præsumptio; quia nemo præsumitur in re sua cõ-
4 mittere talem culpam. † ex suspitionibus autem hominum aut iuris nemo debet damnari vt C. si quis imperato. male. l. i. l. absentem, ff. de pœnis per Dy. quia dico quòd culpa probatur, eo ipso quòd con-
5 trarium non probatur, † quando contigit casus qui sine culpa euenire non solet vt furtum. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & d. l. si vendita, & maximè cum ad custodiam quis lege astringatur, quilibet dominus ædium vt ædes ab igne custo-
6 diat, † Non obstat ꝙ domus fuit dirupta iustè, quia de mandato curialium ut l. si alius, §. est & alia, ff. quod vi aut clam. quia credo tamen quando per factum vel non factum alterius extraneus iustè damnum patitur, illud recuperat à dante cau-
7 sam damni. † Nam si delicto tertii repressaliæ concedantur, captus rectè ob repressalias recuperabit damnum quod sensit, occasione capturæ. l. ii. §. ex iis, ff. de verb. obliga. & famil. ercis. l. hæredes, §. in illa, Bar. in d. §. & in materia represaliarum.
8 Non ob. tertiò quod additur afflictio afflicto, quia non est addẽda sine causa; sed cum causa sic. de proba. l. cũ de indebito.

Non obstat quòd nostris temporibus multa incendia viderimus ex quibus domus vicinorum sunt exustæ, & quandoque pro defensione aliarum sunt diruptæ, & nunquam vidimus ad hoc remedium conuolari, quia licet non viderimus vsitari, non proptereà sequitur ergo de iure usitari non potest.

Non obstat auctoritas Speculatoris, & Vberti de Bobio, qui dicũt, ꝙ si inimicitia mea, domus vicini per alium mihi inimicum exusta est, non teneor ad emendam, quia licet culpa mea sit causa mediata damni, non sufficit ex quo medium organum interuenerit quod damnum intulit, cum igitur alius potuerit damnum ignis intellisse, licet culpa Pauli præcesserit, tamen eius culpa non est causa immediata damni vicini, cuius domus est dirupta, sed mediata: immediata enim est opera ipsorum diruentium, & hoc tenet Specul.

in tit.

in tit.de iuiur. & damno dato.§.sequitur, vers.sed pone inimicus tuus, qui Specul. & Vbert. loquuntur vbi damnum datur iniustè propter culpam & delictum à certis à quibus damnificatus non habet causam. Sed hic datur à magistratu ob vtilitatem reipublicæ, & etiam vicinorum, ideò ille qui est, & radix & causa dicti dãni ad eius emendationem tenetur, ut supra dictum est in exemplo de represaliis, ideò autem dixi qui non habet causam à compulso quia si in re in qua passus est damnum iniustè causam habet ab illo cuius culpa damnum datum esset ut ff. loca. l.si merces,§. culpæ, faciunt not. de solutio.l.creditor, & ibi per Bar. Vnde mihi Angelo videtur id quod supra dictum est per Do. Franciscum & D. Bartholomæum in casu dubio contra Paulum prædictum, & in subsidium contra vicinos habendum recursum, saluo nisi constaret de persona cuius culpa incendium factum esset. Laus Christo.

Angelus de Perusio.

CONSILIVM D. IOANNIS DE CANEMORTVO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto quòd percutiens cum armis ferreis cum cicatrice puniatur in centum, si uerò cum lapide scusso cipello, & aliis similibus, puniatur in xxv. an percutiens cum cipello in facie cum cicatrice à potestate in centum condemnatus, & procedendo de similibus ad similia, sit iustè condemnatus, vel alia pœna puniri debeat, per tot consil.*

2 *Iudex delinquenti maiorem pœnam dare non debet, quàm sit statuta, & sententia aliter lata non tenet.*

3 *Simile non est idem.*

4 *Pœna speciali pro delicto imposita, alia denegata censetur.*

5 *Statutum vbi non distinguit nec nos distinguere debemus.*

6 *Repetit in pœnalibus & odiosis locum non habet.*

7 *Procedendum non est per idemptitatem rationis.*

8 *Verbum præsentis temporis non includit futurũ.*

9 *Verbum erit, & est, quandoque ad præteritum refertur.*

10 *Dictum testis loquentis de præsenti, non extenditur ad futura.*

12 *Cicatrix qualiter probetur perpetuò remansura.*

COSILIVM XXXVIII.

1 PVNCTVS Quæstionis talis est. † Statuto cauetur quòd si quis percusserit aliquem cum armis ferreis, uidelicet spata cultello &c. cum cicatrice puniatur in c.lib. si uerò cum lapide, scusco, cipello, & aliis similibus, puniatur in xxv. lib. nec facit mentionem in isto casu de citatrice. Quidam Pet. percussit Mar. cum cipello in facie cum cicatrice, potestas procedit contra eum de percussione in facie, cum cipello, cum cicatrice, & inquisitus confessus fuit, & condemnatus fuit per potestatem in c. libris, & dixit in condemnatione procedendo de similibus ad similia. Modo quæritur vtrum sit iustè cõdemnatus, & si non est condemnatus iu-
2 stè, in qua pœna debeat condemnari.† Respondeo, quòd in viginti quinq; libris secundum formam statuti, & si in maiori condemnauit, sententia non tenet, secundum opinionem quæ communiter probatur, ut not. Cy in l.i. C.si aduer.rem iudica. vel saltem in eo quod est plus secundũ omnes, ut not. in l.fi.§.i.de iur. omni. iudi. & not. Ioan. And. in c.ea quæ, de reg.iur. libro vi. Nec potuit iudex augere dictam pœnam vigore statuti dicentis, quòd in criminalibus pro quibus per statutum non imponitur certa pœna determinata possit procedere de similibus ad similia, nam hic est pœna determinata xxv. librarum, contra percutientem cum cipello in facie, & sic cessat arbitrium
3 procedendi de similibus ad similia, † nam simile non est idem. ff. deposi.l. quod Nerua, & sic idẽptitatas & similitudo, nõ pos-

sunt concurrere circa idem.† Concessum enim in casu speciali pœnæ deficientis, videtur in casu contrario denegatum, uide licet vbi specialis pœna pro delicto reperitur imposita, ut hic arg. ff. de leg. i.l. si post mortem, §.fi.& de ali. leg.si legatum purè. Nec potest dici quòd propter signum debeat augeri pœna percussionis. † Nam statutum non distinguit inter per
5 cussionem cum signo factam in facie magnam uel paruam, atrocem vel non; ergo nec nos.l.de pretio, ff.de publica.de milita.testa.l idem, in fi. Nõ obstat ꝙ in superiori parte statuti loquentis de percussionibus factis cũ armis ferreis, est imposita maior pœna, propter signum vel cicatricem; nam ex hoc non potest videri facta repetitio in sequenti. Et pro illo quòd loquitur de percussione facit, cum ligno, baculo, vel lapide. † Nam in pœnalibus
6 & odiosis non habet locum repetitio, ut not. Guli. de Cuneo in l. lecta, ff. si cert. Pet.& Io.And.in c.cupientes, in §. cæterum, in fi. in Glo. per sententiam, de electio.lib.vi.† nec est procedendum per idẽ
7 ptitatem rationis, ut not. Io.And. in c. in pœnis, de reg.iur.lib.vi. Et si fieret repetitio secũdum dispositionem præcedetẽ, nõ nocet inquisito. Nã sm̃ præcedentem formam tria requiruntur, scilicet ꝙ in cicatrice sana fuerint necessaria tria puncta, & ꝙ remaneat concauitas siue canale, & ꝙ hoc ꝓbetur testimonio trium medicorum vel duorum; quorum aliquod non est probatum in casu præsenti, immò si bene inspiciatur non est probata intentio curiæ, in forma in libello inquisitorio deducta, scilicet quòd signum erat in labio remansurum. Nam testes probant de præsenti, scilicet quòd remansit signum & est. Constat enim † quòd verbum præ-
8 sentis temporis non includit futurum. ff. de auro & argen. lega. l. si ita, & l.scribit, §. idem scribit, † Licet enim reperiatur
9 in iure, ꝙ verbum erit & est, quandoque etiam referatur ad præteritum, tamen præsens non comprehendit futurum. ff. de verb.significa. l. verbum erit, patet in l.
10 si à colono, ff. de verb. obli. † Dictum ergo testium loquentium de præsenti nõ extenditur ad futurum, cum in dubio fiat interpretatio contra producentem testes in cuius potestate fuit clare probare, ut not. Ber.& Inno. in c.in præsenti; ad fin. de proba. & Ioa. And.in c. cum sunt partium, de reg. iur.lib.vi. Obscuritas autem
11 & defectus probationis patet † quia testes non dicunt, ꝙ viderunt vulnus perfectẽ consolidatum, & quòd post factam consolidationem remanserit signum, est enim possibile, quòd testes viderint percussionem ante consolidationem perfectam, & tunc apparebat signum percussionis, quod tamen post consolidationem perfectam, fortè remansurum non erat.& sic nõ probat hoc &c. C. vnde cogna.l. nõ hoc, vtrum autem pro futuro tempore, erat remansurum, hoc non poterat videre oculus corporeus testis imperiti, sed veniebat hoc iudicandum iudicio & peritia medici, in hoc experti, & fit per oculum intellectualẽ medicorum, quo casu non sufficeret pro causa scientiæ, quia vidi: sed deberet dicere, quia vidi ꝙ percussio erat profunda, & erat ibi facta deperditio membranæ, ita ꝙ secundum regulas & doctrinam artis chirurgiæ, oportebat necessariò remanere signum, ut colligitur est iis quæ not. Inno. in c.cum causam, extra de testib. & sic in omnem euentum concluditur vt supra.

Sic Consulo ego Ioan.de Canemortuo.

CONSIL. D. GVLIELMI DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Potestas communis habentis liberam administrationem, regimen, & gubernationem sui, potest processum cœptum post mortem suorum rebellium expedire, eorum memoriam damnare, & bona publicare, cameræq; ipsius communis applicare.*

2 *Qui principis auctoritate prouinciam, ciuitatem, vel locum regit, legem potest condere, & omnia quæ sunt meri & mixti imperii habet, nec quicquam faciendum est, quod per ipsum*

sum expediri non possit, & nu. 3. & 5.
4 *Leges condere est maximi imperij.*
6 *Memoria defuncti in crimine læsæ maiestatis, accusari & damnari potest.*
7 *Tempore præscribitur contra memoriam criminosi.*

CONSILIVM XXXIIII.

VISO themate proposito, & de omnibus & singulis de quibus in eo fit mentio diligenti animaduersione consideratis, patet in duos articulos diuidi inten
1 tio dubitantis, ut puta primò. † An per viam legis municipalis condendæ, possit Communitas dictæ Rochæ disponere, & prouidere circa expeditionē processus cœpti per inquisitionem, vt præfertur, post mortem prædictorum domini Masti ni Cacciæ, Nicolai, & Day. de dicta terra Rochæ, prout eidem communitati videbitur expedire pro punitione cōmissorum per eosdem contra statum, Sanctæ matris Ecclesiæ, & suorum officialiū. Secundò, dato ꝙ per uiam legis municipalis aliud non innouaretur, potest dubitari quid possit & debeat Potestas operari pro expeditione dicti processus, tam circa damnationem memoriæ dictorum inquisitorum, quàm circa causam confiscationis bonorum. Ex iis infertur ad quæstionem testamenti domini Mastini. Nunc itaque ad primum, & ut sermo non sit prolixior quàm expediat attenta forma dictorum capitulorum dictæ pacis in ea parte potissimè, in qua præsens Vrbanus Sextus syndicis, & procuratoribus communis Perusii nominatim agentibus pro Communi & hominibus dictæ terræ Rochæ concessit, & commisit vsque ad tempus xx. annorum Regimen, Gubernationem, administrationem, potestatē, Bailiam, merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, in primis capitulis, ꝙ Communi dictæ terræ licet condere reformationes, & leges municipales tendentes ad regimen Gubernationis & administrationis dictæ terræ durabiliter vsque ad dictum tempus. Hæc
2 vtique patet videlicet, † quia is cui committitur ab auctoritatem habente Regimen, gubernatio, uel administratio prouinciæ, territorii, ciuitatis, uel loci, intelligitur hoc ipso, per hæc uerba concessisse ius, & arbitrium legis condendæ, secundum quòd suaserit ratio boni & iusti regiminis, & gubernationis subiectorum, vt l. i. de const. prin. de legi. l. non ambigitur, & quod not. in l. i. in princi. quod quis. iur.
3 † Accedat etiam, quia vt præfertur concedendo Bailiam, & potestatem regendi, gubernandi, & administrandi, vt præfertur, videtur electa fides concessionarii, & sibi data omnia quæ sunt meri & mixti imperii, vt l. i. §. cum urbem, de offi. præfe. vrb. & l. illicitas. §. qui vniuersas,
4 de offic. præsid. † Sed legem condere maximè in iis, quæ sunt meri & mixti imperii, proculdubio fatendum est, quòd est de iis, quæ sunt maximi, meri, & mixti im
5 perii, in l. imperium. de iur. om. iudi. † per dicta uerba uidetur data plenissima potestas in omnibus concernentibus administrationem, regimen, & gubernationem dictæ terræ, & ad statum dictæ terræ pertinentibus, & quasi maius imperium præ cæteris aliis post Principem seu Summū Pontificem, vt non sit quicquam in ea terra faciendum, quod per Commune dictæ terræ, & sibi præsidentes non ualeat expediri, ut l. si in aliquam, §. vlt. cum l. sequen. & l. nec quicquam, in principio. de offic. proconsf. & lega. Sed cui dubium, ꝙ legis editum est directum, & ordinatiuū substantiale in toto politico regimine, ut patet in l. ii. cum l. sequen. ff. de legi. & hāc partem pluribus ommissis puto ueram, ex qua concluditur, ꝙ uigore dictorum capitulorum pacis Communi, & hominibus dictæ terræ Rochæ, licet legem municipalem facere, statuere, & ordinare, ꝙ potestas eiusdem terræ, teneatur, & debeat prosequi dictam inquisitionem per processum super eadem cœptum, & fine debito terminare, & ueritate comperta, seu de crimine in inquisitione proposito liquente sibi, damnare memoriam prædictorum inquisitorum, & bona publicare,

&

& applicare dicto Communi Rochæ, & cameræ ipsius, secundum ꝙ legem condere, & edere placuerit, quamuis aliàs non ferentium opem dictis capitulis pacis, & dato quòd iurisdictio dictæ terræ Rochæ non fuisset modo aliquo interrupta, uel finita reuocatione mandati, & legatis dicti Domini Gulielmi per mortem Gregorii. xi. bona ipsorum inquisitorum fuissent ut regalia ecclesiæ cameræ applicanda per communem regulam, & constitu-
6 tiones Romanæ ecclesiæ. † Constat enim q in crimine læsæ maiestatis, & perduellionis, post mortem criminosi, licet contra memoriam procedere, damnareq; memoriam ut l. ex iudiciorum, de accusat. & l. si quis, uersi. sed nec eorum, de iniusto & irri. testa. & inst. de hære. ab intesta.
7 §. per contrarium. † Constat etiam quòd tempore præscribitur ad procedendũ contra memoriam criminosi, ut tenet Ricar. Malumb. per l. II. C. de apost. Superest secũdum cuius decisio eisdẽ capitulis pacis est adaptanda potius quàm ad uiam iurisdictionis indultæ auctoritate rescripti dicti domini Gulielmi, cũ etenim per dicta capitula pacis, ut iam latum est, Communi dictæ terræ Rochæ per tempus uicennale concessum sit merum, & mixtum imperium, & omnis iurisdictio in primis capitulis, ergo sequitur quòd per potestatẽ dictę terræ potest fieri ꝓsecutio dictæ inquisitionis & processus super ea, & ꝑuenire ad sententiam, si inquisitorum culpa requirat, & damnare memoriam eorundem de crimine læsæ maiestatis, bonaque publicare & applicare Communi, & cameræ dictæ terræ Rocchæ, cui est concessa libera Administratio, Regimen & Gubernatio sui. Gulielmus de Perusio.

CONS. D. GVLIELMI DE PERVSIO.

SVMMARIVM

1 *Commune habens merum & mixtum imperiũ potest legem municipalem condere, per quam arceat suam potestatem ad supplendum, addendum, & declarandum ad sententiam contra memoriam suorum defunctorum latam, debuisse & debere uenire bonorum publicationẽ, & dicta bona communi dictæ terræ applicari debere, & nu. 2. & 3.*

2 *Sententia in criminibus non exceptis lata, an possit quæri de bonis criminosi post mortem.*

CONSILIVM XXXV.

VISO themate præscripto, & diligenter attentis, & consideratis omnibus, & singulis de quibus in eo fit mentio. Attentaque substantia de ductore in dicta inqui-
1 sitione uidetur dicendum, † ꝙ dato ꝙ de bonis condemnatorum nõ fuerit quæsitum tempore sententiæ, possit nihilominus quæri post sententiam, tam respectu eius in quem facta fuit exequutio capitalis, uidetur planum, tum quia de eo crimine licuit potestati dictæ terræ, cognoscere, procedere, & iudicare uigore indulti recepti per præfatum Dominum Gulielmum, tum quia considerata criminis qualitate ad crimen pertinet læsæ maiestatis, puta Ecclesiæ Romanæ, ad quam noscitur dictam terram Rochæ contratæ pertinuisse, & pertinere iure dominii, dato quòd uerba inquisitionis prædictæ non reducãt domini principaliter in contemptum & iacturam ecclesiæ Romanæ, sed non refert, quia in maleficiis inspicitur effectus consecutiuus & resultans iure determinatam potentiam, quam partes crimen proponentes assassinato uel conclusio, vt ff. ad Turpil l i. §. si autem, & l. ordine, post prin. ad
2 mi. † Tum quia habilia, & substantialia & extrema interuenerunt, ut lite contestata, & sententia in criminalibus non exceptis faciunt posse quæri de bonis criminosi post mortem, ut l. ex iudiciorum, de accusation. Respectu uerò eorum, qui damnati fuerunt per contumaciam non posset post sentẽtiam quæri de bonis, fuit opinio Dyn. in dicta l. ex iudiciorum. Sed aliorum opinio, tenet quod sequitur & examinat plene, sed in eadem l. ex iud. & puto uerum, & pro nunc latius

3 non exequi. Sed est videndum † posito ꝙ possit quæri de bonis dictorum damnatorum, an per Commune & homines dictæ terræ Rochæ ipsa bona possint acquiri, & propriis commodis applicari, saltem mediante lege municipali eiusdem terræ & videtur dicendum quòd sic, quia vt dixi in antecedenti consilio præsens vrbanus commisit, & concessit regimen, gubernationem, & administrationem dictæ terræ Communi, & hominib. ipsius. Ergo commisisse, & concessisse videtur legem condere pro regimine administratione, & gubernatione per iam
4 dicta in præcedenti consilio. † Item concedendo administrationem videtur concessisse rerum fruitionem, & dispensationem dolo malo cessante, vt.l creditor, §. Lucius, ff. manda. & l. contra iur. in fin. de pact. & l. si pater, quæ in fraud. credit. Præterea idem Vrbanus commisit, & cõcessit dictæ terræ merum & mixtum imperium, & omnem iurisdictionem, ergo videtur concessisse, & commisisse omne genus vindictæ in maleficiis, tam respecti uè iure vindicandi per animaduersionem corporalem, quàm per abdicationem, & consertionem pecuniariam super causam bonorum.

Puto igitur ꝙ Communitas dictæ terræ possit legem municipalem condere, per quam arceat potestatem dictæ terræ ad supplendum, addendum, & declarandũ ad dictam sententiam capitalem debuisse, & debere venire bonorum publicationẽ, & ꝙ eadem lege possit disponere, & ordinare, ꝙ bona dictorum condemnatorum debeant applicari, & publicari Communi & terræ, dictæ terræ Rochæ contratæ. Fiat igitur lex & reformatio in forma, & erit sufficiens ad prædicta.

Gulielmus de Perusio.

CONS. D. GVLIELMI DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *In iure ad significandam criminis euidentiam & ad sigillandam criminis & personæ conditionem, est reperire plures appellationes, & denominationes.*

2 *Qualitas ista, manifestus, et similis, addita malefactori seu maleficio, quod secundum propositum facientis, non habet causam successiua seu ordinatam ad iterationem alterius maleficij.*

3 *Fur manifestus quis dicatur.*

4 *Adulter manifestus quis sit.*

5 *Raptor manifestus quis appelletur.*

6 *Causa ista manifestus, uel similis, quando additur malefactori maleficij, quod secundum propositum facientis habet causam successiuam ordinatam ad iterationem alterius similis maleficij.*

7 *Meretrix manifesta quæ sit.*

8 *Qualitas adiecta maleficio quoties legis dispositionem alterat, apposita in iudicio, ad puniẽdum, uel effectum similem, debet singulariter & conclusiuè probari, ut sit locus beneficio, & conclusioni legis de tali qualitate loquẽtis.*

9 *Manifestus usurarius qualiter probetur.*

CONSILIVM XXXVI.

VT euidentius de effectu probationis prædictę liqueat, diuidatur intentio capituli prædicti in quinque partes. Nam primò proponitur conditio dicti Spinelli, includens delictum, quod commisit, & eius qualitatem dum dicitur, quòd fuit usurarius etiam manifestus. Secundo ponitur tempus perseuerationis contra crimen & qualitatem, dum subditur per annum, biennium, &c. Et addit, & usquequo decessit. Tertiò declaratur cõditio dicti Spinelli criminosa, non tantum conuentione, sed perceptione, & extorsione uersus vsuratum. Quartò, deducitur dictum Spinellum fuisse uel quasi talis malignæ condictionis, tam per tractatum, & reputationem sui ipsius quàm aliorum. Quintò contra hoc ponit de loco, & personis, partes patent ex serie capituli. Nunc uidendum est an prædicta idoneè sint probata, & proprobata releuent. Et pro primi euidentia, præmittenda sunt quædã, uidelicet in primis,

1 primis, † quod in iure ad significandam criminis euidentiam, & ad sigillandam criminis & personæ conditionem, est reperire plures appellationes, & denominationes. Nam quatenus denominatio maleficii fit sub appellatione manifesti, vt fur manifestus, latro manifestus, & similia, ut l. fur manifestus, cum l. sequen. ff. de fur. & l. si quis filio exhæredato, § hi autem, de iniusto. & irrito testamen. Quatenus fit sub appellatione famosi, utputa famosus latro, ut l. capitaliũ, §. famosos, de pœn. Quandoque sub appellatione insignis, uel notorii, ut insignis homicida, uel latro. ut l. constitutiones, ff. de appellation. Quandoque fit sub appellatione consueti, ut consuetus latro, fur, uel similis, & hic modus potest colligi, ex notatis, C. de fur. auctén. Sed nouo iure, Quãdo fit sub appellatione publici, ut publicus fur, uel latro, publica meretrix, & hoc modo loquendi satis utitur consuetudo, & facit l. palam, ff. de ritu nuptiarum. cum similibus. & hi modi appellandi differunt in pluribus rectè intelligenti, de quo patebit, inquantum erit expediens, ad
2 propositum. Item præmitto † quòd quando hæc qualitas, manifestus, & similis additur malefactori, seu maleficio, quòd secundum propositum facientis, non habet causam succesiuam, seu ordinatam ad iterationem alterius similis maleficii
3 † uerbi gratia furatur quis aliquam rem & depræhenditur cum re furtiua antequã perueniat ad locum destinatum, hunc ex actu deprehensionis, solo circũscripta omni iteratione diffinit. l. furem manifestum vt d. l. fur est manifestus, cum l. sequen.
4 † Sic similiter adulter deprehensus in actu Veneris, potest dici manifestus adulter ex solo actu deprehensionis, ut l. quod ait lex, de adulter. coniuncta d.
5 l. palam. §. quæ in adulterio. † Sic etiam deprehensus in rapina, potest dici manifestus raptor ex ipso actu deprehen-
6 sionis. † Quando ista causa manifestus, uel similis additur malefactori maleficii; quòd secundum propositum facientis habet causam succesiuam ordinatam ad iterationem alterius similis maleficii; ut
7 puta, † si dico talis est meretrix manifesta, constat enim, quòd meretricium est quoddam peccatum, non tantum ex actu deprehensionis quantum ex actu manifestæ expositionis ad questum factum faciendum per iterationem libidinis cum quocunque passim, & sine delectu, ut patet in d. l. palam, in princip. & in talibus maleficiis, uidetur qualitas ista manifesta, aliter attendenda, quàm in cæteris; & hic adminiculatur ad propositum; nam ista qualitas manifestus, additur nomini significatio maleficii habentis causam succesiuam ordinatam, secundum propositum facientis ad iterationem similis maleficii; dicit enim, ꝙ dictus Spinellus fuit vsurarius manifestus per annum, biennium, &c. & usuram manifestè exercuit mutuando, & usuram extorquendo à multis diuersis personis, ut patet ex capitulo. Qualiter ergo hæc qualitas manifestus sit attendenda ad propositum dicam infra.

Item præmitto, quòd quoties aliqua qualitas adiecta maleficio alterat legis conditionem, si proponitur in iudicio ad puniendum uel similem effectum, debet singulariter & conclusiuè probari, ut sit locus beneficio, & conditioni legis, quæ de tali qualitate loquitur, ut l. prætor, §. docere, ui, bono. rapto. cum similibus.

Modò his præmissis, est uidendum ad propositum
8 † qualiter in casu nostro, hæc qualitas manifestus, debet probari; & si per aliquem modum à iure receptum, est probatum quòd aliquo tempore dictus Spinellus fuerit vsurarius manifestus, ut colligitur ex not. per Gloss. in capi. i. & ij. de vsur. lib. vi. vbi etiam per Doct. Modi probandi hanc qualitatem sunt plures; primus quando sententia declaratus est, quis vsurarius; & hæc modo in proposito non habet locum; quia non constat unquam pronuntiatum dictum Spinellũ fuisse usurarium. Secundus est quando per rei euidentiam quis est detectus vsurarius, ut quia tenebat altare paratum ad mutuandum sub vsuris passim, &

fine delectu. Tertius est confessione iudiciali, ac sacerdotali corā testibus, ut not. Ioa. And. in d.c. ii. & etiam huiusmodi non habet locum in proposito, quia nunquam apparet probatum, ꝙ in iudicio, uel coram sacerdote aliqua confessio emanauerit. Quartus modus probandi est per indicia cum fama, & hoc modo adhuc non est sufficienter deductus, uel probatur ex pluribus. Et primò, quia intentio capituli non derigitur ad probationem per iudicem, sed per specificam & exactā probationem eius qui poterat cadere in sensum testis, dicit enim, ꝙ fuit usurarius manifestus, & publicè & manifestè exercuit usuras, & ꝙ se habuit pro usurario manifesto, & ita fuit habitus &c. Itē intentio testium quantum fuit in eis deponere ad ueritatem prout asserunt percepisse id de quo agitur, non deponere ad probandum indiciū, ut patet ex dictis attestationibus. Prætereà neuter testium probat famam.

Gulielmus de Perusio.

CONS. D. GVLIELMI DE PERVSIO.

SVMMARIVM

1 *Qui possessionem alterius ingreditur, & ibi potat uites, non dicitur possessorem in possessione turbare.*

2 *Statuta interpretationem restrictiuā recipiunt, ne quis damnum indebite patiatur.*

3 *Intellectus l. si quis in tantam C. vnde vi.*

4 *Licet in iis quæ sunt de genere prohibitorum ex qualitate facti præsumatur patientis voluntas nisi actus agentis declaret animum, tamen in iis quæ non sunt simpliciter de genere prohibitorum, factum de se non includit dolum, uel uoluntatem, nisi forma data à statuto faceret præsumi in contrarium.*

5 *Testis dictum in dubio, contra producentem interpretatur.*

CONSILIVM XXXVII.

1 VIsis Actis, † videtur de iure dicendum quosdam accusatos, & quemlibet ipsorum esse in casu absolutionis, contentos in accusatione plura suadent. Primò namq; suadet defectus qualitatis iuris communis statutorum, super quo est fundata dicta accusatio, seu dictæ accusationes: nam statutū, quod disponit, quòd nullus audeat vel præsumat intrare, uel apprehendere tenutā & possessionem &c. debet intelligi, scilicet dolo uel iniuriosè, ne aliàs puniretur quilibet dolo cessante intrans vel apprehendens, & huius intel-
2 lectus nostri statutū est capax. † Recipiunt enim statuta interpretationem restrictiuam, ne quis damnum indebitè patiatur, vt not. Glos. in l. si serui, C. de noxali. facit quod not. per Glos in l. scimus. §. in cōputatione. C. de iu. delibe. & quod not. Doct. in l. quicquid astringendæ, de verb. oblig. & per Dy. in l. constitutionibus, ad municipales.

3 † Præterea uerba dicti statuti inducunt hunc intellectum, in quantum dicunt nullus audeat, præsumat sine iuris cognitione &c. reprimunt igitur audatiam præsumentium inuadere tenutam & possessionem rei ab altero possessæ, & quasi modo æquipolenti loquitur ut leg. si quis in tantam, C. vnde vi. Sed non est dubium quòd illa lex requirit dolum, vt patet per Glo. ibi not. ergo &c. Sed dolus accusatorum non est deductus nec probatus vllo modo, igitur concluditur quòd non potest sequi condemnatio, uigore dicti statuti requirentis dolum, ut dixi in leg. doli verbum, coniuncta l. i. in prin. ff. de ser. corrup. & l. proinde ad leg. Aquili. & l. si non conuitii, de iniuriis cum similibus.

4 † Item suadet defectus probationis qualitatis deductæ per accusatorem, quia proponit, quòd contra voluntatem ipsius accusatoris, quod nullatenus est probatum modo expresso, ut patet, nec modo præsumpto: quia licet in iis quæ sunt de genere prohibitorum, ex qualitate facti præsumatur voluntas patientis, vt l. qui vas argenteum, . vetare, ff. de furt. & l. i. §. Diuus, ff. de sicar. & l. i. C. de succes. nisi actus agentis declaret animum,

ut l.falsus,§.qui alienum,ff.de furt.tamen in iis quæ non sunt simpliciter de genere prohibitorum, factum de se non includit dolum,vel voluntatem; ut l. quoties, §. qui dolum, ff. de probat.nisi forte forma data à statuto faceret præsumi in contrarium arg.in l.fi.ff. de ri.nuptia. Sed potare uites est actus culturæ,& de se non est de genere delictorũ & de se non est actus qui faciat præsumi uoluntatem domini rei; cum ad eius comodum tendat, cum ergo non sit probata uoluntas,nec expressa, nec tacita, ergo deficit probatio dictæ qualitatis appositæ, in dictis accusationibus; ex quo sequitur, quòd licet probata sit potatio vitium, non est probatum, quod intenditur scilicet potatio cõtra voluntatem,ut l. denunciasse, §. quid tamen ff.d. adulter.

5 † Idem suedet potestas interpretandi dictum testis,nam in dubio fit contra producentem, ut in c. in præsentia, de probari. Sed dicta testium accusantis probãt merum factum, scilicet ꝙ uiderunt potare uites &c.Sed est possibile ꝙ accusati potauerunt animo apræhendendi tenutam dictæ rei.Sed ut mercenarii & uice nomine domini, ergo fit interpretatio contra producentem.

Item suadet defectus probationum, super possessioue accusatoris,nam excepto primo teste,cæteri modicũ ꝓbant,vt colligitur apertè ex dictis attestationibus testium, quæ prosequi gratia breuitatis omitto.

Idem suadet ius defensionis ex parte accusatorum, quia intentio non est probata non persequor.

Et ut suprascriptum est uidetur mihi Gulielmo de Perusio legum Doctori, & ad fidem &c.

CONSIL. D. HONOFRII de Perusio legum Doctoris quod erat in hoc uolumine consilium xxxviii. habes in secundo uolumine aliorum consiliorum criminalium cons. xxiij. cum aliis in eodem casu.

CONSILIVM D. MARCI ANGELELLI DE PERVSIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel statutum loquens de aliquo actu,de iuridico & ualido intelligitur.*
2 *Illud possumus quod iure possumus*
3 *Verba in proprio suo significatu sunt intelligenda in statutis.*
4 *Guerra quando dicatur & quando licita.*
5 *Gentes armigerorum sunt tyrannis peiores.*
6 *Damna illata ab exititiis & expulsis à ciuitate,emulationes & partialites dicuntur.*
7 *Statutum loquens de guerra, intelligitur de actu guerræ iuridicæ.*
8 *Societates gentium armigerarum dicuntur latrones & piratæ,& bona per tales capta restitui debent.*
9 *Communis vsus loquendi est attendendus.*

CONSILIVM XXXIX.

CHRISTI nomine inuocato & matris eius virginis Mariæ Amen. Viso dicto statuto, & uiso dicto puncto. Præ-
1 mitto ad euidentiam, † quòd quando lex uel statutum facit mentionem de aliquo actu, intelligitur de actu iuridico valido; ut in l. fi. ff. de condi. & demon. & facit quod not.in l.iiii.§. ait prætor condemna-
2 tus,ff.de re iudi. † Nam et regula iuris dicit ꝙ illud possumus, quod de iure pos-
3 sumus. Item præmitto † quòd in statutis verba debent intelligi in eorum proprio significatu,& non de improprio, facit quod not.Bar.in l.iii. §. hæc uerba, ff. de nego. gest. & quod not. in l. non aliter,ff.de leg.iii.cum similib. Iis præmissis
4 est uidendum, † an sit bellum seu guerra inter ciues Perusinos & ipsam ciuitatem ab una parte, & dictas societates gentium armigerarum, de quibus supra in puncto fit mentio, & videtur quòd sic quia; licitum est cuicunq; habenti potestatem & iurisdictionem pro exercitio suæ iurisdictionis, & pro defensione sui status indicere bellum & guerram, ita

not.

not. Inno. in c. olim, extra de resti. spolia. facit l. non est singulis, ff. de reg. iur. & facit quod not. in l. qui restituere, ff. de rei veudica. Præterea licitum est pro defensione rerum, priuatis personis indicere bellum arg. in l. iii. §. cum igitur, ff. de vi & vi arg. ergo cum ciuitas Perusina tractet de defensione sui status, & de defensione suarum rerum; patet, quòd licitum est indicere bellum seu guerra. Sed non obstantibus prædictis, credo quòd ista defensio contra tales societates non diceretur guerra propriè, nam ad hoc vt bellum & guerra dicatur, bellum seu guerra licita requiritur quòd hæc vna ciuitas vel castrum faciat contra aliam ciuitatatem, & cum licentia superioris, si superiorem recognoscunt, aliàs cum eorum solenni deliberatione; ut plenè not. Bar. in l. hostes, ff. de capti. facit quod not. xxiii. q. iii. c. i. Sed istud bellum non est cum alia ciuitate, castro vel regno, ergo patet quòd ista non est propriè guerra nec bellum. Prætereà guerra quæ mouetur per tyrranum contra ciuitatem, non esset bellum nec guerra licita ut not. Glos. in d. l. hostes. de capiti. & sic non diceretur propriè guer-
5 ra † ergo cum istæ societates gentium armigerarum sint peius quàm tyranni, & sint collegia improbata, patet quòd cum
6 eis non est propriè guerra. † nec etiam damna quæ inferuntur ab exititiis & expulsis de ciuitate dicũtur guerræ, sed emulationes & partialitates, facit Glo. in d. l. hostes, ff. de capti. & ad prędicta facit quod not Inno. in d. c. olim, & quod not. xxiii. q. v. c. dicat aliquis.

Ex prædictit ergo patet, quòd cum inter ciuitatem & aliam ciuitatem, seu inter castra vel regna, nec cum licentia superioris, nec interuenerint diffidationes, & alia quæ requiruntur ad indicendum bel-
7 lum seu guerram licitam † & statutum loquens de guerra, debet intelligi de actu guerræ iuridicæ, & quòd propriè isti non dicuntur hostes guerræ, nec propriè est
8 guerra. † quo ergo nomine nuncupantur isti, & quis actus est istorum, dicendũ est quòd isti dicuntur latrones & piratæ seu derobatores, & actus ipsorum dicitur latrocinium & derobatio seu piratio, vt l. postliminium. §. à piratis, ff. de capt. & eo. ti. l. hostes, & ff. de veb. sig. l. hostes, nec enim quod rapiunt, de iure efficitur eorum proprium, immò potest coram iudice competenti super hoc quæstio & litigium ventilari, ut not. Inno. in d. c. olim, est ergo potius deprædatio quã hostilitas guerra nec habent magis guerram cum vna ciuitate quàm cum alia, sed transcurrendo nunc hic, nunc illic depræ-
9 dando, † & etiam secundum communem usum loquendi, qui debet attendi, ut l. liberorum, §. quod tamen Cassius, de leg. iii. guerra dicitur inter ciuitatem & regimina vicissim, faciendo caualcatas, cum temporis cursu, aliàs sequeretur quòd si per unam diem staret dicta societas in comitatu Florentiæ, vel Senarum, diceretur facta guerra. Ex prædictis cõcludo, quòd de iure dictus emptor non potest remittere dictum pedagium.

Et ita dico & consulo ego Marcus Angelli de Perusio. V. I. D. & ad fidem me subscribo, & meum sigillum appono, saluo semper saniori consilio.

CONSIL. D. GILIOLLI DE CREMONA V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Rapiens virginem uolentem an teneatur.*
2 *Intellectus ad l. raptores, C. de episco. & cleri. & ad l. uni. C. de rap. virgi. cum simili. & nu. 3. 7. 8. 9. cum seq.*
3 *Deus non uult mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.*
4 *Dolosa persuasio, habetur pro uiolenta coactione*
5 *Persuasione inductus non præsumitur, qui erat aliàs hoc facturus.*
6 *Verba animum & uoluntatem demonstrant.*
8 *Violentia fit in personam.*
9 *Pœna alteratur propter immanitatẽ criminis.*
10 *Intellectus c. cum causam, extra de raptoribus.*
11 *Solitus ire armatus non ad finem delinquendi non tenetur.*

12 *Contra præsumptionem iuris & de iure, potest haberi probatio in contrarium.*

CONSILIVM XL.

IN puncto suprascripto sic puto, veritaté inspecta, dicendum.
1 † Primò enim est uidendum, nunquid ex iis, quæ sunt confessata per partes, & maximè per Frãciscum, de quo in puncto fit mentio. Itẽ per depositionem testium receptorum, huic Francisco veniat irroganda pœna mortis, & diceret aliquis, quòd sic per l. raptores, C. de epi. & cle. & C. de rap. uirg.
2 l. unica. Vbi exprimitur, † quòd pœna illarum legum habet locum, siue mulier
3 fuerit volens, siue nolens, † tamen habendo Deum præ oculis, qui non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat, & iuri simul inhærendo, dico, primò, quòd per l. raptores, C. de epis. & cler. & l. vnicam de rap. uirg. quæ veniunt ad idem; iste Franciscus non debet mori: Ille enim leges loquũtur in raptoribus, ut in principiis earum patet, & sic de rapientibus mulieres per uiolentiam, & est expressum instit. de publ. iudi. in §. sin autem per uim, qui. §. loquitur in casu dictarum legum. Demum iste Frãciscus nullam uiolentiam intulit in ipsam sororem Magdalenam, neq; in aliam personam, ut ex confessione vtriusq,, & ex testium depositione, & etiam ex tenore denunciæ apparet; ergo non potest dici, quòd fuerit raptor, & sic dicta iura cessant, quæ puniunt raptores. Nec obstat text. in fi. dictarũ legum qui dicit, quòd pœna illa habet locum, etiam si mulier sit uolens, &c. nam primò potest intelligi, quòd ab initio fuerit violentia, licet posteà sequatur uoluntas, secundum quòd tangit Cy. ibi, secundum Guid. de Suza. & Guiel. in præallegata l. raptores, vel secundum Dy. ibi ex eo lex non curat de uoluntate mulieris propter dolosam persuasionem vi-
4 ri; † quæ dolosa persuasio habetur pro uiolenta coactione, ut ff. de lib. ho. exhi. l. iii. §. si quis volentem, & not. per Dy. in c. scienti, extra de reg. iur. lib. vi. Sed in casu nostro non fuit vnquàm violentia, ut dixi. Item nec fuit dolosa persuasio, propter quam fuerit subducta, ergo &c. Inspiciantur bene dicta testium, maximè Dominæ Abbatissæ, quæ uerisimiliter scire debebat, & de iis expressè apparebit, quòd ista soror Magdalena ex sua spontanea voluntate recessit; & quòd à duobus annis antè fuerat malè obediens & quòd propter tedia patris recedere intendebat, & similia, quæ omnia faciunt,
5 † quòd ex persuasione dolosa non fuerit inducta, cum fuisset sine persuasione aliqua recessura, vt C. de trans. l. si ex falsis, & quod ibi not. & hoc etiã posito, quòd aliqualis blanditia, seu allocutio intercesisset, ueruntamen nulla dolosa seductio intercessit, immò sponte recessit; cum enim in uia publica reperta esset, & inter rogata, quid faceret, respondit, quòd uolebat dictum Franciscum sequi etiam si ipsam interficere deberet, ut ex actitatis apparet: ex quibus uerbis euidenter apparet, quòd in hoc negotio uoluntas huius mulieris fuerit ad stuprum committendum promptior, & auidior, quàm huius Francisci, & sic magis se inuitauerit,
6 quàm fuerit inuitata; † per uerba enim demonstratur animi uoluntas, ut not. ff. qui ex ca. in po. ea. l. Fulcimus, §. quid sit
7 latitare, & ff. de arbit. l. licet, in Glos. ii. † & sic non obstant dicta iura: uel aliter potest dici, quòd nullo modo sumus in casu illarum legum; nam ut supra dixi, illæ leges puniunt raptores & sic rapiẽtes per
8 uim, † quæ uis cõmittitur in personam, ut not. ff. de furt, l. itaq; fullo, in princ. ubi bona Glos. de hoc, sed hic in nullius persona uis fuit commissa; ergo, &c. semper supponit, quòd interuenerit raptus seu rapina uiolenta in personam alicuius, & si tu dicis, quommodò hoc cum tex. dicat etiam de uolentibus; dico, quòd quando fit uiolentia patri, uel alii simili, & mulieri simi. & non est dubium, quòd habet locum l. raptores. Item quatenus fieret uiolentia ipsi mulieri, etiam si pater, uel alius consentiret, & idem sine dubio cum ipsa persona principalis uioletur.

Item

Item quatenus fit uiolentia ipsi patri inuito, uel simili personæ, ut tutori, curatori, & similibus; & ipsa mulier est uolens; tunc videbatur, quòd talis raptor non deberet puniri sic acriter, cum ipsa principalis persona sit uolens,& in ipsam non fiat violentia; cuius tamen contrarium decidit l.raptores, in fi.& illa l. unica.de rap.uirg.in eo ubi dicunt etiam de uolentibus, ubi exaudias semper, quòd uiolentia fuit facta alicui:quatenus uero, neque patri, neque personæ simili, neq; etiam ipsi mulieri, puta uolenti fit uiolētia,& dicunt, quòd non habent locum illæ leges quia non uerificatur ipsum crimē, neque species criminis, in quo sunt fundata illa iura; si enim rectè inspiciantur ante titu. de raptor. præcessit titu.de ui publica. uel priuata,qui titu. præsupponit violentiam in personam, ut not. in d. l. itaque, ff. de furt. deinde sequitur, de raptu virginum, &c. qui titu. est fundatus in quadam speciali violentia,& sic retinetur titu. criminis, seu species eiusdē

9 delicti; † licet propter immanitatem pœnā alteretur, & hoc expressius patet,institu.de publi.iudi.in §.item lex Iulia, post quem.§ sequitur immediate, si autem raptus per uim &c. ex quo apparet euidenter, quòd in raptu mulieris, non est alterata species delicti; quæ est; quòd debeat fieri uiolentia in personam alicuius inuiti; alioqui non esset uiolentia; & hoc expressè ponit Bartol.in alia tamen examinatione, ff. de publ.iudi. in antepenul. quæstion.debet ergo illa l.raptores, cum similib. intelligi, quando alicui personæ fit violentia, à qua inuita mulier puta filia, uel pupilla arripitur; licet ipsa mulier sit uolēs,& hoc uult clarè Goffre.in summa de raptorib.§.raptor,& allegat.xxxvi. quæstion.i.§.cum ergo,sed tu dic,ut ead. c.& cau.c.de raptoribus, & §. ex hac auctoritate, ubi eleganter declaratur intellectus illarum legum coniūgendo ea,quæ superius proximè dixi, & si rectè intelligatur,hoc voluit D.Cy.in d.l.vnica. de raptu virgi. in iiij. & ulti.opposi.in fi. ibi dū subiicit,quòd uerū uidetur vbi adest uiolentia,&c. & bene scias quòd per istū modum à paucis subauditur. Cum ergo in casu nostro in personam alicuius non fuerit facta violentia, cum ipsa soror Magdalena esset sola in uia publica, & volens recesserit: habemus de nessitate concludere, quòd iste Franciscus nō fuerit raptor, sed simpliciter stuprator, & sic nullo modo sumus in casu prædictarū legum, quæ de raptoribus loquuntur, vt de uiolentiis quæ fiunt in personam alicuius personæ, ut dixi,& hoc etiam apparet ex tex. aliarum legum, ibi enim dicitur de flagrante crimine, &c. & datur potestas & bailia patribus, tutoribus, & similibus interficiendi raptores, & subiicit de iis qui se defendunt cum armis vel cum fuga, &c. Ita quòd bene innuunt, quòd in personam alicuius inuiti uiolentia inferebatur, ut dixi.

10 † Et aduerte, quòd adhuc canonistæ restrinxerunt istam materiam uolendo, quòd etiam si patre contradicente filia uolens auferatur, & sic ipsi patri uiolentia fiat, tamen propter uoluntatem filiæ non debet dici raptus mulieris liberę, ut est text.extra de raptor. c.cum causa. Sed licet iste intellectus sit not.& mihi videatur uerus; tamen adhuc inhęrendo communi intellectui, uidisti secundum opinionem Guid. de Suzar. & opin. Domini Dyn.quòd illa iura non obstant, cum hic non fuerit allectio seductoria, ut dixi.

11 † Et si tu dicis; nonne iste iuit armatus & cum sociis armatis? dico, quòd non fuit armatus ad hoc, absq; enim eo erat solitus sic ire cum armis,& sic non ad istum finem ferebat arma, & ideò non sufficit, ut ff.ui bono. rapto.l. ii.§.homines,& ff. qui ex ca. in po. ea. l. Fulcinius, §. sed is qui fraudationis.

12 † Nec obstat si quis dixerit, quòd illa iura præsumant, quòd ad persuasiones, & seductiones raptoris mulier efficiatur uolens, quia dico quòd illa non est præsumptio iuris, & de iure, & si fortè adhuc esset præsumptio iuris, & de iure, tamen isto casu imputet sibi iudex inquirens, qui accepit confessionem mulieris, & depositionem testium super sponta-

nea

nea uoluntate ipsius mulieris, per not. in auct.de æquali.do.§.illud quoq;, col. vii. & quod not.Cyn.in auct sed iam necesse, C.de do.ante nup.& per Bar.ff.de pœn. l. absentem. Prætereà possum dicere, ꝙ ibi ad hoc, ꝙ in muliere uolente cadat uiolētia, illa l.de rapt.virg.& d.l. raptores, uolunt, quòd manifestè probetur de dolosa persuasione, per quam mulier fuerit seducta ad concedendum se traduci, & hoc uolunt verba Domini Dyn.in d.c.scienti & hoc vult elegans & egregius doctor Ioan.Faber, doctor ultramontanus in d.§.sin autem raptus, insti.de pub.iudi. Cum ergo hic non sit probata seductio, immò magis constet ex probationibus de spontanea uoluntate manifestè, est concludendum, ꝙ pœna mortis, de qua in dictis legibus cauetur, non potest habere locum in casu nostro, & maximè tenendo illum intellectum, ꝙ illæ leges requirant, quòd saltem fiat uiolētia in personam alicuius, ut supra dixi, quòd hic non fuit, cum mulier esset uolens, & sola, & pater, & quicunq; alius ex mulieris parte esset absens & per ista etiam apparet, ꝙ pœna dictarũ legum non potest habere locum in ipsis aliis qui erant cum dicto Franciico per easdem rationes & iura eadem, de quibus supra dixi. Giliolus de Cremona.

CONSILIVM COLLEGII VENERRBILIS IVRIS ciuilis Bononiensis.

SVMMARIVM.

1 *Tractans cum aliquo de habendo malo veneno, vt possit aliquem ad mortem ducere, quomodo puniendus.*

2 *Verba tractauit & ordinauit, actum perfectum & consumatum requirunt.*

3 *Præparatorium non facit desinere rem esse integram.*

4 *Crimen extraordinarium arbitrio iudicis punitur.*

5 *Affectus non punitur non secuto effectu, nisi ad actum proximum sit peruentum.*

6 *Iudici arbitrari debenti propter circumstantias & personarum qualitates; ubi non uidetur mitior pœna arbitranda, par debet imponi et non maior.*

7 *Iudæus contra iudæum attentans homicidium fieri, quomodò puniatur.*

8 *Mandans fieri homicidium non dicitur assassinus.*

9 *Malis hominibus prouincia purgari debet.*

CONSILIVM XLI.

IN nomine Domini, & indiuiduæ trinitatis pr̄is, & filij, & spiritus sancti Amē. Visa quadam inquisitione formata per nobilem, strenuum, & potentem militem D. Iacobum Frapp.hon. capitaneum ciuitatis & districtus Tergesti, in qua inquisitione cōtra, & aduersus Abraham hebræum seu iudæum habitatorem ciuitatis Tergesti ascribuntur tria delicta, videlicet ꝙ Stephanum appothecarium familiarem ser Tadei requisiuit de mense Februarii proximè præteriti, vt daret ei alcuna cosa, ch'io potesse fare vno mio inimico ben andare del corpo, si è in tale manera, che'l se nettasse, cui Stephanus fuit policitus dare sibi de vna radice, quæ faciet eum emittere de supra, & desubtus quicquid habebit in corpore in fine alle budella, & Abraham dixit, se tu me fai questo, io te ne contentarò bene. Sed Stephanus dixit, non est modo tempus, & ad hoc faciēdum dictus Abraham dictum Stephanũ pluries sollicitauit, sed Stephanus inquit, quòd necessariũ erat expectare herbas, & radices. Secundò ꝙ ipse videns nō posse tunc primum eius propositum perficere, die septimo mensis Aprilis præsentis anni, dixit Ioanni filio quondam Zanini de Teruisio olim stationario, post iuramentum exactum de non propalando eum alicui. Io uorei, che m'insegnasse qualche tosego, che io potesse fare mie vendette, è che tu me desse alcuna cosa, ch'io potesse fare stentare alcuni. Cui dictus Ioannes respondit. Io te farò à termine d'uno anno, ò sei mesi, ò de xv. giorni, dimi pure à che modo tu uoi, che tel farò. Et tunc dictus Abraham, dixit ei,

se tu

se tu mi fai questo, io te pagarò, come tu vorai, & Abraham replicuit, ua, è studia ben questa notte, è guarda la migliore, che domane seremo insieme, sequenti die iuerunt extra portam Riburgi uersus fontem Dominæ leppæ, repetendo uerba aliàs dicta, sed quia pluebat, deliberauerunt reuerti domum, & alia uice venire, & intrare quandam vineam, &c. non inuicem plus locuti sunt, nec etiam Ioannes ad alia facta processit, sed dictus Abraham prædicta omnia est confessus sponte, & personas nominauit conrra quas intendebat facere, quæ in inquisitione continentur, & exprimuntur. Tertiò, inquiritur contra Abraham, quòd de anno præsenti, in mense Ianuarij, in Iustinopoli dedit cuidam iudęo vocato Fraijle soldos xxx. paruorum. pro arrhis, ut magistrum Mosen magistrum suum interficeret, promittens, quòd si hoc faceret eidem Fraili solueret ad votum, quem dictus Fraijles asserebat de facili interficere posse, quando accedebat post cenam ad sinagogam, ut de iis tribus latius & plenius in scriptura inquisitiõis patet & de ijs formata per supradictum hon. militem & capitaneum.

Cumq; nos venerabile Collegium Docto. Iuris ciuilis Bonon. consultum per venerabiles viros Georgium de Me.la Vicarium, & locumtenentem, iudices, consilium, & commune ciuitatis Tergesti, & viso statuto, & processu consulat, an dictum facinus remaneat in deliberatione maioris consilii terræ Tergesti, an in dispositione iuris communis, & si in iure cõmuni, qualitatem pœnæ debeamus rescribere.

Iesu Christi Saluatoris nostri de cuius ore omne rectum prodit iudicium nomine inuocato. Nos Doctores venerandi col

1 legii prælibati præmittimus. † Quòd imprimis duobus casibus quibus tractauit cum Stephano, & successiuè cum Ioanne ut alter eorum ei faceret venenum, &c. Prima facie uidetur, quòd ipse teneatur pœna statuti positi sub rubrica de tractatu mortis alicuius ciuis uel habitatoris terræ Tergesti, ubi statutum punit tractantem mortem alicuius, &c. pœna centũ librarum paruorum. Sed Abraham dicitur in casu nostro tractasse mortem aliquorum ciuium, uel habitatorum in terra Tergesti, ergo, &c. Sed contrariũ putamus verius esse, ut pœna illa ordinata à

2 statuto illo non puniatur, † quia statutũ illud loquitur de illo qui tractauit, & ordinauit mortem alicuius, quæ uerba requirunt actum perfectum, & consummatum, vt l.1.§.hæc uerba, ff. quod quisque iur. cũ simili. Sed Abraham non tractauit mortem alicuius, sed dumtaxat de habendo instrumentum, mediante quo ipse posset deducere aliquem ex illis ad mortem, qđ cum habuisset, potuisset illos per se venenare, uel per alium, & tunc, quando per alium ordinasset tradi venenum, tunc inciperet tractare de morte illius; sed licet tractet, ꝙ ei conficiatur venenum per apothecarium, non propterea apothecarius tractat cum eo de aliquo occidendo, sed de faciendo ei illud propter quod Abraham poterit illum occidere si uolet, vnde potius hoc est instrumentum mediante quo Abraham possit implere

3 suam prauam intentionem, † vel est præparatorium ad suam prauam intentionem complendam, quod non facit desinere rẽ integram esse, ut l. si pecuniam, in princ. ff de condi. ob cau. & sic concludimus, ꝙ statutum illud in casu nostro non vendicat sibi locum, nec eius pœna, sed propter prauam eius intentionem cum actu tentandi inducere volendi dictum Stephanum, & Ioannem ad conficiẽdum sibi ue-

4 nenum, † dicimus dictum Abraham crimen extraordinarium commisisse, & sic puniendum iudicis arbitrio, vt ff. de extraord. crimi. l. i. & ff. de effract. l. i §. expillatores, Sed tunc insur it dubium, qua pœna extraordinaria debeat puniri, quia pœna extraordinaria est arbitrio iudicis, ut dictis, ll. est aduertendum, quòd non debet esse maior, quasi verè tractauerit mortẽ

5 eorum, sed mitior, † quia nondum perueneraт ad aliquem actum proximum, per quem dicere possemus, quòd puniatur affectus, ac si sequutus fuisset effectus, vt

l. is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sic. & ff. de pœn. l. aut facta, §. euentus. †Et ubi
6 iudicibus arbitrari debẽtibus propter circunstantias, & qualitates personarũ, non videtur mitior arbitranda, par debet imponi & non maior, ut d. §. euentus, nec p̃dictis obstat. l. i. §. i & l. eiusdem, de sicar. & l. i. ff ad l. Iul. de parri. & l. fi. quia in casu nostro non emit venenum, sed emere desiderabat, si conficeretur per apothecarium, prætereà ibi speciale in crimine parricidii, ut ibi per Docto. Concludimus igitur ꝙ ratione dictorum criminum de tractando de ueneno habendo, pœna non potest excedere centum libras in statuto taxatas, & hoc de criminibus illis.
7 † Nunc transeuntes ad tertium de assassinatu magistri Mosis uideretur prima facie locum habere statutum positum sub rubrica de assassinis, ubi pœna videtur residere in deliberatione maioris consilii. In oppositum facit, quia statutum istud de assassino loquitur non de mandante, uel fieri faciente, & inter istos est differẽ
8 tia,† nam fieri mandans non dicitur assassinus, extra de homi. c. i. lib. vi. unde eius pœna non est in statuto comprẽhẽsa, Dubitari igitur potest, & quando Christianus contra Christianum, pœna est in c. i. extra de homici. lib. vi. ubi bonis eius ablatis à Christiano populo debet reiici. Et idem dicimus fortius quando iudæus cõtra Christianum attentasset. Sed quando iudæus contra iudæum, vt fuit in casu nostro magis dubitari potest, tamen idem dicimus, quia ratio non est diuersa, ut bonis confiscatis relegetur, nisi eum iuuet, quia delictum non videtur commissum in terra Tergesti, nec sub iurisdictione sua, sed Iustinopoli. Nec magister Moses tunc habitabat in Tergesto, sed in Allamania, unde dubium non modicum insurgit, an de illo delicto in Tergesto per uiam inquisitionis posset procedi. Tamẽ quidquid sit, supposito, quòd potuerit inquiri, dicimus pœna arbitraria eum debere puniri. Sed non debet esse corporalis, sed minor, ut ff. de extraor. crimi. l. i. & de effracto. l. i. §. expilatores, & maximè quia non præsupponitur, quòd aliquem actum iudæus uocatus Fraile fecerit, per quem ad actum assassinatus processerit: quia ad locum, ubi magister Moses morabatur in Allamania, non accessit, nec ad aliquem alium actum processit, & ideò uidetur, quòd pœna relegationis cum publicatione bonorum sufficiat, ut d. c. i. ex
9 tra de homi. lib. vi. † & prouincia purgabitur malis hominibus, ut ff. de offic. præsid. l. congruit, Deo gratias. Amen.

Collegium Iuris Ciuilis Bono. M. CCCCV. die XI. mensis Iunii.

CONS. D. BARTHOLOMEI DE SALYCETO V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Capi prohibitus in domo, an possit capi in statione in qua artificium exercet separata à domo sua habitationis, per tot. consilium.*

2 *Domus appellatione, an statio ueniat.*

3 *Lex prohibens quem capi in domo sua, quomodo intelligatur.*

4 *Domus cuique tutissimum debet esse refugium.*

CONSILIVM XXII.

IN nomine domini nostri Iesu Christi.
1 Cum quæritur † An prohibitus capi, in domo, p̃hibeatur capi in statione in qua artificiũ exercet separata à domo in qua habitat; præmitto, quòd quædam sunt stationes, quæ domus non sunt, neque eius pars; quia non constant ex solo pariete, & tecto, & de istis non est quæstio; quia capi non prohibẽtur, sicut nec de uinea, nec de loco publico & balneo, & theatro, ut in l. sed etiam vinea. con iuncta Gloss. sua. ff. de in ius uocan. Quædam sunt stationes muratæ, & hostiatæ, & tunc aut illæ sunt pars domus in qua habitat ille, de cuius captura tractatur, & ille prohibetur capi, quia pars domus suæ est, cum in ista materia accipiatur domus, siue sua propria, siue conducta, siue gratis concessa, dũmodo, inhabitet.

biret, ut not. per Guli. in l. sed & si is, ff. de in ius uo. Aut est pars domus in qua & alius inhabitat, uel sunt separatæ ab illis domibus, sunt tamen de per se muratæ, & clausæ cum hostiis, ista est quęstio nostra nunc, & isto casu considerandum mihi ui-
1 detur. Primò, † cum appellatione domus contineatur etiam statio de proprio signi ficato, & videtur, ꝙ sic; quia consistit ex solo pariete, & tecto, ut domus ergo domus est, quia cui competit diffinitio etiã competit diffinitũ, & quia species infert genus suum affirmando in oppositũ. quia non eodem nomine nuncupatur ergo & cætera. l. si idem C. de codici. Itẽ quia ex omni modo loquendi pro diuersis haben tur, qui debet attendi. l. cum de lanionis. §. asinam, de fundo instructo.

2 Pro huius decisione, † præmitto, quòd secundum uarias materias legum doctores de damno loquuti sunt, ut patet in iis legibus, & in l. plerique, & in l. sed, & si is, ff. de in ius uo. & in l. nemo, ff. de re. iur. & istæ ad nostrum propositũ faciunt, & ẽt patet in l. 1. §. pen. ff. de iis qui deiec. uel effud ff. de liber. agno. l. i. §. domum. & ff. de exeq. tuto. l. scrire oportet, in princ. & istę modicum faciunt ad propositum, patet. ff. de damn. in fe. l. iii. §. prætor, & §. toties, & istæ aliter faciunt ad propositum, & ff. ꝙ ui aut clam. l. 1. §. i. & ff. de dol. except. l. fin. & istæ modicum faciunt, & ff. de iniur. l. lex Cornelia, §. domũ, & ibi tex. ꝙ statuta de domo ibidem non extendẽtur ad meritoria, id est, stationes, ut exponit. ibi Gl. sed in ea l. item apud, §. coniuncti, est tex. in oppositum, ꝙ statuta de domo ad stationes extenduntur. Nunc ad propositum, si illi tex. bene ponderantur. Nos habemus dicere, ꝙ licet statio sit domus quædam, tamen ex more loquentium, aliud est domus in qua habitatur, aliud est statio, in qua dicitur quis morari, uel quis laborat, tex. est in ambabus legi-
3 bus prædictis. † Stat ergo dubium an lex, quæ prohibet, quem capi in domo sua, in telligatur sua quo ad habitationem, quan tuncunque aliena sit quo ad proprietatem, ut in d. l. lex Cornelia. Et mihi uidetur, ꝙ leges ad terminos differentes ab expressis non extenduntur, nisi per identitatem rationis, sed in opposito quis
4 prohibetur capi uel extrahi, † quia domus cuique tutissimum debet esse refugium, ut in d. l. plerique, quasi dicat, ꝙ domus sunt inuentæ, ut habitantes ibi ha beant tutissimum refugium, ab omnibus oppressionibus, quia indefinitè loquitur, de refugio, ita dicunt in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. super uerbo ædificia collata, sed stationes non conducuntur pro refugio conducentis, nec ut ibi se reponat ad periculorum euitationem occurentium, sed ibi laboret, & ibi uendat, & ibi mercetur, & publicè copiam sui omnibus indiferenter, & secum mercari uolentibus faciat, & hostiis continuè apertis, ut nemini claudatur, sed continuò fit aditus cuique, quam diu tempus eundi ad domum habitationis eueniet, quæ est domus refugii. Ergo propter rationis diuersitatem, prohibitio facta, ne quis capiatur in domo sua, quæ intelligitur, quoad habitationem, non debet extendi ad stationem, pro hoc facit, quod ibi de uinea dicitur, in qua non habitat, & quòd etiam de balneo communi, quo ad usum, sed est alicuius priuati, quo ad proprietatem, ut sunt thermæ, & balnea paditana, & tamen balneantis soluunt mercedem. Hanc opi. puto ueram de iure, sed tamen, si oppositum esset de consuetudine obseruata, illa esset obseruanda, & hoc nisi ex statutis ciuitatum aliter colligatur, quia nullum statutum uidi ex eo, quia nullum mihi traditum fuit. Nec obstat. §. coniunctim, quia ibi est eadem ratio in utroque. Nec obstat d. l. plerique, in fi. quia restringitur ad domum. l. quæ loquitur de domo habitationis suæ quæ est tutissimum refugium. Nam extrahens, uim facere uidetur, tunc dicitur quòd non uim facit, secus si uim faceret: quia tunc nulla uis inferretur, ut ibi de uinea, balneo, & theatro dicitur, & pro hoc. ff. de iniuriis. l. ut uim, & C. unde ui l. i. de adult. l. Gracchus omnes autem leges secundum subiectam materiam transcendunt uias suas. Laus Deo.

Bartholomæus de Salyceto.

CONSIL. D. RAPHAELIS FVLGOSII PLACENTINI. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Statutum quod inquisitus citatus non comparẽs habeatur pro confesso, & condemnari debeat, quomodo intelligendum, & infra nu. 8.
2 Iudex non debet sententiam exequi, quando post illam de innocentia inquisiti constat.
3 Iudex cui de innocentia & erronea confessione inquisiti constat, debet negotio nedum finito per sententiam, ipsam confessionem rescindere atque retractare.
4 Appellare potest tertius pro damnato ad mortẽ, etiam ipso contradicente.
5 Iudex ex officio tenetur de innocentia rei perquirere. & nu. 6. & 7.
6 In ciuili & pecuniaria causa, potest iudex absentis partes suscipere, et pro eo debet ueritatem perquirere, ac de facto supplere.
7 Cautius procedendum est, ubi de salute hominis eiusq; praeiudicio agitur.
8 Fictio non debet plus operarari quàm ueritas.
9 Statutum recipit declaratiuam & restrictiuam à iure communi interpratationem, ne quid iniquitatis uel absurditatis incurrat.
10 Anima rebus cunctis est praeferenda.
11 Testimonio medici deponentis de credulitate, uulnus non fuisse lethale, & uulneratum aliter quàm ex uulnere perisse, an sit credendum.
12 Testis unicus non probat.
13 Statur iudicio unius periti, quando plures haberi non possunt.
14 Testis qui in causa criminali non iurauit, ut iuret repeti debet, ne ueritas alioqui opprimatur.
15 Barberius potest quoque phisicae esse peritus.
16 Vulnerans existentem in mala sui corporis dispositione, qui postea moritur, de morte tenetur.
17 Vulnera non mortalia lethaliter uulnerato inferens, de occiso tenetur.
18 Intellectus ad l. si ita uulneratus, & l. qua actione, §. sed & si quis seruum ignotum. ff. ad l. Aquiliam.
19 Ex duobus uulnerantibus, ille de occiso tenetur qui mortaliter uulnerauit.
20 In obscuris potius absoluere, quam condemnare debemus.
21 Benignior interpretatio in poenis est habenda.
22 Sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.
23 In dudio casu mortis, debet reus, potius de uulnere, quam de morte condemnari.
24 Statutum loquens de intrante domum cum armis; contra domini uoluntatem quomodo intelligendum.
25 Statutum puniens homicidium & euentum non effectum, dumtaxat, an comprehendat uulnerantem illum, qui omnino moriturus erat.
26 Quod ciuili iure contra rationem propter utilitatem aliquam receptum est, non est ad consequentiam trahendum.

CONSILIVM XLIII.

VISIS statutis duobus Cadubrii, altero posito sub rubri. de procuratore in maleficiis admittendo, uel non, quod incipit Concedimus si accusatio &c. altero posito sub rubrica de seruando, quando contra aliquem per accusationem, inquisitionem, uel denuntiationem proceditur, & de poena non uenientis, quod incipit si accusatio, denuntiatio, uel inquisitio &c. ac inquisitione formata per egregium ac sapientem uirum Dominũ Petrum de Viuentiis honorabilem vicarium contratae Cadrubii, & per eius curiam & quemlibet eorum, contra & aduersus Appollonium quõdam Gregorii, de Costa Vallis Sancti Martini de Cadubrio. de homicidio, per dictum Apollonium commisso, in personam quõdam Ioannis de Catis, de Valle Sancti Martini; contra Ser Thomasium de Cadubrio nec non depositione seu testimonio magistri Bonuicentii medici, qui dictum quondam Ioannem percussum in eius egritudine uisitauit & curauit, ac aliorũ trium testium, attestationibus, & citationibus proinde subsecutis; allegationibus, capitulis; & testium super eis productorum depositionibus in fauorem rei; ac copia statuti incipientis Ordinamus, sub rubtica de intrantibus cum armis domum &c. Ac testimonio magistri-

Bartho-

Bartholomæi Barberii de Venzono, toto denique transmisso processu, ipsisque omnibus diligenter inspectis ac exami-
1 natis, † Cum quæratur quæ sint partes præfati Domini Vicarii, & Dominorum honorabilium consulum in ea causa, seu inquisitione, uidetur prima fronte dicendum dictum Apollonium inquisitum de homicidio prædicto, secundum formam inquisitionis, tanquam conuentum & confessum de ipso homicidii reatu, de quo in inquisitione continetur, protinus condemnandum, uirtute statuti, si accusatio, denuntiatio &c. Quod inquisitum citatum secundum formam ipsius statuti, quæ in præsenti inquisitione seruata est, non uenientem per se personaliter, statuit haberi pro confesso de crimine, de quo inculpatus est, ac inquisitus; & perinde de ipso crimine condemnandum, ac si fuisset præsens, & crimen probatum esset, & si unquam in fortiam Domini Vicarii venerit, condemnationem executioni mandandam remotis excusationibus & exceptionibus ipsoq; condemnato protinus non audito.
Quod confirmatur per statutum concedimus, sub rubrica de procuratore in in maleficiis &c. Quòd non ueniente reo inquisito, iubet nullum eius procuratorẽ audiri ad allegandas causas causæ, seu defensiones inquisiti, cum itaque dictus Apollonius inquisitus, legitimè citatus non uenerit, nec se præsentauerit, consequens est eum tanquam præsentẽ & confessum condamnandum. Sed diuersam sententiam ueriorem arbitror, ipsumque Apollonium inquisitum ab inquisitione, & præfati homicicii sibi impositi, & imputatione potius absoluen-
2 dum. † Vbi sciendum est quòd & si uerè ultro dictum homicidiũ se fecisse cõfessus esset, cum esset p̃sens, & rursum contra eũ subsecuta condemnatio, nec esset ab ipsa condemnatoria sententia vllatenus prouocatum; si tamem de innocentia ipsius, licet sponte confessi, & iam damnati iudicis pronunciatione constaret, non esset sententia condemnatoria, contra ipsum executioni mandanda. Sed potius foret executioni super sedendum, & ipsa tandem condemnatio rescindenda, ut est expressum. ff. de quæstio. l. i. §. si quis ultro, & fin. Quanto itaq; magis obseruandum est, ubi tantum ficta confessio interuenit, & nulla adhuc condemnatio
3 subsecuta est, † ut si de inquisiti licet fictè confessi innocentia, & rei ueritate constiterat iudicis religioni, debeat ipse iudex negotio finito per sententiam ipsam confessionem fictam tanquam erroneam prorsus corrigere, rescindere, atq; retractare, ut C. de iur. & fac. igno. error.
4 † præsertim aliquo de populo requirente; quemlibet enim ad id admitti, sicut ad appellandum, erat humanitatis ratio, etiam si non sit reo criminis, uel damnato necessarium. Etiam si illa animaduerterit. Quin etiam si contradixerit ipse reus, uel damnatus, ut ff. de appellat. l. non tantum, & C. de episco. au. l. addictos, & de appellat. addictos, præsertim
5 dixi † signanter, nam & si nemo eius innocenciam tueretur, uel excusaret, iudex tamen ex officio suo debet de eius innocentia quærere, ut ff. de pœn. si non defendantur, & ff. de quæstio. l. i. §. fi. ubi per Bar. & de dam. infec. l. iiii. §. hoc autem iudicium, potissimè cum proceditur contra absentem, tanquam indefensum & contumacem, ut ff. de publi. iudi. l. pen. §. ad crimen, & de procura. seruum quoq;, §. publicè,
6 † Nam & eo, scilicet cum absens damnari potest, etiam in ciuili & pecuniaria causa, potest iudex absentis partes suscipere, & pro eo ueritatem debet inquirere, & de facto supplere, ut C. quomo. & quan. iudex auc. qui semel, & de appella. amplio
7 rem, in prin. & utrobiq; per Bar. † Multo magis igitur in criminali, ubi de maiore p̃iudicio & salute hominis agitur, ideòq; cautius procedendum est, arg. ff. ad Carboniam. l. iii. §. duæ causæ, & d. l. addictos,
8 C. de appella. † Statutum ergo superius allegatum de ordine seruando & c. quod uult absentem inquisitum citatum, (ut ibi traditur) & non uenientem tanquam præsentem & confessum de crimine condemnandum, intelligi debet, quando de

 innocen-

innocentia rei, & inquisitioni contraria veritate non constet, ne alioqui plus operetur fictio quàm ueritas, contra l. ado-
9 ptio.ff.de adoptioni. † Et quia statuta recipiunt interpretationem declaratiuam & restrictiuam à iure communi etiam benignius quàm uerba legis patiantur, quo res uitio careat, & ne quid iniquitatis, uel absurditatis incurrat, cũ iniusto alterius inculpabilis detrimento pecuniario,
10 † multo magis animæ, quæ rebus omnibus præferenda est, ut C. de sacrosanct. eccle. sancimus, & probatur hæc ff. de muneri. & honor. ut gradatim. §. sed & si lege & C. de noxali. actio l. ii. & per Bar. ff. de Iusti. et iu. l. omnes populi, in vi. principali q. & ii. illius q. & C. de legi. & constitu. non dubium, & facit optimè c. cum dilectus, de consuetudine.

Superest ergo uidendum an de innocentia dicti Apollonii constet ex actis apud iu-
11 dicem, & certè dicendum est quòd sic. † ex depositione seu testimonio magistri Bonicontii qui manifestè deponit id uulnus per inquisitum illatum dicto Ioanni non fuisse mortiferum, seu lethale, ipsumque Ioannem ex alia mala dipositione potius sui corporis, etiam antè percussionem parata, quàm ex uulnere periisse, nec nocet, quòd de credulitate, non de ueritate deponat, contra l. testium, C. de testib. & quod ibi not. & ff. de aqua pluui. arcen. l. ii. §. idem labeo, quia illud habet locum in testibus qui habẽt deponere de iis quæ percipiunt sensu corporis, secus in iis quæ deponunt de eo quòd intelligunt per artem, quam didicere, quaq; instructi sunt, quamq; exercent peritiam vt ff. de vent. inspi. l. i. in prin. & ibi not. per Glos. & Bar. & in proœ. ff. in prin.

12 Non obstat quoq; † quòd vnicus sit, & sic non probet, vt C. de testi. iurisiuran.
13 † quia in locis vbi non possunt facile plures haberi, sufficit etiam iudicium unius, ut in auct. de non alie. reb. eccle. §. quod autem, est huius sententiæ Bar. in l. fin. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in proœ. ff. orum, in vers. item quæro &c.

14 Magis autem obstat, † quia dictus magister Bonicontius non iurauit, quod ex actis appareat, licet in allegationibus rei dicatur quòd iurauit, si itaq; iurauit, ut allegatur bene est, sin autem non iurauit, cum iureiurando repetatur, ne alioqui veritas opprimatur, & damnetur innocentia, quod omnimodò deuitandum est. Et cũ ex actis non appareat, quòd apud iudicem & per eum examinati deposuerint, sicut fieri debet, ut eis fides detur, ut C. de re milita. semel lib. xii. & ibi per Bar. & quia deponit dictum suum in scriptis, ante informatam inquisitionem, optimum est, ut per iudicem, qui debet de innocentia rei etiam per se quærere, ut sepius est ostensum, prorsus faciendum est, & idem magister Bonicontius apud ipsum iudicem, & per eum causa cognita examinatus, iteratò suum deponat iudicium, fortasis magis iudicibus quam testibus sunt ii similes, ut colligitur cautè ex d. l. i. in prin. de ven. inspi. & C. de secun. nupti. l. hac edictali, §. iis omnibus.

15 Adest † quoq; in eadem re dictum magistri Baltholomæi de Venzono Barberii, qui in hac re etiam medicus. peritusq; huius rei potest extimari, argumen. optimum ff. de vari. & extra. cogni. l. i. §. medicus, qui iuratus apud iudicem dixit, quòd ex eo vulnere sperabat eum uulneratum liberare, & sic non erat vulnus prorsus mortiferum, ex eius iudicio, quia dictus quondam Ioannes etiam de stomaco & genu dolentibus quærebatur consilio, & instantia eius magistri Bartholomæi, fuit accersitus magister Bonicontius pariter, non tantum in chirurgia, sed etiam in phisica, quo fit, ut & duo medici in ea arte periti cõformiter deposuerĩt de vulnere nõ lethali, unde & l. iurisiurãdi satisfactũ est.

16 Magis † autem me reddit in hac q. dubitatum, quia dato sine præiudicio veritatis, quòd dictus q. Ioannes ex mala sui corporis dispositione præcedente percussione fuisset omnimodò moriturus, quoniam tamen ita posteà percussus est, vt maturius moreretur quàm fuisset non illato vulnere, ut & medicus ait moriturus, debet Apolloninus de occiso teneri, vt videtur expressè decidi. ff. ad l. Aquiliã, si ita vulneratus, & l. qua actione, §. sed & si quis

17 si quis seruum ignoti. † & est huius sententiæ Bart. in præalleg. l. fi. ff. ad l. Corn. de sicar. ubi inquit, quòd si uulnus non mortale, aliàs inferatur ei qui lethaliter erat uulneratus, ita ut certum foret ex eo uulnere moriturum, nihilominus de occiso tenebatur secundò percutiens, & pu-
18 nietur tanquam occiderit, † quoniam tamen illæ leges ad l. Aquili. loquuntur cũ agitur de pecuniaria condemnatione, nõ de capitali, & ad mortem; ideoq; nõ sunt trahendæ ad statuta pœnam mortis pro homicidio imponentia, sicut voluit Dyn. in quodam suo consilio quod refert ibi-
19 dem Bartol. licet ei non placeat. † & rursum Bald. uideatur diuersæ sententiæ in l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad l. Aqui. ubi not. secundum distinctionem, quòd ubi unus intulit uulnus mortale, & alter non mortale, quòd qui vulnerauit nõ mortaliter, ex eo capite non tenetur, quòd occiderit, & hoc expreßè uult ille. §. sed si plures, primo respon. cum sua Glo. super uerbo tenetur, quæ incipit alii, quæ dicit eum teneri de uulnerato licet tenere possit ex eo quòd auxilium occidenti præbuerit, cum simul cum percusserint, socii
20 sibi simul auxilium præstantes. † & in obscuris debeamus esse promptiores in absoluendo, quàm in condemnando, ut ff. de
21 reg. iur. l. fauorabiliores, † & in pœnis benignior interpretatio accipienda, ut ff. de
22 pœn. interpretatione, & † iustius seu sanctius sit absoluere nocentem, quam condemnare innocentem, ut ff. de pœn. l. ab-
23 sentem, † Tutius censeo dictum Apollonium ab inquisitione formata potius, & à pœna capitis absoluendum, quàm damnãdum, cum nec delictum remanebit impunitum poterit namq; tanquàm de uulnere condemnari. argu. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. fin. Mouent me præterea, quòd in rixa, non appensatè dictum sit, ut d. l. fi. ff. ad l. Cor. de sicar. & quòd ipse Ioannes in porticum domus dicti Apollonii noctu cum armis ingressus sit, non ex voluntate dicti Apollonii, sed malo animo, quia ut dicunt testes pro eo inducti dicebat, mò è tempo, mò è tempo, & ut aiunt nonnulli testes prius examinati, ipse Ioannes prius conuictium dixit dicto Apollonio & ferro dictum Apollonium petiuit, quã
24 ipse ferro percuteretur, † & licet statutum loquatur de intrantibus domum cũ armis contra domini voluntatem, satis potest dici contra uoluntatem ingressus Appollonii qui fuisset vetiturus, si eiusmodi ingressum, & ingressi malitiam, & audatiam cognouisset argu. ff. de furt. qui uas. §. uetare, & C. de furt. l. falsus, prout est in tex. ergo & facit, ff. ad l. Aquil. itaq; in l. sed & si quemcunq;, in prin. & l. si ex plagis. §. tabernarius. Concluditur itaq; partes dicti Domini Vicarii & Consulũ esse potius ut absoluant inquisitum, quã condemnent inquisitum, & damnaturi posteà ipsum Apollonium de vulnere.
25 † Et pro hac sententia, ꝙ in statutis punientibus homicidium & euentum non effectum dumtaxat, non contineatur is qui moriturum omninò vulnerauit, ita ut maturius moreretur, quasi occiderit, videtur Gloß. ordinaria, & sic per Dy. & Bald. in præallega. l. si ita uulneratus, in Gloß. super uerb. disputandi, quæ incip. id est contra rigorem, vbi sentit secundum qui moriturum omninò uulnerauerit ut maturius moreretur, non propriè occidisse eum, & sic in statuto de occidente loquente, ubi capienda est propria significatio minimè claudi, & ita ibidem post Gloß. & in §. sed si plures in meis reportatis comperi. Immò & tex. ille hoc uult. in uer. contra rationem disputandi, & in exẽplo quod subiicitur in uersu cum plures, ibi quamuis subtili ratione, &c.
26 † Quod igitur ciuili iure contra rationẽ propter aliquam utilitatem receptum est non est trahendum ad consequentiam, ut ff. de leg. & senatus con. quod verò cõtra, & l. ius singulare, præsertim cum de pœna & odio agitur, & ut statutum pœnale in pœna pecuniaria ad grauissimam pœnam capitis protrahatur, arg. de regu. iur. odia, lib. vi. & ff. de libe. & posthu. cum quidam, & de pœn. interpretatione, & de regu. iur. in pœnis, lib. vi.

Et ita dico, & consulo ego Raphael Fulgosius I. V. D. & ad fidem scripsi, & signum meum imprimi iussi. Laus Deo.

CONS.

CONSILIVM D. LVCHINI DE CVRTE V. I. D.

SVMMARIVM:

1 *Creditor per uim exigendo sine auctoritate iudicis de bonis sui debitoris, an condemnari debeat.*

2 *Præfationes restringunt statutum & decreta.*

3 *Statutum puniens, requirit dolum & animum committendi delictum.*

4 *Statutum quòd homicida decapitetur intelligitur de uoluntario.*

5 *Protestatio declarat actum sequentem independentibus à protestantis uoluntate.*

6 *Iudex in delictis eorum circumstantias & qualitates considerare debet.*

7 *Iudex ratione casus emergentis, potest causa cognita legem transgredi, etiam si eam seruare iurauerit.*

8 *Iudex non potest condemnare super non deductis in inquisitione.*

9 *Criminaliter agi non potest, pro rebus quorum modica est æstimatio.*

10 *Actione famosa non agitur pro modica summa quæ dolum exigat.*

11 *Summa modica quæ dicatur.*

12 *Dolus abesse præsumitur propter honestatem personæ.*

13 *Modica transgreßio non damnatur.*

14 *Negligentia modica non punitur.*

15 *Quantitas modica facit præsumi fraudem abesse.*

CONSILIVM XLIIII.

1 PETRVS † debebat dare uigintiquinque ducatos Titio, ex causa. T. uidens se duci in longum nec posse suum debitũ habere à Petro, licet pluries requisito; auctoritate propria animo sibi satisfaciendi accepit super strata publica certos lateres dicti Petri, qui ducebantur super quodã curru, ualoris Floreni unius, uel circa, modo data querela per dictum Petrũ ad maleficium de robaria, contra. T. Iudex formauit inquisitionem secundum formã decretorum ducalium. Quæritur an debeat Titius condemnari saltem in tertia parte bonorum ex edicto diui Marci, per l.fi.& l.creditores, ff ad l.Iul.de ui.priua.& respondetur, ꝙ non debet cõdẽnari de robaria. Nec in parte bonorũ; primò, quia dictus Titius probatus est homo diues, & bonæ conditionis; non solitus robare, nec furari; ergo statutum nõ habet locum in isto casu, nec potest, nec debet extendi ad casum nostrum, licet statutum loqua-
2 tur generaliter, † quia præfationes restringunt statutum & decreta, secundum nota.per Bar.in l.cum hi, §. eam transact. ff de transactioni. & in l prætor, §.erit, ff.
3 ui bo.rapt. Secũdò, † quia decretum, uel statutum puniens, semper requirit dolum
4 & animũ cõmittendi delictũ, † ideò statutum disponens, ꝙ homicida decapitetur, intelligitur de uoluntario, non causali, vt no. Bald.in l.non dubiũ, C.de legi.& in l.ii.de nox. Bar.in l.i.§.i.ff.si quis test. lib. esse iuss. fuer. Constat autem dictum Titium non habuisse animum robandi, cum fuerit protestatus illud facere, ut sibi de-
5 bitum consequatur; † quæ protestatio declarat actum sequentem in dependentibus à uoluntate protestantis, secundum theoricam Bar.& Bald.in l. Celsus, ff.de acqui.hære. plenè, per Bar.in l.non solũ,
6 §.morte, ff.de no. ope.nunc. Tertiò, † quia iudex in delictis debet considerare circũstantias, & qualitate delicti, secundum
7 Bal. in l.sanctio legum, ff.de pœn. † hinc est quòd iudex ratione casus emergentis potest causa cognita legem trãsgredi etiã si eam seruare iurauerit, per Cyn.& Bal. in l.& si seuerior, C.de iis qui no.inf. licet aliter uideatur sensisse Bald.in auctẽn. hodiè, C. de iudi. Si igitur iudex attẽtis qualitatibus, & circunstantiis huius casus processerit; certè non condemnabit hunc Titium uirum pacificum & bonæ conditionis, & famę; & mxaimè prò stã leui excessu, in quo maximè dolo uersatus non fuit. Item nec condemnabitur pœna statuti, ut l.fi.de ui.priu.& l.credito-
8 rum, † quia in inquisitione istud non fuit deductum, sed solum fundata fuit inquisitio super robaria, igitur iudex nõ condemnabit in eo, quod non est deductum, iuxtà not.in c. licet helii, de simon.

& in

& in l.fi.C.de fideicõ.lib. maximè in casu isto, ubi est modica res, & leuis extima-
9 tio, videlicet de uno floreno, † per Glo. institu. de re.diuisio. §. & generaliter, ubi dicit, quòd pro rebus, quarum æstimatio est modica, non potest agi criminaliter, ut l.extat, ff.quod metus cau.vbi requiri-
10 tur dolus, † propterea ex modica summa non agitur actione famosa, quæ dolum exigat, ut l.si oleum, §. merito, cum l.sequen.ff.de dolo.ubi est Gloss. singularis,
11 † & dicitur modica summa, quæ non transcendit duos aureos legales, & not. Ang. & Bar.in d.l.si oleum. Amplius, licet Glost. dicat modicam summam esse ad duos aureos, uolunt tamen Docto. id esse in arbitrio iudicis repensata, secundum qualitatem personæ, causæ, & loci, & tẽporis, ut in l.fi.in fi. C.ad l.Iul.maiest. Nã si nobilis uir & potens deprædatus fuerit causa iuris sui seruandi, decem Floren. certe minus erit quàm in paupere duos Florenos surripiente Barto.& Ange.in l. sed si susceperit, §.si libertus, ff de iud.ubi habetur, quòd modica non sunt curanda & dicuntur modica ex personis, loco, &
12 tempore, & causa. Item† ex persona, quæ sit honesta facile non præsumitur dolosè factum; quia personæ honestas facit præsumi abesse dolum inquit Gloss. in d.
13 l.fina.§.Seia, ff.de action.& obliga.† Et alibi dixit Iuresconsultus. Modica transgressio non damnatur, l.quàmuis, ff.de action. & oliga.& ff.ad l.Aquil.l.sed & si, in prin
14 cip. † Item modica negligentia non punitur, Bald post Gloss.in c.1.§.i.si de inue
15 sti.inter domi.& uasa.† Item modica, quãtitas facit præsumi fraudem abesse Ange. in l.cum hi, §.modus, ff.de transact. Casus autem noster est, quando statutum loquitur in simplici robaria sub quo statuto nõ potest comprehendi cum Titius fecerit causa sibi soluendi, non causa robandi, & sic concluditur, ꝙ dictus Titius nõ potest puniri, nedum pœna d.l.fi.nec pœna statuti, sed solum priuabitur credito suo, & aliter extraordinariè per iudicem puniri debet pro temeritate sua leuiter tamen attenta leui causa. Laus Deo.

Et ita ut supra conclusum est dico, & consulo ego Luchinus de Curte legũ Doctor Idemq; dico & consulo Ego Bonifacius de Corrassano legum Doctor.

CONSILIVM D. IOANNIS DE ANANIA ARCHIDIACONI BONONIENSIS. V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Relationi medicorum an uulnus sit mortale quãdo standum sit.*
2 *Medici quot mitti debeant ad uidendum an uulnus sit mortale.*
3 *Peritis in arte sua credendum est.*
4 *Vulnerans de uulnere & non de occiso punitur, quando medici retulerunt vulnus non esse mortale.*
5 *Culpa uulnerati vbi est coniuncta cum uulnere, non dicitur simpliciter vulneratus mortuus ex uulnere.*
Non dicitur ex simplicibus prouenire, quod cũ alio prouenit.
6 *Vulneratus si inordinatè uiuit & moritur, non potest vulnerans de morte inquiri.*
7 *Vulneratus post paucos dies mortuus, an ex uulnere illato mortuus censeatur.*
8 *Pauci dies quot dicantur.*
9 *Procurator interuenire potest, ubi non uenit imponenda pœna corporis afflictiua.*
10 *Statutum puniens homicidam, intelligitur de doloso.*
11 *Homicidium non esse dolosè commissum quomodo probetur.*
12 *Lata culpa non æquiparatur dolo in pœnis corporalibus.*

CONSILIVM XLV.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, Amen. Visis facti narratione, & medicorũ narratione, Duo sunt principaliter uidenda. Primum an relationi medicorum sit standum, Secundum, an causæ, quas allegant sint sufficientes de iure, adeò, quòd legitimæ, & à iure approbatæ, dicantur quòd Titius iste solum possit inquiri de
1 uulnere, & non de occiso. † Circa primũ breuiter

breuiter dico quòd sic, quia ex quo isti medici plures numero deputati fuerunt per iudicem maleficiorum loci commissi maleficii, & retulerunt cum iuramento, & coram testibus, satis potest dici quòd præcesserit diligens iudicis inquisitio, & sic satisfactum sit legi, quam Barto. dixit singularem, ubi etiam Gloss. in l. semel, C. de re milita. lib. xii. ubi hoc sequitur Ang. quia satis dicunt iudicem diligenter inquirere, quando ad hoc deputat medicos & recipit relationem in iudicio coram testibus cum iuramento. Istud idem sequitur Bald. in terminis nostris, uidelicet an uulnus sit mortale, nec ne, post Cy. in prooemio ffforum in iii. col. in uersi. etiam an uulnus fuerit mortale, &c. Et licet Bald. posteà ibi subdat, quòd præsumitur mortale, ex quo mors est sequuta, quia effectus tamen ostendit, & probat tex. in d. prohœmio fforũ. prope fi. & quia exitus acta probat. l. rem non nouam, §. fi. de iudi. Tamen istud debet intelligi prout ipse dicit, uidelicet, quando in actis, & de proximo sentit, & de recenti, & dicitur de recenti sequuta, si in iudicium sit sequuta, & istud idem uoluit Bald. ibi, quia allegat notata in l. i. C. de em. ap. ser. ubi Gloss. hoc dicit. Præterea facit, licet præsumant uulnus mortale, ex quo sequuta est mors, tamen ista præsumptio tollitur per aliam, uidelicet per relationẽ medicorum, Istud idem simpliciter sequitur idem Bald. videlicet quòd stetur relationi medicorum, an uulnus sit mortale, uel non, in c. i. in fin. in ttiu. quib. mod. feud. amitta. in v. colum. in uersi. cum quid est quod ibi dicitur, & inter alia allegat d. l. semel. Istud idem tenet Ange. in aucten. de non alie. in §. quod autem, colũ. ii. ubi dicit, tene menti iudex pro iudicibus mittentibus medicum, utrum uulnus sit mortale uel non, quia stabitur eorum relationi, & inter cætera allegat Spec. in titu. de proba. §. fi. uer. hoc quoq;, qui etiam de
2 hoc plenè; subdit ibi Ange. † quòd miti debent duo, pro ut sic fuit factum: Ange. tamen dicit, quòd illud, uidelicet quòd mittantur duo, fuit inductum in fauorẽ Ecclesiæ. Istud idem in effectu uoluit Barto. in l. fin. si in rixa. de sicar. ad fin. & facit quòd ipse notat. in l. i. §. i. de uent. inspic. & sequitur. Pet. de Ancha. in c. præsbyterum, de homicid. Istud idem uoluit Ang. in l. i. C. de emend. seruo. ubi dicit quòd si uulnus non est mortale, & hoc probatetur per relationem medicorum, quorum sententiæ debet stari d. l. semel. ꝙ tunc ꝑcussor debet puniri de uulnere, non de homicidio, allegat posteà quæ statim allegat Barto. in ii. dubio. Istud est etiam expressum in c. significasti, el ii. de homi. ibi iudicio peritorum, & tenet ibi. Ioã. Andr. allegando. d. l. semel. & sequitur Petr. de
3 Anch. † dicens idem in qualibet arte, quia creditur peritis in illa. Ad idẽ quod habetur. in c. proposuisti, de proba. ubi creditur peritis in arte deponentibus de credulitate, pro ut fecerunt in casu nostro, ex quibus indubitanter cõcludi potest, quòd istis medicis tanquàm peritis in arte creditur, & statur eorum dicto.

Ad secundum dubium, patet ex prædictis
4 responsio, † ex quo refferunt istud uulnus non fuisse mortale, sequitur quòd ꝑcussor debet puniri de uulnere, non de homicidio. Tamen ut istud clarius pateat adduco alia iura, & duas decisiones. Et primò adduco decisionem Bal. in d. l. i. in iiii. col. in uer. sextò quæritur utrum dominus præsumatur mortificè uulneratus, in titu. quib. mod. feud. amitta. ubi rectè deci
5 dit causam nostram dicens, † quòd vbi culpa uulnerati est coniuncta cum uulnere, non dicitur simpliciter mortuus ex uulnere; quia non dicitur ex simplicibus ꝓuenire, quod cum alio prouenit. l. i. §. fi. ff. de aqua. quoti. & æsti. etiam concludit quòd ille, qui uulnerauit non debet puniri de toto, Facit etiã quòd ipse idem not. ibidem, in sequen. col. in uersi. & nota ꝙ difficilis probatio, & c. ubi ponit formam relationis medicorum, uidelicet, utrum quis sit uulneratus in loco periculoso, uel non. Item an ex tali uulnere soleat sequi mors, uel non; ut ibi per eum, Istud etiam quòd solum de uulnere, & non de occiso possit puniri probatur expresse, in l. huic scripturæ, §. si seruus uulneratus. in l. itẽ Mela, §. Celsus, & magis expresse. in

qui. l

l.qui occidit.§ fi.ad l.Aqui.ubi Bal.ad literam dicit notanter optimũ tex. ꝙ quādo uulnus non est mortale, & aliquis decessit ꝑ ꝑ suā culpam, uel concubuit cũ uxore, non tenetur uulnerans de occiso, sed solum de uulnere, & de hoc stabitur dicto medicorum, qui habent considerare qualitatem ictus: Et subdit secunda decisio, quòd præsumitur sua culpa decessisse, si noluit medicis obedire, est decisio clara, consideratis dictis, quæ in relatione medicorum dicuntur, † Istud sequitur in effectu, in d. §. fi. Flo. de S. Pet. dicens notanter ex isto tex. ꝙ vbi uulnus non est mortale, & mors sequatur, ut quia inordinatè uiuat, uel curatus non sit, non potest uulnerans inquiri, nisi de simplici uulnere, & subdit quòd & illo tex. summitur, modus articulandi pro deffensa uulnerantis, & quòd de hoc stabitur relationi medicorum. Istud idem uoluit Gloss.& Ioan. And.in c.ii.de cler.percus. Istud idem uoluit Dy. & Gui. de suz. quos refert. Tanc. de Corne. in sua compendiosa in.x. rub.in q. viii.ubi hoc plenè disputat. † Istud in effectu uoluit Gloss. in l.fi.C. de em.seruo, quam sequitur ibi Bar.& in l. fi. ff. de sicar. & secundum illam Glo.& tex. testamenti ueteris potest intilligi tex.in c.presbyterum, de homic. dum dicit post paucos dies gloriabitur, ergo ille tex. per tex. ueteris testamenti. facit ēt quod habet̄ in l. ubi numerus, ff. de testi. † facit etiam optimus tex. quòd pauci dies dicuntur duo, uel tres. in l. si oleum, §. fin. cum l.sequen.ff.de dolo.& si dicimus istud tempus esse arbitrarium, ut uoluit. D. Anto. in c. præterea, de cle. percus. & facit quod notatur in clem i. de reb.ecc. non alie.tamen in casu nostro debet arbitrari iudex, quòd sit sequuta mors propter culpam uulnerati, non propter uulnus, pro ut etiam satis pulchrè & plenè declarat Pet. de Anca. in quodam consilio, quod incipit in Christi nomine de iure scripto, & consuetudine &c. pro quo etiam facit, quod notatur in l.si præses.& in l. pen. ff. de pœn. Præterea posito quòd mortuus infra paucos dies præsumatur mortuus ex uulnere; tamen ista præsumptio tollitur per multas alias, de quibus in relatione, ut dixi, in præcedenti quæsito. Et istud satis probatur in c. ad audientiam, de homic. ubi habetur, quòd si constat, quòd ex alia causa, quàm ex uulnere sit mortuus, non punitur de occiso, nisi etiam probatur quòd in dubio non præsumitur ex uulnere. istud etiam expressè habetur in d. c. significasti, el.ii.& quòd causæ allegatæ sint legitimæ, probatur in c. tua nos, de homic. de illa quæ exposuit se uento, sicut iste aeri frigido, ut ibi plenè per Ioa. And.de eo qui non est obediens medico, & sic ex prædictis clarè colligitur ꝙ Titius iste in casu nostro non potest inquiri de occisione, sed solum de uulnere. Et ex prædictis etiam patet responsum ad ea, quæ in contrarium allegantur, ut patere potest clarè in continenti, † Et patet etiam quòd in causa ista procurator interuenire potest, quia non uenit imponenda pœna corporis afflictiua iux.notata in l. pen. §. ad crimen. de pub. iudi. & in l. reos, de accus. † Ex iis etiam patet, quòd in casu nostro nullo modo potest habere locum pœna statuti, tamen quia hic non debet imponi pœna homicidii, sed uulneris, tamen etiam, quia posito sine præiuditio quòd hic ueniret puniendum homicidium, tamen non posset imponi pœna, de qua in dicto statuto; quia ibi loquitur de homicidio dolosè commisso. † quod autem hic non posset dici dolosè commissum, probat qualitas personæ percussæ: quia pedissequa, facit quod habetur, unde ui. C. de emen. seruo. & in c. si qua fęmina, 50.dist. per iucundum, qui propriè loquitur in pedissequa, in d. c.ii. de cler. percus. Probat etiam qualitas instrumenti, cum quo fuit percussa. l.i. §. sed si clam, de sicar.& l.eum qui.C.eo.tit. & ponit Bal.in d.l i. C.de emen. seruo.

Probatur, & tertiò, & istud solum sufficit, † quia in pœna legis Cornel.de sicar. & in pœnis corporalibus, lata culpa nō ęquiparatur dolo.l.in lege Cornelia, de sicar. & notatur in l. in actionibus, de in lit. iuran. & in l. 1. §. i. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuerit per Pet. de Anca.in c.

L presby-

Margin numbers: 6 (at "medicorum dicuntur"), 7 (at "disputat."), 8 (at "de testi."), 9 (at "test clarè"), 10 (at "accus."), 11 (at "de homicidio"), 12 (at "ficit").

presbyterum, de homic. Et ex prædictis patet responsio ad omnia quæsita, uidelicet quòd iste Titius non poteſt inquiri de occiso, sed solum de uulnere. Et ꝙ in causa ista possit interuenire procurator. Et quod pœna statuti non habet locum, in casu isto. Laus Deo.

Et ita uidetur mihi de iure dicendum Ioanni de Anania.

Antonius de Prato ueteri.

Baptista D.Floriani de ſancto Petro.

Orlandus de Bernardis aduocatus consistorialis.

Angelus de Gambilionibus de Aretio.

CONSILIVM D. IOANNIS DE ANANIA ARCHIDIACONI BONONIENSIS. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Crimina alteri obiiciens & non probans, an iniuriarum teneatur, & an actio prædicta per lapsum anni sit sublata. & nu. ii.*
2 *Crimina falsa obiiciens in iudicio, grauius punitur, quàm si extra iudicium.*
3 *Proferrenda non sunt in iurgio cito crimina, quæ bonam famam habent dehonestare.*
4 *Detractores illis deteriores sunt, qui substantias aliorum, prædiaq; diripiunt, & vocantur impii & homicidæ. & nu. 7.*
5 *In aliquem quid dici non debet, quod non possit legitimis documentis ostendi.*
6 *Iniuria verbum, latissimè patet.*
8 *Crudelis est qui famam suam negligit.*
9 *Fama cuilibet pecuniario commodo præponẽda.*
10 *Obiiciens crimen, & non probans, punitur.*

CONSILIVM XLVI.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, Amen. Quia eleganter & abundè supra discussum extitit dubium istud, per eximium Dominum consultorẽ, non insistam, sed paucis agã, & ut colligitur ex prædictis
1 duo sunt dubia. † Primum est, utrum actio iniuriarum sit nata. Secundò, posito quòd sit, an sit sublata per lapsum anni. Circa primum plura sunt deducta quæ probant quòd sic & ita reperio, quòd D. meus D. Petrus de Ancharano, quasi in terminis nostris, post Oldra. consuluit, & incipit consilium. In Christi nomine, super primo dubio subtiliter, & ad plenũ pro, & contra. Vbi in effectu dicit, ꝙ licet crimen falsitatis uideatur obiectum per uiam exceptionis, & sic ad tuendum non ad infamandum; & sic uideatur impunibile per id, quod habetur in. c. cum dilectus, ex. de ordi. cogni. ad finem, in c. i. ex. de except. & per hoc uideatur, quòd contra excipientẽ non possit agi actione iniuriarum, ex quo non animo iniuriandi, sed sui iuris tuendi causa hoc facit, in c. cum ecclesia, ex. de elect. licèt contrarium est de iure uerius, ex quo enim Christophorus ipsum Antonium notariũ & eius famam conuitiis & uerbis contumeliosis denigrare præsumpserit, opponendo temerè crimen falsitatis, & repetendo, & non probando; tenetur actione iniuriarum; quia per hoc lacessitur, & denigratur fama dicti Antonii Notarii, saltem apud bonos, & graues. l. cognitionum, §. extimatio, ff. de var. & ex. ordi. cogni. in l. Cassius, ff. de senat. & subdit ibi
2 notari, † quòd credit grauius puniri illũ qui in iudicio obiicit falsum crimen, quã illum qui extra iudicium; quia in iudicio grauatur magis eius opinio, all. not. in d. c. cum dilectus, & in c. super eo, ex. de elect. pro quo etiam facit tex. inst. de iniur. §. atrox. & ideò dicit, quòd impunita esse non debet in iudicio licentia mentiendi. ii. q. viii. quis quis ille est, & in l. fi.
3 C. de accusa. † nec proferenda sunt in iurgio cito crimina, quæ bonam famam habent dehonestare. v. q. v. qui ambulat
4 † tales enim detractores deteriores sunt illis, qui substantias aliorum, prædiaq; diripiunt c. deteriores, & c. ex meri-
5 to, vi. q. i. † Et ideò consulit Canon. ne quis dicat in aliquem quid graue, quod non possit legitimis documentis osten-
6 dere. vi. q. ii. placuit, † Verbum enim iniuria latissimum est, patet in l. i. ff. de iniurii. & præsertim, cum aliquid fit, uel dicitur contra aliquem, quod bonis moribus improbatur, uel ad inuidiã alicuius spectat, uel pudorem lædat, uel libello[illegible]da

to alicui famam alicuius fuerit insectatus,& hic est casus noster,allegat d.l. Itē apud, §. conuitio, §. adicitur. §. generaliter,§.si quis in libello, & subdit, ꝙ quando talia crimina obiciuntur contra personam, quia afficiunt rem, statum, & famam, tales exceptiones habent uim accusationis, per ea quæ nota.in d.c. super eo, & d. c. cum dilectum, & c. super his, ex.de accus. allegat etiam bonum tex. in l. iii. ibi minuendæ tuæ opinionis causa, C.de iniur. & not. in l. si non conuitii, & in l.ii.de obse.pa.præst.& subdit quòd prędicta procedunt, etiam si talia proferrentur absente eo, & contra quem obiiciun-
7 tur, † uocantur enim tales impii & homicidæ, dicit. c. qui ambulat, & vi. q. i. Summa iniquitas Intererat enim Antonii notarii talia contra ipsum non proferri, & ideò potest agere actione iniu-
8 riarum,† quia crudelis est ille, qui negli-
9 git famam suam. xii. q. i. nolo, † quia fama præponenda est cuilibet commodo pecuniario, l. Iulianus, ff. si quis obmis. cau.testa.in c.suã,de pœn. Est enim ualde
10 regulare, † quòd obiciens crimen, & non probans punitur, in c. i. & c. ut circa,de elect.lib.vi.si est ergo punibile, quo ad publicum, igitur & quo ad partem cuius fama lacessita & læsa est l. prætor edixit,ff.de iniur.& ideò concludit, post Oldra.& Ioann. And. qnòd agi possit actio-
11 ne iniuriarum, † Nec potest se excusare Christophorus, quòd non animo iniuriandi hoc fecerit, per id quod not. Bar. in l.inter omnes, §. rectè, ff. de fur.in c.i. ex.de præsump. & ibi etiã concludit quòd annus sit utilis, hinc est, quod dicit quòd propter ferias repentinas superuenientes circa finem anni non currit præscriptio annalis, &remittit ad iura allegata per Ioa.An.in c.imputari,de reg.iur.lib.vi. Illud etiam uerum credo, ꝙ ex quo iste Christophorus ꝑsistit usq; ad sententiam in tali proposito, ꝙ à tempore latæ sententiæ currat annus, ut etiam colligitur ex dicto consilio,ex quibus omnibus concludo, pro ut supra conclusum fuit per D. consultorem, ꝙ iste notarius possit agere actione iniuriarum. Laus Deo.

Et ita mihi uidetur Ioanni de Anania Iu. Vtri.Doct. & ideò subscripsi, & sigillaui. Saluo semper.&c.

CONSILIVM D. MARTHEI PHILICIANI V.I.D. PERVSINI.

SVMMARIVM

1 *Probationes luce clariores requiruntur, ut criminum punitio sequi possit, uigore accusationis, uel inquisitionis.*
2 *Confessio metu tormentorum extorta, confitenti nec tertio præiudicat, etiam quòd sit coram iudice & in loco maiorũ ratificata. & nu. 32.*
3 *A tormentis non est incipiendum, nisi præcedētibus legitimis iudiciis. & nu. 27.*
4 *Indiciorum copia danda est inquisito.*
5 *Argumentum propriè est ratio rei dubiæ faciens fidem.*
6 *Causa argumentis deciditur.*
7 *Causæ feudorum, per consuetudinem non decisæ per argumenta iuris ciuilis decidi debent.*
8 *Indicia generalia & remota non sufficiunt sine aliis indiciis.*
9 *Plura indicia ad torturam an requirantur, uel vnum sufficiat, arbitrio iudiciis relinquitur.*
10 *Inditiorum certitudo quando dicatur adesse in iudice.*
11 *Indicium quomodo sumatur.*
12 *Indicia debent esse certa, ut ad torturam deueniri possit.*
13 *Indicia illa dicuntur certa, quæ legitimè probata apparent, saltem per duos testes.*
14 *Testis vnus in ciuilibus semiplenè probat.*
15 *Indicium per unum testem non probatur.*
16 *Testis super crimine deponens, facit semiplenam probationem, si verò deponit super actu separato ab ipso crimine, non est sufficiens probatio ad torturam.*
17 *Indiciorum materia in quibus locis tractetur.*
18 *Hominis præsumptio non sufficit ad condemnãdum, nec ad torturam.*
19 *Mortuus repertus, & nescitur à quo, præsumitur mortuus ab eo qui minatus est.*
20 *Coniectura ex dissimilibus non sumitur.*
21 *Visus exire domum cum gladio sanguinolento, in qua mortuus reperitur, indicium contra se habet.*

22 *Iuramentum in defectum plenæ probationis, nō defertur in criminalibus.*
23 *Probationes in criminalibus apertissimæ requiruntur.*
24 *Testi deponenti contraria, & quodammodo impossibilia, non est credendum. & nu. 26.*
25 *Dicta plurium testium taliter interpretari debent, vt ipsi testes reatu periurii non notētur.*
28 *Indicia sequentia non confirmant dicta in tormentis, uel propter tormenta præcedentia, legitimis indiciis non præcedentibus.*
29 *Verba confusè & generaliter prolata in criminalibus, nullam faciunt probationem.*
30 *Probatio quælibet incerta vitiatur, nullumq; iuris effectum producit.*
31 *Attestatio vnius testis sine aliis adminiculis approbata, nullius est momenti.*
33 *Dictum vnius, dictum nullius.*
34 *Verba confitentis in criminalibus quo ad præiudicium tertiæ personæ, sunt strictissimè interpretanda, & non operantur vltra quàm ipsa significent & importent.*
35 *Confessus confessionem suam interpretari potest, non tamen quo ad præiudicium tertii illam extendere.*
36 *In dubio potius non delictum quàm delictum præsumere debemus.*
37 *Dicta testium interpretantur, vt minus sint partibus captiosa & nociua.*
38 *Delictum non præsumitur ex qualitate personæ, quod bonum & æquum suadet, & omnis interpretatio in bono & æquo fundari debet.*
39 *Bonum & æquum est legitima causa interpretandi leges & pacta.*
40 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*

CONSILIVM XLVII.

PONDERATIS omnibus & singulis præsuppositis in præmisso pūcto & dubiis, de quibus quæritur particulariter, ut congrua & iuri consona detur responsio, considerandum puto, ꝙ omnia & singula præsupposita in præmisso puncto ordinantur & tendunt ad unum affectualem tit. quæstiōis, an uidelicet subsistat legittima causa ex qua oriatur ualida probatio indicii, ratione cuius nominatus Petrus & alii potuerint & debuerint poni ad torturam, adeò ꝙ per tormenta ipse officialis uel iudex, deficientibus aliis ualidis probationibus eorum criminum & prodictionum deductorum in inquisitione, contra prædictos, & quemlibet eorum
1 formata, † cum ut punitio criminū possit sequi uigore accusationis vel inquisitionis requiruntur probationes luce cla-
2 riores. l. sciant cuncti, C. de proba. † illa est etiam ualidissima probatio alicuius criminis, de qua constat per confessionem spontaneam ipsius inquisiti uel accusati. vbi autem esset metu tormentorum extorta talis confessio, non præiudicat confitenti; & multo minus tertię personæ l. de minore, in §. tormenta, ff. de
3 quæst. † Iure tamen Cæsareo, & Imperiali statutum est, ut ad inquisitionem ēt pub. iudiciorum ad inuestigandam veritatem à tormentis initium non sumatur, sed argumentis uerisimilibus probabilibusq; uti, & si iis ueluti certis inditiis ducti inuestigandæ ueritatis gratia ad tormenta, putauerint esse ueniendum, tunc id demum facere debebunt, si personarū conditio pateretur &c. dicit tex. in l. mili-
4 litis §. oportet, C. de quæst. † Iure autem pontifitio, & canonico copia indiciorum ante inquisitionem initiatam danda est ipsi, contra quem formanda est inquisitio, ut in c. qualiter & quando, el. ii. de accus. de quo not. Bar. in l. ii. ad fin. ff. de quæstio. ubi etiam de iure ciuili firmat, ꝙ etiam debet dari copia indiciorum parti, ex litera autem d. §. oportet apparet fore prohibitum, ꝙ pro inuestiganda veritate criminum à tormentis initium sumere non licet, sed argumentis verisimilibus, & probabilibus; ueluti certis indiciis ad tormenta perueniri potest inuestigandæ ueritatis gratia, notanda est litera d. §.
5 dum dicit, † argumentis, nam argumentum propriè est ratio rei dubiæ faciens fidem, ut notanter dicit Bal. in lib. feudorum tit. qualit. olim. feu. alie. po. §.
6 donare, † cum causa etiam argumentis decidatur. ff. ad Treb. l. qui filium, §. Sabi-
7 nus, † & idem Bal. de feu. cog. c. i. dixit, quòd causæ feudorum, quæ non inueniuntur decisæ per consuetudinem, debent decidi per argumenta iuris ciuilis

Ad quod facit, quod notat. in simili in c. per venerabilem, qui fil. sint legiti. & subditur in text. d. §. oportet, uerisimilibus, & ꝓbabilibus, & sic necesse est ut innuit illa literas, ꝙ argumenta debent esse pro
8 babilia, & verisimilia, † Et ideò dixit Bar. in d. l. fi. de qõni. ꝙ indicia generalia, & re mota non sufficiant sine aliis indiciis, ex
9 ponit ibi ipse Barto. & ibi etiam dicit, † ꝙ licet iura videãtur loqui in plurali, & plura indicia requirantur. l. i. ff. de quæstion. Gloss. tamen in l. si quis, C. ad l. Iul. maie. loquitur in singulari, & concludit quòd hoc arbitrio iudicis relinquitur, an vnũ indicium uel plura requirantur. Quidquid tamen sit, siue loquamur de pluribus indiciis siue de uno, illa indicia debẽt probari per duos testes, ut infra dicetur,
10 † & subditur, tertiò, uel certis indiciis, q̃ certituto indiciorũm tũc demum dicitur adesse in ipso iudice, uel officiali, quando de ipsis indiciis certis constat per legitimas probationes à iure requisitas in probando tale indicium, per quod iudex ipse animi sui motum debeat informare, & arbitrari perueniendum esse ad tormenta
11 uel nõ † & si dicatur quomodò assumitur istud indicuim? dicendum puto, quòd indicium assumitur pro notabili signo alicuius dicti uel facti, uel alterius criminis quod subiicitur necessitati probandi, ut not. de probation. c. tertio loco, de quo not. in Specu. de probation. §. videndum, uersicu. xiii. & ibi per Ioan. Andr. in addi. Et dicunt Docto. in d. c. tertio loco, quod effectus istius indicii est, quòd si tale sit indicium, quod iudicis firmet firmam credulitatem, sumitur pro plena probatione, C. de rei uendica. l. indicia. facit quod notatur de emptio. & uendition. c. ad no-
12 stram, † Vbi autem agitur de punitione criminis, uel ut ratione criminis possit perueniri ad tormenta, tunc, ut dicit text. in §. oportet, talia indicia debent esse cer-
13 ta, † & illa dicuntur esse certa, quæ legitimè apparent probata, saltem per duos testes, ut dicit Gloss. notabilis in l. fi. C. fa-
14 mil. ercis. † & sic probatio vnius testis, esto, quòd in causa ciuili faciat semiplenam probationem, ut l. admonendi, ff. de
15 iure iuran. & l. in bonæ fidei. eo. tit. † tamen indicium per unum testem non probatur, & ideò antiqui, & noui Docto. & etiam Ang. notant dictam Gloss. ꝙ ad hoc ut indicium si certum, ut uult tex. in d. §. oportet, dixit quòd tale indicium oportet
16 esse probatum per duos testes, † Vnde dixit quòd si unus testis deponit super crimine, tunc dictum unius testis facit semi plenam probationem, si autem non deponit directo super crimine, sed super actu separato ab ipso crimine, ut quia dicitur aliquem fuisse derobatum, & unus testis dicit quòd illa die quidam fuit visus exire cum fardello sub mãtello, certè iste uisus nisi probetur per duos testes, non est sufficiens probatio ad illum torquendum, & hoc etiam firmat Bartol. in d. l. fi. de quæstio. Vbi ponit etiam de materia indiciorum, & esto, † quòd materia dicto
17 rum indiciorum tractetur in diuersis locis ut in d. §. oportet, & ff. de quæstio. l. de minore, §. tormenta, & l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mili. † tamen Illust. Docto.
18 Dominus Bal. in l. fi. ff. de hæred. insti. dixit, quòd non sufficit præsumptio hominis ad condemnandum, & similiter nec ad torturam, † & ideò in quæstione de eo,
19 qui minabatur Titio mortem, & posteà Titius reperitur interfectus, & ille qui minabatur accusatur de morte, quæritur an præcedentes minæ faciant indicium contra eum, arguit pro & contra, & tandem dicit fore distinguendum, an sit bonæ famæ, uel non. Primò casu non præsumitur, sed iudex ueritatem inquiret, & dicit ꝙ hoc, ꝙ esset malæ famæ, intelligitur in eodem genere criminis, quia erat homicida, uel percussor, non in diuerso crimine; puta, quia erat meretricator; quia contra aliquem præsumitur, qui est soli-
20 tus similia facere, † nam ex dissimilibus non sumitur coniectura, de excusa. tuto. l. sed & milites, §. qui nimium, & in aliis iu
21 ribus ibi per eum allegatis, † Ponit etiã ibi secundam quæstionem, de illo qui exiuit de domo aliqua cum gladio sanguinolento, & posteà reperitur in domo illa aliquis interfectus, an ex iis præsumptionibus ponetur ad torturam, recitat opin.

Cyn.

Cyn. & allegat, quòd per locum à communiter accidentibus, qui locus est multum probabilis in materia indiciorum, ut not. in l. neq; natales, C. de prob. & refert Iacob. But. dixisse quòd præsumitur meretrix violenta præsumptione illa de cuius domo media nocte uisus est exire scolaris, quæ omnia procedunt si iste talis uisus exire cum gladio sanguinolẽto, per duos testes, qui probẽt ipsum vidisse exire cum gladio sanguinolento, ut dicit d. Glo. in d l. fina. Nec contra istos inquisitos aliqua qualitas quòd ipsi sint malæ famæ, & consueti facere proditiones, & sic similibus criminibus essent irretiti, apparet deducta in dicta inquisitione, & ꝑ consequens aliquod indicium non apparet deductum nec probatum, ita quòd contra prædictos possit deueniri ad tortu-
22 ram, † Cum etiam in causa criminali nũquàm sit defferrẽdum iuramẽtum in deffectum plenæ probationis, ut not. Gloss. in c. tam litteris, de testib. facit quod no. in c. ueniens, el primo eo. tit. & quod not.
23 Bar. in l. maritus, ff. de quæstio. † tamen, ut supra dixi, in criminali probationes requiruntur apertissimæ, ut v. q. vi. c. epiphanium, ii. quæstio. viii. sciãt, & in d. l. sciãt.
24 † Immò ponderato dicto, & depositione Colucii, nec plena, nec semiplena probatio resultat; cum ipse affirmet contraria, & testi affirmanti contraria nullo mo-
25 do creditur, † & ex eo quòd in dictis plurium testium interpraetatio est assumenda, ut ipsi testes non notentur reatu periurii, ut in c. cum tu fili, de testi. no. Bar. in l.
26 ii. §. appellata, si cer. pet. † tamen ubi idẽ testis contraria deponit, & quodammodo impossibilia, huic testi in nullo creditur, vt no. in c. in nostra, de testib. & in l. qui falsa uel uaria. ff. de testib. & melius in aucten. de testi. §. si uero quidem apertè, & ibi Gloss. Ipse enim Colutius dixit ꝙ not. Antonellus dixit sibi, dicas Domino Peregrino, quòd Ioannes Martinus uult ire Neapolim, teneas modum, vt ipsum in manibus habeas, qui Colutius dixit, quòd non inuenit dictum dominum Peregrinum, & quòd dicta uerba dixit fratri suo domino Bartholomeo, & immediatè subiungit in sua confessione quòd dictus dominus Peregrinus dixit eidem Colutio, dicas notario Petro & Antonello, quòd faciant ipsi, de là che io farò de quà, ista namq; est manifesta contradictio, quòd ipse non inuenerit, &c. Vnde ex tali dicto nulla resultat probatio indicii alicuius, propter quam potuerit vel debuerit perueniri ad torturam; maximè attenta qualitate personarum; cum sint
27 personæ fideles dictæ terræ Camplii † & sic contra dictum Petrum nullo modo debuit, uel potuit declarari deueniendum forè ad torturam, cum nullum indicium legitimè appareat probatum præcesisse contra dictum Petrum, & quia præsupponitur, quòd tormentatus dictus Colutius confessus fuit prædicta, ad quæ tormenta propter hanc causam non potuit perueniri nisi præcedentibus indiciis; & in dicto processu nullum apparet præcesisse indicium. tormenta illata ipsi
28 Colutio non iustificantur, † etiam si post tormenta indicium iustificaretur, & probaretur, quia indicia sequentia non confirmant dicta in tormentis, uel propter tormenta præcedentia, ut notanter dixit Barto. in d. l. maritus, ubi est tex. singularis iuncta Glo. Vnde cum propter hanc causam, scilicet, proditionis istorum cõtra istos nullum præcessit indicium, meritò ille torqueri non debuit, & ea quæ ipse tormentatus dixit, non ualent, ut in d. l. maritus, licet posteà aliquod superue-
29 niat indiciũ, † Et similiter ex eisdem causis & rationibus improbatur confessio illius Iacobi dicentis, se semel interrogasse dominum Peregrinum si ipse habebat aliquod auxilium, quo posset reuerti in terram Camplii, qui dixit, quòd habebat spem in tribus nominatis per eum, inter quos est iste Petrus, per quæ uerba, ut confusa, & generalia prolata à dicto domino Peregrino nulla probatio resultat, nec quo ad indicia, nec quo ad principalem proditionem in dicta inquisitione
30 deducta; & omnis probatio ratione incertitudinis vitiatur, & nullum effectum iuris producit, ut in c. in præsentia, de prob. l. non hoc, C. unde cogn. cum etiam

talia

talia uerba dicta per dominum Peregrinum, etiam dato quòd fuissent dicta per eum, nihilominus non habent præiudicare, uel nocere in aliquo ipsi Petro, ex quo iste talis nil confessus fuit se de dictis uerbis aliud dixisse dicto Petro,
31 † nec sibi, ut unico homini sic confitenti in aliquo credendum est. l. solam, C. de
32 testib. † cum etiam, ut supponitur, confessio facta fuerit metu tormẽtorum, & nulla fuit quantum ad præiudicium ipsius cõfitentis, quanto magis fuit nulla ad præiudicium ipsius tertii, uidelicet Petri, iux. plenè notata in d. §. tormenta. Et esto quòd talis confessio esset per ipsum tormentatum ratificata in iudicio etiam coram iudice, & in loco maiorum, ubi præsumitur omnis metus cessare secundum communem practicam Docto. & talis confessio noceat confitenti, ut ex ipsa possit condemnari, tamen talis confessio non præiudicat tertiæ personæ, cum talis confessio, quo ad præiudicium tertiæ personæ, cedat loco probationis, quæ
33 probatio vnius testis nihil valet, † cum dictum unius, dictum nullius, ut d. l. solam, & l. iurisiurandi, C. de testi. An autem indicium faciat & præsumptionem colligitur ex not. per Innoc. in c. i. de confessis, tamen ex uerbis dictis per d. Peregrinum nulla culpa, nulla proditio potest opponi
34 nec imputari ipsi notario Petro, † & ideò uerba istius confessionis, quo ad præiudicium tertiæ personæ strictissimè sunt interpretanda, & non operãtur ultra quàm ipsa significent, & importent; sicut dicimus in stipulatione, l. quidquid, astringẽ
35 dæ, de uerb. obliga. † & sic etiam si ipse possit suam confessionem interpretari, ut in c. cum dilecti, de accusation. tamẽ quo ad præiudicium tertii, illam extendere non posset, & sic clarè concluditur, quòd nulla probatio, nec delicti & proditionis principalis, nec aliquorum indiciorum resultat nec resultare potuit; quibus indiciis deficientibus ipse notarius Petrus nõ potuit, nec debuit declarari, uel iudicari potuisse tormentari, causis, & rationibus prædictis. Et ad id, quod supra dictũ est, de dicto Colutio, qui confessus fuit dictum Dominum Peregrinum dixisse e dicta uerba, di che faciã loro di là, ch'io fa rò di quà che son disposto tornare in Camplij, & ex dicto, & confessione istius Colutii præsupposito sine præiudicio ueritatis, quòd resultaret ualida probatio indiciorum contra notarium Petrum, tamen attento vno præsupposito, dum præsupponitur, quòd per dies ante fuerunt habita ratiocinia interueniente medio Iustitiario Reginæ, ut ipse dominus Peregrinus pacificando se cum suis inimicis reintraret terram Camplii talia uerba confessata per dictum Colutium, ut generalia, & generalissima trahibilia sunt ad bonum, potiusquàm ad malũ, ut sic dictorum uerborum sit intrepretatio assumenda, ut ipse not. Petrus, & not. Antonellus procurarent, & facerent cum Iusticiario & hominibus, & Communitate Cmplii, ut ipse posset uenire, & ingredi dictam terram cum bona pace, & sic interpretando cessat omnis præsumptio de-
36 licti quantum ad ipsum not. Petrũ, † quia in re dubia, debemus potius præsumere non delictum, quàm delictum, ut dixit
37 Glo. in l. merito, ff. pro socio. † facit quod notant. dixit Innoc. de probationibus testium dubiis, ut dicta talium testium debeant interpretari in benigniorem partẽ, ita quòd minus sint captiosa, & nociua ipsis partibus, & hoc in c. causam quæ inter præmonst. de rescript. & idem no. Innoc. in c. Cumana ecclesia, de electio. ad quod facit, quod no. Bar. in l. ii. §. appellata, ff. si cer. peta. in q. de testibus deponentibus ante guerrã, & post guerram, ut fiat interpretatio, ut delictum euitetur. Interpretari namq; quod talia uerba importẽt & significent proditionẽ, & ꝙ dominus Peregrinus requisiuerit ipsos, ut procurarent ꝙ ipse posset reintrare, per proditionem esset presumere delictum, & nulla ciuilis ratio uel naturalis suaderet, quòd præsumi debeat delictum, maximè cum not. Petrus, & Antonellus sint homines fideles, & bonæ famæ in dicta terra Camplii, & qui semper operati sunt pro paci
38 fico statu dictæ terræ, † Vnde attent qualitate personarum, non debet præsumi

mi delictum, & præsumere non delictum suadet bonum, & æquum, & omnis interpretatio fundari debet in bono, & æquo, ut dicit text. in l. in iis, ff. de cond. & demõ.
39 † & bonum & æquum, est legitima causa interpretandi leges, & pacta. l. si socius, p filia, ff. pro socio. facit quod not. in l. sed si alia, uerñ. iusta interpretatione, ff. de cõstitu. pecu. Et quantum ad aliud quod deducitur in dicta inquisitione contra euangelistam dum dicitur, quòd dolosè, & appensatè ut proditio ordinata per ipsum dominum Peregrinum mandaretur executioni, iuerit ad loquendum cum domino Peregrino ad ecclesiam Sancti Lotherii confinatam in dicta inquisitione, & ꝙ ipse dominus Peregrinus contulit cum dicto Euangelista dictam proditionem, quã ipse Euangelista tacuit & non reuelauit, ut dictum prodimentum facilius ad effectum duceretur contra pacificum statum, &c. Verba in dicta inquisitione descripta non probãtur, ut deducta sunt in dicta inquisitione, nec de dictis uerbis apparet aliqua probatio, & esto quòd ipse Euangelista accesserit ad dictam ecclesiã ad loquendum cum domino Peregrino, tamen accessit de uoluntate, & licentia Communis dictæ terræ, ut præsupponitur. Vnde non debet præsumi, quòd ipse aliquid in fideliter egerit cõtra statum dictæ terræ: cum etiam, ut supponitur quidam alii iuerunt ad ecclesiam ad dominũ Peregrinum. Vnde cessat omnis causa attenta qualitate personæ præsumẽdi, quòd ipse sciuerit aliquam proditionẽ, & quòd ipse dolosè celauerit dictam proditionem.
40 † quia dolus non debet præsumi nisi probetur. l. dolum, C. de dolo ad quod faciũt, ea quæ supra proximè dixi, ex quibus rationibus & causis concluditur, responsio ad quæsita de quibus in præmisso puncto & rectè intuenti patet ex præmissis, quòd non potuit contra dictos no. Petrum, & Euangelistam ex aliquibus in dicta inquitione deductis ad tormenta deueniri, nec iure deueniendum iudicari.

Matthæus Philiciani Doctor Perusinus.

CONSILIM D. NICOLAI DOMINI IACOBI De Montelbaro.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia est dicere non lo potria far Dio.*
2 *Argumentum à maiori ualidum est in iure.*
3 *Crimen est sacrilegij de regis potestate disputare.*
4 *Disputans de potentia Dei & sanctorum eius, læsæ maiestatis crimen incurrit.*
5 *Argumentum ualet à diffinitione.*
6 *Blasphemia quomodò diffiniatur.*
7 *Omne maledictum de Deo, uel contra Deum est blasphemia.*
8 *Blasphemia est uerbum iniuriosum.*
9 *Viro bono non congruit, ore suo blasphemias dicere.*

CONSILIVM XLVIII.

1 AN Dicere † nõ lo petria far Dio, sit blasphemia. Circa istud dubiũ dico, quòd
2 est blasphemia, † arguẽdo à maiori, quod est ualidum in iure, C. qui ætate l. fi. lib. x.
3 ff. de serui. exportan. l. cui pacto, † & disceptare de regis potestate, ẽ crimẽ sacrilegii ut l. disputare, C. de cri. sacrileg. & in constitu. Regni de sacrilegio constitutio di-
4 sputare, † multo ergo fortius tenetur ille qui disceptat de potẽtia Dei, & Sanctorũ
5 eius. † Prætereà etiam alia ratione dicta uerba dici possunt blasphemia, arguendo
6 à diffinitione ipsius, † nam blasphemia dicitur in religiosa reprehẽsio, detractio potentiæ, uituperatio, maledictio secundum Hugutionem & Isidorum etymologiarũ, & patet Matth. ult. c. uah uah qui destruis templum Dei, & facit in auct. ut non lu-
7 xu. contra nat. circa med. coll. vi. † Prætereà dicit Bart. in l. item apud Labeonem §. sed quod adiicitur, ff. de iniur. quòd omne maledictum de Deo, uel contra Deum est blasphemia, allegat ipse extra de maledic. c. ii. & in Euangelio quando Princeps Sacerdotum scidit uestimenta sua, & dixit audiuistis blasphemiã, quia fi-
8 lium Dei se fecit. Prætereà † blasphemia est uerbum iniuriosum, quia dicitur

contra

9 contra bonos mores, † & non congruit bono uiro, blasphemias dicere ore suo. xxiiii.q.iii.si igitur multa alia possent allegari quę gratia breuitatis ommitto. Nā de istis blasphemiis, contumeliis & maledictionibus habetur extra de iudæis. c. i. ii. & iii. & c. cum sit, ff. de hære. instit. l. quoties, §. si nomen, & l.iis verbis, §.pen. & xxiii.q.v.cum caput, cum multis similibus.

Nicolaus Domini Iacobi de Montelbaro ita consuluit, consilio saniori semper saluo, iuxta l.Claudius, ff. qui pot.in pigno.habeant &c.

CONS. D. DIONYSII DE PERVSIO V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pax redita blasphemanti Deum per sacerdotem nomine Dei, & per uicarium approbata, ipsi blasphemanti prodest ad minuendam Statuti pœnam. & nu.2. cum seq. per tot. consilium.*

2 *Ludus taxillorum est peccatum mortale, & quod in eo acquiritur est restituendum.*

3 *Ludus taxillorum quare prohibeatur.*

4 *Principes & Domini propter iniurias prouocantur ad indignationem.*

5 *Animi indignatio inter offensum & offendentem præsumitur, & propter offensum præsumitur natura vulnerata.*

6 *In materia odiosa Statutum iure communi est intelligendum & interpretandum.*

7 *Deo proprium est misereri & pacem dare.*

8 *Ecclesia non claudit gremium redeuntibus.*

9 *Sacerdos proprius habet remittere blasphemiā & pacem dare.*

10 *Sacerdoti proprio est pœnitendum, & ipse potestatem remittendi habet.*

11 *Papa supremam potentiam habet, & plenitudinem potestatis, quia omnia potest.*

12 *Sacerdos proprius curam animarum sui populi sine parochiæ habere debet, sic Papa in vniuerso, & vt publica persona habetur.*

13 *Vicarius Episcopi potestatem & iurisdictionē episcopalem habet.*

14 *Deus misericos est omnium pœnitentium.*

CONSILIVM XLIX.

1 PVNCTVS talis est: † Quidam Paulus Bartoli blasphemiauit Deum, & dicebat haberem pacem à sacerdote approbatā per Vicarium, utrum dicta pax sit ad

2 mittenda, nec ne. Cum † ludus taxillorum protrahat ludentes ad multa mala, ideò iudicatur peccatū mortale, & quod acquiritur debet restitui. not. xxxv. dist. episcopus, & not. de uit. & ho nest. cleri. & illustris Doctor D. Bal. in rub. C. de

3 cond.ob.tur.cau. † & inter alias rationes propter quam prohibetur, est ratione blasphemarum ob hoc contingentium, facit quod not. Inno. in c. plerisq; de immu.eccl. In casu enim proposito non fuit ludus taxillorum, sed alearum, de quo ludo not.in auctent.alearum vsus, C.de relig.& sump. fu. cum uerisimile est, vt ibi notatur ludentes blasphemare; & de iure communi pœna est grauissima; sed communiter per statuta, pœna modificatur,

4 † & sic propter iniurias Principes, & Domini prouocantur indignationem, ut habetur in prin. pacis constantiæ, ibi, ad indignationem prouocantur. Ad hoc C. si quis.imperat maledixe. l.i.ff.de ma. test.l.

5 testam. Centurio. † & præsumitur animi indignatio inter offendentem & offensum, & per offensum præsumitur natura vulnerata ff de arbit.l.licet, ff.de admi. l.iii.in fin.C.fam. ercis.l.ipsius.fortius ergo est creator omniū creaturarū, & ideò non sic tollerabilis in eum offensa, & per

6 consequens, † quia materia est odiosa, in quantum possumus iure communi dictum statutum intelligamus, & interpretemus, ut C. de noxa.l.si serui. vñi secundum unam lectu. de consuet. c. cum dilectus, non ergo intelligitur pax facta, ex quo Deus offenditur, & non homo principaliter per blasphemiā Dei. In contrarium, quia blasphemando Deū cùm sit

7 misericors † cui proprium est misereri, & pacem dare, meritò ista pax isti blasphemanti reddita per sacerdotem nomine Dei prodest ipsi blasphemanti. Si enim Imperator, ei qui blasphemat remmittit, pacem facit, d.l.i. si quisimperato. male

8 fortius & Deus, Ad hoc, † quia ecclesia
non claudit gremium redeuntibus. C. de
sum. Trini. l. epistola, circa fin. & alibi dici
tur ueniam petentibus damus, & si dicatur, non repellitur offensus, qui possit facere pacem, dico ꝙ erit ipse sacerdos,
Hoc uoluit Bar. in cons. quod incipit, ꝙ
9 minister fratrum de pœnitentia. † est
enim sacerdos proprius qui habet remittere, & pacem dare, ad hoc, de pœnit. &
10 remiss. c. omnis utrisuq; sexus, † proprio enim sacerdoti est pœnitendum, &
ipse habet potestatem remittendi, cum
non sit propriè qui hoc facere possit de
iniuria facta Deo, nec est necesse Papam
11 adire, † qui habet supremam potentiam,
& plenitudinem potestatis, qui omnia
potest. ut not. Ioa. And. in nouella, de iu
12 dic. c. cum uenisset, † quia in hoc ipse sacerdos potest, cum sit persona, quæ debet habere curam animarum sui populi,
siue parrochiæ, sicut Papa in uniuerso, &
habetur ut publica persona, ut uoluit In-
13 noc. de sepult. c. parrochiani, † præsertim cum ratificatũ fuerit, quod gestũ fuit
per Vicarium, qui habet potestatem; &
iurisdictionem episcopalem; unde cum
non reperiatur offensus, qui hoc casu possit pacem facere, & ipse sacerdos repre-
14 sentet † Deum, qui est misericors omnium pœnitentium, & per dictam blasphemiam est offensus, dico talem pacem
prodesse dicto blasphemanti, ad minuendam pęnam statuti disponentis de punitione blasphemantis, uigore statuti minuentis pœnã propter benificium pacis.
Et ita ut supra dico, & Consulo Ego Dionisius de Perusio, &c.

CONSIL. D. SANCTI DE ARRETIO LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM

1 *Vxor constante matrimonio, de bonis viri sui furtum faciens, an furti teneatur.*

2 *Vxor pro magno furto facto viro, puniri debet criminaliter.*

3 *Vxor, quæ in bonis viri furtum commisit, qua pœna sit punienda. et nu. 4 cũ seq. usq; ad nu. 12.*

4 *Statutum in municipio est seruandum.*

5 *Pœna fustigationis an habeat locum in muliere furante maritum.*

6 *Conditio posita in præcedentibus, repetita intelligitur in sequentibus.*

7 *Dicta in præcedentibus intelliguntur in sequentibus repetita.*

8 *Clausula præcedens refertur ad sequentia, si commodè adaptari potest.*

9 *Magnum & enorme furtum, magnam pœnam meretur.*

10 *Furtum quam pœnam mereatur.*

11 *Absurditas in statuto remota esse debet.*

13 *Adultera qua pœna veniat punienda. et nu. 20.*

14 *Omissum videtur quod non est scriptum.*

15 *Legi quędam non possunt, quæ tamen intellectu percipiuntur.*

16 *Non solum ad intellectum intellectualem recurritur, sed ad intellectualem significatum.*

17 *Sæpè quis plus significat in intellectu, quàm loquatur.*

18 *Constitutio puniens rapientẽ mulierẽ, an comprehendat vxorem fugientem à* Marito *adulterium committentem. & nu. 18. cum seq.*

19 *Masculinum in fauorabilibus concipit fœmininum, secus in odiosis.*

21 *Masculinum cum porrigatur ad fœmininum ex interpretatione, an ista interpretatio nascatur ex masculini generis dignitate, an ex defectu paritatis, an verò ex præcisa causa idemptitate.*

22 *Ratio & mens idem est in legibus.*

23 *Tacita ratio variabilis, habetur pro expressa in legibus & statutis, sicut in actibus hominum.*

CONSILIVM. L.

FACTVM super quo consilium postulatur est tale. Videlicet Margarita de Monte Sanctæ Marię in Cassiano, existẽs im matrimonio cum Dominico eius legitimo viro, habito primò tractato cum quodam Gualterio stipendiario, noctis tempore aufugit de domo communis habitationis ipsius Margaritæ, & dicti sui viri, & de dicta domo abstulit, & furata fuit vnam ventreriam, in qua erant ducati xx. & alia dicti sui viri, & cum dictis rebus aufugit ad domum dicti Gualterii, & ibi stetit per aliquos dies, & cum eo commi

lis

sit adulterium. Deinde recedens incognita, cum quoddam elmeto in capite, recognita, à nonnullis amicis dicti sui uiri reducta fuit ad palatium potestatis. Qui potestas eam detinet, & quia dubitatur an ipse potestas possit eam punire, & qua pœna, tum habito respectu ad dictũ furtum, quàm etiam ad adulterium. quæritur qua pœna debeat puniri. Visis statutis & ordinamentis de hac terra Sanctæ Mariæ in Cassiano cum additionibus, & confirmationibus. Sanctæ matris Ecclesiæ, ac etiã visis cõstitutionibus ꝓuincialibus, prouinciæ Marchiæ Anchonitanæ, Omnipotentis Dei de cuius ore omne rectum procedit iudicium, ac matris suæ semper uirginis inuocato præsidio. visis quæ narrantur in puncto ac statutis & cõ
1 stitutionibus prædictis.† Duo dubia principaliter sunt discutienda. & primò, an dicta Margarita possit de furto puniri, & qua pœna. Secundò, quid de adulterio. Circa primum videtur dicendum, non posse criminaliter de furto puniri, occasione dicti furti, considerato quòd furtũ fuit factum per vxorem viro, quo casu non uidetur posse de iure criminaliter puniri, ut videtur tex. expcessus in l. si quis vxori, ff. de furt. in prin. & C. eo. l. fin. in fine. Sed solum possit agi ciuiliter actione rerum amotarum. ff. rerum amota. l. i. & ii. & C. eo. l. ii. & d. l. fi. in fi. C. de furt. & ita videtur expressè tenere Guliel. Specu. in tit. de furt. vers. Porrò constante matrimonio, & Hosti. in sum. eo. ti. in fi. & Cy. & Bal. in d. §. fi. Sed iis non obstantibus puto de iure contratrium.
2 † Nam consideraro, ꝙ furtum non solum magnum, sed maximum fuit, considerata qualitate personarum, certè dicta Margarita debet condemnari criminaliter pro dicto furto, & ita in terminis nostris tenet Bar. in d. l. ii. ff. re amota. per l. respiciendum, §. furta domestica, ff. de pœnis. adhibita distinctione Bar. an furtum fuerit megnum, & punitur & criminaliter, aut paruum, & non punitur, ut supra dictum est, Facit quod not. Bal. in l. apud antiquos. in fi. C. de furt. Nec obstant in contrarium allegata, quia loquntur in actione ciuili dandæ viro, hic autem loquimur in pœna criminali
3 adplicanda fisco. † Vidẽdum est ergo qua pœna ista mulier veniat punienda, & dico, ꝙ quicquid sit de iure communi, de quo in auct. sed nouo iure. C. de ser. fugiti & ibi per Doct. cum sit statutum imponens pœnam pro furto, quòd ab eo receden-
4 dum non est. † cum sit in municipio seruandum, ut l. de quibus, ff. de legi & l. omnes populi, ff. de iusti. & iu. dico ergo ꝙ debet puniri pœna pecuniaria. Videlicet in ducentis quinquaginta libris, iuxta di-
5 spositionem dicti statuti. † Sed an pœna fustigationis de qua supra fit mentio in pluribus capitulis, habeat locum in casu nostro, considerato quòd hoc capite, non fit mentio nisi pœnæ pecuniariæ antedi-
6 ctæ, & certè dicendum est quòd sic. † nam illa conditio posita in præcedentibus, uidetur in hoc capitulo repetita, iuris dispositione per ea quæ notat latissimè
7 Bar. in l. in repetendis, ff. de leg. iii. † & quia dicta in præcedentibus, intelliguntur in sequentibus repetita. arg. not. in l.
8 Titia, ff. de ver. oblig. † Et quia clausula præcedens etiam fertur ad sequentia, si commodè adaptari potest. l. si idem cum eodem, ff. de iur. omni. iudi. non est dubiũ in hoc casu posse adaptari, cum par, immò maior ratio sit in casu nostro, cum furtum est magnum, quàm in casibus statuti, in quibus expræsè ponitur dicta pœna fustigationis, in quibus fit mentio de minori summa furti, & tamen imponitur
9 dicta pœna. † Magnum enim furtum & enorme, sicut est in casu nostro, ma-
10 gnam pœnam meretur. † Intantum ꝙ uti Bal. placuit in d. auct. sed nouo iure, pro vno solo furto debet suspendi, si sit magnum & enorme, ut ipse ibi not. ibi tertio not. de pœna, &c. Vnde absurdum est dicere, ꝙ pro furto decem solidorum fustigetur, & pro notabili furto ducato-
11 rum ducentorum, non fustigetur, † quæ absurditas debet esse remota à statuto, ff. de nego. gest. l. Pomponius. de excusa. tuto. l. scire oportet, §. illud, & not. per Bal.
12 C. de legi. l. fi. † Vnde quantum ad hanc partem concluditur Dominum potesta-

tem dictæ terræ, dictam Margaritam debere condemnare in pœna pecuniaria, ac etiam quòd debeat fustigari per totam dictam terram, in casu quo non soluat, prout in præcedentibus uerbis dicti statuti continetur, & etiam ad restitutionem dictæ rei furatæ, ut not. Bar. in l. interdum, §. qui furtum, ff. de furtis.

Expedictus de primo, uenio ad secundum
13 † videlicet, qua pœna pro adulterio veniat punienda. Circa quod dicendum est, ꝙ ex quo per statuta non aliter disponitur, puniri debeat de iure communi, secundum formam auct. sed hodiè, C. de adulter. An autem incurrat pœnam impositam per constitutionem prouincialem, positam sub rubric. de raptu mulierum in iiii. lib. est dubium, quia dicta constitutio de hominis adulterio loquitur, de mu-
14 liere autem est omissum, † quia ad literā uidetur omissum, quod non est scriptum.
15 † Verius tamen quædam sunt, quæ & si legi non possunt, intellectu tamen percipiuntur, de iis quæ in testa. dolent. l. i.
16 † Nec est solum ad intellectum literalem recurrendum, sed etiam ad intellectualē
17 significatū de ver. sig. l. iuxta, † sæpè enim quis plus significat in intellectu, quam loquatur, de leg. ii. l. fideicommissa, §. si filio, de li. & po. l. placet, de testa. tutela si quis
18 ita, cum simili. † Vnde videamus an ita sit in facto nostro, ut quāquā vox non resonet de muliere, eius tamen intellectu ipsam comprehēdat. Circa quod illud principaliter videndum est, an id statutum
19 sit odiosum vel fauorabile. † & sic an masculinum concipiat fœmininum vel non, nam si fauorabile concipit, si odiosum secus, de quo per Bal. & Cy. in l. quicunque C. de ser. fugiti. & per Dy. & Bu. in l. i. de uerbo. signi. & quicquid sit in via brocardica, mihi videtur quòd statutum sit fauorabile, non quia imponat pœnam, quia foret odiosum, sed quia pœna alias
20 à iure communi indultam minuit. † Nā de iure communi mulier ob adulterium damnata est, ut verberata in monasteriū mittatur, secundum dispositionem d. auct. sed hodie, & perdit dotem, quod non est dubium esse maiorem pœnam, quàm sit pœna constitutionis de qua infra dice-
21 tur. † Circa quod considerandum est, cū masculinum porrigatur ad fœmininum ex interpretatione, an ista interpretatio nascatur ex masculini generis dignitate, an ex defectu paritatis; an verò ex præcisa iuris idemptitate, nam si ex dignitate, esset interpretatio extensiua, si verò ex paritate, coniecturatiua. tertio verò casu
22 esset interpretatio expositiua. † quia ratio & mens debet esse in legibus, ut not. Dy. in c. fin. de reg. iur. in vi. & Cy. in l. i. C. quæ sit lon. consue. licet sint aliqui qui dicant, quòd si ratio est expresè in verbis legis, tunc dicit verum, secus autem si tacita, & præsumpta, nam tunc est interpretatio extensiua, quæ procedit ab idemptitate rationis tacitæ, quia talis tunc est potius magistralis, & ideò nō habet locum in statutis secundum eos.
23 † Quod non est uerum semper, nam si tacita ratio est inuariabilis, ita habetur pro expressa in legibus & statutis, sicut in actibus hominum. de ritu. nup. l. libertum. §. senatus con. de excusa. tuto. l. scire oportet, §. & maximè, unde tacitè statutum uidetur id de quo par, uel maior ratio est. C. de reuocan. dona. l. iis solis, pro quo C. de indic. uidui. toll. l. ii. sed ratio huius constitutionis non potest esse, nec est alia quàm pœnæ diminutio, quæ de iure communi in homine erat pœna mortis. Vnde constitutio uolens in homine pœnam minuere, imposuit pœnam pecuniariam, multo ergo fortius in muliere, quæ de iure communi minus puniebatur ut supra dictum est. quæ ratio cum pariter possit ad utrunq; adaptari, merito dicendum est, dictam constitutionem, & si expresè non loquatur in adulterio mulieris, ipsam tamen mulierem subintelligi, saltem ex idemptitate rationis, & sic ueniat punienda pœna xxv. ducatorum, uigore dictæ constitutionis.

Et ita dico, & Consulo ego Sanctus de Aretio legum Doctor, habitator Rechaneti &c.

CON-

CONSILIVM D. ANGELI DE GAMBELLIONIBVS. ARETINI V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Tractatus homicidij non secuti est punibilis.
2 Mandans committi maleficium, licet maleficiũ non sequatur, officio iudicis extra ordinem puniri debet.
3 Tractans interficere aliquem in alio territorio, in quo loco sit puniendus.
4 Pœna arbitraria iudici est usque ad mortem.
5 Pœna capitalis quæ dicatur.
6 Conspirans contra magistratum vel alium habentem imperium à principe, an in crimen læsæ maiestatis incidat, & nu. 29.
7 Crimen læsæ maiestatis pœna, quæ sit.
8 Attentatum in atrocioribus punitur sicut consummatum.
9 Affectus punitur in assaßinatu.
10 Confessus super inepto processu condemnari potest.
11 Inquisitio formari non potest, nec formata tenet, legitimis indicijs & diffamatione nõ præcedentibus. & nu. 12. & 35.
12 Iudex absque diffamatione, & sine indicijs præcedentibus, non potest ad capturam, nec ad tormenta procedere.
13 Inquisitio non seruata forma statuti formata, funditus est nulla, & sic processus.
14 Confeßio in tortura, uel metu tormentorũ facta, etiam ratificata legitimis indicijs non præcedentibus, non nocet confitenti. & nu. 38.
15 Iniuriatus à potestatis familia, eius iurisdictionem effugit.
16 Captura facta, non præcedente mandato iudicis, est ipso iure nulla.
17 Minæ factæ ab habente mandatum ab officiali, aliquem vt reum capiendi, ab ipso officiali factæ reputantur.
18 Processus secutus post minas illatas per officiales contra existentem in tormentis nullus est.
19 Iudex inquirens loco actoris habetur.
20 Iudice inquirente non probante, inquisiti sunt absoluendi.
21 Indicia per torturam purgantur.
22 Noua inquisitio post torturam formari non potest, nisi nouis superuenientibus indicijs.
23 Intellectus primus ad Glo. in §. in summa, instit. de iniur.
24 Paria sunt non esse delictum, uel non posse probari.
25 Intellectus secundus ad d. Glo. in d. §. in summa.
26 Iudex arbitrari debet, secundum quòd consuetum est communiter arbitrari.
27 Appellari potest à pœna dependente ab arbitrio.
28 Iudex in arbitrarijs, ut bonus vir arbitratur.
29 Crimen læsæ maiestatis committitur tum de nece uirorum illustrium tractatur, & nu. 30.
Viri illustres sunt pars corporis Principis.
30 Ferrariæ potestas dicatur officialis non aut miles, uel contestabilis, & quam auctoritatem habeant. & nu. 31.
32 Statutum Ferrariense quòd nullus ponatur ad torturam, &c. requirit etiam in assaßino actum perfectum, & consumatum.
33 Verbis statuti standum est.
34 Ciuis quis dicatur ciuitatis Ferrariæ.
36 Intellectus ad c. i. de homicid. lib. vi.
37 Statutum in municipio est seruandum.

CONSILIVM LI.

QVIDAM Federicus de Bononia, & duo socii capti fuerunt per familiam Domini Potestatis, & ea die dictus Federicus ligatus ad torturam confessus fuit, ꝙ ipse una cum supradictis sociis deliberauerũt interficere quosdã; altera die, istud negauerunt, tertia die ligati ad torturam ratificauerunt id quod primò confessi fuerãt; propter quod potestas inquisiuit contra ꝑdictos, & statuit terminũ, &c. Nunc quæritur an dicti inquisiti inciderint aliquam pœnam maximè corporalẽ, attento dicto delicto.

Et primò uidetur, ꝙ sint puniendi saltẽ extra ordinem arbitrio iudicis; nam negari non potest, ꝙ dicti inquisiti non habuerint ad inuicẽ colloquium, & tractatũ in ciuitate Ferrariæ, de homicidio cõmittendo in ciuitate, uel districtu Ferrariæ, ut patet ex eorũ confessione, ergò necessariò
1 sequi videtur, † ꝙ quamuis dictum homicidium secutum non fuerit, tamen ex dicto tractatu puniri debent, ut est text. in L.
2 i. in prin. & ibi Bar. ff. de extraor. cri. † hoc etiam

etiam uoluit Bar. in mandante committi maleficium, nam licet maleficium secutū non sit, tamen ex solo mandato de homicidio cōmittendo extra ordinem puniri potest officio iudicis, ut dicit Bar. in l. nō solum, in §. si mandato in princip. ff. de iniur & pro hoc facit quod no. Bar. in l. & si
3 amici, §. i. ff. de adulter. vbi Bar. uoluit † ꝙ existentes in uno loco, si habuerint tractatum, & colloquiū adinuicem de cōmittendo homicidium in alio territorio, nihilominus in territorio in quo tractatum, & colloquium habuerunt, possunt de colloquio, & tractatu ibi extra ordinem puniri, & sic arbitrio iudi. ut d. l. i. de extraor.
4 crimi. † ex quo sequitur, ꝙ cum dicta pœna sit arbitraria, & in arbitrio iudicis posita, iudex potest ex suo officio arbitrari dictam pœnam esse imponendā, & eam imponere usque ad mortem, ista est Glo. ordi. Insti. de iniuriis in §. in summa, in uer. extraordinaria. Poterit ergo dictus Do. Potestas, cum habeat arbitrium à iure imponendi dictam pœnam, imponere pœnā capitalem dictis inquisitis, & cuilibet eo-
5 rum, † & pœna capitalis dicitur, uel ꝙ amputetur caput gladio, uel ꝙ abscindatur membrum in auct. de coll. §. prohibemus facit Glo. in l. ii. C. de offic. eius qui auct. alterius gessit.
6 Secūdò & principaliter videtur † ꝙ immò inquisiti inciderunt in pœnam criminis læsæ maiestatis, & in crimen prædictū læsæ maiestatis, dicantur incidisse, quoniam crimen læsæ maiestatis, est non solum aliquid temptari contra Principem, sed ēt contra magistratum, uel alium, qui habet imperium vel potestatem aliquam, ut est tex. in l. quisquis, in prin. C. ad l. iul. maie. sed supradicti tractatum habuerunt interficere militē Do Potestatis, & sic militē socium Domini Potestatis, qui est in officio, & sic necessario sequi videtur, ꝙ dicātur commisisse crimen læsæ maiestatis.
5 † sed pœna criminis læsæ maiestatis est pœna criminalis & maxima, ut d. l quisquis, igitur prædicti ueniunt corporaliter puniendi; quod etiam probatur ex forma statuti sub rubrica, ꝙ non procedatur per inquisitionē, nisi in certis casibus, in versi. casus aūt in quibus per inquisitionem, uel per officium, &c. ibi in detrimentū Dominorum Marchionum & Cōmunis Ferrariæ, & eorum officialisim, &c. Sed negari non posse videtur, quòd dictus miles socius non dicatur officialis Domini Marchionis vel Communis Ferrariæ, ergo cum dicti inquisiti tractauerint aliquid, quòd fuerit in detrimentum dicti militis officialis prædicti, inciderunt in crimen læsæ maiestatis virtute dicti statuti.
8 Tertiò probatur † quia, quamuis dicti inquisiti non perfecerint eorum propositū, quia non commisserunt dictum homicidium, tamen eorum attentatio seu tractatus de homicidio committendo, cum simus in atrocioribus, debent puniri dicti inquisiti, ac si dictum homicidium commisissent, ut l. si quis non dicam rapere, & ibi plenè per Cyn. & Bal. C. de episco. & cleri. igitur videntur debere puniri lege de sicariis, & sic pœna capitis l. i. §. Diuus, & l. Diuus, & ibi Bar. ff. de sicar.
9 Quartò uidetur † quòd prædicti omninò pœna capitali puniendi sint, quoniam dicti inquisiti videntur esse quidam assassini, quia ut possint exigere taglias dicti Fornami de Florentia & dicti militis socii, & Gobi contestabilis Domini potestatis, eis per Commune Florentiæ, & Commune Venetiarum impositas, & sic propter præmium consequendum, uidentur illum tractatum de homicidio cōmittendo fecisse, ergo dicuntur esse diffidati, à toto populo christiano in perpetuum, quamuis etiam mors, seu homidicium postea non sequatur, ut est tex. in c. i. de homicid. lib. vi. in verb. sacri approbatione, ibi, quamuis mors ex hoc forsam non sequatur.
10 Quintò † quia cum dicti inquisiti confessi fuerint delictum, & principaliter, ergo dicti inquisiti possunt condemnari, quamuis processus fuerit ineptus, ut not. Innocen. in c. qualiter & quando, de accusatio. & not. Barto. in l. si confessus, ff. de custod. reo. igitur licet opponatur contra dictam inquisitionem, tamen ex eorum confessione ratificata, & emologata, debent posse condemnari, ut l. prima §. i. ff. de

ff.de quæstionibus.

Sed iis non obstantibus, in casu nostro contrarium uerius esse puto, & primò, quòd dicta inquisitio seu processus nullo modo valeat, secundò, posito sine præiudicio veritatis quòd ualeret processus, & quòd fuisset rite, & rectè formata inquisitio prædicta, nihilominus aliqua pœna maximè corporalis, uel corporis afflictiua, prædictis inquisitis imponi non potest, etiam data veritate dicti delicti intentati. Et circa primum † quòd dicta in-
11 quisitio non ualeat, nec super ea procedi possit, patet tam ex forma iuris quàm statutorum communis Ferrariæ, nam de iure communi, nulla inquisitio formari potest, nec formata tenet, nisi præcedentibus indiciis legitimis, & diffamatione, ut in c. qualiter, & quando, de accusa. & quòd dicta diffamatio sit facta, & notificata iudici non in occulto, ut in c. inquisitionis, eodem titu. facit quod no. Ange. in l. si uacantia, C. de bon. vacan. libr. x. in
12 versi. quæro diffamantes Titium, &c. † Sine diffamatione verò, & sine indiciis præcedentibus in criminalibus, iudex non põt ad aliquem actum procedere, nec ad capturam, nec ad restationem personæ, nec ad tormenta, nec ad formandam inquisitionem, ut d.c. qualiter & quando, & & d.c. inquisitionis, & ibi Innoc. & Anto. de But. & hoc uoluit Ang. in d.l. si vacantia, in versic. ideò autem ponunt prædicta verba, fama publica præcedente, &c. & Bar. in l. de minore, §. tormenta, & in l. i. in prin. & in l. fi. ff. de quæst. & l. milites, §. oportet, C. eo. ti. Secundò hoc probatur ex forma statuti Ciuitatis Ferrariæ sub rubri. ꝙ non procedatur per inquisitionem, nisi in certis casibus, &c. ubi expressè dicitur, ꝙ potestas uel alii officiales ciuitatis Ferrariæ, non possint per inquisitionem seu per officium procedere, nisi in casibus ibi notatis, & in illis casibus, nisi obseruetur forma ibi tradita. Videlicet, ꝙ ante omnia legitimè citari debeat ille, contra quem intendit inquirere, & ꝙ detur copia indiciorum, prout ibi la-
13 tè cõtinetur: † Sed dictus dominus Potestas, secundum formam dicti statuti non processit, & sic non seruauit formam dicti statuti, ergo sua inquisitio, & processus funditus est nulla & nullus. l. cum ii, §. si prætor, ff. de transla. l. qui Romæ, §. flauius, de uer. obliga. nam nullis præcedẽtibus indiciis, nec præcedente aliqua diffamatione de eo, de quo inquiritur, dictus Dominus Potestatis ad capturã, torturã, & inquisitionem processit, ergo funditus non ualet.

14 Secundò principaliter, posito quòd dicta inquisitio fuerit rectè formata, tamen ex dicta confessione damnari non debet, quod patet. quoniam confessio facta in tormentis uel metu tormentorum, etiam ratificata non nocet, nisi facta fuerit præcedentibus indiciis; & ex tali confessione in aliquo damnari non debet, & est tex. & ibi Bar. in l pen. ff. de quæstio. sed ut dixi aliqua indicia non præcesserunt, de dicto homicidio committendo, ergo necessario sequitur, quòd dicta eorum confessio non ualuit, nec propter dictam confessionem in aliquo damnari potest.

15 Sed est multum aduertendum. † quòd dictus miles, & gobus contestabilis in capiẽdo dictum Federicum, & dum dictum Federicum captum in palacio Domini Potestatis ducerent, ipsum Federicum percusserunt cum ense, & pugnis, & eidem minando, & contumeliando, licet dictus Federicus dũ caperetur & duceretur ꝑ dictã familiam potestatis ad palaciũ, nullã resistentiam faceret. ergo statim dictus Federicus fuit exemptus, & totaliter liberatus à iurisdictione, potestate, arbitrio seu officio dicti Domini Potestatis, ut l. i C. si quacun. præ potesta. & ibi omnes Doctor. & not. Barto. & Docto. in l. quia poterat, ff. ad Trebellia. quod etiam probatur, nam aut miles, unà cum familia habuit commissionem à dicto Domino Potestate dictum Federicum capiẽdi, aut
16 non habuit commissionem, † Si non habuit commissionem, captura facta de dicto Federico fuit ipso iure nulla. l. neminem, C. de exhiben. reis, & quod ibi not. per Glos. & omnes Doctor. Vnde dictus Federicus, & socii sunt, & debent in pristinum statum & libertatem reponi, Facit

quod

quod not. Bar. in l. ii. §. fi. ff. de custo. & exhibitio. reo. & not. in l. fi. §. fi. ff. quod met. cau. & not. plenè Bart. in disputatione sua quæ incip Lapus fuit captus,
17 † Aut dictus miles & familia habuit commissioné & mandatum à Domino Potestate de capiendo dictum Federicum, & socios, & tunc id quod fecit dictus miles, in inferédo minacem feruorem contra dictum Federicum & socios, dicitur fecisse ipse Dominus Potestas, arg. in l. i. §. ait pretor deiecisti, coniuncto. §. deiecisse, cum. §. seq. ff. de ui. & ui. arma. facit l. i. §. familiæ, ff. de public. cum simil.

18 Et ꝙ plus est † dum dictus Federicus, & socii essent in tormentis, omnes officiales (ut dicitur) minati sunt dictis inquisitis, in inferendo minacem feruorem, igitur habet locum dispositio d. l. i. C. si quacun. præ. potesta. & quod ibi per Doctor. ex quo sequitur ꝙ inquisitio, & ꝓcessus inde post dictas minas secuti, ipso iure nõ ualent, ut voluit. Bart. & Doct. in d. l. i. & in d. l. quia poterat, igitur, &c.

Nec obstant allegata in contrarium, & primò non obstat primum argumentum, quia debent puniri extra ordinem saltẽ de tractatu, quoniam breuibus verbis omnibus allegatis in contrarium posset responderi. Videlicet, quòd cum dicta cõfessio facta per dictos inquisitos nullo modo ualeat, nec noceat dictis confitentibus ut supra dixi, & dicam. ergo necessariò sequitur, ꝙ remota dicta confessione, cum dicta inquisitio nullo modo probata sit.
19 † & sic Dominus Potestas inquirens, qui substinet partes actoris, ut no. Bartol. in l. ii. §. si publico, ff. de adulter.
20 † suam inquisitionem non probauerit, ergo dicti inquisiti omninò ueniunt absoluendi, l. qui accusare, C. de eden. nam dicta confessio nullo modo valet, quoniam ut dixi emanauit propter tormenta uel metu tormentorum, quia statim, ꝙ dictus Federicus captus fuit tortus de die & dictus Scopa, & Iacobus fuerunt torti. & nullus eorum per dictam torturam confessus fuit aliquod maleficium.
21 † vnde etiam si ante capturam, uel tempore capturæ factæ de dictis inquisitis præcessissent aliqua indicia, tamen per dictam torturam fuerunt purgata, ut not. Bart. in l. pen. & fin. ff. de quæstio. & Doctor. in l. fi. C. eod. titu.
22 † ex quò sequitur quòd etiam, si vt dixi præcessissent aliqua indicia, non potuit postea aliqua inquisitio formari, nisi præcedentibus aliis nouis indiciis, ut voluit Barto. & Doctor. in dictis locis, & uoluit Angel. in d. l. si uacantia, sed nec ante capturam, nec in ipsa captura, nec post capturam, nec post primam torturam aliqua indicia fuerunt saltem legitima, de dicto homicidio committendo, ergo nec dicta cõfessio, nec dicta inquisitio aliquo modo valuerunt, ergo deficit probatio dictæ inquisitionis. igitur, &c.

23 Ex quibus † etiam patet responsio ad Gloss. in d. §. in summa, Institu. de iniur. quia sic delictum intentatum non est delictum,
24 † quia paria sunt non esse delictum, uel non posse probari, l. si duo, ff. de testa tute. sed dictum delictum & dicta inquisitio non probatur vt dixi, igitur non relinquitur arbitrium Domi. Potestati puniendi illud delictum, quod non est probatum.
25 † Vel secundò illa Gloss. in d. §. in summa, intelligitur, & intelligi debet quando communiter in ciuitate Ferrariæ, relinquitur in arbitrio potestatis ex aliquo statuto, uel ex aliqua consuetudine, consuetum fuerit arbitrari pœnam mortis, aliàs autem hoc fieri non debet argumen. not. per Gloss. & Barto. in l. si qua pœna, ff. de verb. sign. & not. Gloss. in c. super iis, in uer. arbitrium & in uersic. astringendo, de accusa. facit l. i. §. expillatores, & §. fi. ff. de effracto. & expillat. ita dicit Excellentissimus Domin. meus, Io. de Imo. & multum eleganter. in l. ii. ff. de public. iudic.
26 † Debet enim iudex arbitrari secundum quod consuetum est communiter arbitrari, & interpretari. l. quid ergo. §. pœna grauior, & ibi per Glo. Bart. Bald. & Ange. ff. de infami. & l. & si seuerior, & ibi omnes Docto. C. de iis qui no. infa.
27 † Sed inauditum fuit, quòd in criminalibus quando pœna est in arbitrio iudicis, ita quòd pœna sit arbitraria, quòd imposita fuerit pœna corporalis, immò si po-

ff potestas dictam pœnam corporalem arbitraretur posset à tali declaratione appellari. ut uoluit Bar. in d.l. si qua pœ-
28 na, † Quinimmò posset peti recursus ad arbitrium boni uiri. ut not. Glos. in d. c. super iis, quia ipse debuit arbitrari ut bonus uir l. uir bonus, ff. iudi. sol. l. i. ff. de l. ii. & non fuisset arbitratus ut bonus uir. ita uoluit D. Io. in d.l. ii. de pub. iudi. igit &c.

Nec ob secundum argumentum princi
29 palem † ꝙ dicatur commisisse crimen læsę maiestatis, quia hoc falsissimum est. Primò de iure communi, quia crimen læsæ maiestatis de iure communi est inter cætera quãdo tractatur de nece uirorum illustrium, qui sunt pars corporis principis, ut est tex. in d.l. quisquis, in princ. uel quando tractatur de morte magistratus, uel eius qui habet imperium, uel potestatem, ut dicit tex. in d. l. i. in uer. cuius
30 ue opera. ff. ad l. Iuli. maie. † sed dictus miles & dictus Gobus nõ sunt uiri illustres, nec sunt magistratus ciuitatis Ferrariæ, nec habent imperium uel potestatem, iuxta l. imperium, ff. de iur. om. iudi. & l. magistratibus, eo. tit. facit l. hos accusare, in prin. ibi, item magistratus populi Romani, eum ue qui causa rei publicæ &c. & l. iii. ibi, populi Romani magistratus uel prouinciæ præses &c. ff. quod met. cau.
31 † nam Potestas dicitur officialis ciuitatis Ferrariæ, non autem miles uel contestabilis, quia ipsi dicuntur officiales D. Potestatis, & non Communis Ferrariæ, ut d.l. iii. quod met. cau. ubi ponitur disiunctiua uel igitur, &c. Nam miles & contestabilis nullam iurisdictionem habent maximè à Communi Ferrariæ, sed habent quodam exercitium & non multum honorificum, & habent à Potestate, nam Potestas est ut fons qui dat aquam suis riuulis, & sic dicto militi socio & contestabili, ut no. Ang. in d. l. si uacantia, igitur ex quo sequitur ꝙ non obstat dictum statutum sub dicta rub. ꝙ non procedatur per inquisitio. in uer. casus autem, ibi & Communis Ferrariæ & eorum officialium &c.

Nec ob. tertium † argumentum. d. l. si quis non dicam rapere. quia multis modis potest responderi, vt ibi volunt Doctor. & not. Bart. in l. cogitationis, ff. de pœnis, uel aliter, quia statutum sub rubrica ꝙ nullus ponatur ad torturam &c. requirit etiam in assassino actum perfectum & consumatum. ibi, dum dicitur uel pretio vel precibus vulnerauerit, uel occiderit, non autem dicit si quis vulnerare vel occidere voluerit, vel de occidendo tractatum habuerit, facit l. is qui cum telo, C. de sicar. cum ibi not. per Cy. & Docto. cum ergo dictum statutum requirat actum consumatum, ergo cum dicti inquisiti, posito sine præiudicio ueritatis, quòd habuerint dictum tractatum de occidendo, cum non peruenerint ad actũ facti perfectum, quinimmò nec ad aliquem actum facti, nedum de proximo, sed nec etiã à remotis, ut d. l. is qui cum telo, & ibi Docto. ita dicit eleganter Bar. & plenè in l. Diuus, ff de sicar. & hoc etiam patet in alio statuto posito sub rub. de pœna faciẽtium vulnerare pretio &c. & ibi is autem qui impetrauit commissum condemnetur, voluit ergo illud statutum, quòd ad hoc ut assassinus qui pretio aliquem vulnerare promisserit de dicto tractatu & promissione de vulnerando, possit condemnari in amputatione manus, requiratur quòd sibi commissum
33 perfecerit & perpetrauerit, † verbis nãq; dicti statuti standum est. l. is qui nauem, ff. de exercito, maximè cum dictus potestas iurauerit seruare statuta c. i. & c. fin. de iure iur. lib. vj. Ex quo sequitur, ꝙ cum dicti inquisiti, nedum quòd dictum homicidium commisserint, sed nec deuenerint ad aliquem actum facti, ergo etiam si dicta eorum confessio teneret & inquisitio procederet, potestas non potest arbitrari ꝙ amputetur manus, uel alia pœna corporalis imponatur, cum dictum statutum imponat pœnam amputationis manus propter delictum consumatũ, ergo pro delicto consumato igitur &c.

Et potissimè cum illi qui secundum dictam inquisitionem non sint ciues ciui-
34 tatis Ferrariæ, † quia ciuis dicitur qui subiit onera ciuitatis Ferrariæ per. x. annos vt dicitur in dictis statutis. Ex quo

N sequi-

sequitur quòd et si deberent puniri dicti inquisiti de aliquo quod negatur, ad plus non possunt puniri in plus quàm xxv. libris, cum dictum homicidium non perpetrauerint, ut dicit dictum statutū sub rub. de pœna facientium uulnerare pretio, ibi & aliquod de prædictis delictis excepto homicidio contingerit perpetrari.

35 Nec ob. quartum argumentum† de assassinis, quoniam aduertendum est quòd po sito quòd possent dici assassini, tamen con tra eos per inquisitionem uel ex officio procedi non potuit, nisi præcedente diffamatione de tali delicto; ut expressè cauetur statuto sub rub. quòd non procedatur per inquisitionem, ibi, contrá assassinos, qui de talibus fuissent per prius diffamati &c. sed dicti inquisiti, non fuerunt per prius diffamati de hoc crimine, ut patet ex processu, & sup̄ dixi. igitur. Præteriá dato ꝙ de tali crimine fuissent diffamati, cum non deuenerint ad aliquem actum facti etiam mediatum, non possent puniri plusquàm in libris xxv.

36 ut supra dixi.† Ex quo sequitur quòd dictum c.i. de homici. lib. vi. quod uelle uidetur, quòd etiam si mors nō sequatur imponatur dicta pœna, intelligatur quando deuentum est ad actum facti, facit d.l. is qui cum telo, & ista est ueritas, Vel secundò dico quòd aliter disponitur ut dixi in dicto statuto sub dicta rub. de pœna facienti

37 entium uulnerare pretio. † quod statutum est seruandum. omnes populi, ff. de iusti. & iure, igitur.

38 Nec ob. vltimum argumentum† de confessione. Primò quia ut dixi dicta confessio, non potest allegari cúm habeatur pro non confessione, cúm emanauerit non præcedentibus indiciis ut dixi, secundò illud quod dicit. Innoc. & Bar. in d.l. si confessus, procedit, quando fuit rite & rectè tortus, & rite & rectè captus, & rite & rectè formata inquisi. puta præcedēti bus diffamatione, & indiciis legitimis super quibus potuit fundari confessio inquisitorum, licet processus sit inordinatus: tunc ex dicta confessione legitimè facta, & quæ ualuit, potest inquisitus condemnari: Sed quando inquisitione formanda non fuit seruata forma iuris, nec statutorum, quia dicta statuta expressè uetant posse inquiri non præcedentibus indiciis, immò quicquid factum in contrarium, non seruata dicta solennitate irritat & annullat, & sic est ibi decretum annullatiuum, ergo ad vnguem & in forma specifica, antequam formaret dictus D. Potestas dictam inquisitionem, debuit formam dicti statuti seruare. Nec etiam sufficeret si seruasset in quodam simili & in effectu ut not. Bal. & Imo. in l.i.ff. de lib. & posthu. vnde cum dicta inquisitio nullo modo subsistat, quomodò potest dici quòd dicta confessio aliquo modo ualeat, & ex dicta confessione ueniant in aliquo condemnandi? Laus Deo.

Angelus de Gambelionibus de Aretio sic consuluit ut supra.

CONS. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS DE VISSO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus se ipsum delinquentem an deferre teneatur; & nu. 2. cum seq. & infra nume. 18. cum sequent.*

2 *Promittens iuuare aliquem contra quoscunque non intelligitur contra se.*

3 *Persona loquentis an, & quando in generali sermone contineatur, & infra nu 21.*

4 *Accipientis persona non intelligitur in generali potestate & sermone.*

5 *Obligatio generalis non comprehendit ea, quæ quis non esset uerisimiliter obligaturus.*

6 *Verba quantuncūque generalia restringuntur. ne id contineatur, quod iniquum esse incipit*

7 *Item nec comprahendunt casum captiosum.*

8 *Concessum in genere ius concedentis ledere non debet.*

9 *Cum iactura propria alicui non est consulendū.*

10 *Verba non sunt amarè interpretanda.*

11 *Verba ad extraneum sensum non sunt trahenda ubi res salua aliter esse potest.*

12 *Verba generalia ciuili modo intelliguntur.*

13 *Pænitentibus dicitur non tibi dico ut te prodeas*

14 *Confiteri contra se; & se prodere, quando quis debeat.*

Sindi-

15 *Syndicus non tenetur denunciare coniunctos, uel alios quos accusare non potest.*
16 *Si de quo minus uidetur inesse, ergo de quo magis*
17 *Caritas ordinata à se ipso incipit.*
18 *Exacta diligentia in sindicis requiritur.*
19 *Fraus nemini patrocinari debet.*
20 *Fraudolenta taciturnitas non excusat.*
22 *Promittens armare turrim contra quoslibet, an teneatur armare contra se, & supra nu. 2.*
23 *Quem quis tenetur defendere contra alios, & contra se.*
24 *Gabella soluenda est de uenditione gabella facta per Commune; stante statuto, quòd de quolibet contractu soluatur gabella.*
25 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda*
26 *Vniuersale in omni sua causa, uniuersaliter & sine exceptione debet intelligi.*

CONSILIVM. LII.

EGREGIE Doctor, super eo, quod à me tua fraternitas postulauit, † an syndicus,
1 qui non denuntiauit maleficium per ipsum commisum puniri ualeat pœna statuti, uidebatur probaliter dici posse, quòd non, cum iste casus uideatur per statutum ex interpretatione legis exceptus. Syndicus enim qui promittit maleficium denuntiare, non intelligitur promisisse denuntiare maleficium à se commissum, ex doctrina Cy. in l. inquisitio veritatis,
2 C. de sol. ubi dicit, † q si promitto te iuuare contra quoscunque homines, uel promitto tibi accomodare, uel armare turrim meam contra quoscunque, quòd non uideor promittere contra me, per d. l. pro hoc, ff. de Senat. l. 1. ff. de excu. tut. l. administratores, §. fi. & ff. de cond. indeb. l. fratrer à fratre, Ad idem c. in generali, de reg. iur. in vi. & c. contractus, eo. ti. & de iur.
3 iuran. c. petitio in Gloss. † est prætereà vulgatum satis, quòd in generali sermone, non continetur persona loquentis
4 xxiii. q. v. si non licet. in Glos. ordi. † Sic & in generali sermone, & potestate, non intelligitur persona accipientis. ff. mand. l. si mandauero tibi, ut pro me, §. si cui,
5 † Sic & in generali obligatione, non veniunt ea, quæ quis non esset uerosimiliter obligaturus, ut l. obligatione, ff. de pign.
6 † uerba enim quantuncunque generalia restringuntur, ne contineatur, id quod incipit esse iniquum. l. ex facto, §. i. de vul.
7 & pup. & c. suggestum, de decim. † Item ne compræhendant casum captiosum similiter restringuntur l. ii. ff. de feriis, &
8 ff. de transac. l. cum aquiliana, † Similiter ut concessum in genere ius concedenti non lædat. ff. de ser. urb. prædio. l. si do-
9 mus, † Nec est etiam alicui cum iactura propria consulendum. xxii. q. ii. c. primum. circa medium. xiiii. q. v. c. forte. Vnde promissio facta per syndicum de maleficiis defferendis, non videtur comprehendere casum, ut seipsum defferat delinquentem.
10 † quoniam non sunt amare verba huiusmodi interpretanda; sed ciuili modo intelligenda ff. de seruitu. l. si cui. ff. de testi. leg. i. extra eo. c. licet, el secundo &c. significarunt, xxxvii. dist. de quibusdam,
11 de cler. non resid. c. ex parte, † Nec sunt ad extraneum sensum trahenda, ubi res salua aliter esse potest. de ver. signifi. c. in-
12 telligentia, & c. prætereà, † Immò ciuili modo, generalia verba intelliguntur, de rescrip. c. ad aures, & c. cum in vestra.
13 † Nam & pœnitentibus dicitur non tibi dico, ut te prodeas. de pœnit. distin. ii. §. ex
14 iis auctoritatibus, † quod maxime verum est, quando occultum esset delictum, secus si publicum, ut dicit Glo. not. v. q. i. c. ii. Quando autem quis debeat contra se confiteri, & se prodere, not. Glo. l. dist. ex pœnitentibus. Et quòd non teneatur syndicus seipsum delinquentem deffere, colligi potest ex dictis Bar. in l. diuus, ad fi. ff.
15 de cust. reo. † ubi dicit, quòd syndicus deputatus ad denuntiandum, non tenetur denunciare coniunctas personas, uel alias quas accusare non posset, secundum eũ. Si ergo non tenetur denuntiare coniunctas personas, multo minus seipsum, quia
16 † Si de quo minus viderur inesse igitur de quo magis, arg. not in auctent. multo
17 magis, † cum omnis ordinata caritas incipit à seipso. l. præses, C. de seruit. & aqua. c. i. de supp. negli. præla. lib. vi. xii. distinct. quiescamus.
18 Quid † ergo dicemus? Ista quæstio non transit sine dubio, habet enim pro utraq;

parte verisimilia argumenta, finaliter puto de iure contrarium verius concludendum; moueor quia exacta diligentia requiritur in syndicis; qui debent maleficia denuntiare ratione suscepti officii, seu mandati: secũdum ꝙ dicit Bal. in l. si quis non dicam rapere, in ult. col. C. de episco. & cleri. qui non excusantur: etiam si non sint in dolo. Sed tenetur de leui, & leuissima culpa, secundũ eũ ibidẽ, & sic uidetur, ꝙ ratione promissionis factæ præuio iuramento, de eius officio bene, & legaliter, & sine fraude exercendo, teneatur etiam seipsum delinquentem deferre: quoniam
19 fraus aliter non cesaret, † quæ nemini debet patrocinium impartiri. l. si legatarius, C. de leg. & de usur. l. eos, in fi. & ideò
20 est legum auctoritatibus diffinitum, † ꝙ fraudulenta taciturnitas non excusat. l. si ne, C. ad vell. & l. si quis seruo, C. de fur. & ff. eo. l. penul.

21 Præterea etiam. † persona loquens in generali sermone comprehenditur quando alium representat, non seipsum; secũdum Glo. in. l. inquisitio veritatis, C. de solut. & per Bar. in l. Paulus. §. fin. ff. de pigno. Sed in proposito alium scilicet officialem communis positum ad maleficia punienda repræsentat. igitur.

22 Rursus, † quando promissio est ex titulo & causa onerosa, ut est in proposito, si ꝓmitto armare turrim meam contra quoslibet, teneor armare etiam contra me, secus si gratuita fuisset, secundum Pet. &
23 Cy in d. l. inquisitio veritatis, † Et ideò dicit Gl. Decreti, quòd quem quis tenetur deffendere contra alios, & contra se. xvi. q. i. c. in sacris, Pro hac parte adduco tex. ad hoc not. in l. ab omnibus, §. fi. ff. de leg. pri. & quod not. Iac. de Are. in l. amicissimos, ff. de excu. tut. & in Spec. de cess. act §. nunc aliqua, versi. sed quid si damnum.
24 † Quinimmò consuluit Bar. in cons. suo quod incipit; statuto terræ montis politiani &c. quòd si de quolibet contractu, de quo fieret instrumentũ ex forma statuti, debet solui certa gabella, si commune uendat gabellam alteri; gabellam gabellario soluere teneretur, per l. licitatio, §. fiscus, & quod ibi not. Dy. ff. de publica. licet ergo nũquam reperiatur, quòd ego sim mihi obligatus, tantum possum me alii obligare, secundum eum in d. consi.

Hoc itidem persuadet generalis, & indefinita promissio, & obligatio generaliter facta per syndicum de singulis malefi-
25 ciis defferendis, † quæ generalia verba generaliter debent intelligi. ff. de leg. præst. l. i. quia uniuersale in omni sua causa uniuersaliter, & sine exceptione intelligi debet, ut verbum sonat xix. distin. c. i. ii. q. i. sunt nonnulli xiiii. q. iii. putant. cũ sim. & ex præmissis patet responsio ad rationes contrarium suadentes Cataldinus de Visso.

CONS. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS.

SVMMARIVM.

1 *Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
2 *Nobilis insultatus à rustico, quando sine dedecore aufugere non potest; si insultantem occidat, puniri non debet, & infra nu. 17. 18. 19. 20.*
3 *Nobiles sublimibus comparantur.*
4 *Nobiliores rusticis & omnibus sunt præferendi.*
5 *Rustici ad honores euocari non debent.*
6 *Rustici panem album comedere prohibentur.*
7 *Rusticis esus carnium est interdictus, sed cæpis, caseo & fabis vesci debent.*
8 *Rustici in omnibus rusticè agunt.*
9 *Rustici qui debent agricolis instrumentis fodere viscera terræ, humanis ociis se non committant aliena comedentes.*
10 *Rustici eorum manuum debent manducare labores.*
11 *Aristotelis dictum, confundatur rustici, qui diebus assiduis non laborant.*
12 *Iniuria personalis committitur dicendo alicui tu es filius rustici.*
13 *Nobilibus & personis egregiis frequenter inuident populares.*
14 *Superior in bona fama & laudabili subiectorum gloriari debet.*
15 *Indecorum est, ut ij debeant populum gubernare; qui non nouerint gubernare seipsos.*
16 *Cæcus si cæcum ducit, in foueam ductor prius cadit inde secundus.*

17 Ani-

17 *Animus percutiendi ex qualitate armorum cognoscitur.*
18 *Aggressor præsumitur esse in culpa, et causam dedisse percußioni inde secutæ.*
19 *Aggressus incontinenti & in flagranti actu percutiens, ad defensam facere præsumitur.*
20 *Prouocatus, quicquid facit præsumitur ad defensam facere.*

CONSILIVM LIII.

ETSI satis, sit vulgatissimum, & com
1 mune, † Quòd vim vi repellere liceat,
ff. si quadru. pau. fe. dica. l. i. §. cum arietes,
ff. de iusti. & iur. l. ut uim, de restitu. spol. c.
olim, in fin. de sen. excom. c. si verò, de ho
micid. c. i. in clemen. dummodò fiat cũ mo
deramine inculpatæ tutelæ, C. unde ui. l. i.
2 † Illud est ex toto certissimum, † quòd si
nobilis fuerit à rustico insultatus, cum fu
ga sibi cederet ad pudorem, non expecta-
to, quòd à rustico aliter insultatus fuerit
potest impunè percutere aggressorem. &
subsecuta offensione, eo casu dicitur ad
defensam fecisse. Ista fuit sententia Bald.
in d. l. ut uim, & in eandem sententiam in
clinauit Barto. in d. l. i. C. unde ui. & latius
ibi Bald. in sua repetitio. illius l. & si enim
insultatus, qui potuit aliter euadere, seq;
honestè deffendere, aliter quàm percu-
tiendo, & vulnerando aggressorem, id fa
cere teneatur; quia non licet aggresso-
rem percutere, non percussus, & hoc ta-
men fallit in nobile à rustico insultato;
quia à rustico insultatus cum fuga sibi ad
iniuriam redũdaret, potest illo casu, alio
non spectato impunè percutere rusticũ
insultantem secundũ Bal. in d. l. ut vim, &
tenet Imo. in d. c. i. de homicid. Suadet ra-
tio naturalis, & magna disproportio per-
3 sonarum, † cum nobiles sublimibus com-
parentur, ut extra de præbend. c. de mul-
4 ta, in fin. in Gloss. penult. † & sint rusticis
nobiliores, & omnibus præferendi, dicit
5 Hostien. in c. Rodulphus, de rescrip. † hinc
est, quòd ad honores non debent rustici
euocari, C. ut rust. ad nul. obsequi euocen
6 tur per tot. † Rusticorum autem genus
est adeò legibus improbatum, quòd tan-
quam humiles, & deploratæ personæ pa-
7 nem album con[illegible] prohibentur [illegible]
que est usus carnium [illegible]
pis, caseo, & fabis vesci debent, dicit Gl[illegible]
in l. seruis urbanis, ad fin. ff. de leg. iii. cum
nil eis impudentius inueniatur. xlvi. dist.
8 in prin. † & in omnibus rusticè agunt. vii.
9 q. i. c. factus est, pro dolor, † quid impudẽ
tius dici potest, & bonis moribus inimi-
cum, quàm, quòd rustici, qui debẽt agri
colis instrumẽtis fodere viscera terræ, ur
banis ociis se committant aliena come-
10 dentes, † dum debent eorum manuũ man
11 ducare labores, † Propterea Aristo. in lib.
de causis meritò inquiebat. Deus inquit,
confundantur rustici qui diebus assiduis
12 non laborant, † Et alibi dicit Gloss. quòd
dicere alicui, quòd sit filius rustici, est in-
iuria personalis ii. q. vii. c. si quis ab episco
13 po, † Amplius, & si nobilibus, & personis
egregiis frequenter inuideant populares
ut l. famosi. ad l. Iul. maie. debet tamẽ sem
per superior gloriari in bona fama, & lau
dabili subiectorum, de accusation. c. licet
15 in fin. † nam indecorum est, ut ii debeant
populum gubernare, qui non nouerunt
gubernare se ipsos. capitu. indecorum, de
16 ætate, & qualita. † quia si cæcus cæcum
ducit, in foueam ductor prius cadet inde
secundus dicit text. in cap. cum sit ars, de
17 ætate, & qualita. † Cumque rusticus ille
percussus à filio Domi. Ambrosii arma-
tus irruerit in eundem ex qualitate instru
menti, & armorum, quæ ad latus ipse
gestabat, ex quibus effectus periculi satis
poterat comprehendi, ff. de sicar. l. i. § sed
si claua, extrà de homicid. c. significasti.
in fi. Attento, quòd illi nobili fuga ad
ignominiam redundaret; concludo, quòd
licuit illi cum armis propriis, & fortius
cum armis illius rustici de eius manibus
euulsis impunè offendere huiusmodi ru-
sticum insultantem, & uim ui probabili-
18 ter propulsare, † & cum ipse rusticus pri
mò irruerit in eundem, ipse uidetur fuis-
se in culpa, & causam dedisse percussioni
inde securæ, ut dicit Bald. in l. si ex plagis
§. tabernarius, ff. ad l. aquil. facit quod no.
de restitutio. spoliato. capitu. cum olim,
19 per Innocen. † Vnde licito iure percuti
potuit incontinenti, & in flagranti actu, &
factam

factam præsumitur ad deffensam ex timore, ne percutiatur ab eo, iux. not. per Bal. in d. l. ut uim, & C. unde vi. l. i. & in d. §. tabernarius, Facit optimè de regu. iur. qui ex timore, & de homicid. c. significasti.

20 †Quia igitur iste nobilis fuit à rustico ꝓuocatus, ut dixi, quicquid posteà secutũ fuit factum præsumitur ad defensam. ff. de bo. lib. l. qui cum maior, §. si libertus, nec dicitur facere ad offensam, sed ad defensam potius d. l. 1. §. cum arietes, & §. sed si instigati, ff. si quadr. pau. fe. dic. & quia incontinenti, & nõ ex interuallo dum percussio illata proponitur, pro defensione, et non ꝓ ultione dicitur factum esse. ff. ad l. Aquil. l. scientiã, ff. fa. ercis. l. inter hæredes, & d. c. qui ex timore, & d. c. significasti.

Et ita concludo & consulo ego Cataldinus de Bonconipagnis de Visso.

CONS. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS DE VISSO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Primò insultans, & percutiens pacem rumpere dicitur.*

2 *Pax ab utraque parte rumpi non potest.*

3 *Pax an dicatur rupta, si ex noua causa alter alterum offendat.*

Intellectus & limitatio ad dicta Bar. *in l. aut facta in prin. ff. de pœn. & infra nu. 9.*

4 *Grauis uel atrox iniuria quæ dicatur & nu. 6. & nu. 10.*

5 *Vulnus quando esse dicatur.*

7 *Grauis uel leuis offensio quæ sit.*

8 *Percußio cum pugno non debet atrox iniuria reputari.*

CONSILIVM LIIII.

1 QVI primò †insultatur, & percussus est nõ dicitur rumpere pacem, sed primò insultans: quia de pace rupta tenetur prius rumpens, secundũ Barto. in l. qui fidem, ff. de transact. † nec potest pax esse rupta, & fracta ex utraque parte secundum Bart. in l. si seruum, §. requiritur ff. de uerb. obliga. & in l. cum pater, §. libertis, de leg. ii. quòd pax quæ est semel rupta ex parte unius, nõ potest per alteram rumpi, quia frangenti fidem, &c. ut d. l. qui fidem, facit quod not. Bald. in l. cum proponas. la secunda, C. de transa. & Iacob. de Aret. & Bart. in l. semel, ff. solut.

3 matri. † Sed si quæratur an ex offensione facta, ex noua causa superueniente, dicatur pax rupta, aut offensio est leuis, sine sanguine, puta uerbum iniuriosum simpliciter insultatus uel nulla percussione sequuta, non dicitur pax fracta, & præsumitur ex noua causa interuenisse, & ita intelligo Bart. in l. aut facta, in prin. ff. de pœn. facit c. cum te, de te iudica. de sent. excom. cum illorum, & c. reuertimini, & in l. i. §. mirum, in ratione sui. ff. de ædil. edic. & ii. q. i. imprimis, ff. de iniur. l. non solum, §. quamquam, & in l. Item apud Labeonem, §. prætor. ait, ibi nam si leuiter percussus, &c. ff. de iniur. Aut offensa est grauis & cum sanguinis effusione. & tunc præsumitur facta esse ex illa causa, ex qua pax fuit sequuta, & sic

4 pax fracta dicatur, †dicitur autem grauis iniuria offenso, ubicunque est effusio sanguinis, text. est in d. c. cum illorum, & in l.

5 prætor edixit, in fi. de iniur. †vbicunque enim fit scissura. seu separatio in corpore, illud dicitur esse uulnus, text. est notabilis in l. si seruus seruum, in §. rupisse, ff. ad

6 l. Aquil. † & sic atrox iniuria reputatur, ut d. l. ait prætor, §. fi. & pen. & cum l. seq. & princ. sequen. & uide Specu. quæ dicatur atrox iniuria in titu. de delega. §. nunc dicamus, uersi. quæ autem dicatur atrox, & quod not. Gloss. in l. nam ad ea, ff. de regul. iur. & in l. i. C. de requiren. reis, & in l. ii. ff. de noxa. & l. liber homo, ad l. Aquil.

7 † quæ autem dicatur grauis, uel leuis offensio iudicatur respectu pœnæ, quæ imponitur. ff. de public. iudi. l. ii. de pœn. l. ꝗ ad statum, & pro euidentia rei, patet ii. q. i. de manifesta, & not. Specu. de proba.

8 in §. iii. uersic. iiii. † percussio autem cum pugno, non debet atrox iniuria reputari secundum Ange. in l. non solum, §. si man-

9 dato, ff. de iniur. † unde ex simplici pugno, ex noua causa interueniente non diceretur

tur pax rupta, si sanguinis effusio non interueniat, Vbi autem offensio esset grauis, & cum sanguine, tunc pax fracta dicatur, nõ distincto an ex noua causa, uel uetere interce. & hoc ẽt modo limitetur dictum Bar. in l. aut facta, ut uerum sit, quãdo leuis dumtaxat offensio intercessit, secus si grauis, ut in iuribus præallegatis,
10 †In hoc tamen consuetudo regionis attendi debet, & secundum illius mores debet grauis, & leuis iudicari, Vbi deficit opinio uulgi, illa dicitur grauis & atrox, quæ illata in persona filii aut iuuenis contatus emendatione cõi puniretur, secundũ Ange. in d. §. si mandato, & est tex. in l. i. C. de emenda. propri n. facit l. sed est quæstionis ff. de iniuriis, & hoc modo puto debere distingui dictum Bar. in d. l. aut facta, in princip. ut non videatur durum, & penitus captiosum, cui allusisse videtur. Bal. x. coll. de pac. ten. c. i. in prin. alleg. Host. de immu. eccle. c. fi. in no. & est inuestigatio noua suffulta uerisimili ratione.

Cataldinns consuluit.

CONSILIVM D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis qualiter incurratur.*
Principem inferiorem offendens supremum principem offendere dicitur.
2 *Crimẽ læsæ maiestatis solus princeps remittit.*
3 *Accusare quilibet põt in crimine læsæ maiestatis*
4 *Veniam an mereatur qui crimen læsæ maiestatis patefacit.*
5 *Criminosus crimine læsæ maiestatis, nec emancipationem, nec manumissionem habet.*
6 *Crimen læsæ maiestatis post mortẽ obiici põt.*
7 *Crimen læsæ maiestatis per duellionis crimen appellatur.*
8 *Duellum in crimine læsæ maiest. a. permittitur.*
9 *Nouitates contra ciuitatis statum pacificum faciens, accerrimis pœnis est plectendus.*
10 *Nouitates propter scandala sunt euitandæ.*
11 *Nati in rebellione, non sunt ciues loci vnde sunt rebelles.*
12 *Concitantes populum ad tumultum & seditionem capitaliter sunt plectendi.*
13 *Tractatus in atrocioribus an pro effectu habeatur, & nu. 58.*
14 *Damnatus ad mortem efficitur seruus pœnæ, nec testamentum facere potest.*
15 *Prodimentum facere non dicitur, qui toto nixu procurat, iugum sæuæ tyrannidis excutere.*
16 *In uita tyrannorum, nulla fides, nulla caritas, & nulla beneuolentia est habenda.*
17 *Tyrannus quis sit. & nu. 32.*
18 *Tyrannus est talis, quòd de eius pœna & morte, quàm de eius amicitia est cogitandum.*
19 *Malefici non sunt permittẽdi uiuere super terrã.*
20 *Iniqui hominis atque praui iniusta & diabolica supplãtatio, est opprimẽda ultore gladio.*
21 *Rex iniustus est repellendus, & contra eum licitè machinatur.*
22 *Iniuriam propriam dissimulare, pium est.*
23 *Iniuriam propriæ ciuitatis cui primò quis nascitur, & regimen hominis pestilentis dissimulare, est penitus improbatum.*
24 *Magnanimitas est rerũ difficilium ac terribiliũ spontanea aggressio cum ratione.*
25 *Statutum contra committentes rebellionem contra ciuitatem, non habet locum in subuersione tyranni. & nu. 29.*
26 *Lupus rapax ac pater mendacij dicitur, qui nec vnitatem pacis in populo nec conuentionem ciuium obseruat.*
27 *Ferro curanda sunt uulnera, quæ beneficia medicinæ non sentiunt.*
28 *Impium qui iustificat, & iniustè condemnat, vterque abhominabilis est apud* Deum.
29 *Dispositio cle. pastoralis, de re iudic. non habet locum in tyranno.*
30 *Tyranni non habent vtile neque directum dominium.*
31 *Tyranni tanquàm usurpatores non sunt priuilegiandi.*
33 *Regimen sicut est iustus principatus, ita tyrannides est peruersum dominium.*
34 *Verba legis cui non conueniunt, nec eius dispositio.*
35 *Tyrannus iurisdictionem non habet.*
36 *Sententia per tyrannum in eius rebelles lata, eo mortuo, uel reuocato expirat.*
37 *Gesta à tyranno iurisdictionem non habente, aduemente iusto dominio cassari debent.*
38 *Ecclesiæ iustum dominium & regimen quod dicatur.*

CONSILIVM LV.

1 AD Rem venio,† & uidetur in terminis propositæ quæstionis probabiliter dici posse, Dominum Petrum aduersus statutum Domini Ludouici, tunc vrbis Firmanæ Dominum, &c. potuisse tanquam reum læsæ maiestatis licitè condemnari, & in eo succedere pænas à iure dispositas, de quibus latè in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiesta. & ff. eo. l. i. ii. & iii. & per casum in clemen. ad apostolicam, de re iudic. & ibi per Card. Frã. Zaba. & per Io. de Lignano in tractatu de bello, per Bart. in extrauag. quoniam nonnullos. in ver. rebelles, & uersi. rebellantis, Est enim uulgatum satis, quòd crimen læsæ maiestatis, nedum in principem maiorem committitur, sed etiam in inferiorem, & collateralẽ eius; quia ex læsione principis inferioris, ipse supræmus princeps dicetur esse læsus. ii. q. i. c. imprimis, ad fin. versi. si verò, & not. Ioan. And. de pœn. c. fœlicis, lib. vi. Hinc est quòd molientes contra statum Vicariorum ecclesiæ in terris eorum regimini suppositis, crimen læsæ maiestatis dicuntur incurrere, ut sensit Barto. in d. extrauagan. in uer. rebellando, & patet in clemen. pastoralis, de re iudica. in uer. officialibus, & vi. q. i. c. quisquis.

Similiter, & generalius loquendo crimen læsæ maiestatis committitur ubicunque quis contra urbem machinatur, uel fugit ad hostes, uel hostes iuuando, uel si nitatur prouincias rebelles facere, seu seditionem in ciuitate concitauerit, uel procuret, ꝙ princeps, magistratus, senatus, illustres, uel similes, qui pars eius sunt, occidantur etiam cogitando, ut d. l. i. ii. & iii. & d. l. quisquis, in quo crimine multa

2 specialia proponuntur, † quia crimen læsæ maiestatis per alium, quàm per Papã remitti non potest, ut dicit Ioã. And. in d. c. felicis.

d.c.felicis,allegat xxv. dist.c.sicut sanè,in fin.& xri q.i.c.frater noster,iuxta.fi.Facit
3 quod not. in c. i. de elec. lib.vi. Item † ad accusandum admittitur, qui aliàs repelleretur.ff.ad l.Iul. maie.l. famosi, & leg.
4 in quæstionibus, † Veniàq; meretur, qui patefacit antequam sit uisus, & ad actum processerit, si autem ad actum processerit ueniam meretur, sed non præmium C. eo. tit. l. antepen. in fin. aliàs autem nullam habet excusationem,siue sit reus, qui perfecit,uel cogitauit, uel quia perficere uoluit ad aliquem actum proceden do; puta recipiendo sacramentum super facinore committendo, uel aliud simile; & gladio debet feriri & omnia eius bona
5 confiscantur, ut C. eo.tit.l.pen. Et † hoc crimine commisso nihil potest criminosus,nec emancipatio, uel manumissio per eos facta subsistit,ut d. l.pen. Simile extra
6 de hæret.c. filii,lib. vi. † Poteritq; reus de hoc crimine accusari post eius mortem
7 C. eo. l. fin. † Dixit & Ioan. de Lignano in d.tractatu,quòd istud crimen lex eū ap
8 lat crimen perduellionis, † Et licet duellum etiam lege ciuili sit prohibitum, hoc tamen in casu permittitur: sicut etiam in quibusdam aliis casibus, de quibus in feu
9 dis de pace tenenda, † Et cum omnis nouitas præsumatur mala, plectiq; debeat pœnis accerrimis, faciens nouitatem con tra statum pacificū ciuitatis ut dicit Bal.
10 de constitu. princ. l.iii in princ. † Et nouitates propter scandala debeant euitari,dicit tex.in c.quod delicto, extra de cō san.& affin.in fin. & c. cum consuetudinis extra de consuet. Videtur posse concludi Dominum Petrum, pœnis in sententia contentis potuisse condemnari, & iu-
11 stissimè condemnatum. † In tantū enim huiusmodi crimen facinorosum & detestabile iudicat̄,quod nati in rebellione nō sunt ciues loci, unde sunt rebelles, dixit Bar.in l. Imperator, la ii. ff. de statu ho-
12 mi.† Et concitantes populum ad tumultum, & seditionem, capitaliter sunt plectendi, ut l. capitalium, §. solent, & ibi
13 Bar.ff.de pœn.† Nec est curandum,quod tractatus iste non fuerit effectum sortitus, quia in atrocioribus tractatus habetur pro effectu,ut d.clem.pastoralis, uersi. tractauerit, & not. in l. si quis, non dicam rapere, C.de episco. & cleri.
14 Amplius † hæredes instituti per eos non possunt ad hæreditatem uenire, quia per condemnationem capitalem est effectus seruus pœnæ, & per consequens non testatur.est doctrina Bar.ff.de pęn.l.qui ultimo,& l.qui à latronibus, §.si quis capitali, ff. de testa. per Bal. in l. i. C. de sacrosanct. eccl. & in l.i. C. de hære. institut. Spec. de instr.edi. §. compendiosè, uersi. quid de bannito, not. instit. qui. non est permi.fac.testa.§.primo.

Sed iis non obstantibus teneo contrarium; & moueor, quòd talis tractatus, & seditio, seu prodimentum non fuit contra ci uitatem, sed ad salutem ciuitatis pro li-
15 bertate consequenda. † Nec dicitur prodimentum facere, qui toto nixu procurat iugum sæuæ tyrannidis excutere, ciuitatemq; propriam, cui quisq; nascitur, & plurimum debet, sub seruitute tyranni ca constitutam in libertatis supremum bonum reducere, quæ nullo potest præmio comperari, ut Florentinus uates asseruit, Libertà ua cercando, ch'è si cara &c. Et illud Non bene pro toto libertàs
16 uerditur auro, † Dicit enim Bar. in tractatu de pace,quòd in uita tyrannorū, nul la fide, nulla caritas, & nulla beneuolen-
17 tia est habenda, † Est enim tyrannus uir deceptionis, illudens,detractationis artifex, figulus falsitatis,bonorum inimicus, malorum sublator, omnium trucidator, insipientium aduocatus, malorum omnium, & factionum artifex, particeps, & magister, bonorum metus, malorū gloria, legum peruersor, pupillorum oppressor, & uiduarum accerimus deturpator, & hæc omnia persequitur philoso-
18 phus iiii. & v. ethicorum uel polit. † Et Liuius de bello Macedonico lib. viii. testatur, ꝙ talis est tyrannus. ꝙ de eius pœna,& morte, quàm de eius amicitia sit co
19 gitandum, † Et in exodo scriptum est,nō patieris maleficos uiuere super terram,
20 exo. xxii. & xxiiii.q.v.§.ii.† Et dicit Canon,quòd iniqui hominie atq; praui,iniusta & diabolica supplantatio est opp: méda,ul-

sumatum ut ff. de extraor. crimi. l. i. in fine & l. si fugitiui, C. de seru. fugit.
56 Adduco † ad hanc partem. c. perpetuo, de elec. lib. vi. ubi pœnam à iure statutã contra eligentes scienter indignos, non incurrit, is, qui cogitauit, & uenit ad actum sed non perfecit, Ad idem facit, de homici. c. sicut dignũ, §. illi autem, ibi. si ex illa correptionem, Ad idem facit, de clerico pu
57 gnant in duello. c. i. † Ad idem facit, quia ille, qui uoluit percutere clericum, & uibrauit baculum contra eum, sed nõ percussit, non est excommunicatus, ut not. Vgol. xvii. q. iiii. c. si quis suadente, & Ioã. de pœn. dist. i. c. si quis pulsatus, facit quod not. in Glos. i. extra quod met. cau. c. i. lib.
58 vi. † Factum nãq; consumatũ exigitur ut quis plecti possit pœna mortis, ut C. de abolit. l. ii. ibi dum dicitur patria oppugnata, vel prodita, quia; dicta participia denotant actum perfectum; quid enim profuit conatus, si effectum non habuit? ut l. i. §. hæc uerba, ff. quòd quis. iur. quæ lex, canonizata est, de pœn. dist. i. c. hæc autem, & hoc tenuit Cy. Bar. & Bal. in d. l. si quis non dicam rapere, & Ray. de For. liuio. in l. qui ea mẽte, ff. de furt. & ibi. Bar. & Gandi. in tit. de homicid. in uersic. pono quæstionem, & est communis Doctorum sententia.
59 Nec † uidetur obsistere l. is qui cum telo, C. de sicar. & l. i. §. Diuus, ff. eo. tit. & d. l. si quis non dicam, quia licet illæ leges dicant, quòd ille, qui uenit ad actum proximum, in atrocioribus punitur pro consumato, debẽt intelligi, quòd puniatur ex dictis legibus nõ tamẽ ꝙ puniatur eadem pœna, quem admodum si perfecisset, & hoc sentit Glos. in d. l. si quis non dicam, Facit l. i. ff. de extraor cri. & l. aut facta, §. euentus, ff. de pœn. & quod not. Innoc. in c. tua, de symo. ubi dicit quòd lex humana requirit factum cum uoluntate,
60 † & ideò pœnæ quæ facto ascribuntur, ut est pœna irregularitatis apud Canonistas, solo tractatu non incurritur, ut d.
61 c. ad audientiam, Illud uerò, † quòd tunc Ciuitas dicitur commota, & turbata, quãdo homines relinquunt artes suas, & claudunt stationes, seu apothecas, & ministeria. Bal. elegantet in l. obseruandum, §. antè uerò, ff. de off. præsid. circa prin. & probando prædicta ꝓbatur turbatio ciuitatis secundum eũ. Nec dicat quis, ꝙ D. Ludo. erat in dicta ciuitate vicarius pro
62 ecclesia, † quia ex quo à principio fuit usurpator, & uiolentus possessor, nil sibi profuit posteà titulus acquisitus, ut l. au-
63 ctoritatem, C. unde ui. † Per quàm l. dicunt Doctor. ꝙ Tyranni, qui usurpant ciuitates nõ possunt posteà eas habere, uel obtinere in titulum. Nec ualet cõcessio: ꝓ hoc facit, xii. q. ii. c. alienatum, & instit. de
64 re. diuis. §. si quis pro tempore, † Benefacit Glo. xvi. q. vi. c. placuit, quæ dicit quod literæ confirmatoriæ nil prosunt uiolento possessori. Ita consulo Cataldinus de Boncompagnis Iu. Vtri. Doctor.

CONSI. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS DE VISSO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Detentus sub fida custodia quis dicatur.*
Commentariensis non tenetur pro detento sub fida custodia qui aufugit.
2 *Custos carceris non tenetur pro carcerato aufugiente, qui est in casu absolutionis.*
3 *Detẽtus iniustè à potestate, aufugiẽs nõ tenetur.*
4 *Recedere de loco qui non potest, libertate sua est spoliatus.*
5 *Carceratus dicitur, qui à loco pro carcere assignato exire non potest.*
6 *Custos carceris non liberatur à carcerati custodia, per potestatem recommendati, licet potestas ad custodiam famulos suos miserit.*
7 *In carcere quando quis esse dicatur.*
8 *Vinculis solutus dicitur, qui est sub custodia alicuius*
9 *Mitria ad domum transmissa eodem modo infamat. sicut, si actualiter super caput ĩposita esset.*
Pœnæ capitales, quæ sint, & quæ non capitales.
10 *Ictus fustium non est pœna capitalis.*
Membri mutilatio pœna capitalis dicitur.
11 *Pœna mitriæ non dicitur capitalis.*
12 *Mitriatus infamis reputatur.*
13 *Mitrandus aufugiens de carcere, non potest eludere pœnam mitriæ.*
14 *Paria sunt aliquid facere, vel eius simile.*

CONS.

CONSILIVM LVI.

1 CHRISTVS. In hoc proposito dubio breuiter dico, † quòd ille dicitur sub fida custodia detineri, qui detinetur ligatus, adeò, quòd si aufugit Commentariẽsis dicitur excusatus, l.1.§.fi.in Gl. sup ver bo ꝑmittitur, ff. de ser.fugi.accedat, quod not. Inno.in c.nuper, de sen.excõ. ubi posuit qualiter dicatur quis sub fida custodia detineri, & quod scribit Bal.in c.si iudex, in uerb.securè, de pac.tenẽ.ubi dixit, quòd ille dicitur sub secura, & fida custodia detineri, qui de eius manibus non effugit.

2 Fateor autẽ, quòd custodes carcerum excusantur, si aufugiens ueniebat rationabiliter absoluendus, secundum quod dicit Glos.not.in l.si pecuniam, §.Sed si acceperit, in Gloss.ult. ff.de condit.ob. cau. not. Ang. doctor meus in l.sub conditione

3 §.fi.ff.de condi.insti.† Ideò alibi dixit Barto.quòd si aliquis tenetur à potestate, uel capitaneo iniustè, ꝙ ipse aufugiẽs non tenetur, ita dicit ipse in l.vis eius, C.de ap-

4 proba. Item dico, † quòd qui non potest de loco recedere parum differt à captiuitate, & uidetur spoliari libertate sua, dicit Glo.decreti xxxvi.quæst.i.de raptoribus,

5 † Propterea dicebat Inno.in c.nuper, de sen.excom. in prin. ꝙ omnis ille dicitur carceratus cui locus pro carcere assignatur, ita, quòd illum locum exire non potest, & ire quo uult secundum eum.

Quid plura? certè de facto uidemus, ꝙ

6 † ultra Commentarienses ad custodiam carcerum de publico deputatos, Iudex familiares suos apponit ad custodiam carcerati; & an tunc liberentur Commentarienses per appositionem dictorum custodum. Dicit Barto.quòd non, ex quo in carcere remanet captiuatus, secus, si ipsorum custodum custodiæ dimittatur, secũdum Barto.qui ita not.in l.si ut certo, §. si de me, ff.commo. Facit quod idem scri-

7 bit in l.mora, ff.solu.matr. † Quando autem quis in carcere esse dicatur, no. Innocen.in d.c.nuper, per Gloss. in l. succurri-

8 tur, ff.ex quibus cau.maio. & ibi dicit, † ꝙ dicitur vinculis solutus, qui est sub custodia alicuius, cõcor.l.ii.ff.de libe.homi.exi- & l.neque, de uerbo.signifi.

9 Quo† ad mitriam missam ad domum dicti carcerati, dico quòd pœna mitriæ non est de genere capitalium, nec istud de iure cautum reperitur in iure, quoniã tres sunt pœnæ capitales dũtaxat; scilicet mortis, metalli, & deportationis. Non capitales sunt relegatio, infamia, & dignitatis amissio. Ista fuit theorica Inno.in c.qualiter, el secundo in Glo.quando agitur, de accusation.not.Bald.in l.quid ergo, §.pœ

10 na grauior, ff.de infa. † Quinimmo ictus fustium non dicitur pœna capitalis, licet secus sit in mutilatione membri, secundũ Bal.qui hoc tenet, in l.trãsigere, C.de trã

11 sact.in uer.uenio ad quæstionem. † & sic fortius pœna mitriæ non dicitur capitalis ex quo ictus fustium non dicitur capitalis, secundum Bald. facit ratio manifesta cum ex illa pœna sanguinis non veniat inferenda, nec sit corporis afflictiua, sed affli

12 ctiua extimationis, & famæ, † cum taliter mitriatus infamis debeat reputari, secundum Bal.in d.§. pœna grauior, & Barto.in l.infamem, ff.de publi.iudi.ubi facit mentionem de hac mitria, & in l. 1. ad l. Iul.ambit.& in l.ii.ff.ad l.Iul. de vi publi.

13 † Item mitriandus fugiendo de carcere non potest eludere pœnam mitriæ, nam quantum ad effectum infamiæ irrogandæ satisfactum esset curiæ, quantum ad iuris effectum si dicta mitria sibi ad domum mittatur, ut præsupponitur missam fuisse, & ita fieri sepissimè de facto uide-

14 tur, † quia non refert, an aliquid fiat.uel eius simile, ff. manda l.fina.xxxvii.dist.c. ideò. Vnde conclusio est, quòd mitria trãsmissa ad domum, eodem modo infamat, sicut si esset actualiter imposita super caput. Cataldinus.

CONSILIVM D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Notarij simplex schedula facit fidem, & illud probat quod in ipsa scriptura infilzata deducitur.*

2 *Actus iudiciarij testes non exigunt.*

3 Con-

3 *Contenta in actis notoria non sunt.*
4 *Iudicis tribunal ubi esse dicatur.*
5 *Vbi Papa ibi Roma.*
6 *Acta facta in palatio ualent, licet locus tribunalis non exprimatur.*
7 *Ordinarius alium locum quàm tribunal iustitiæ consuetum potest eligere, dummodo locus sit publicus & honestus.*
8 *Causæ breues possint expediri, etiam iudice pro tribunali non sedente.*
9 *Summariè ubi proceditur, sufficit acta fieri in domo uel camera coram iudice.*

CONSILIVM LVII.

IN CHRISTI nomine Amen. Ad primum quæsitum breuiter respondeo,
1 † quod non est dubium, quòd nedum scriptura huiusmodi publica manu dicti ser Antonii facit fidem, & probat, id, quod in ea deducitur sed etiam simplex filcia notarii facit fidem, & probat illud, quod in ipsa scriptura in filzata deducitur. Casus est rectè intelligenti in l. Sempronia libellos, ff. de fur. per quam l. hoc tenuit Doctor clarissimus omni æuo. D. Nicol. de Neapoli, & est dictum memoria satis dignũ.
2 † Quod verum puto, ex quo actus iudiciarii testes non exigunt, ut extra de probation. cap. quoniam contra, & de præscri
3 prio. c. ad audientiam, per Inno. † & ideò dixit Innoc. quòd ea, quæ continentur in actis, sunt notoria in c. ex insinuatione, de appellatio.
4 Circa secundum, certum est, † quod iudex pro tribunali sedendo, uel non sedendo potest vbicunque procedere, & causas terminare, quoniam tribunal iudicis ibi est & ibi dicitur pro tribunali sedere, ubi & quotiens de causis ciuilibus iam cognoscit, & hoc sentit expresè Bal. in l. i. C.
5 de sen. ex bre. recit. Facit, † quia ubi Papa ibi Roma. lxxxiii. dist. c. legimus, propè fin. & not. Spec. de offic. lega. §. finitur, uersi. Item quàm cito in fine.
6 † Pro hac opin. adduco signanter dictum Guiel. de Cun. in l. comparationes, C. de fid. instru. ubi dicit, quòd acta quæ fiunt in palatio, ualent, licet non sit expressus locus tribunalis; quia demonstratio huiusmodi tribunalis venit in consequentiam rei demonstratæ, allegat, l. 1. C. de apo. pu. lib. x. Facit quod not. ff. de iudi. l. ubi locus. Sat ergo dicitur factum delictum iudice pro tribunali sedente, ex quo factum est coram eo, dum esset in exercitio officii, quia ubicunque ius redditur, dicitur esse tribunal iudicis secundnm Bal. in l. fina. ff. de iusti. & iure,
7 † facit, quod notat Innocen. de uerbo. sig. c. cum olim, in Glo. maledicunt. nam ordinarius potest eligere alium locum, quàm tribunal Iustitiæ consuetum, l. si ut proponis, la secunda, C. quomodo & quando iudex. dummodò locus sit publicus, & honestus. l. cum sententiam, cum ibi not. C. de senten titu. generali, hoc probatur per Gloss. quæ quærit de sedente super equum in l. i. C de sen. ex breui. rec. Nam nullus ordinarius habet adeò determinatam sedem, quin posset eligere alium locum. l. voluit, de interroga. actio. & est expressum in c. cum episcopus, de offic. ord. lib. vi. D. Old. dicit quòd de iure ciuili nõ ualet sententia, uel actus contentiosè iuridicè alibi factus, quàm in loco deputatæ sedis, sed de iure Canonico valet secundum eum in quæstione quam disputauit, quæ incipit, cum uilla proniæ pro quo facit optimè, l. prætoria, C de oper. pub.
8 † Prætereà huiusmodi breues causæ possunt expediri, etiam iudice pro tribunali non sedente, ut d. l. voluit, & d. l. prima,
9 C. de sen. ex breuicu. recit. † & alibi dicit Gloss. quòd ubi proceditur summariè, sufficit si acta facta sunt in domo vel camera coram iudice, ff. de acc. l. leuia, per Guiel. in l. nec quicquam, §. de plano, ff. de officio procons. Cataldinus.

CONS. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens possessionem alicuius arando & seminando, an dicatur possessorem in possessione turbare.*
2 *Dolus ad delicti punitionem exigitur.*
3 *Ignorantia qualibet excusat à dolo.*

4 Crimen

4 Crimen non committitur sine dolo.
5 Accusatus de turbata possessione, dolo non probato, debet absolui.
6 Perticare & arare terram est actus culturæ, & de se non est de genere prohibitorum.
7 voluntas ex qualitate facti præsumitur.
8 Qui possessionem alicuius ingreditur, & ibi potat uites, non dicitur possessorem in possessione turbare.

CONSILIVM. LVIII.

1 CHRISTVS. Idem † quod supra elegantissimè consultum est per spectabilem militē, & eximium legum Doctorem, Dominum consulentem, arbitror iuris esse. Suadet hoc defectus probationis qualitatis, in accusatiōe turbationis prædictæ per accusatorem videlicet doli si-
2 gnanter expliciti in eadem, † qui semper ad punitionem delicti exigitur; text. est melior, qui sit in iure, secundum Bald. in l.i.§.quid in factum, uer. nec adiicitur, ff.de iis qui deie.uel effud. Vbi ad punitionem delicti semper requiritur dolus, licet de dolo statutum mentionem non faciat & ita multoties consului per l. illam faciunt notata per Barto.in l.i.§.hæc actio, & §. non autem, ff. si quis test.lib.esse ius fue. Cum igitur dolus accusati arguatur; nec probatus existat, non potuit condē-
3 nari, † cum quælibet ignorantia excusare habeat quem à dolo, ut l.plagii criminis, C. ad l. Fauiam. de plagiar.& l.de ætate, §.interdum, ff.de interrogati. action. de
4 uent.inspicien.l.i.§.si omnes, in fin. † & crimen non committitur sine dolo.ff.pro socio.l.meritò, & l.nec exemplum, C.de fal-
5 sis. † Vnde iustis, siue iniustis rationibus motus accusatus de huiusmodi turbatione, dolo non probato, est protinus absoluendus, secundum Bart.in d. l.i.ff si quis test.lib.esse ius fuer. Facit quod notat Bal. C.de rei uendica.in l.ordinarii. quod maximè verum est, quando statutum dolū exigeret, sicut est statutum de quo supra si ipsius statuti verba notentur; patet ex illis verbis, inuaserit, apprehænderit, vel occupauerit, &c. patet ex notatis, in l.si quis in tantam.C.unde vi. & l.doli, iūcta l i.in princip. ff.de ser. corrup.
6 Nec est uerum † quòd arare, & perticare sit de genere prohibitorum simpliciter ut sic dolum & voluntatem includat; &
7 † ex qualitate facti præsumatur voluntas ut l.qui uas, §.vetare, ff.de fur.l.i.§. Diuus ff.de sicar. quia perticare, uel arare terram est actus culturæ, & de se non est de genere delictorum, ac etiam de se non est actus, qui faciat præsumi domini voluntatem, cum ad eius commodum tendat. Allego Glo.not de pœniten.distin. i.vul-
8 garis † Vnde consuluit Bald. ꝙ ille, qui ingreditur possessionem alicuius, & ibi potat vites, non dicitur possessorem in possessionem turbare, ratione prædicta in suo consilio incipiente, Visis actis, &c.

Cataldinus.

CONS. D. CATALDINI DE BONCOMPAGNIS.

SVMMARIVM.

1 Pœna amissionis uitæ rapienti mulierem honestam imponitur, & deprahensus in instanti crimini, potest impunè à coniunctis occidi, & fugiens vbicunque comprehendi potest, & ad mortem damnari, & pœna imposita rapienti, imponitur receptanti, uel fauorem præstanti.
2 Damnatus pro crimine raptus, non appellat.
3 Consensus mulieris non sufficit ad euadendum pœnam raptus.
4 Persuasio odiosa plus est quàm violēta coactio
5 Iniuria, licet volenti non fiat, tamen patri raptæ iniuria illata censetur.
6 Voluntas raptæ non excusat à pœna raptorem.
7 Qui volentem retinet, dummodò circumuenerit non sine dolo retinet.
8 Pater inuito filio, iniuriarum agit.
9 Rapta raptori, de iure ciuili nubere nō potest:
10 Raptor siue raptam in vxorem ducat siue non, capite est plectendus.
11 Raptæ ex testamento capere prohibentur.
12 Pax, concordia, & transactio super crimine raptus fieri prohibetur.
13 Maritus rapiens uxorē non tenetur pœna raptus quia in uxorē manus iniectionē habet, omnēq; potestatem, & illi debitum reddere tenetur
14 Rapiens sponsam propriam, an pœna raptus teneatur, & infra.nu.28.31.33.& nu. 34.

15 Inter

15 Inter sponsum & sponsam, an cadat quasi possessio, & nu. 35.
16 Matrimonium parentum consensum exigit de iure ciuili, secus de iure Canonico, nu. 43.
17 Filiae discentiendi à patre solum licentia conceditur, si ei turpem, uel moribus suis indignum sponsum pater eligat.
18 Rapta quo casu sit parentibus reddenda.
19 Rapere quando quis dicatur.
20 Puellarum raptores, qua poena de iure canonico plectantur.
21 Rapinam consulentes, comitantes, & euntes ut defendant non ut rapiant, uel ut pacificent, ad quid teneantur remissiuè.
22 Rapina in quibus committatur.
23 Poena raptus secundum Canones, locum non habet, nisi cum sponsa alterius rapitur.
24 Rapta raptori, de iure canonico, peracta poenitentia nubit.
25 Sponsam de futuro raptam, non cogitur sponsus recipere.
26 Capitula quòd rapta cum raptore contrahere non possit, quomodò intelligenda.
27 Raptus quando fieri dicatur, & nu. 30.
29 Desponsata & posteà rapta, non est inter raptas numeranda.
32 Sponsam alterius rapiens, poena raptus tenetur.
33 L. unica C. de rap. uirg. secundum Canones hodie est correcta.
36 Nemo praesumitur re sua uitiosè uti.
37 Sponsam propriam rapiens, non incidit in constitutionem, l. si quis in tantam, C. unde ui.
38 Inter sponsum & sponsam matrimonium esse dicitur.
39 Solus consensus matrimonium facit.
40 Matrimonium quid sit, siue nuptiae.
41 Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas.
42 Quandoque bonus dormitat Homerus.
44 Paterna potestas adueniente adulta aetate soluitur quoad matrimonium carnale, & spirituale, & quoad iuramentum.
45 Filiae etiam praeter uoluntatem parentum nubere possunt.
46 §. Illud, in princ. insti. de nuptijs hodie corrigitur.
47 Pater an teneatur dotare filiam praeter eius uoluntatem maritatam.
48 Pater an & quando possit exhaeredare filiam, quae praeter eius uoluntatem nubsit.

CONSILIVM LIX.

CHRISTVS. Circa consultationem propositam videtur probabiliter posse dici, dictos impetitos de crimine raptus praefatae mulieris plectendos esse debita poena legis. Sanxit enim iuris ciuilis au-
1 ctoritas, † quod pro raptu mulieris honestae poena amissionis uitae imponatur, & deprehensi in instanti crimine possunt impunè à coniũctis personis occidi, & fugiẽtes vbique comprahendi debent, & ad mortem damnari, & eadem poena mortis imponitur illis, qui mulierem raptam receptant, uel praestant in ipso actu auxiliũ,
2 vel fauorem † & damnatis occasione rapinae non permittitur appellare, ut haec omnia habentur, in l. vnica, C. de rapt. uirgi. & in l. raptores, C. de episco. & cleric. & in
3 l. 1. §. Item diuus, ad l. Corn. de sic. † Nec sufficit consensus mulieris ad euadẽdum poenam raptus d. l. vnica, C. de rap. uirgin. & in corp. de rap. mulier. quae rap. nub. col
4 la. ix. † quia odiosa persuasio plus est, quã uiolenta coactio, ff. de lib. ho. exhib. l. iii. §. si quis volentem, de ser. corrup. l. i. §. per
5 suadere, & in d. l. raptores, per Cy. † quia licet volenti non fiat iniuria, l. i. §. vsque adeò, ff. de iniur. tamen patri illius raptae illata iniuria censetur secundum Glos. in d. auct. en. de rap. mulie. quia decepta, & seducta praesumitur, ut not. Dyn. in regu.
6 scienti, lib. vi. † quod etiam Iure Canonico comprobatur. xxxvi. q. ii. c. raptores, ubi dicit text. quòd uoluntas raptae, non excusat à poena raptorem. Ad idem xvi.
7 quaestio. vi. placuit, † nam & qui uolentẽ retinet dummodo circunuenerit, non sine dolo retinet. d. §. si quis uolentem, Immò ageretur tunc contra raptorem inui-
8 tis raptis. † Item pater agit iniuriarum, inuito filio, d. §. usq; adeò, secundum Glo.
9 in d. c. raptores, † Quinimmò de iure ciuili, mulier rapta raptori nubere non po
10 test d. l. unica. † & siue eam ducat posteà in uxorem, siue non, capite sunt plectendi, ut ibi etiam tenet Azo. in summa. eo. titu. & Dyn. in l. in concubinatu, ff de concub. & si nubit cum raptore non ualet,
11 † & ex testamento rapientis omninò capere

pere prohibere, ut est expressum in d.auc-
12 tent. de rap. mulie. colla. ix. † Et in tantum crimen raptus leges damnabiliter detestantur, & super ꝙ dicto crimine omnis pax, concordia, & transactio fieri prohibetur, ut probat tex. secundum Cy. in d.
13 l.unica. C. de rap. uig. † Plus dicit Bal.in d.l.raptores, de epi.& cleri.ꝙ licet rapiẽs uxorem non teneatur pœna raptus, quia habet in eam manus iniectionem, & omnem potestatem, & tenetur sibi debitum reddere, ut l. si cum patronus, ff. de oper. liber.& l. i. in fi.cum l. sequen. ff. de libe.
14 exhib. † Secus tamen est in sponsa rapta, quæ nondum erat ad domum uiri traducta secundum eum in d.l.raptores, & huic opinioni inhesit etiam Bal. in d. l.unica.
15 de rapt. uirg. † dicens ꝙ inter sponsum & sponsam non cadit quasi possessio, & in re tantum possessa competit manus iniectio. de rest. spolia. c. ex parte, per Innoc. ideò competit pœna raptus etiam in sponsa; & uidetur expressum in d. l. unica.C.de rap.uirg.ad medium;refert Glos.
16 in c. cum causam de rapto. † Rursus in matrimonio,cum parentum cõsensus exigatur C.de nupt.l.filium, & ff.de ritu nu-
17 ptia l. nuptiæ,† nec filia secundum leges debeat contradicere, nisi pater dederit ei turpem, uel moribus suis indignum.ff. de spon.l.sed quæ patris, Sat uerecundum uidetur dictæ dominæ absq; patris consensu inscio patre, & protinus reluctante adhesisse raptori, & se cum eo nuptiis col-
18 locasse † cum rapta, eo casu parentibus sit reddenda xxxvi. q. ij. c. si autem, & §.
19 hac auctoritate, † cum & rapere dicatur eo ipso ꝙ mulierem detinere trahit, licet ad locum destinatum non perduxerit, dicit Bal.in l.sed eximendi, ff.ne quis eum, qui in ius uoc. ui exi. per tex. illius l.in verbo,sed sua.
20 Qua † autem pœna de iure canonico plectantur raptores huiusmodi puellarum, habetur xxxvi. q. i. c. raptores,& q.
21 ii.de puellis & extra de rapto c. i. † Et ad quid teneatur in iudiciali, & pænitentiali foro consulentes rapinam uel comitantes raptorem, uel euntes ut defendant, non ut rapiant; uel euntes ut pacificetur, pulchrè retulit Inno.& Io.And.post eum in c.sicut dignum, ex. de homi.tangit aliquid Bar. in l. in furti, §. ope, & in l. is qui opem,ff.de furt.& in l.ii.§. si quis non homines,ff. ui bo. rap. quod ulterius non prosequor.
22 Quid ergo dicemus † Contrarium uidetur mihi necessariò concludendum inter minis propositæ quæstionis, uidelicet dictum Ioannem de raptu dictæ Vanuntiæ, non posse modo aliquo impetiri, & ad pœnam aliquam non teneri, & per consequens tam ipsum quàm dictum Angelum, & Marianum eius socios forè per Potestatem terræ Gonessæ à dicta accusatione contra eos de raptu instituta protinus absoluendos,Pro cuius dubii uberiori condimento, sciendum est, quòd in hac materia raptus mulierum est reperire plures casus; quia aliquando uis infertur parentibus, & non puellæ, & hoc est quando puella, quæ ducitur, raptori consenserit. Aliquando violentia infertur utriusq„ & hoc est,cum raptor cum rapta cõfugerit, & fœminam ipsam uiolentam pertulisse constiterit. Aliquando puellæ & non parentibus uis infertur, Cum de uoluntate patris puella uiolenter adducitur, ut eius patiatur concubitum, cuius copulæ nunquàm consensum adhibuit; & isto casu raptor neq; patentibus, neq; puellæ uim intullisse uidetur,cum neq; illis prohibẽtibus, neq; illa renitente uiolenter sit abducta.Aliud est enim aliquem promissionibus seducere, aliud sibi uim inferre. Vnde cum neutri vis illata probetur, raptor hic dici nõ debet. Istam distinctionem facit tex.ad literam.xxxvi. q.i.c.de raptoribus. §. ex hac auctoritate,
23 Rursus sciendum est, † quòd hodiè secundum Canones pœna raptus locum non habet, nisi cum sponsa alterius rapitur. xxvij.q.ij.c.statutum, & not. ii. q.iii. §.sed notãdũ,in fi.de secun.nupt.c. pen.& ult. & de hæret. c. cum secundum, lib. vi.
24 in Glo.quæ incipit, cum parentes † Item sciendum est quòd hodiè secundum canones,raptor bene potest ducere raptã in uxorẽ,peracta pœnitentia,extrà de adult. c.i.& iii.de rapt. c.cum causa, xxxvi. q. ii.

P c. de-

c.deniq; , & est expressum , extrà de rapt.
c.accedens, nisi sit sponsa de præsenti alte
25 rius , tunc enim illi reddenda est, † Sed si
est sponsa de furto , non cogitur eam re-
cipere. xxvii. q. ii. c. raptor, & c. sequenti
secundum tanen leges non potest cum
26 ea contrahere. C. de rapt. uirg. l. 1 .† Ca-
pitula ergo quæ dicunt , quòd non possit
rapta contrahere cum raptore , intelligen
da sunt , quando rapta non consentit in
matrimonio raptoris , sed potius in stu-
prũ. Vel intelliguntur, quando aliquis ra-
puit sponsam alterius. Ita dicit. Gl.xxxvi.
q.ii.in summa.

His præmissis, redeundo ad terminum pro-
positæ quæstionis , dico in terminis no-
stris nullum raptum fuisse , ex quo dicta
mulier uolens accommodauit assensum,
27 † quia illa dicitur rapi, quæ per uim trahi
tur , cũ rapina uiolentiã comitetur, dicit
Bal.in l. sed eximendi, ff. ne quis eum qui
in ius uoc. ui exi. Nec potest dici rapta
quæ se uolens rapiendam exposuit , dicit
tex.xxvii.q.ii.c.lex illa, Nam cum propo-
natur in themate, dictam Vanutiam ab
ipso Ioanne desponsatam fuisse , absit,
à quolibet bene instituto , ut rapta quo-
modolibet dici possit : tum quia eius in-
28 tercessit uoluntas, † tum etiam, quia ho-
die de iure canonico est specifice diffini-
tum, ꝙ in sponsa propria raptus non com
mittitur, quia non separatur uera posses-
sio , & quasi possessio statim haberi uide
tur. Ita dicit Glos.xxxvi.q 1. lex illa præ-
teritorum concordat xxvii. q. ii. lex illa,
ut est expressum, ex.de rapto.c. cum cau-
sa, ubi dicit Glos. quòd secundum leges
licet in sponsa propria admittatur ra-
ptus. C.de rapt.uirgi.l.i. Canon tamen in
hoc legi præiudicat, per d. c.cum causa,&
per d.c.lex illa, xxxvi.q.i.& not. Glos.ea.
29 ca.q. ii. c. de puellis, in Glos.ult. † & sic
cum dicta mulier per prius fuerit despon
sata, non est inter raptas numeranda , sed
inter alias desponsatas , ut dic. tex. ad li-
terã.xxvii q. ii. c.lex illa, unde dixit Glo.
h. ꝙ hodie secundum canones l. i. C. de
rap.uirg.nõ habet locum in c. si quis de-
30 sponsatam,xxvii. q. ii. † Tunc enim ra-
ptus fieri dicitur, cùm puella à domo pa-
tris uiolenter abducitur , ut corrupta in
uxorem habeatur , siue puellæ solum mo
dò, siue parentibus tantum, siue utrisque
uis illata constiterit , & eo casu imponi-
tur pœna mortis, Textualia uerba xxxvi.
31 q. 1. c. lex illa,† & ibi dicit Glos.quòd il-
lud Iustiniani , quòd in sponsa propria
raptus etiam committatur. C. de rapt.
uirg. l. unica, per Canones hodie est cor-
rectum, per d. c. cum causa, de rapto. & c.
seq.& c.si quis uirginem, xxvi. q. ii.quia
in sponsa mea raptum non committo , ut
32 in dictis iuribus, † In sponsa autem alte-
rius , si rapiatur ab aliquo , pœna raptus
etiam secundum canones locum habet
xxxvii.q.ii.c.statutum,& not.Glo.xxxvi.
q.ii.de puellis.

Restat respondere ad rationes contrarium
33 suadentes,† Ad l.unicam. C.de rap.uirg.
respondeo simul cum Glo. quòd lex illa
hodie secundum Canones, quatenus uult
in sponsa propria raptum committi , non
uendicat sibi locum, dicit Gl.xxvii.q.ii.c.
si quis desponsatam , & xxxvi. q. i. c. lex
illa,& in c.cum causa, de rapto. Est etiam
in alio, d. l. unica, per canones correcta,
quia hodie raptor potest raptam ducere
uxorem , si prior dissensio transeat post
modum in consensum , ut est expressum;
34 in c.ulti. de rapto. Nec † habet obstare
decisio Bal. ꝙ in sponsa propria nondum
ad domum traducta, locum habeat pœna
raptus, cum inter eos non cadat quasi pos
sessio, ut dixit Bal.in d. l. rap tores, C. de
episco. & cler . & in d. leg. unica. C. de
rapt. uirg. ubi idem sensisse uidetur ; quia
certè hæc sua decisio est contra casum in
terminis , de quo ipse pro tunc recordiũ
nullum habuit, in c. si quis uirginẽ. xxxvi.
q. ii. & ex.de rapto. c. cum causa , & in c.
lex illa , xxxvi. q. i. in quibus iuribus est
specificè diffinitum , quòd rapiens spon-
sam propriã, raptor dici non potest ; & in
eo non uendicat sibi locum pœna raptus.
35 Nec † est prætereà uera ratio , qua Bal.
ipse mouetur, ꝙ inter sponsum & spon-
sam non cadat quasi possessio , quia con-
trarium dicit Glos. cuius ipse non memi-
nit xxxvi q.1. Lex illa, ubi dicit Glo. quòd
in sponsa propria ideò raptus nõ cõmit-
titur,

36 titur, †quia nemo præsumitur, quod re sua uitiosè utatur, ff. pro socio. l. meritò,
37 † nec incidit rapiens sponsam in constitutionem. l. si quis in tãtam C. unde, ui. quia libera persona non possidetur, & sic non est necesse, quòd spectet quousque in eũ sponsæ possessio transferatur; quia intelligitur eam possidere, quàm cito sponsalia intercesserunt. Vnde non uerè dicitur raptor, cum sua possessiõe utatur, Ista sunt ad contextum uerba Glos. in d. c. lex illa, Rursus si in uxore propria pœna raptus locum non habet, ut dixit Bal. in d. l. raptores, & in d. l. unica, idem certè di-
38 cendum est; etiam in sponsa, † cum inter sponsum, & sponsam matrimonium esse
39 dicatur, quia† solus consensus matrimonium facit xxvii. q. ii. §. i. Vbi dicit tex. hos autem desponsatos coniuges esse. & ex diffinitione coniugii, & ex auctorita-
40 te multorum facile probatur. † Sunt enim nuptiæ siue matrimonium uiri mulierisq; coniunctio, indiuiduam uitæ consuetudinem continens. Inter hos autem fuit coniunctio; quæ indiuiduam uitæ consuetudinem exigebat; fuit enim inter eos cõsensus, qui est efficiens causa matrimo-
41 nii; † quia matrimonium non facit coitus, sed uoluntas; textualia uerba sunt xxvii. q. ii. §. sequitur, & profectò mirum fuit, quòd doctor ille subtilis Bal. qui in utroque iure interpres maximus fuit, si dictorum canonum recordium non habuerit, ut profectò uerum illud Horatii esse as-
42 sentiam, † quandoq; bonus dormitat Homerus, dicit Glos. xxxii. q. vii. §. quamuis. refert Io. And. de precario, c. ulti. sic & alibi dicit Glos. quòd Augustinus obdormitauit in illo puncto xxxvii. q. i. in
43 c. nuptiarum, † Similiter non habet obstare, quòd parentum consensus in matrimonio exigitur. C. de nup. l. filium, & l. nuptiæ, ff. de ri. nupt. quia illud est uerum secundum leges, secus tamen est secundum Canones, ex. de sponsa. c. cum locum, & not. Glos. in c. i. de spons. impub. Item hoc est uerum de honestate, nõ autem de necessitate dicit Glo. xxvii. q. ii. sufficiat.

44 † Plus dico, quòd soluitur paterna potestas adueniente adulta ætate, quo ad matrimonium, carnale, & spirituale; & quo ad iuramentum: ut not. xxxii. q. ii. c. sicut nõ omnis, cum aliis, con.
45 Rursus non habet obstare† ꝙ illa mulier inscio patre se à dicto Ioanne permiserit desponsari, quia secundum Canones licitum est filiæ nedum inscio patre, sed præter uoluntatem parentum nubere; nec est necessaria patris uoluntas, quantum ad hoc, quia tenet matrimonium, licet non adsit uoluntas eius, quando esset maior dicit Glo. xxxii. q. ii. c. hoc san-
46 ctum, † Vnde corrigitur illud, Instit. de
47 nupt. §. illud, in princ. † Et pater eo casu eam dotare tenetur secundum Glos. in d. c. hoc sanctum, ar. l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Dummodo ergo filia nubat honesto, etiam si id faciat patre contradicente, pater illam dotare tenetur; ut dictis iuribus est expressum; & in c. de raptoribus, xxxvi. q. i. & ff. de ac. & obli. l. obligamur, §. lege, in Glos. quæ dicit, quòd postquàm filia est maritata, pater eam dotare tenetur, licet Bar. ibi, & in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb. eam improbare nitatur, & malè secundum Bal. in aucten. nisi rogati. C. ad treb. ubi tenet illam Glos. & reprobat Bar. qui memor nõ fuit eius, quod Glos. not. in d. c. de raptoribus, xxxvi. q. i. quæ notabiliter distinxit, quòd, aut filia est nubilis ætatis, & tunc si alteri nubat, licet ætas eam, ut non pu-
48 niatur pœna legis, excuset, † tamen pater potest eam exhæredare, C. de inoff. test. l. si filiam, si autẽ filia est maior xxv. annorum, tunc si pater distulit eam maritare, & ipsa alteri adhæserit, manebit cum illo etiam inuito patre, nec exhæredabitur, in auctẽ. ut cum, de appel. cogno. §. causas, & si filia inuito patre adhæsit alicui matrimonialiter, dummodo dignum elegat, pater eam dotare tenetur. ff. de rit. nupt. l. qui liberos, Ita dicit Glos. ad literam multum singulariter in d. c. de raptoribus, xxxvi. q. i.

Et ita concludo ego, Cataldinus.

CONS. D. IOAN. DE MADIIS VERONENSIS. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Locus tractatus homicidij attenditur in puniendo delinquentem, & hoc quando delinquens in loco tractatus habet domicilium, uel est uagabundus, uel ex certa scientia ibi litem est contestatus.*

2 *Locus perfecti & consumati delicti attenditur, nō aūt initii & hoc indubio & regulariter.*

3 *Consuetudo est totius Italiæ, ut attendatur in delictis factum non animum.*

CONSILIVM. LX.

1 SI ALIQVIS † Tractat interficere aliquem in territorio Veronensi, & ipsum occidit in territorio Mantuano, nunquid possit puniri Veronæ; ratione tractatus Ita quod si capiatur Veronæ, possit capite puniri. Respondeo, ꝙ aut iste delinquēs habebat tēpore tractatus, & delicti commissi domicilium in ciuitate Veronæ, vel aliàs erat vagabundus, vel ex certa scientia passus est fieri inquisitionem, & spōte respondit, & litem contestatus est, & tunc pōt puniri pœna legis Corneliæ de sicariis in ciuitate Veronæ, ut not. in text. & Glo. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. Aut nō habebat ibi domicilium, nec erat vagabūdus nec ēt ꝓrogauerat iurisdictionē potestatis Veronæ tacitè, vel expressè, & hoc est dubium. nam ratione tractatus facti in ciuitate Veronæ, uidetur maleficiū ibi esse inchoatum; & fundamentū habitū scilicet per tractatū; ex quo colligitur animus faciendi delictū; immò manifestè probaī; Vnde videtur per potestatē Veronæ debere puniri arg. l. is qui cū telo, C. ad l. Co. de si.

2 Sed è contra † uidetur debere attendi locus in quo perfectum & consumatum est delictum, nō aūt locus initii. arg. l. contraxisse, ff. de actio. & obliga. l. Titium, ff. de admi. tuto. secundū ꝙ in simili not. Gādi. in rub. vbi, & in quo loco puniantur delinquentes, in altera quæst. quæ est lōga, & arguit pro & contra, & facit pro, & cōtra quod not. D. Bar. in l. i. C. de sum. Trini. & fide catho. in tractu, circa delicta. ī uersi. vlterius quæro, quid si in statuto. Pro hac parte videtur, ꝙ delinquens non posset puniri, nec in loco in quo delictum fuit perfectum & consumatum, scilicet in ciuitate Mantuæ, ubi commissum fuit homicidium. Quid dicemus? Petrus doctor ultramontanus videtur in simili quæstione tenere, quòd malefactor possit puniri in loco ubi initiatum est delictum, scilicet in loco contractus, ut not. per Cy. C. ubi de poss. agi. oportet, l. i. Contrarium tenet D. Bar. scilicet, quòd debeat inspici locus perfecti & consumati delicti. scilicet in terra Mantuæ, & ita hoc casu non videretur, ꝙ delinquens posset puniri per potestatem Veronæ, sed per potestatem Mantuæ, secundum quòd notatur per dictum D. Bar. in l. libellorum, ff. de accu. in versi. ulterius quæro, quid si aliquis existens in platea, & uersi. seq. in fin. Cuius D. Bar. opi. uidetur mihi magis tura; per legem quam idem D. Bar. allegat, scilicet per l. semper, §. animus, ff. qđ vi aut clam;

3 † maximè attenta consuetudine totius Italiæ, secundum quam attenditur delictum non animus, quantum ad corporalem pœnam infligendam.

Ita dico & consulo. Ego Ioannes de Madiis de Verona, nunc aduocatus Collegii Veronensis. Laus Deo.

CONSILIVM D. MARTINI DE GARATIS LAVDENSIS.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Ducis Mediolani an possit punire malefactores in aliena iurisdictione in sua repertos, per totum consilium.*

2 *Remissio non fit ad locum delicti.*

3 *Actio furti non datur ex assidua contrectatione; quod intellige ut infra nu. 14. & 16.*

4 *Furtum faciens Florentiæ, repertus cum furto Perusii, Perusii potest puniri.*

5 *Rei suæ nemo facit furtum regulariter.*

6 *Mutatione dominii sicut noua nascitur actio furti, ita mutatione loci & iurisdictionis.*

7 *Argumentum à dominio ad iurisdictionem ualet.*

8 *Fur in tot locis puniri potest, in quot cū re furtiua residentiam vnius diei facit.*

9 *Fur exportando rem in alienam iurisdictionem,*

nem, iurisdictionem prorogare videtur, nec habet locum pœnitentia.

10 *Fur per alienans iurisdictiones discurrens, uagabundus dicitur.*

11 *Dolus nemini patrocinari debet.*

12 *Animus ab effectu probatur.*

13 *Reipublicæ expediens est ut delicta ubique puniantur.*

15 *Delictum unum plures iudices habere potest.*

16 *Actio si non datur parti, ergo nec reipublicæ, an sit bona consequentia, & supra nu. 3.*

CONSILIVM LXI.

QVATVOR rustici Vercellenses iuerunt de die ad ciuitatē Vercellarū, & intrauerunt animo malignandi in domum Ioannis, & ibidem interfecerunt tres personas: deinde derobauerunt, & furto subtraxerunt multa bona ex eius domo, uidelicet aurum, argentum, & pecunias, & venerunt ad ciuitatem Nouariæ quæ est diuersi dominii & iurisdictionis à ciuitate Vercellarum, & ibi uigore literarum Illustrissimi Principis Mediolani, fuerunt detempti, qui confessi sunt de plano se prædicta facinora cōmisisse. Quæritur an isti malefactores debeant & possint puniri in ciuitate Nouariæ. Et licet non libens scribam in criminalibus, moreque mei sit in causa criminali calamo quietem dare, tamen propter atrocitatem delictorum commissorum, tum propter Iustitiam: tum etiam quia interest reipublicæ, malefactores puniri, dicam quid sentiam in prædictis.

1 Dubium principale est. † An delegatus Illustrissimi Principis Ducis Mediolani possit ꝓcedere, & punire dictos quatuor rusticos malefactores in alia iurisdictione, in qua non sit delictum perpetratum: & uidetur prima facie quòd non, nisi aliàs ibi forum habeant, ut plenè hæc omnia notantur in l.i.C.vbi de cri.agi oport.iun

2 cta auctẽn. sua. † & de consuetudine non fiat remissio ad locum delicti, quādo sunt loca diuersorum dominorum, ut not. per Glos. & Canonist. in c. pastoralis. de re iudi. & D. Ang. in auct. si uero, C. de adulter. Et facit quod not. Bart. in l.i.§. præsides, ff. de requiren. reis. & per D. Bald. in l.i. C. vbi de crimi. agi opor. & pro hac parte cōsuluerunt Domini Ricar. de Saly. & Ioā. de Ligna. & Fulg. & plures alii Doctores

3 † per regulā quòd ex assidua contrectatione non detur actio furti. l. ei qui, ff. de furt. si ergo actio nō datur parti, ergo nec reipublicæ, l. non solum, §. quāquam, ff. de iniur. facit l. iii. cum l. seq. ff. de furt.

In contrarium tamen arbitror esse ueritatē. Et primò adducam auctoritates, secundò adducam iura, & rationes, pro hac parte breuibus, & substantialibus tamen uten-

4 do. † Primò in terminis nostris Do. Bart. in l. si dominium, ff. de fur. ubi concludit, quòd si aliquis fecerit furtum Florentiæ, & reperiatur Perusii cum re subtracta, poterit puniri Perusii, idem etiam tenet Bal. in l. unica C. de confess. in x. col. uer. quæro de tali quæstione, ubi ait. Quidam fecit furtum Bononiæ, deinde cum re furtiua est inuentus Papiæ, & ibi est confessus maleficium, utrū iudex ipse possit ipsum punire, & determinat quòd sic, & dicit hanc opin. esse naturalem & æquam, quia inuenitur cum re subtracta Papiæ, Sed si eam uendidisset alibi, & pretiū cōtrectaret Papiæ, non posset puniri Papiæ,

5 quia pretium factū est suum. † & rei suæ nemo facit furtum regulariter, l. pen. ff. de cond. ob cau. Idem tenet D. Bal. in l. si adducta, C. de fur. in uer. & prædicta faciunt ad quæstionem, ibi solutio, satis uidetur iuridicum & æquitati consonum, Idem tenet Bald. in l. qui furem, ff. de sta. homi. Idem tenet D. Ang. in l. de iis, C. de furt. ubi dicit, ꝙ fauore rei publicæ opi. D. Barto. approbatur. Et pro hac parte facit ra-

6 tio. † Nam sicut mutatione dominii, noua nascitur actio furti, l. si dominium, ff. de fur. ita mutatione loci, & iurisdictiōis,

7 ad uindictam publicam. † cum sit bonum argumentum à dominio ad iurisdictionē,

8 l. qui furem, ff. de sta. homi. † & ideo contra furē pōt procedi tot locis, quot locis cū re furtiua facit residētiā; & intelligo residentiam unius diei, ff. de fur. l. quo destinauerit, Nam si minus die steterit fur in vno loco cum re futiua, non poterit ibi puniri. Bal. in d. l. qui furem.

9 Se-

9 Secundò, quia † exportando rem in alienam iurisdictionem uidetur prorogare iurisdictionem de loco ad locum, unde non habet locum pœnitentia, secundum Bald. in d.l.si abducta.

10 Item & tertiò, † quia sic discurrens uidetur vagabundus, l.1.& fin. C.ubi de cri. agi oportet.

11 † Itē & quartò, quia in ipso initio fur vř fuisse hmōi propositi, ut in aliū territoriū transferratur, securitatis suæ causa, & sic non debet eius dolus sibi patrocinari. l.in
12 fundo, ff.de rei uendi. † quia animus probatur ab effectu. l.sed si Iulianus, §.pe.uersic.sed si ab initio, ff.ad Macedo.& l.quædam, ff.de reb.dub.& facit quod notat D. Ange.in l.si dominum, ff.de furt.

13 Quintò, † hanc partem suadet utilitas rei publicæ, ut delicta facilius puniantur, l.si ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.cum suis uulgaribus.

Vltimò hanc partem tanquàm æquiorem & magis rationabilem teneo, ut inquit D.Bald.in locis præallegatis.

14 Non obst.primum argumentum, † quòd ex assidua contrectatione non detur actio furti, quia respondeo, quòd propter mutationem loci iurisdictionis ad locum alterius iurisdictionis, nouum committitur delictum, ex noua contrectatione, ut inquit Glos.in l.ei qui, in prin. ff.de furt.

15 Secundò respondeo, † etiam si esset unicū furtum, tamen non est mirum, si vnum delictum plures iudices habeat ut C. de sportul.l.ii.& ita etiam no. D. Bald. in l. qui furem, ff.de sta.homi.

16 Non ob. † l.ei qui, allegata, quia respondeo, ꝙ ex noua contrectatione, &c.ut dicit Glo.in l.ei qui, allegata.

17 Præthereà † non est bona consequentia, actio non datur parti, ergo nec reipublicæ, ut plenè.Bald.& Ang. in l. transigere, C.de transactio.

Ex prædictis igitur uidetur concludendum, officiales delegatos ab Illustris. Duce Mediolani, procedere debere ad condēnationem dictorū homicidarum, & furū.

Et ita dico & consulo Ego Martinus de Garratis Laudensis V. I. D. &c. Cuius Domini Martini consilio se subscripserunt præstantissimi, ac famosissimi. I.V. D. Domini Tubertus de Tortis miles, & comes. Ludouicus de Curte. & Iacobus de Puteo.

CONS. D. MARTINI DE GARRATIS LAVDENSIS.

SVMMARIVM.

1 *Notarius quando dicatur mutare substantiam facti, & conficere falsum instrumentum. Et an si ponit plus in publico, quàm in protocolo, uel breuiatura, dicatur committere falsum, & nu.2.per totum consilium.*

2 *Notarius circa substantiam negocij nihil potest extendere, sed circa alias circunstantias quæ sunt de consuetudine apponi, & detruncatas orationes in melius explicare.*

3 *Verba ad dictamen sapientis operantur vt notarius non poßit instrumentum extendere vltra substantiam negocij.*

CONSILIVM. LXII.

CASVS, vt res clarius demonstretur est talis. Dominus Arditius ex Comitibus de Rouescalla, fecit suos procuratores Nicolaū, Vbertū, & Ioan.ad causas, & generaliter constituens, & protestans se fore contentum, ꝙ Do.Petrus de Curte habeat possessionem de Roueschalla, & ꝙ nunquā dedit auxilium illis de Petra. Deinde reperitur esse mutatam substantiam dictæ procuræ, & protestationis in publico instrumento siue extēso, quia fit in eo mentio de commissione facta tribus bonis uiris cognoscentibus de quæstionibus uertentibus inter dictos de Curte, & de Comitibus, & de Sancto Nazaro, & ꝙ sunt omnia acta denunciata, ꝙ habuit noticiam scientiæ dictorum trium bonorū uirorum, & ponitur effectus sententiæ, & etiam approbatio, & ratificatio dictæ sententiæ. Itē ꝙ est debitor, & ꝙ procurabit, ꝙ p̄dicta obseruabūtur, &c. Hoc sic p̄misso in facto, resultat iuris cōclusio dictā extēsionē, uel mutationē esse nullā, quia tabellio p̄t matricē siue ībreuiaturā extendere ultra substantiam, sed debet seruare for-

formam contractus Spec.in tit.de instru. edi.§.instrumentum ergo publicum uers. Item ꝙ res fuit aliter gesta. & Bald.in rubric.C.de fide instrumen.Et dicit Spe.ubi supra,ꝙ licet notarius in protocolo, siue imbreuiatura ponat sub compendio formam contractus,& possit posteà in publico instrumento uerba ampliare,& ponere quæ contractuum sunt utilia, tamen hoc facere debet seruata forma,& substantia contractus non mutata, ut C.de no. compe.§.adiicentes.

2 † Bald.etiam ubi supra notabiliter dicit ibi quarto quæro in iii.folio, quòd circa substantiam negotii, tabellio nihil potest extendere,sed circa aliàs circumstantias, quæ sunt de consuetudine apponi, & detruncatas orationes in melius explicare, putat renuntiat; &c. & potest exprimere solitas,& consuetas renuntiationes, nec propterea sumptum dicitur esse falsum, eo quòd in protocolo nõ reperiatur hoc extensum,quia sine alia explicatione habet solutum intellectum,l.fi.C.de fideiusso. Alius tamen quàm ipse tabellio nihil potest exprimere uel declarare.

3 Amplius† etiam si in protocolo essent illa uerba, ad dictamen sapientis, &c.non posset instrumentum extendi vltra substantiam negotii, ut per Bart.& Bald.in l. illa institutio,ff.de hæredib.insti.quanto ergo minus in casu nostro, quoniam in protocolo, siue matrice, non adest illa clausula, ad dictamen sapientis, & ideò solet dici,quòd recurrimus ad matricem tabellionis,ut in l.Sempronius proculo, ff. de leg.ii.cum multis simili.

Nam notarius non debet mutare substantiam protocoli,siue matricis, & ideò est standum protocolo siue matrici, ut in casu nostro non autem extenso,ultra substantiam negotii.

Nec ob.supradictis quòd non mutauerit substantiam,quia respondeo clarè, ꝙ immò mutauit. Primò quia fecit mentionem de commissione, & de sententia, & de actis,de quibus non est mentio in breuiatura, siue nota prima. Nam longa est differentia protestari, ꝙ dominus Petrus habeat possesionẽ de Rouescalla, & posteà dicere,de commissione, & actis,& de sententia,& de ratificatione, & de approbatione.nam hic est mutatio substantiæ,non autẽ in clausulis solitis apponi in instrumentis. ut dic Bal.& Spe.ubi supra, & facit clarissimè,l. ius ciuile,ff.de iust. & & iur.& l.i,§.si quis simpliciter,ff.de uerb. oblig.cum simil. Laus Deo.

Et ita ut supra dico, & Consulo ego Martinus de Garratis Laudensis. V. I. D.

INCERTI AVCTORIS CONSILIVM PER VIAM ALLEgationum in materia falsi.

SVMMARIVM.

1 *Notarius,qui citationem scripsit de iudicis commißione, & sine eius licentia sigillum apposuit an de falso teneatur,per tot.consi.*
2 *Pœna falsi esse non potest ubi non est falsum.*
3 *Nomine carens caret effectu.*
4 *Falsum unde dicitur.*
5 *Propria uocabuli significatio,ab etymologia, & deriuatione sumitur.*
6 *Sigillum dumtaxat operatur probationem.*
7 *Citationem præceßisse de mandato superioris, per testes probari potest.*
8 *Actus ubi non præiudicat si est falso gestus, ille qui non sentit præiudicium, actum falsum dicere non potest,ut crimine falsi puniatur.*
9 *Falsi ut quis puniatur quæ requirantur.*
10 *Causa qualibet iusta, & etiam iniusta excusat à dolo.*
11 *Citatione commissa, omne necessarium consequens ad illam commissum esse censetur.*
12 *Consuetudo attendenda est.*
13 *Sigillum falsum,adulterinum dicitur.*
14 *Adulterium quando committatur.*
15 *Sigillum etiam dicitur falsum,quando in eo nõ est sculpta debita forma soliti sigilli illius qui eo utitur.*
16 *Excusatur faciens,quod fieri est consuetum.*
17 *Instrumentum illud dicitur, quod omnia substantialia requisita in instrumentis habet.*
18 *Communis usus loquendi, quoad dandam significationem uerbis statuti, magis attenditur quàm propria uerborum significatio.*
19 *Scriptura citationis non vocatur instrumentum*

tum, sed est actus iudicialis, & de processu iudicij.

20 *Vbi est eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio esse debet.*

21 *Extensio non dicitur ubi est eadem ratio.*

22 *Intellectus ad Gloss. in cle. i. de electio.*

23 *Statutum pœnale non habens expressam rationem, non extenditur propter identitatem rationis.*

24 *Pœna pro falso, quæ sit imponenda.*

CONSILIVM LXIII.

1 CASVS † Processus factus est contra Ioannem Baptistam de falso. uigore statuti infrascripti; eo quia cum commissio facta esset notario per Dominum Vicarium, ut scriberet citationem fiendam in personam aduersarii dicti Ioannis Baptistæ; dictus Ioannes Baptista apposuit sigillum dicti Domini Vicarii super cedula dictæ citationis; quia non poterat habere Vicarium: qui Vicarius processit de falso contra ipsum Ioannem Baptistam, quia apposuit sigillum Vicarii, sine eius uoluntate, & subiicitur in facto quòd de consuetudine Vicariorum Tridenti sigillantur citationes, quæ mittuntur extrà iurisdictionem. Ex præmisso casu oritur dubitatio, nunquid dictus Ioannes Baptista debuerit, & potuerit arctari ad soluendum pœnam, de qua in statuto fit mentio, quod est positum sub rubrica. de iis qui in iudicio falsum produxerint instrumentum, cuius tenor talis est. Item statuerunt quòd si qua persona produxerit in iudicio aliquod falsum instrumentum, & eo uti uoluerit scienter in fauorem sui, & in præiudiciũ alterius personæ: condemnetur in libris ducentis.

VISO præmisso casu in iure mihi dicendum uidetur absque ullo scrupulo dubitationis dictum Ioannem Baptistam ad dictam solutionem uigore dicti statuti compelli non potuisse, ut ex infrascriptis lucidius apparebit. Primò sic demõ-
2 stratur, † nam ubi nullum est falsum, ibi non potest imponi pœna falsi hoc probatur in toto titulo, ff & C. ad l. Corneliam de falsis.

Secundò probatur assumpta vna regu-
3 la, † quæ uulgo tradita est, quod caret nomine, caret effectu text. est notabilis in l. à nullo. C. de feriis, at iste actus sigillationis caret nomine falsi, ergo carebit effectu pœnæ, istud inconuincibiliter declara-
4 tur. † Nam falsum dicitur à fallo, fallis, quòd idem est quod decipio decipis, quia qui falsum committit decipit, ut patet intelligenti, sed iste Ioannes Baptista neminem decipit ex tali sigillatione, ergo nõ potest dici falsum cõmissum, Maior pro-
5 batur, † quia propria uocabuli significatio sumitur ab etymologia, & deriuatione, Glos. est singu. in §. si institu. de iis qui da. tuto. poss. in testa. facit tex. in l. anniculus & in l. tugurii, ff. de uerbo. signifi. Minor etiam probatur, quoniam ex tali sigillatione aduersarius non fuit deceptus, quia suprascripta citatio consistit in ipsius tenore, qui processit de mandato Vicarii,
6 non autem consistit in sigillatione, † quia sigillum dumtaxat operatur probationẽ, ut not. Canonistæ in cap. post cessionem, de probation. Gloss. est notab. in l. detrahente, C. de reb. alie. non alienand. & faciunt not. in l. si qua per calumniam, C. de episcop. & cleric. & quod habetur in l. in
7 bonæ fidei, C. de reb. credi. † nam potuisset probari per testes talem citationẽ processisset de mandato Domini Vicarii, si sigillum non fuisset appositum, iuxta not. in c. quoniam contra falsam, de probatio. & in l. quoniam, C. de hære. Nec etiam Vicarius fuit deceptus, quia ex tali sigillatione nullum fuit generatum præiudiciũ ipsi Vicario, quia ipsa citatio sigillata non concernebat Vicarium, sed aduersarium Ioannis Baptistæ. Nunc succedit pulchra theorica, † quòd vbi actus non præ-
8 iudicat, etiam si esset falso gestus, ille qui non sentit præiudicium, non potest dicere actum falsum, ut puniatur crimine falsi. Glos. est singularis in l. damus, C. de fal. & eam sequitur ibid. Bar. & Domi. Bartho. de Saly.

9 Tertiò † quòd dictus Ioannes Baptista non possit dici falsum commisisse, ut de falso puniatur, occurrit talis considera-

tio, nam ad hoc, ut quis puniatur de fal-
so, exigitur quòd falsum sit commissum
dolo. tex. est singularis in l. nec exemplum
C. ad l. Corneli. de fals. Verum iste Ioan-
nes Baptista non fuit in dolo sigillando,
quia hoc fecit videns Dominus Vicarius
commisisse scripturam citationis nota-
rio, uerosimiliter putauit ipsum Dominũ
Vicarium debere esse contentum de tali
10 sigillatione, † & omnis causa iusta, & etiã
iniusta excusat à dolo, ut in l. vnica. ff. de
ambiguis & in l. plagiis, C. ad l. flau. de pla
gia. & in l. inter omnes, §. rectè, ff. de fur.
in l. iiij. §. igitur, ff. de libera. cau. & Gloss.
in l. unica. ff. si quis ius dicen. non obtem-
perant.

11 Quartò hæc sententia corroboratur. †
quoniam cum uicarius commiserit cita-
tionem, uidetur commisisse omne neces-
sarium consequens ad illud, ut l. ii. ff. de
iur. omni. iudi. & in c. præterea, de offi. de
lega. sed ista sigillatio est quodam conse-
quens scripturæ citationis, igitur &c.

Quintò huic accedat, quòd Vicarius ha-
buit consuetudinem sigillandi omnes ta-
les citationes, ut in facto præsupponitur.
12 † & attendenda est consuetudo patris fa-
miliàs, ut in l. uel uniuersas, ff. de pigno.
actio. & in l. qui semisses, ff. de vsur. & in
l. nummis. ff. de leg. iii. Cur ergo impu-
tandam est dicto Ioanni Baptistæ, si secu
tus est consuetudinem ipsius Domini Vi
carii, faciens id quòd Dominus Vicarius
facere habebat necesse, attento stylo ha-
ctenus obseruato in huiusmodi citationi
bus, quæ mittuntur extra iurisdictionem
interueniente sigillo.

Sextò hæc res luce meridiana clarior est,
quomodò enim ulla falsitas in hoc actu
13 sigillationis comprehendi potest. † Nam
sigillum falsum, dicitur sigillum adulte-
rinum tex. est cum Glos. not. in leg. lege.
Cornelia, ff. ad l. Cor. de fals. sigillum
autem de quo in præsenti habetur ser-
14 mo, non potest dici adulterium, † nam
adulterium dicitur ad instar adulterii,
quod tunc fit, cum habetur accessus ad
alterius vxorem, utendo tanquam pro-
pria. Vnde si Ioannes Baptista usus fuis-
set alieno sigillo loco sigilli Domini Vi-
carii, istud esset sigillum falsum. Item si
Ioannes Baptista scripsisset se sigilasse
de mandato expresso Domini Vicarii, cũ
non esset verum, ideò eo contradicente,
tunc dicitur falsũm cõmisisse, scribendo
15 ut supra. † Sigillum etiam falsum dicitur
vbi Ioannes Baptista fecisset sculpi unũ
sigillum sub nomine Domini Vicarij, non
existente debita forma soliti sigilli ipsius
vicarii; puta quia sigillum Domini Vica-
rii habet Aquilam, & fecit Ioannes Ba-
ptista insculpi Leonẽ, tunc tale sigillum
propriè diceretur adulterium & falsum;
secundum D. Ang. qui ita eleganter lo-
quitur in materia falsæ monetæ in l. i. C.
de fal. mone. dictus uerò Ioannes Bapti-
sta in nulla huiusmodi specie falsitatis de
præhendi potest; quis ergo sani capitis as-
seuerare audebit commissum esse falsum,
si Ioannes Baptista citationi impositæ
de mandato Domini vicarii, qui uicarius
solitus est sigillare tales citationes, appo
suit sigillum, sequendo consuetudinem
Domini Vicarii, & faciendo illud quod
omninò erat facturus Dominus Vicarius?
profectò videre nescio ubi possit dici esse
commissa falsitas, quinimmò totũ est op-
positum, quia ueritas per dictum Ioan-
nem Baptistam patefacta est mediante
sigillo, quoniam Dominus Vicarius com-
misserat citationem scribendam; quæ ci-
tatio ita in scriptis redacta, nullam facie-
bat fidem, nec tenebatur credere citatus,
sed ista sigilli apposito, per quam datur
fides citationi, fecit apparere istam ueri-
tatem citationis, quæ ueritas processerat
ex mente Domini Vicarii, quæ mens non
poterat apparere nisi mediante sigillo.

16 Septimò † pro hac determinatione ad-
duco casum expressum in l. pignus in bo-
nis, C. de pignorati. actio. ubi quis excu-
satur faciendo illud quod solitum est fie-
ri; sed Dominus Vicarius solitus test sigil-
lare omnes citiones extra iurisdictionem
mittendas, & Ioannes Baptista uidens
istam consuetudinem Domini vicarii, se-
cutus est eius uoluntatem solitam, & mo
res suos solitos in ipsa causa, non falsifi-
cando sigillum ipsius Domini Vicarii, &
hoc pluries mihi contigit, quòd commis-

Q sis

sis literis notario, cum ego forem ad alia præpeditus, pars in cuius fauorem erant literæ scriptæ ibat ad domum meam accipiendo sigillum meum, & sigillando dicitur ne iste falsum commisisse, absit, quoniam commissis literis, colligitur tacita uoluntas Domini Vicarii committentis literas, ut ipsæ literæ sigillentur, ita & de directo euenit in re præsenti, ut supra pinguissimè deductum extitit.

Octauò & vltimò fatuitas maxima uidetur dicere, quòd in re proposita habeat locum prædictum statutum positum sub rubrica de iis qui in iudicio produxerint falsum instrumentum, etiam si manifesta esset falsitas, quoniam ad hoc ut habeat locum ipsum statutum, exigitur quod talis scriptura sit instrumentum, ut colligitur ex verbis statuti, ibi si qua persona produxit in iudicio falsum instrumentum; sed ista scriptura citatoria non est instrumen-
17 tum, † quoniam ex communi usu loquendi & intelligendi, instrumentum dicitur illud quod habet omnia substantialia requisita in instrumentis, ut not. per Gloss. in auct. ut præponatur nomen Imperatoris, & quod not. in l. generali, C. de tabu. lib. x. ueluti anni Domini, indictio, signum tabellionis &c. ut etiam scribit Bal.
18 in rub. C. de fide instru. † qui communis usus loquendi, quo ad dandam significationem uerbis statuti: magis attenditur, quàm propria uerborum significatio; ut scribit Bar. in rub. ff. de oper. noui nuncia. & in l. Labeo, ff. de supellecti. lega. Pro quo facit tex. in l. liberorum, §. quod tamen Cassius, ff. de leg. iii. & in l. cum de lanionis, §. asinam molendinariam, ff. de
19 fun. instruc. & instrumen. lega. † At ista scriptura citationis non uocatur instrumentum, sed dicitur actus iudicialis, & de processu iudicii, ut in c. quoniam contra falsam, de probatio. & in §. omnium, Instit. de pœna teme. litigan. facit quod habetur per Bal. in rub. C. de in ius. uocan. & ibi bona Glos.

Nec officit si quispiam dixerit dictum statutum debere ex tendi ad actum, iudicialē
20 propter idempti tatē rationis, † quia ubi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, ut in l. à Titio, ff. de uerb. obliga.
21 & in l. illud, ff. ad l. Aqui. potissimè, † quia ubi est eadem ratio, non dicitur extensio, Glos. est not. in c. i. de tempori. ordina. lib. vi. in c. si postquàm de electio. lib. vi.
22 † Respondeo prædicta procedere, ubi ratio statuti esset expressa in statuto, & ita intelligitur Glos. in cle. i. de electio. At ubi in statuto non est expressa ratio, uti
23 est in præsenti statuto. † & statutū est pœnale, tale statutum nō extenditur propter idemptitatem rationis; hæc fuit doctrina Geminia. & D. Ioan. de Imo. in c. si postquàm, præallega. Nec ista pœna pecuniaria imposita per Dominum Vicarium
24 de iure communi licuit, † quia de iure communi pro falso, pœna est deportatio, & publicatio omnium bonorum, ut in l. i. §. fin. ff. ad l. Cornel. de fals. Ex quibus itaq; præmissis concludo prædictis rationibus inconuincibilibus, dictum Ioānem Baptistam non esse falsarium, & cōsequenter nulla pœna potuisse puniri. Laus Deo.

CONSILIVM DOMI. IOANNIS DE VERZERENSIBVS LEGVM DOCTORIS.

Super eodem facto.

SVMMARIVM.

1 *Sigillo superioris vtens sine eius licentia, de una cedula in aliam apponendo, an falsum committat.*
2 *Mandatum & consensum superioris eius sigillum attestatur.*
3 *Sigillum adulterium quod dicatur.*
4 *Supponens partum de falso tenetur.*
5 *Falsum non committitur sine animo & dolo.*
6 *Intellectus ad l. i. §. qui in rationibus, ff. ad l. Cor. de falsis.*
7 *Intellectus ad l. lege. Cornelia, §. i. ff. ad l. Cro de falsis.*
8 *Intellectus ad §. nos autem in auct. de tabellionibus.*

CONS

CONSILIVM LXIIII.

DOMINI nostri Iesu Christi ac eius gloriosissimę matris implorato suffragio.
1 † Viso pũcto cum allegationibus præmissis elegantissimis, & non minus subtiliter, quàm abundanter & copiosissimè deductis, ex quibus veritas huius rei adeò clarescit, quod altiore non eget indagine, arg. in l. i. in fin. ff. de do. præallega. Atamen non ut addam, sed ut me ipsum declarem, uidetur quòd immò iste D. Ioannes Baptista, qui huic citationi supposuit sigillum alteri affixum, inciderit in crimen falsi.

Primò quia hoc sigillum uidetur apposuisse nomine vicarii,
2 † de cuius consensu & mandato sigillum illud attestatur, ut in c. ii. de fi. instru. & in Specul. de proba. in §. uidendum autem restat. vers. decimo per literas sigillatas, &c. quasi de ipsius vicarii consensu esset appositum, quod tamen non erat, ergo &c. l. qui nomine, ff. de fals. nec debuit sine eius scientia & consensu, sigillum illud apponere, in auct. de tabellio. in §. nos autem, col. v. & per Inno. in c. i. de fi. instru. ubi alleg. illum textum.

3 Secundò † quia sigillum ita de una citatione remotum, & ad aliam trãspositum, sine dubio uidetur adulterinum, de quo in l. lege Cornel. la. ii. in prin. ff. ad l. Corneli. de fals. Nam sicut adulterium dicitur, cum itur ad alienam uxorem, uel ad alienum thorum ut not. in l. i. C. de adulter. & in l. inter liberas, §. Lex Iulia, ff. de adulter. ita & quando sigillum transfertur de una scriptura, cui traditum erat, ad aliam, cui non erat traditum, nec ordinatum, dicitur adulterinum, ergo &c. & pro hoc facit capitulum licet ad regimen, de crimi. falsi. in. ii. iii. & iiii. responso.

4 Tertiò, † & q̃a sicut suppositio partus facit quem teneri de falso, ut d. l. lege Cornelia, §. i. ita & pari ratione suppositio huius sigilli, quod suppositum fuit loco alterius, quod per iudicem fuisset appositum, facit l. i. §. quod in rationibus, & in verbis illis, uel aliqua ratione siue consignatione, &c. & ibi, uel rem amouerit, &c. sed iste commisit utrunque, quia de una cedula sigillum ammouit, & cum illo ammoto, alteram consignauit, ergo &c. His non obstantibus, saluo tamen semper saniori consilio, dico iudicio meo, contrarium de iure concludendum, per iura ac rationes copiosissimè ac subtilissimè deductas, & deducta in allegationibus circa punctum expositis:
5 † quia non sufficit ad pœnam falsi aliquod non esse uerum, nisi etiam committatur ex animo & cum dolo. l. exemplum, C. ad l. Corneli. de fals. per D. Bartho. de Saly. & alios, & in l. i. C. de sepul. uiola. per eundẽ; pro quo uidetur tex. expressus in terminis nostris in c. licet ad regimen. ii. iii. & iiii. responso. ubi non sufficit apponere sigillum uerum de vna scriptura ad aliam, nisi scriptura illa cui appenditur sit falsa; pro quo etiam faciunt si bene aduertatur d. l. qui nomine, & l. illa lege Cornelia, in prin. quia in l. qui nomine, non solum peccauit in faciendo sub nomine iudicis, sed etiam falsas literas fabricando, & in l. lege Cornelia, faciendo sigillum adulterinum, dum dicit tex. fecit, seu sculpsit, hic autem sigillum iam factum, & uerum aliis literis ueris & non falsis apposuit & affixit, non per dolum, seu propter absentiam iudicis, & oportunitatem negocii
6 sui. † Et per hæc patet responsio, etiam ad §. qui in rationibus, quoniam, & ibi signauit falsas tabulas, seu literas expressã falsitatem committendo in alterius maximum præiudicium signando, uel signa uera remouendo, ut ex tex. illo colligitur.

7 Non obstat † quod dictum est de suppositione sigilli, per d. l. lege Cornelia, §. i. quia longa est diferentia inter casum illum, & casum nostrum, cum partus ille esset omninò falsus, & non esset ex illo, de cuius hæreditate agebatur, nec ex illa quæ de successione contendebat. At in casu nostro sigillum erat uerum, & originẽ uerã habuit ab illo, de cuius iurisdictione agebatur, & uerè cõcessum fuerat huic domino Ioanni Baptistæ, licet ad alium usum similem, tamen & non sufficit, ut dixi, ad pœnam falsi aliquid non esse uerum, nisi etiam falsum realiter, & dolosè

committatur per iura prædicta.

8 Non† ob. §. nos autem, in auct. de tabellio. quia ibi loquitur de sigillo apponendo scripturæ nondum perfectæ, & quæ falsificari potuisset, unde signari non debet nisi præsente & intelligente illo de cuius interesse & periculo agit; secus ubi scriptura iam perfecta esset, & absoluta per illos quorum intererat, & ubi de nullo, uel paruo aut minimo præiudicio ageretur, sicut in casu nostro fuit, & per Inno. in d. c. 1. & ii. de fide instru. Quinimmò etiam si scriptura nondum perfecta esset, & falsificari posset, etiam ubi de magno præiudicio tractaretur, & sigillata fuisset sine dolo, non teneretur pœna falsi, nisi eam etiam falsificasset, aut aliam falsitatem cõmisisset circa illam uel circa sigillum, falsificando eum, per d. c. licet ad regimẽ. nec §. ille nos autem, dicit oppositum, licet ad cautelam dicat illud fieri non debere &c. ut ibi, & ita ut supra uidetur mihi de iure uerissimum. Laus Deo.

Et idem quod suprascriptum est dico, & consulo iuris esse Ego Ioannes da Verzerensibus legum Doctor minimus, unde ad fidem præmissorum manu propria etiam subscripsi, & annulo meo consueto signaui, saluo semper saniori consilio, &c.

CONSILIVM D. FRANCISCI DE PORCELLINIS PATAVINI I. V. I. D. MILITIS, ET COMITIS.

Super eodem puncto.

SVMMARIVM

1 *Apponens sigillum alienum sine consensu illius cuius est, an falsum committat. & nu. 2. cum seq. per tot consilium.*

2 *Dolus non præsumitur; nec præsumitur quis dolosè facere.*

3 *Falsitas sine dolo non committitur.*

4 *Falsum quot modis dicatur.*

5 *Statuta extensiuam interpratationem in criminalibus non recipiunt.*

6 *Sigillum probat scripturam in qua est appositum.*

7 *Intellectus ad c. quanto, de iis quæ fi. à præla. sine con. capi. & c. tam literis, de testibus.*

8 *Supplicans non dicitur super delicto pacisci.*

CONSILIVM. LXV.

STANTE statuto in ciuitate Tridenti, quòd producẽs instrumentum falsum, & eo uti uolens scienter in præiudicium alterius, condemnetur in libris ducentis, & stante consuetudine, quòd in citationibus fiendis apponatur sigillum Domini Vicarii, quidam Ioannes Baptista petiit à Domino Vicario unam citationem sigillari, & ita sigillata fuit, deinde petiit secundam citationem contra eundem, & ex eadem causa sigillari, & eam uolebat Dominus vicarius sigillare, sed sigillum non erat ad præsens penes Dominum Vicarium. Iste autem Ioannes Baptista accepit sigillum Domini Vicarii positum in alia citatione, & posuit super ista secunda, actum est contra istum Ioannem Baptistam tanquam contra falsarium uigore dicti statuti, & condemnatus est in libris centum & quinquaginta denariorum Veronensium.
1 † Quæritur an condemnari potuerit. Et uidetur dici posse quòd sic, quia apponens sigillum alienum sine consensu illius cuius est, dicitur committere falsum, ut in tex. et Gloss. ii. in c. quanto, extra de iis quæ fi. à præla. sine consensu. capitu. & in c. tam literis, extra de testib.

Iis tamen non obstantibus, dico contrariũ uerius esse, quòd immò non potuerit con
2 demnari. † Nam dolus non præsumitur, nec præsumitur quis dolosè facere. l. quo
3 ties, in §. qui dolo, ff. de probat. † Sed falsitas non committitur effectualiter respectu pœnæ; nisi interueniente dolo. l. nec exemplum, C. ad l. Corne. de fals. facit quod not. in l. si consentaneum, C. si contra ius uel utili. publi. & in l. tutor, §. i. ff. de pigno. actio. & not. Glos. notabiliter in d. l. nec exemplum, & est doctrina Gandi. in tracta. malefi. in rub. de falsariis & falsitatibus in princi. ubi dicit non committi sine dolo. constat autem hoc casu ipsum Ioannem Baptistam non fuisse in dolo.

dolo. quia concernebat Vicarium velle sigillare, si sigillum habuisset tunc.

Item quòd non teneatur ad pœnam, probatur quantum ad propositum nostrum attinet.
4 † Falsum dicitur tribus modis, uno modo largissimè omne id quod non est verum, l. si iis qui ducenta, in §. vtrum, ff. de reb. dubiis. Alio modo quando ueritas immutatur, auten. de instru. caute. & fide. §. 1. Tertiò modò dicitur falsum id qđ incidit in aliquod caput legis Corneliæ de fal. ff. ad l. Cor. de fals. & per tot. & ita dicit Barto. in d. l. nec exemplum, sed aliquo istorum modorum iste Ioannes Baptista non dicitur commisisse falsum, ergo non debet habere locum pœna statuti, ita expressè dicit Barto. in l. quid sit falsum, ff. ad l. Cornel. de fal. Ex iis ergo cõcludo dictum Ioannem Baptistam, non potuisse condemnari pœna falsi in statuto contenta, ista est doctrina & theorica Barto. in l. quid sit falsum, præallega. & sic non ob. c. quanto, cum iuribus supra in contrarium allegatis, quia ibi quando cũ dolo. Et si diceretur quòd hic etiam fuit deceptio, nego quod talis deceptio sit sufficiens ad pœnam statuti per Doctrinam Barto. in loco præallegato, qui iis uerbis formaliter vtitur, nam puto quòd pro quolibet, & ex qualibet deceptione, quis incidat in falsum ut puniatur lege Cornelia de falsis. & subdit Barto. præcisè loquendo in casu nostro. Pone quòd statuto cauetur, quòd pro falsitate quis condemnetur in certa pœna, illa statuta intelliguntur de condemnato ex falsitate ex aliquo casu, qui numeretur in titulo ad l. Cor. de fal. sed iste casus non numeratur ut supra dixi, discurrendo casus quibus aliquid dicitur falsum, ideò ista quæstio nostra remanet decisa auctoritate, & doctrina Bartoli.

5 Ad hæc etiam moueor. † quia statuta nõ accipiunt interpretationem extensiuam, ut not. in l. omnes populi, ff. de Iustit. & iure. & in l. cunctos populos, C. de summa Trinita. & fid. catholi. & in l. si uerò, §. de viro, ff. solu. matrimo. & in l. præcipimus, C. de appella. Sed statutum loquitur de producente instrumentum falsum, ergo non debet extendi ad sigillum, & sic ad alium casum non compræhensum; cum in casu nostro, nullum sit instrumentum. scriptura enim citationis facta uoluntate Domini Vicarii nullo modo fuit alterata, immò facta eius voluntate, & consensu, sic ergo nulla est facta alteratio substantiæ citationis, cum eius substantia non consistat in appositione sigilli, sed in
6 uerbis citationis. † Appositio enim sigilli fit ad probationem, ut not per Doctor. ff. de procuratoribus, l. si procuratorem, & ibi per Glos. in uers. ad intelligendum, & per Cy. in l. si qua per calumniam, in fi. C. de episcop & cleri. & est doctrina Spec. in titu. de probatio. in §. videndum, vers. decimo, & tangit Barto. ff. de publi. l. si publicanus, in §. 1. & aliqui tangunt in c. post cessionem, extra de proba. & Innoc. in c. i. extrà de cleri. peregri. & not. in c. ii. de fide instru. & est doctrina Hosti. in summa de probatio. in §. fi. uersi. decimo. Nõ fuit ergo hoc casu facta deceptio parti ex tali appositione sigilli, quia ista probatio potuisset fieri etiam per ipsum Vicarium, qui volebat committere citationem, & sigillationem, si sigillum habuisset tunc. Ex quibus apparet pœnam falsi minimè imponi posse, iuxta doctrinam scribentium in l. damus, C. ad l. Cor. de falsis.

7 Non obstant † deducta in contrarium, scilicet c. quanto, cum iuribus superius allegatis, quia loquuntur quando furtiuè accepit sigillum, & nomine capituli apposuit, de cuius capituli consensu non constabat, ut constabat hoc casu de consensu Vicarii.

8 Non obstat † si obiiceretur, quod iste Ioãnes Baptista fecerit compositionem sup dicta condemnatione pœnali; quia supplicans non intelligitur super delicto pacisci l. uniuersis, C. de preci. imper. offer.

Et ita dico & consulo Ego Franciscus de Porcellinis Iuris vtriusque Doctor, Miles, & Comes. legens iura ciuilia in felici studio Paduano, & in fidem præmissorũ me subscripsi, et consueto sigillo muniui.

Laus Deo.

CONS.

CONS. D. ANTONII DE TERTIIS DE PERGAMO, V. I. D.

Super eodem puncto.

SVMMARIVM.

1 *De falso an agi possit, quando nulli resultat praeiudicium.*
2 *Delicta sunt punibilia, quando sunt re, & consilio commissa.*
3 *Falsum sine dolo non committitur.*
4 *Falsitas quid sit.*
5 *Dolus non praesumitur, quando de modico prae iudicio agitur.*
6 *Rescriptum falsificatum non dicitur, si in eo aliquid est immutatum in loco non praeiudiciali.*
7 *Causa, & euentus in maleficijs consideratur.*

CONSILIVM LXVI.

EGo Antonius de Tertiis de Pergamo Vicarius Magnifici Domini Potestatis Vincentiae. Visis ipsis consiliis, & praecipuae Spectabilis & generosi Militis vtriusque iuris famosissimi Doctoris Domini Francisci de Porcellinis Domini mei praecipui, de sola subscriptione requisitus, confisus de auctoritate, & fide praefati Domini praeceptoris mei idem dico, & consulo, & ad fidem me subscripsi, & proprio sigillo in consiliis consueto sigillaui. motus praecipuè propter duo.
1 Primò, † quia ex eo falso, ex quo nulli resultat praeiudicium, agi non potest de falso, ut in l. si quis aliquid. §. testamentum, ff. de pœnis, & per not. per Gloss. &
2 Doctor. in l. damus, C. de fal. † & est ratio, quia in delictis requiruntur duo, ut
3 sint punibilia, videlicet quòd commissa sint re, & consilio, ut Institu. quib. ma. non. po. §. in fraudem, & in l. i. C. qui ma. non poss. & in l. in fraudem, & ibi per Barto. ff. de iis quae in frau. credi. & propinquius probatur, quòd dolus requiratur in materia in l. exemplum, C. de falsis, & ibi per Doct. & per Canoni. in ca. ad falsariorum, extra de fal. vbi per Innoc. quod est verum etiam in materia statutorum, ut dicit Bald. in l. data opera, C. qui accus. nõ poss. l. ex maleficiis, ff. de actioni. & oblig. cum simili. sed in casu nostro, non agitur de praeiudicio alicuius, quia nemini praeiudicabat illa appositio sigilli, cum re uera esset per Dominum Vicarium facta commissio, sigillum solum appositum fuit ad significandum ita esse, ut obediretur eius commissioni, & sic re uera non interuenit hic veritatis immutatio, immò
4 cõfirmatio, ergo nõ est hic falsitas, † quia falsitas est ueritatis mutatio, ut in auct. de fide instru. in fin. princ. & in l. quid sit falsum, ff. de fals.

Praetereà ubi non agitur de praeiudicio notabili, non praesumitur dolus, quia nõ est
5 credendum, † quòd pro re minima quis
6 dolosè committeret falsitatem. † Ideò rescriptum non reputatur falsificatum dolosè, ubi aliquid immutatum est in loco non praeiudiciali. ut habetur in c. cum inter, el. i. in Gloss. de electio. Et per Innoc. ad literam in c. accedens, & c. ad falsariorum, extra de fals. ubi dicit, quòd si quis sugessit falsum in literis, de simplici Iustitia non praesumitur hoc fecisse dolosè, secus esset ubi de magna gratia, quid enim posset esset minoris praeiudicii, quàm apponere sigillum super commissione citationis, cum sit credendum iudicem hoc concesisse, cum de iure & consuetudine, ut praesupponitur, hoc facere teneretur? ergo, &c. Ad praemissa facit
7 generalis Doctrina Iurisconsulti, † In omnibus maleficiis considerandum esse causam, & euentum, ut in l. aut facta, in §. causa, & in §. euentu, ff. de pœnis, hoc est an malo animo, scilicet nocendi, & delinquẽdi, an bona fide, & quid mali secutum sit, hic autem nihil malo animo factũ esse praesumendum est, ut dictum est, nec aliquis malus effectus secutus est, neque sequi poterat. Ergo, &c. Laus Deo.
Idem Antonius de Tertiis. V. I. D.

CONS. D. FRANCISCI ALVAROTI PATAVINI. V. I. D.

& eiusdem ciuitatis canonici, ac Reuerendis. D. C. Patriarchæ Aquilegien. extra patriam Fori Iulij vicarij generalis.

SVMMARIVM.

1 Interdicto quo sit agendum inter duos de possessione alicuius rei uel fundi contendentes.
2 Conclusio in libello causæ ciuilis est necessaria.
3 Conclusio in criminali libello non est necessaria sed sufficit factum, propter quod accusatur proponi.
4 Forma sententiæ in interdicto vti possidetis, quæ libello conformis esse debet.
5 Libellus in quo non est aliqua conclusio, sed solũ clausula generalis, ut iustitiam sibi ministretur, an procedat.
Verba repetita debent aliquid operari si possunt
6 Verba solum uera & pura ueritate inspecta, quid importent, quando per Principem alicui causa cognoscenda, & terminanda committitur.
7 Supplicatio porrecta Principi fauorabilis est. uimque habet contestationis.
8 Sententia in possessorio retinendæ, qualiter formari debeat.
9 Exceptio transactionis opposita ante litis contestationem, litem contestari, processumque impedire habet.
10 Notarius indistinctè condemnatus de falso, non potest amplius instrumenta conficere.
11 Notarius priuatus officio suo in uno loco, an in alio instrumenta conficere possit, & in nu. 19.
12 Notarius prohibitus ad tempus conficere instrumentum, post illud tempus permissus intelligitur.
13 Infamis an possit esse notarius, & infra, nu. 17. & 18.
14 Tabellionatus non est dignitas, sed munus.
15 Infamis potest esse arbiter & procurator.
16 Infamis tutor uel curator esse potest.
17 Notarius ad scribendum negotia Principis, est in dignitate constitutus.
18 Infamis ab omni dignitate repellitur.
19 Glossa debet intelligi secundum legem quam allegat.
20 Sententia facit notorium in loco in quo lata est.
21 Instrumenta publicè confecta ab exercente se pro tabellione, cum non sit tabellio, non ualent.
22 Vasallus potest de feudo uebre feudali trãsigere
23 Literis sigillatis plena fides est adhibenda.
24 Hæres non venit contra factum defuncti.
25 Colonus non sibi, sed domino possidet.
26 Plus iuris in alium quis transferre non potest, quàm ipse habet.
27 Frustra quis impetrat, quod sibi à iure communi conceditur.
28 Possessio longissima instar priuilegij habetur.
29 Instrumentis potius fides adhibetur, magisq; testibus super facto de longinquo deponentib.
30 Memoria hominum labilis est.
31 Testes consueuerunt fidem suam variare ex tẽporis diuturnitate.
32 Vno testi affirmanti plus creditur, quàm mille negantibus.
33 Solutione cognoscitur uectigal & affictus.
34 Testes concordari debent, quando est possibile.
35 Testes qualiter iurare debeant.
36 Episcopus qualiter iuret, cum in testẽ producitur
37 Iuramentum contra formam solitam præstitũ non valet.
38 Testimonia præualent, quibus potius lux veritatis assistit.
39 Possessio quando clandestina, & vitiosa præsumatur.
40 Producens indistinctè instrumentum, omnia in eo contenta uera esse confiteri uidetur.
41 Instrumentum producens, non potest postea illud reprobare.
42 Producens instrumentum, personam notarij approbare uidetur, nec postea potest illum reprobare, si contra ipsum alia instrumenta producantur.
43 Forma sententiæ in interdicto uti possidetis.

CONSILIVM. LXVII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. In causa agitata pro parte Communitatis Vallis Primei ex una, & Spectabilem militem D. Balthasarem de Vallispergio Dominum Castri, & Vallis Primei ex altera; apparet, quædam supplicatio producta pro parte ipsius communitatis Vallis Primei; coram Illustrissimo, & excellentissimo Principe, & Domino, Do. Sigismundo Dei gratia, Austriæ, Sthyriæ, Carinthyæ, Carniolæ Duce. Comiteque

miteque Tirolis,& Domino in temporalibus Tridenti, atque producta dicta supplicatio loco petitionis in Bulzano, ut asseritur in exceptionibus ad libellum,coram Magnifico D. Ioãne de Meziocorone, honorabili Capitaneo ciuitatis Tridenti; & eius districtus, ac egregiis legũ Doctoribus Dominis Bonamẽte de Aliprandis de Mantua Vicario in temporalibus Tridenti, pro suprascripto Illustrissi. Principe, ac Antonio de Factis de Terlaco, & Melchiore de Facinis de Padua, tanquam commissariis electis, & deputatis per præfatum Illustrissimum, & Excelsum Principem Dominum Sigismundum Dei gratia Ducem Austriæ, &c. Apparet, quod ex utraque parte sit actum iudicio possessorio uti possidetis, quod est retinendæ possessionis. Primò pro parte Communitatis supplicantis, quod apparet per relationem factam de ipsa supplicatione, in exceptionibus contra libellum, uel supplicationẽ. Cùm dicit, quare supplicant, & petunt, quòd eidem Domi. Balthasari mandetur, ut amplius in ipsis nemoribus se nõ impediat, sed ipsa nemora ipsis de Primeo libera relaxet, prout hæc, & alia in ipsa supplicatiõe diffusius reperiũtur, &c. Secundò ex parte Do. Balthasaris, ꝙ sit actum possessorio, apparet in fine prædictarum exceptionum, dum dicit, petit idem Iacobus procurator dicto nomine sibi iustitiam ministrari, & ipsum Domi. Balthasarẽ à contentis in dicta supplicatione absolui,& successiuè pronuntiari,& declarari ipsum D.Baltassarem, tanquam feudatarium & uasallum ipsius prefacti Illustrissimi Principis esse in possessione vel quasi affictãdi,colligendi affictum, & manarasigum nemorum & lignorum incisorum in Primeo, & ipsam Communitatem Primei nunquam fuisse nec esse in possessiõe,vel quasi huiusmodi iuris, &c.

1 Videtur † namque ex utraque parte actũ prudenter possessorio secundum consilium legis. Nam is qui destinauit rem petere, an animaduertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem dicit. Glo. recuperandæ uel retinendæ, quia longè comodius est ipsum possidere,& aduersarium ad onera petitionis cõpellere, quàm alio possidente petere. iste est tex. in l. is qui destinauerit, ff. de rei vendica. & facit Institu.de interdict. in §. retinendæ, & §. commodum, & l.naturaliter, §.nihil, ff.de acquirend. poss. &c. inter dilectos,in fi.de fide instru. Et ideò magna est de ea possessione contentio. ff. uti possidet.l.1.§.huiusmodi autem,& rectè hoc actum est vicissim interdicto vti possidetis, quod datur inter duos,qui dicunt se possidere, vt l. 1.§. inter litigatores, ff.uti possidet. & l. si duo, in princi. ff.de ter. mo. Glossa in capi. pastoralis, de causa possessio. & proprie. & superior est ille qui agit hoc iterdicto, à quo alter qui agit possidet ui aut clã,ut in l. si duo, in prin.ff.uti pos.& C.eod. l.1.

2 Non † obstat si dicatur illam supplicationem productam coram delegatis non continere aliquam conclusionem; quæ cõclusio est necessariò in libello ponenda per l.fideicommissaria, C.de fideicommissa.liber.& l.Pomponius in negotiis, ff. de nego.gest.& l.ut fundus, ff. commu. diui. & melius probatur in l.vinum, ff. si certũ peta.& in l.fi.ff.de condi.triti.& not.Doc. in l.1.in prin.super Glo. magna in princip. ff.de eden. Quod intelligo in libello in

3 actione ciuili producto. † in causis autem criminalibus non est necessaria conclusio, sufficit enim proponere factum propter quod accusatur; nec expedit dicere, quare peto ipsum condemnari ad talem pœnam, secundũ ꝙ no. per Cy. in l.in causis, C.de accusa.& dicunt Docto. Canonistæ probari per c. licet Heli. de simo. & benefacit, quod not. per Glos.iii. quæst. iiii.c.quia præsidatus, Et bene facit l.i. §.i.ad Turpillia.quia conclusio in criminalibus est in potestate legis,ideò non est necessaria.Nam dico, ꝙ in supplicatione Communis Vallis Primei, & reproducta coram Dominis Delegatis,est apta conclusio in possessorio retinendæ.cum dicitur in ea. Piaxa alla vostra gratia de comandare à Misser Baldesera, che delli boschi, i quali à nui apertien & aspeta, non se impace, è pacificamente ne li lasse,&

se &c.† Ista est apta conclusio in libello, 4
uti possidetis, ut ponit Glo. formaliter in proposito, narrando formam sententiæ, quæ debet esse conformis libello. ut in c. licet Hely. de simo. & in l. i. C. uti possidet. in Glo. in uersi. prohibebit. dum dicit. Item si forte de usu nemoris sit quæstio, dicat iudex; quia inueni eum potiorem in tali usu, idcircò alium condemno, ut illum non inquietet &c. Sic ibi dicit Gloss. formaliter loquendo, in usu nemoris.

5 Præterea † & si non fuisset in dicto libello aliqua posita conclusio, adhuc procederet per clusulam in fine supplicationis appositam, ubi supplicantes se recommendant Illustrissimo Domino Duci, ut sibi Iustitia ministretur; quoniam in libello sufficit proponere factum, & subiicere clausulam generalem, ut sibi Iustitia administretur. ut est tex. in c. cum dilectus, de ordi. cognitio. Et dicit ibi Inno. imputetur ipsi reo, quare libellum, ita generalem admisit: potest enim illum admittere si uult, & non opponat, sicut in proposito non fuit oppositum, ut in l. fi. C. de anna. exceptio. & dicit ꝙ communiter ista clausula admittitur & utilis est Vnde refert Ioan. Calderi. se obtinuisse in quæstione facti, ut ille qui narrauit in petitorio & possessorio, & conclusit in solo possessorio adiecta hac clausula, petens mihi Iustitiam ministrari, possit obtinere in petitorio, si sufficienter in eo probauit; quia si illa clausula generalis refertur se ad possessorium, in quo specialis expressa erat, conclusio uideretur superflua, & circa idem bis reperita: uerba autem debent aliquid operari si possunt de legat. i. l. si quando, & extra de elect. c. in Genesi, pro hoc quia fauemus intentioni libellantis. ff. de iudi. l. si quis intentione; & sic Innocen. concludit. quòd ubi nulla conclusio certa est, sufficit, si solùm facta narratione, petitur in præmissis Iustitiam ministrari.

6 Item † ubi dicitur, Illustrissimus Princeps Dominus Dux Austriæ Sigismundus commisit istam causam cognoscendam & terminandam prædictis iudicibus delegatis, sola, mera, & pura ueritate inspecta secundum &c. quæ uerba remittunt omnem solennitatem iudicorum. scilicet ut non requiratur libellus in scriptis; & ut possit procedi in diebus feriatis ob necessitates hominum, &c. Verum, quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet, est in ipso exordio petitio facienda sine scriptis, sine verbo; actis tamen continuo, ut super quibus articuli & positiones formari debeant, possit haberi plenior certitudo. Iste est tex. in cle. sæpè. de uer. signific. ubi plenè per Ioan. And. & in cle. dispendiosam, de iudiciis.

7 Confertur ad præmissa, † quia ista supplicatio principi porrecta est fauorabilis, & quandoque habet uim contestationis, ut C. quando libel. princ. oblat. iam lite contesta. facit l. i. & ii. & hoc quantum ad substentationem libelli, pro parte Communis Primei dicta sunt.

Nunc ueniendo ad merita causæ. multifariam multisque modis apparet ius ipsius Communitatis vallis Primei deductum & lucidissimè probatum, tam per instrumenta quàm per testes, ita quòd necessariò oportet sequi condemnationem contra Strenuum militem D. Balthasarem de Vallispergio, ut cesset à molestatione, & in futurum non molestet
8 † & in damna & in expensas prout debet sententia formari in tali possessorio retinendæ. per not. in d. l. i. per Glo. & Doct. C. uti possidet. & in c. pastoralis, de causa possessio. & proprietat. Primò namque apparet per instrumenta producta pro parte hominum Vallis Primei, & ipsum D. Ioannem fratrem quondam D. Balthasaris, habentem mādatum à D. Gaspare eius patre; ut tunc produxit quandā literam teutonicalem sigillatā sigillo prædicti sui patris D. Gasparis militis de Vallispergio, & Domini dictæ Vallis Primei, prout continetur in dicto instrumento transactionis producto, ac scripto manu Iacobi Andreæ de Gutico notarii. q. ser Gerardini. in M C C C C XXIX. indictione vii. die v. mensis Iunii. & registrato in
9 processu ad car. XXXV. † & sic ista exceptio transactionis opposita in principio,

penult. supra allegat. ne autem in auct. de tabellio. col. iiii. ubi uidetur dicere, quòd si notarius damnatur de falso, non propterea debent vitiari sua instrumenta.& allega. l. Barbarius, secundum quam debet illa Glos. intelligi quanquam dicat.D.Raph.ille, §.nec Glos.super eo. nō aduocent me in suam sententiam, quia ille tex.in d.§.penul. loquitur in uero tabellione, & sic Glos. illa loquitur de eo qui erat verus tabellio. sed propter delictum fuit priuatus officio tabellionatus. vnde ibi concurrebat etiam tertium, scilicet auctoritas superioris; quia erat creatus notarius à superiore;& huius sententiæ est Inno. in c. i. de fi. instru.in Glos.i. uersi. oportet autem, quam sententiam etiam sequitur Bar. ut duo sufficiant, scilicet publica utilitas,& communis error, licet desit auctoritas superioris. & mouentur Inno. & Bar. per l. iii. ff.ad macedo. Ad l. actuarios respondet Bart. quòd ibi loquitur in casu speciali. & subdit Raphael Fulgosius: hæc quæstio habet satis dubitationis, & ex utraque parte habet magnos doctores, ueruntamen in re dubia & ambigua præeligenda est humanior sententia, ut potius acta ualeant, quàm pereant, & sic sequimini sententiam Petri Bar. & Inno. quàmuis stricta sentētia faciat pro aduersariis. Et pro ista sententia quam putat communiorem affert tex.in §. cum aliquis,instit. de test.& in l. i. C.de test. iuncta l. Domitius Labeo,de testa.& tunc in teste sufficit communis error,& publica utilitas. licet absit superioris auctoritas, & dicit, quòd ista sententia, tanquam benignior sequenda est in iudiciis,& incausis forensibus.

Nec obstat, quod allegatum est pro parte Domini Balthasaris in oppositionibus, ad instrumentum dictæ conuentionis factæ. videlicet, quòd dicta conuentio, & transactio non protuit fieri per Dominum Ioannem Valispergio, qui recognoscit castrum Primei in feudum à Serenissimo D.Duce Austriæ, in præiudicium domini. quoniam contrarium
22 est de iure, † nam uasallus potest transigere, si uerè fiat transactio, & sine fraude, timore litis, & iudicij, quod fiebat, vel sperabatur fieri, absque aliqua circunuentione: ut fuit in proposito; ut probatur in usibus feudorum in titu. si de feud fuer. contro.in c. si vasallus, el tertio, & in titu. de controuersiis inter uasall. & alium cap. pri.quod intelligendum est ut dixi supra. scilicet bona fide. arg. in l. in summa, in princ. ff. de cond. indebi. uel secundum Andream de Iser. summum feudistam; quòd ista transactio tenebit contra uasallum. uel etiam contra dominum, quando Dominus vellit venire ex persona vasalli, non autem si uellit uenire ex persona propria; de quo plenè tractatur in pluribus capitulis in usibus feudorum, per Dominum Patruum meum Iacobū Aluarotum, in sua lectura super usibus feudorum.

Nec obstat si dicatur D. Ioannem non habuisse mandatum à Domino Gaspare eius patre, nec à Domino Balthasare eius fratre, & sic eis non potuit præiudicare talis transactio, quia contrarium est;
23 immò habuit mandatum, † prout apparet per illam literam tentonicalem sigillatam sigillo Domini Gasparis, quibus literis sigillatis datur plena fide, ut in cap.post cessionem, de probat. ut in dicto instrumento dictæ conuentionis refertur.

Item & si non habuisset mandatum ipse Dominus Ioannes, ex quo ipse fuit obligatus per solennem stipulationem in instrumento dictæ conuentionis appositā,
24 sequitur † quòd etiam D. Balthasar, qui ipsi Domino Ioanni fratri suo successit etiam in sua parte propria non possit contradicere, ut est casus in l. cum à matre, C.de rei vendi.& in l.uendicantem ff.de euictio. quia quem de euictione tenet actio &c.

Ex iis euidenter apparet deffensatum instrumentum transactionis & conuentionis factæ inter Dominum Ioannem de Vallispergio, & Communitatem Vallis Primei, ab omni oppositione facta contra personam Iacobi de Gutico, qui dictum

ctum instrumentum conscripsit. & pari ratione defensantur omnia alia instrumenta per eum facta, uidelicet aliud instrumentum fastum in M CCCC XXX. die vii. mensis Maii. quod incipit. quia coram Magnificis. in quo probatur, quòd coram Domino Ioanne de Vallispergio, Vgolinus Scopuli confitetur habuisse nemora de licentia, & parabola Cõmunitatis Primej. in quibus fecit stubam in caualeto pro conducendis lignis ad aquam Cismonis. Quod etiam dicunt testes; & etiam aliqui producti pro parte Domini Gasparis, ut attestatur Zanuictor de Primeo examinatus per Dominum Vicarium Vallis Flematum. qui dicit, quòd Communitas Primei consensit ipsi Vgolino laborare in dictis nemoribus.

Item dixit se scire, quòd quando Vgolinus decessit, tunc Dominus Ioannes se intromisit in dictis nemoribus, & fecit laborare, & etiam probatur per capitula pro parte Domini Balthasaris producta, & per testes suos, quòd Domi. Balthasar successit in ius Vgolini; & sic cum Vgolinus fuisset conductor, seu precario tenens à prædicta Communitate Vallis Primei, non possidebat suo nomine, sed
25 nomine Communitatis Primei † quia colonus non possidet sibi de domino. l. i. C. de vsucapio. & C. de præscript. xxx. anno.
26 l. malè agitur, † & sic non potuit plus iuris transferre in Domin. Balthasarem, quàm ipse Vgolinus haberet, l. traditio, ff. de acquiren. rerum domi. l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. Qui Domi. Balthasar, mortuo Vgolino, qui habebat per annos quinque, ut in dicto instrumento apparet; & mortuus fuit post biennium in dicta locatione, Dominus Balthasar continuauit dictam locationem, & concessionem factam Vgolino; usque in tempus finitum annorum quinque. postea cum uellet perseuerare, & boscare, fuit expulsus, ut dicunt quàmplures testes. Quinimmò nec ad literas Serenissimi Domini Ducis Austriæ bis annuntiatas dictis hominibus, non permisserunt, dicentes uelle potius relinquere uitam quàm permittere sibi auferri suam possessionem ante litem finitam; sic quæ dicta Communitas retinuit suam possessionem, quia non fuerunt illi homines suspicati se posse repelli, immò uiriliter resisterunt dictæ violentiæ Domin. Ioannis, ut in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. possess. & multi testes examinati pro Domi. Balthasare, qui dicunt vidisse Domi. Balthasarem facientem buscari, loquuntur de eo tempore, quo successit in ius Vgolini, & durante tempore dictæ locationis.

Probatur, & tertium instrumentum Iacobi de Gutico factũ in M CCCC XXXIIII indictione xii. die iii. Mensis Augusti. in quo continetur, quòd coram Magnifico Domino Ioanne de Vallispergio cõparuit Vgolinus Scopulus, & ad requisitionem hominum vallis Primei, confessus fuit habuisse à Communitate prædicta pro spacio quinque annorum, & non ultra, nemora & loca ubi construxit ædificia in caualeto, & transacto dicto tempore quinque annorum, nullo modo amplius debeat se impedire, nisi de consensu & voluntate totius Communis Villæ Primei. quæ omnia D. Ioannes de Vallispergio approbauit, & laudauit, & interposuit iudiciale decretum.

Item apparet, quòd finita locatione, & concessione facta Vgolino Scopuli per Communitatem Vallis Primei, in qua successit Dominus Ioannes de Vallispergio, ut dictum est, Dominus Ioannes petiit de gratia speciali ab hominibus dictæ Vallis, ut dimitterent, quòd posset conducere extra uallem ligna, quæ ibi remanserant; & prædicti homines sibi responderunt, quòd erant contenti sibi facere gratiam Domino Balthasari de extrahendo lignamina vetera, quæ permanserunt in isto anno in nemoribus, dũmodo Dominus Balthasar damna emendet hominibus, &c.

27 † Et sic si fuissent dicta nemora Domini Ioannis, frustra precibus implorasset, quod sibi à iure communi concessum foret, ut in l. unica. C. de thesauris libro decimo.

Neque

Neque obstat sentẽtia arbitraria lata per quinque arbitros super differentiis, quæ alia uice fuerunt inter prædictum Domi. Ioann.& dictam Communitatem de Primeo, quæ incipit cum hoc sit, quòd lis, & maxima discordia, in illa parte dum dixit. Item sententiamus super facto nemorum, quæ homines Villæ Primei dicunt esse sua, quòd stare & manere debeat prout continetur in illis duabus literis, quas partes habent bullatas, à D. Sigismũdo de Niderdor, tanquàm locũtenen. D. Capit. Attacis. & in tali concordia facta ꝑ Do. Sigismundum Niderdor sunt infrascripta uerba, ad propositum pertinentia, & debent & possunt suprascripti seu supra nominati Do. Ioannes de Vallispregio, & dicta Communitas in Primeio, ligna incidere, & secare in syluis illis secundum ꝙ ab antiquo consuetum est, sine fraude, &c. Et sic debet intelligi, ꝙ Do. Ioannes possit facere buscari in nemoribus, quæ spectant ad iurisdictionem castri in quibus Communitas Primei nõ infert molestiam aliquam, ut in supplicatione declarant. & Communitas Primei possit buscare, & possidere nemora Vallis Primei, quæ sunt infra regulas quatuor dictæ Vallis, quæ fuerunt possessæ continuè per longissimum tempus, & per tantum tempus, cuius initii memoria in contrarium non exiftit, ut probatum est per plurimos, & infinitos testes omni exceptione maiores, patres familiàs, diuites, & omni suspicione carentes, habitantes in Fenzano, & in districtu Feltrensi, &
28 in Asilo. & in aliis diuersis locis, † quę possessio tanti temporis habet instar priuilegii, ut in l. ii. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. arc. & in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidia. & æsti. & in c. super quibusdam, de uerbo. signifi. Apparet insuper per xvii. instrumenta locationum, quibus apparet ab olim usque ad moderna tempora, continuò homines Vallis Primei possedisse dicta nemora, faciendo lignamina in eis, & locando, & affictus ꝑcipiendo. Ex quibus instrumentis apparet testes productos pro parte D. Balthasaris fore falsos. qui dicunt vidisse homines buscatores accepisse licentiam à Do. Gaspare, seu à Do. Ioanne de Vallispergio, & nunquàm audiuisse aut uidisse, ꝙ petierunt licentiam ab hominibus Vallis Primei. Nam loquuntur præcisè con
29 tra omnia illa instrumenta, † quibus instrumentis potius fides adhibetur, magis quàm testibus, maximè super facto de lõginquo deponentibus, ut in proposito est, & not. Glo. in c. tertio loco, de probation. & in c. ad audientiam, de præscript.
30 & in c. causam quæ de probat. † quoniã memoria hominum labilis est. l. peregre
31 ff. de acquiren. pos. † Et testes consueuerunt fidem suam variare ex temporis diuturnitate, vt ff. ad Carbonia. l. iii. §. duæ, & ff. de dam. infect. l. qui bona, §. vlti.

Item quasi omnes dicti testes Do. Balthasaris asserunt negatiuam dicentes, se non uidisse, nec audiuisse, quòd homines vallis Primei locarent, nec darent licentiam
32 boscandi † & plus creditur vno affirmanti quàm infinitis negantibus.

Præterea aliqui testes, videlicet quinque examinati ad instantiam procuratoris, D. Balthasaris per Vicarium Vallis Primei
33 concludunt, & dicunt. † quòd mercatores ementes ligna soluebant manarasicũ, siue vectigal, & non affictus, quoniã si esset affictus solueretur à colonis, & à conductoribus nemorum, exinde cognoscitur an sit locatio. Institut. loca § ideò.

Item probatum est per testes, quòd manarasicum soluitur etiam de lignaminibus, quæ inciduntur in Valle Taxini, & transducuntur per vallem Primei, ergo clarè sequitur, quòd non est affictus, sed vectigal. prout etiam sui testes dicunt, quia appellant, ꝙ est muta siue vectigal.

Præterea tres concessiones factæ de nemoribus per Do. Gasparem, & D. Antonium loquuntur de nemoribus extra regulas, sicut etiam loquuntur plurimi testes producti pro parte D. Balthasaris.

Item & plurimi ipsorum loquuntur de tẽpore quo Domi. Balthasar successit in locatione Vgolini, & sic per hanc viã possunt concordare quasi omnes sui testes, cum testibus Communis Vallis Primei, & suis

& suis instrumentis. Videlicet quòd loquantur de nemoribus extra regulas Vallis Primei, uel de nemoribus spectantibus ad iurisdictionem castri, uel spectantibus ad regulas Vallis Primei, eo tempore quo Do. Ioannes succesit in locatione Vgolini præmortui, ut supra plenè dictũ est.

34 † Quæ concordia debet inquiri inquantum possumus ut in c. cum tu, de testib. & l. ii. in §. creditum, & quod ibi not. per Docto. ff. si cer. pet.

Præterea illi vltimi testes translati de theutonico in latinum sunt suspecti, quia familiares, & domestici D. Balthasaris, & boscatores, & vilis conditionis. Cuius modi sunt quasi omnes alii producti pro parte sua, uagabundi, non habentes proprias habitationes. Zironagi deponentes contra instrumenta xvii. locationum factarum per homines vallis Primei, dum dicunt boscasse de licentia Do. Balthasaris, & nunquam vidisse, nec audiuisse, quòd peteretur licẽtia ab hominibus uallis Primei.

Item possunt intelligi de nemoribus spectãtibus ad regulas dictæ Vallis, quæ sunt quatuor regulæ, ut probatum est per testes & instrumenta. Item de tempore, quo successit Domi. Balthasar in ius Vgo

35 lini. Item † non sunt iurati secundum formam iuramenti, quæ ponitur per Glo. in c. fraternitatis, de testib. sed iurauerunt erectis digitis ad cœlum, uel in altum & non tactis scripturis, qui tactus scripturarum & sanctorum Euangeliorum requiritur in teste. ut in l. iurisiurandi, C. de testib. & clemen. i. §. porrò, de hæretic. & quod ibi plenæ not. in Gloss. in uersi. tacta. & in decret. iiii. quæstio. ix. c. Ortami

36 ni. † Fallit in Episcopo, qui positis tantum sacrosanctis Euangeliis, & non tactis iurat, ut in aucten. sed iudex. C. de episco.

37 & cleric. & c. fina. de iuramen. calum. † Et iuramentum contra formam solitam præstitum non ualet. l. qui per salutem, ff. de iureiuran.

Item multi, plures, & in maiori quantitate sunt testes pro parte Vallis Primei producti, & examinati. honestiores, & qui deponunt rei aptiora. & vero proxima. Nam probatum est per productam librorum æstimi, quòd dictæ regulæ Vallis Primei habent illos montes in suis æstimis, pro quibus soluunt factiones, & censum casei castro Pedræ, unde non est uerosimile quòd uellent soluere, nisi essent ipsorum. Item dicti homines non possent uiuere, nisi haberent dictas Valles. unde respiciendum est ad sinceram testimonio

38 rum fidem. † Et præualent testimonia, quibus potius lux ueritatis assistit. ut dicit text. in l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib. & not. Gloss. ad plenum in c. in nostra, de testib.

Confert etiam plurimum ad confirmationẽ iurium Communitatis Vallis Primei, attestatio Magnifici Domi. Conradi Viaciler. qui aliàs fuit Dominus Castri Primei ante Do. Gasparem patrem Do. Balthasaris, cum dicit cum aliàs intraui possessionem Castri Primei, abstinui me ab omni sylua, & nemore ibidem in valle. Ego etiã non locaui aliquod nemus, uel syluam ad laborandum, &c. Et sic cum dicta Cõmunitas vsque eo tempore ante Do. Gasparem patrem Domi. Balthasaris esset in possessione nemorũ Vallis Primei, & ne-

39 morum infra regulas. † Et sic dicta Communitas de tanta vetusta possessione, omnis possessio etiã si fuisset posteà ab alio habita, præsumeretur clandestina, & vitiosa per not. per Barto. & Cy. C. uti possidet. l. i. in fi. & est casus expressus extra de probatio. c. licet. causam,

Postremò & ultimò apparet, ꝙ procurator Do. Balthasaris produxit actualiter illa tria instrumenta, scripta manu Iacobi de Gutico, de quibus supra est facta men-

40 tio. † & produxit indistinctè, neque dixit in partibus pro se facientibus tantummodo, & sic videtur confiteri omnia contenta in dictis instrumentis uera esse, ut in c. cum olim, de censi & in c. cum uenerabilis, de exceptio. & not. in c. quoniam contra falsam, de probat. & facit l. cum

41 præter, C. de libera. caus. † ergo amplius ea instrumenta reprobare non potest, dicendo quòd notarius fuerit falsarius, ut

42 ff ad l. Iul. de adulter. l. si vxor, §. fin. † Itẽ cum producendo instrumenta per eum

facta

9 Sed ulterius prosequendo dico † quòd ipse Dominus Balthasar non potest se impedire de istis nemoribus, quia si uerũ est, quòd illa scripta sunt ad æstimum ipsius Communitatis Primei, & quòd pro illis, Communitas substinuerit onera &c. ꝙ per hoc præsumitur, quòd dominium illorum ad ipsam Communitatem pertineat, quousq; Dominus Balthasar probet contra quòd pertineat ad se, & non ad Communitatem, per id quod not. Bar. in l. rura, de omni agro de ser. lib. xi. & Ang. in l. decem, ff. de uerb. oblig. & secundo hoc intelligenda est l. solennibus, C. de rei vendi. quæ videtur velle contrariũ
10 vt ibi. † Pro quo facit, quia pro æstimo communis præsumitur l. fi. de prædiis nauicula. lib. xi. & si ita est in hoc iudicio retinendæ possessionis; Communitas obtinere debet, ēt si ipsa & D. Balthasar æqua
11 liter de possessione probassent. † quia in iudicio retinendæ possessionis, præfertur ille, qui pro se habet præsumptionem Dominij, ut in c. licet causam, §. ex præmissis, de probat. Sed & si nullam præsumptionem Dominii Communitas pro se haberet, adhuc abtinere debet, quia per instrumenta plurium locationum ab ea factarum de nemoribus istis de sua possessione plenè constat, vt supra deductum, & ostensum est, per perfatum Dominum consulentem.

12 Nec obstat † quòd conductores licentiam acceperint à D. Balthasare, ut vidétur dicere testes sui; quia si uerum est ꝙ licentiam petierint, intelligi debet quòd petierint illam, ratione iurisdictionis, quam dictus Dominus habebat, non autem debet intelligi quòd petierint illam, quia nemora ab eo conduxerint, quia contrariũ apparet ꝑ instrumenta, ꝙ conduxerant à Communitate, & si conduxissent à Domino Balthasare, non habuissent opus aliam licentiam petere, & posito quòd illam petiissent, animo ab eo etiam conducendi, & quòd expressè etiã conduxissent ab eo, animo interuertendi possessionem Communitatis, illam tamẽ non interuertissent l. fi. C. de acqui. poss.
13 † & ipsa Communitas nihilominus ciuiliter & naturaliter etiam possedisset per dictos conductores, etiam si pensiones soluissent Domino Balthasari, dummodò etiam soluissent illas Cõmunitati, ut in l. quamuis, §. i. ff. de acqui. possessio.
14 † Et si uerum est quòd Dominus Balthasar successerit in locatione facta Vgolino, per distam conductionem ipse perdidit suam possessionem, etiam si illã prius habuisset. Quicquid enim sit de dominio possessorio perditur sola uoluntate, & ex contractu conductionis rei suæ, transfertur in locatorem, licet locatio non ualeat, ut hæc habentur in l. si rem aliquam, & ibi per Glos. & scribentes eo. tit. de acqui. possessio.

Et ex iis & aliis copiosè & seriosè deductis per suprascriptum clarissimum Dominum consultorem, de sola subscriptione requisitus ego Angelus de Castro vtriusque iuris Doctor & filius quondam Domini Pauli de Castro ordinariè legens iura canonica in studio Paduano, dico ut supra. Et ad fidem manu propria me subscripsi, & sigillaui. Laus Deo.

CONSILIVM D. IACOBI DE ZOCHIS FERRARIENSIS. V. I. D.

In eadem materia.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in possessorio quomodò procedat.*
2 *Supplicatio porrecta coram iudice, quando habeatur loco petitionis.*
3 *Libellus sine conclusione, procedit in interdictis possessoriis.*
4 *Libellus in possessorio annum, diem, & mensem continere debet.*
5 *Libellus in criminalibus, sine conclusione procedit.*
6 *Pœna imponitur ex facto, uel crimine narrato.*
7 *Clausula peto mihi Iustitiam ministrari, quid operetur.*
8 *Is in interdicto vti possidetis obtinet, qui iustiorem titulum ostendit. & infra nu. 28.*

9 Exceptio

9 *Exceptio transactionis processum, & litis contestationem impedit.*
10 *Pacta & conuentiones sunt seruandæ.*
11 *Notarii condemnati de falso in uno loco, instrumenta celebrata in alio, an valeant. & infra nu. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.*
12 *Qui semel malè iudicauit, iterum iudicare non prohibetur.*
13 *Testis qui semel deposuit, iterum deponere potest.*
15 *Interdictum quando extra territorium extendatur.*
16 *Relegatus à prouincia domicilii, intelligitur relagatus à prouincia originis.*
17 *Condemnatus publico iudicio est infamis.*
18 *Sententia facit notorium.*
19 *Tabellionatus non est officium, sed munus.*
20 *Publicum in uno loco, potest esse occultũ in alio.*
21 *Instrumenta confecta ab eo qui habet potestatem creandi notarios, licet ipse notarius esse non possit, ualent & tenent.*
22 *Possesio an probetur per locationem, & pensionis solutionem.*
23 *Violenta possessio & cum mala fide, posidenti non prodest.*
24 *Testes concordari debent vt probent, & à periurio excusentur.*
25 *Testes duo affirmantes, plus ualent, quàm centum negantes.*
26 *Testes digniores, & uerosimiliora deponentes præualent.*
27 *Producens pro se instrumentum, non potest postea illud impugnare.*
29 *Solutio pensionis, seu census facta per annos triginta, aut quadraginta, facit censeri quem habere titulum in re pro qua soluitur.*
30 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse.*
31 *Libris antiquis, an & quando sit præstanda fides.*

CONSILIVM LXIX.

IN Christi nomine, & Gloriosæ Matris Mariæ, & utriusque Iacobi. Viso certo compendio actorum inter Communitatem vallis Primei ex vna parte, & Spectabilem militem Dominum Balthasarem de Valispergio Dominum Castri. Viso & copioso consilio eximii & clarissimi Iuris Doctoris Domini Francisci de Aluarotis, & Vicarij generalis extra patriam Fori Iulii Reuerendissimi Domini Patriarchæ. Et quo ad primum, quod tangitur de aptitudine, uel ineptitudine libel-
1 li, dico idem quod ipse consuluit. † Nam hic agebatur inter duos qui dicunt se possidere, c. pastoralis, de causa possessionis & proprietatis, & c. cũ ecclesia sutrina, l. i.
2 §. inter litigatores, ff. uti posside. † Sed supplicatio producta coram ipsis iudicibus, quibus causa est commissa, quòd de plano, sine strepitu, & figura &c. habetur loco petitionis, seu qualis qualis petitionis, cle. sæpè, de verbo. signi. l. cum precum, C. de libera. cau. not. Doct. in c. i. de libel. obla. posui super rub. in lectura
3 mea. † Et cum dicitur quòd caret conclusione illa supplicatio, iuxta l. fin. C. de fideicom. liber. l. ut fundus, C. commu. diui. c. examinata, de iudi. & c. licet hely, de simo. Istud non obstat, quia in istis interdictis possessoriis procedit libellus sine conclusione. tex. est in c. in literis, de restitu. spoliato, & ibi Hostien. quasi uidea-
4 tur intentata actio criminalis. † Hinc est quod dicitur, quòd in possessorio, si libellatur, debet exprimi annus, dies, & mensis secundum Inno. in c. qualiter. de accusa. Signorinus Doct. in consil. clxv. sufficit ergo, quòd quando agitur possessorio, uel uti possidetis simpliciter fiat narratio, ex qua resultat intentio narran-
5 tis & supplicantis. † Hinc est quòd in causa criminali procedit libellus sine conclusione, ut l. i. & ii. ad Turpillian. c. licet hely, de simo. nam facta narratione in criminali, incontinenti ius supplet con-
6 clusionem. † cum ex facto seu crimine narrato ius suam pœnam imponat, sic dicendum in causa possessorii d. c. in literis, de resti. spolia. plenè per Doctor. in c. i. de lit. contest. super Glos. eo maximè, quia in mandato supplicationis apposita
7 est clausula de plano &c. † Item propter clausulam appositam, peto mihi Iustitiã ministrari. de qua per Inno. in c. ii. de ordi. cogni. & in c. i. de mutu. peti. Nam operatur secundum Ioa. Calderi. in c. ii. de ordi. cogni. quòd licet facta sit narratio in petitorio & possessorio, & conclu-

sio sit facta ĩ solo possessorio, adiecta clausula, peto Iustitiã & c. põt obtineri in petitorio, si sufficienti iure ꝓbauit, & sic talis clausula generalis supplet defectũ conclusionis; uerum hic apparet quòd actum est in iudicio possessorio uti possidetis, quod est retinendæ, quia ex parte Communitatis supplicantis patet, per relationem factam de ipsa supplicatione in exceptioninibus contra libellum uel supplicationẽ cum dicitur. quare supplicant & petunt, quòd eidem Domino Balthasari mandetur, ut amplius in dictis nemoribus se nõ impediat, sed ipsa nemora illis de Primeo liberè relaxet; & ex parte ipsius Domini Balthasaris apparet in fine ipsarum exceptionum, dum dicit, petit idem Iacobus procuratorio nomine Iustitiam ministrari & Domini Balthasa. à contentis in dicta supplicatione absolui. & successiuè pronunciari ipsum Dominum Balthasarem tanquàm feudatarium & uasallum præfati Illustrissimi Principis esse in possessione, uel quasi affictandi & colligendi fictum, & manerasigum nemorum & lignorum incisorum in Primeo, & ipsam Communitatem Primei nunquàm fuisse in possessione, uel quasi huiusmodi iuris &c. Et uidetur pars prudenter egisse & intentasse possessorium uti possidetis, iuxta consilium leg. is qui destinauit, ff. de rei uendica. & prudentius ad huc facit
8 aliquid ostendere de titulo. † quia in interdicto uti possidetis obtinere debet, q̃ iustiorem titulũ ostendit. c. licet, de prob. Sed ueniendo ad merita causæ, pro tutamine illorum de Primeo, deducuntur in medium instrumenta transactionum factarum per marciolos siue decanos uallis Primei, & Dominum Ioannem fratrem quondam Domini Balthasaris, habentem mandatum à Domino Gaspare eius pa-
9 tre, ut patet ex literis sui patris. † & sic ex ipsis instrumentis transactionis productis, causata est exceptio litis finitæ, & impediri debet processus, & eius litis contestatio. c. exceptionis, de lit. contesta. lib. vi. & l. elegãter, §. si quis post transactionem, de condi. indebi. & effectus transactionis est, quod Commmunitas Primei non possit se intromittere in mudis & datiis & manerasico, quæ spectant ad dominum castri Primei, & quòd liberè & expeditè sint Domini Ioannis, licet tunc Cõmunitas Primei peteret medietatem de mudis & manerasico, quæ dicebat ad eos spectare pro dimidia, sicut habent dimidiam iurisdictionis, & Dominus Ioannes nec eius pater, nec eius frater, & eorum successores non intromittant se aliquo modo in nemoribus uallis Primei, nisi pro reparatione castri, & non bebeant habere nisi mutam, & manerasicum, prout continetur in inuentario ca-
10 stri. † Pacta igitur & conuentiones sunt seruandæ, ut in. c. ii. de pact. & leg. i. ff. eo.
11 † Sed contra talem transactionem seu conuentionem, multum contradicit conditio & qualitas notarii, qui confecit talia instrumenta, quia dicitur condemnatus de falso in Citadella, & sic sua instrumenta non uidenrur fidem facere secundum Glos. & Ioa. And. super illa in mercurialibus libro vi. & in regula semel malus, qui allegat Guliel. in Specu. in tit. de instru. edi. §. restat. uers. quid si tabellio confecit aliquod instrumentum, ubi tenet, quòd si semel fuit damnatus de falso, & sic malus, non debet amplius sibi credi. ix. di. si ad sacras, de hæreticis, fraternitatis, c. ii. de sum. Tri. & fide catho. l. si quis ex argentarijs, §. i. uers. qui enim, ff. de eden. & regula semel malus, ff. de re milita. l. ij. §. is qui & l. non omnis. §. à Barbaris, de pignori. c. illo uos, in fi. & uidetur expressum in l. si aliquis, de suscepto. & archa. C. lib. x. Sed hoc non obstante, transeo cum eo quod copiosè tangitur in superiori consilio, quia ista procederent quando simpliciter & indistinctè esset condemnatus de falsò, non autem ad certum locum uel tempus, ut notabillter dicit Iaco. de Belui. in auct. de tabellio. §. ut autem, super Gloss. quæ dicit. Item nota hic aliud argumentum, quòd ubicunque tabellio perdit officium suum quod est propter multas causas, ut ibi habetur, non ideò debent uitiari sua instrumenta, & facit de offi. præsi. l. Barbarius, & hoc est uerum, quod dicit illa Glos. secundum

cundum Iacob. de belui. super illa Glos. quòd aut tabellio perdit officium suum in genere, & omninò, & in totum, & in perpetuum, & tunc procedunt iura quæ induxi supra, & Specul. in d. §. restat. versic. præallega. Aut perdit officium in specie, & secundum quid, & non in perpetuum, & tunc obtinet quod dicit supra dicta Glos. & iura quæ in contrarium allegat Specu. in §. restat. uers. quid si tabellio, argumentum contra qui adducit, ff.
12 de iudi. l. per minorem, † Nam qui semel malè iudicauit, non prohibetur ite-
13 rum iudicare. C. de accusat. l. iiii. † & idem uidetur in teste, l. Lucius, ff. de iis qui no.
14 infami. † Et in proposito nostro notarius iste non fuit simpliciter condemnatus de falso, sed prohibitus conficere instrumẽta in castro Citadellæ, & suo districtu, sed post hoc aliò se transduxit, ut habitus, & reputatus pro fide digno & auctentico; vnde propter publicam utilitatem & cõmunem errorem debent gesta ualere, l. Barbarius, ff. de offic. præsid. c. ad probandum, de re iudic. per Canoni. & prohibitus respectu certi loci, non censetur pro
15 hibitus ratione aliorum locorũ, † Et ideò dicit Butri. in c. postulasti, de fo. compet. quòd quando sententia pœnalis tantum concernit personam subiectam in limitibus territorii iudicis sententiantis, & tunc si sententia uel pœna respicit interdictum certi loci, non porrigitur extra territorium ex potestate sententiæ, sed porrigitur ad certa loca per consequentiam, l. relegatorũ, §. i. & §. interdicere, &
16 §. sequen. ff. de interdict. & relega. † quia si relegatur à prouincia domicilii, intelligitur relegatus à prouincia originis, à iure. argu. de hoc in c. si sententia, de senten. excommunica. lib. vi. & quod not. de priuile. c. ex tuarum. Si uerò interdictum non respicit certum locum, sed certam artem, & tunc si interdictum est facti, non extenditur principaliter extra territoriũ, ff. de postuland. l. ex ea causa, nisi ars omninò adhæreat personæ, ut est officium & ordo, & dependentia ab eo, de appellatio. c. pastoralis, Aut non respicit certam artem, sed status diminutionem, ita quòd personam afficit, & adhærentia ꝑsonæ, vt excommunicatio, suspensio ab officio, in famia, depositio, & tales sententiæ sequuntur personam extra limites territorii, uel ut lepra leprosum. i. q. i. cito turpem, & tanquam umbra transit ad limites alterius territorii, l. ex ea causa, ff. de postulan. c. ad reprimendum, de off. ordin. & Moder. in c. ut animorum, de constitution. lib. vi. sed ita uidetur in proposito, quia officium notariatus adhæret personæ, & per sententiam notarius iste est priuatus officio adhærente personæ, ergo alibi non poterit instrumẽta cõficere, ex eo quia sententiam istam concomitatur infamia, quæ circa diminutionem status afficit personam, ergo sequitur ipsum quocunque uadit, maximè
17 quia talis sententia facit notorium. † Ad primum facit, quia condemnatus publico iudicio infamis est. l. infamem. ff. de public. iudi. l. iii. §. Iulia. de testib. & l. ex ea, de postuland. & not. in cap. ad probandũ, de re iudica. & hæc infamia uelut lepra
18 sequitur eum. † Ad secundum quòd sententia facit notorium cap. fina. de cohabi. cleric. & vndie, hæc possunt causare dubitationem, sed non obstant, quia aut constat in loco de ipsa infamia, & habetur in loco pro infame ex uirtute dictæ sententiæ condemnationis, & tunc etiam de uoluntate partium notarius posset in-
19 ter eas conficere instrumentum. † cum tabellionatus non sit officium, sed munus in l. ulti. in prin. cum sua Glo. C. qui mili. non poss. Aut non constat in loco de ipsa infamia tꝑe quo fecit instrumentum, & tũc instrã confecta habent fidẽ, facit quod not. Barto. in l. prima, C. de test. & no. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. facit quod not. Barto. in l. iii. ad l. Iul. repetun. nec sententia facit notorium isto casu in loco extrinseco à loco ubi fuit lata quia hoc est potius notorium facti transeuntis in alio loco, iuxta not. in cap. uiam de cohabitation. clericor. & mulier. & quod not. super Gloss. in versic. manifestas, in capi. cum in tua diœcesi
20 de usur. † Et quod dicitur publicum Citadellæ, potest esse occultum, immò est

occul-

occultum in Valle Primei, facit Gloss.in versi.publicè, in clemen. vnica de sepult. Ad prædicta facit quod not. Spec. de instrum. edi.§.restat, uers. quid si is qui est
21 notarius, ubi concludit † instrumenta confecta ab eo; qui habet priuilegium ab eo qui habet potestatem creandi notarios, licet ex post facto appareat eum non posse notarium esse, puta quia seruus uel infamis, instrumenta tamen confecta ualent, & propter hoc instrumenta dictæ transactionis inter partes suprascriptas ualent, & tenent.

22 Nunc autem instandum est † an sit probata dicta quasi possessio villarum, seu hominum uallis Primei, & uidetur ꝙ sic propter multas locationes, & licet per instrumenta locationum ad plenum non probetur possessio c. inter dilectos, §. per instrumenta, de fide instrumentorum, tamē plenè probatur possessio propter locationē, quando probatur solutio pensionis l. quāuis, de acquir. pos. Glos. & Bartol. in l. qui uniuersas, §. fi. ff. eo. quæ solutio probatur per Magistrum Victorem medicum, & quosdam alios testes. Item per octo testes examinatos per Do. Vicarium Domini Episcopi Feltrensis, deponentes de dictis locationibus factis per homines de Primeo, & ꝙ dicti homines fecerūt lignamina, & uendiderunt mercatoribus, sine contradictione alicuius personæ. Et quod Vgolinus Scopoli tenebat ad affictum à dictis hominibus soluendo annuam pensionem de locatione, & quòd solum D. Castri soluebatur maneraficum. Idem dicunt alii quinque testes examinati per D. Iacobum Cariola, & sunt alii quatuor testes de Castello. Et sic usq; nunc sunt testes xvii. hoc deponentes. Item producunt quinque instrunmenta locationum in quibus omnibus præseruatur honorantia Dominis Castri, & maneraficum, Est & alia locatio facta per ser Domenegetū; & responsio solutionis, & pensionis. Sunt alii quinq; testes, Ioannes Nicolai Raper & quidam faber, & alius testis, qui etiam deponunt de pacifica possessione nemorum, & pascuorum, & quando per magnū tempus buscauerunt sine aliqua molestia D. Castri. Item sunt multa instrumenta concordii, & sententiæ arbitrales inter homines & D. Castri quæ omnia conferunt ad possessionem dictorum nemorū, apud dictas villas; quæ instrumenta reseruant mudam, & maneraficum. Item ipse Dominus Castri successit in locatione facta Vgolino, propter quam de facto ab annis. xiiii. & citra uoluit occupare possessionem totam nemorum affictando de fa-
23 cto, † & de ista deponunt testes examinati contra villas, quæ possessio fuit uiolēta, & cum mala fide, igitur non prodest. c. cura, de iure patr. c. fin. de præscrip. & c. si diligenti. Immò pendente lite, incepit Dominus Castri hanc uiolentam possessionem acquirere, contra titu. ut lite pendente. Et sic non obstant testes examinati pro parte aduersa, quia deponunt de recenti possessione, siue potius uioleta, & detentatione. Non obstant quia etiam possunt reduci ad bonam concordiam prout superior Dominus Consultor facit, circa quæ non insisto, Possunt deponere de nemoribus spectantibus ad Dominum Castri, & de alijs nemoribus extra quatuor illas regulas prolatas, per
24 testes, † & sic concordabuntur, ut probent, & à periurio excusentur, iuxta notata in c. cum tu, de testi. Attento etiam quod multi testes aduersæ partis, deponunt etiam de facto negatiuo. Testes Vallis Primei deponunt de facto affirma-
25 tiuo, † & plus ualēt duo testes affirmatiui, quàm centum negatiui. secundum Innocen. in c. quid per nouale, de uerbo. signi. & per Doctor. in c. cum Ioannes, de fide instru. & in c. super hoc, de renuncia. Glo.
26 & Bar. in l. si plures, ff. de arbi. † Vnde ex multitudine testium, & ueritate eorum ex dictis suis affirmatiuis. Item ex dignitate; & quia uerisimiliora negocio deponunt, Communitas Primei debet præualere, vt in c. nostra, de testi. & ibi not. & in cap. prætereà, Adest attestatio Domini Conradi, qui ante fuit dominus in dicto castro ante dictum Dominum Gasparem. Adest productio trium instrumentorum facta per procuratorem Domini Baltha-
27 saris. † qui produxit actualiter instrumenta

menta transactionum in fauorem suum, unde non potest amplius ea impugnare ex defectu personæ notarii.c.imputari, de fide instrumen.cum ibi no. regula contra eum,de regu.iur.in vi. casus est in c. cum
28 olim,de censi. † Et posito sine præiudicio veritatis quòd ambæ partes æqualiter probassent possessionem,quod tamen negatur,& actum sit interdicto vti posside-tis, Communitates villarum uidentur probasse iustiorem titulum, ergo debent obtinere ipsæ uillæ.c.licet,de proba.
29 † Probatur enim q ratione sui utilis Dominii dictæ villæ soluunt in recognitionem,certum censum Domino Castri, siue pensionem uel canonem; quæ solutio arguit utile dominium dictorum montium esse apud villas:facit tex.& Gloss.& ibi Docto.in c.constitutus,de religio.domi.facit c.si quis per xxv.annos, si de feu do fuer.controuer. & l.fina.C.de fun.patrimo.ubi si quis per xxx. uel xl. annos possederit, uel ut feudum, uel ut fundũ patrimonialem, uel ut ius emphyteuticum, videtur iustum titulum ostendere per talem solutionem, facit Gloss.in l.ii. in ult.quæstio.in uer.restituere, C.de iure emphyteu. Item dicitur posse constare quòd dominium iurisdictionis in reddendo ius inter homines dictarum villarum est pro dimidia apud marciolos, quos eligunt dictæ villæ, & pro alia dimidia apud D.Castri, & sic marcioli & vicarius datus per Dominum Castri administrant Iustitiam, propter quod satis iustificatur titulus possessionis, & circa iurisdictionem, & circa possessionẽ nemorum, nec manerasicum illud soluitur loco pensionis uel locationis, ad quam obligentur dicti homines ad ipsum Dominum Castri sed est quoddam vectigal, quod soluitur à mercatoribus pro conducendo ligna ad portum extra valle m prædictam, non est ergo vectigal villarum sed mercatorum; probatur, quia alia loca vicina quæ non sunt subiecta castro per transitum uallis soluunt istud uectigal. quod appellatur manerasicum, non ergo potest dicere Dominus Castri, quòd homines uillarum teneant montes ad affictum ab ipso Domino,ex eo, quia soluatur manerasicum, quia, illud non soluitur ab ipsis Cõ
30 munitatibus uel hominibus. † Vnde nõ probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse d.cap. inter dilectos, de fide instr. l.non hoc, C.unde cogna. c. accepimus, de priuileg. l.neque natales, C.de probat.
31 cap. illud, de præsumptio. † Item per libros antiquos æstimorum, & datiorum probatur quòd istæ villæ soluunt & semper soluerunt onera & factiones pro suo utile dominio, Vnde talibus libris antiquis fides danda est.iuxta not.in c. ad audientiam,de præscript. c. cum causam, de probatio.xvi.d.c. habeo librum, Glos. in cap. cum olim,de censi. Et per ista dico & consulo idem quod suprascriptus dominus consulens copiosè consuluit.

Laus Deo.

Et ita dico,& consulo iuris esse Ego Iacobus de Zochis de Ferraria. I. V. D. Paduæ legens ordinariè iura canonica, & ad fidem prædictorum propria manu subscripsi,& cõsueto sigillo sigillaui Die xxviii. Augusti. MCCCCLII.

CONSILIVM DOMI. IOANNIS DE PORTIS Vicentini. I. V. D.

In eadem causa.

SVMMARIVM

1 *Notarius damnatus de falso in vno loco, & in alio legalis reputatus, ibidem instrumenta conficere potest.*

2 *Tabellionis priuati officio, cuius priuatio est occulta, instrumenta confecta ualent.*

3 *Clam facit dans licentiam buscandi, sciens se illam dare non posse.*

4 *Filius non succedit patri in feudo, repudiata hæreditate patris.*

5 *Filius patris hæres præsumitur.*

6 *Agnatus proximus qualis frater est, succedit in feudo antiquo, etiam repudiata hæreditate agnati.*

7 *Montes & nemora quæ inter regulas, & pertinentias*

tinentias alicuius Communitatis esse constat, cui pertinere praesumantur.

8 *Imperator est Dominus mundi in uniuersali tantum.*

9 *Reges, Duces, vel Marchiones non sunt domini rerum particularium, sed in uniuersali tantum.*

10 *Census quid sit.*

11 *Census in argumentum subiectionis soluitur.*

12 *Dubium secundum actorem est interpretandũ.*

13 *Possessorio retinendae si quis conueniatur, ad hoc quod de caetero non molestet agentem in sua possessione quam ille probat, potest opponere exceptionem proprietatis suae notoriè, uel iuris praesumptione, seu alio modo, & ex inde ille succumbit, quamuis conuentus non possideret.*

14 *Communitatis possessio qualiter probetur.*

15 *Per actus pasculandi in montibus aptis ad pasculandum, acquiritur, & retinetur possessio.*

16 *Possessorio retinendae agens, debet probare se tempore litis contestatae possidere.*

17 *Qui semel possedit, praesumitur etiam nunc possidere.*

18 *Sententia lata contra consortem, consorti praeiudicat.*

19 *Sententia fertur in inuitum.*

20 *Testes cum iuramento tactis scripturis, in secreto & sigillatim vnus ab altero deponere debent, ac citata parte, aliàs pro non examinatis habentur. An haec solennitas remitti possit, uide nu. 22.*

21 *Stylus loci in testibus examinandis seruari debet*

23 *Petitorium & possessorium an possint simul intentari.*

24 *Ex capitulis declaratur quam actionem vult actor intentare.*

25 *Verba pleno iure, quid significent.*

CONSILIVM LXX.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Requisitus ut breuiter consulam. Quid iuris in casu Communitatis Vallis Primei, & Magnifici militis Domini Balthasaris de Vallispergio, ea praesertim ratione, quia praeclarus Doctor & maior honorandus Dominus Franciscus de Aluarotis copiosè tetigit, tam circa ordinem procedendi, quàm etiam circa merita causae, compendiosè aliqua attingã, quae examinando totum difusissimum processum diligenter, non sine magno labore nota digna uisa sunt. In primis approbo quod idem excellens doctor conclusit, videlicet fidem plenam esse adhibẽda instrumento confecto. M CCCCXXIX. per quendam Iacobum de Gutico notarium, super certo concordio & conuentione initis inter Domi. Ioannem de Vallispergio, olim fratrem Domi. Balthasaris, & producto per Communitatem, ut

1 in processu à carte 35. † Nam vltra adducta per eum, addo notata per Bald. in l. i. C. de testamen. singulariter, quòd si notarius est condemnatus de falso in uno loco, & ad alium locum accedens, ubi reputatur notarius auctenticus, & legalis, confecerit instrumentum, ualet & fidẽ habet, ac si nunquam fuisset condemnatus, pro quo facit quod in simili not. Io. And. in no. in c. i. de episcop. qui renũn.

2 episc. † Amplius cõsuluit Dominus meus Raphael Cumanus in ciuitate Vicentiae, cuius consilium extat in volu. consiliorũ suorum cxcix. in ordine, quòd si notarius in publico arengo ob delictum est priuatus arte notariatus in certo loco, & certè fortuna cessit in obliuionem, ita quòd deinceps fuit habitus, & reputatus legalis in eodem loco, & ex inde conficiebat instrumenta sicut antea, talia instrumenta fidem debent habere, sicut antea, propter publicam reputationem quę hoc operatur, iuxta nota. in l. Barbarius, cuius consilii copia confirmata subscriptione famosi alterius Raphaelis Fulgosii saltem quantum attinet ad propositum, & sigillo Sancti Marci auctenticata transmittitur legenda spectabilibus Dominis delegatis. Ex hoc infertur, quòd quãplures testes producti pro parte Do. Balthasaris nihil proficiunt sibi, quia ipsi deponunt de licentia concessa buscandi p Domi. Ioannem à viginti annis citra. & sic à tempore dictae conuentionis prola-

3 tae ex dicto instrumento, † Ex quo censeri debet clandestinè & uitiosè processisse à Domi. Ioanne sciente, uel scire debente

bente se dare non posse licentiam obstante dicta conuentione, ut l. iii. in fin. cum seq. quod ui aut clam. Item infertur, ꝙ si Domi. Ioannes dedisset licentiam buscandi in certis nemoribus cuidam Vgolino Scopulo, nihil proficeret D. Balthasari ratione prædicta, & eo maximè, quia quidam Zanuictor car. 52. productus per Domi. Balthasarem doponit, ꝙ Communitas vallis dedit Vgolino licentiam buscandi, Idem deponit magister Victor productus pro Communitate à car. 16. & Michael à car. 80. & multo magis quia Vgolinus, prout patet quoddam instrumento confecto. MCCCCXXXIIII. per dictum Iacobum de Gutico, productũ per Communitatem à car. 34. confessus fuit se conduxisse à Communitate vallis in præsentia Domi. Ioannis approbantis & interponentis suum decretum. Patet etiã in quoddam instrumento facto, per eundem, producto à car. 36. quomodo dictus Vgolinus confessus est in præsentia Domi. Gasparis procuratoris Cõmunis, Domini Balthasaris & Domi. Ioannis, & cui successit in hæreditate Domi. Baltha. sicut in feudo Castri.
4 † Non enim potest filius succedere patri in feudo repudiata hæreditate patris, licet aliud sit in agnato, ut in c. i. an agnat. uel fili. in usi. feudo. præallega. sed Dominus Balthasar fuit & est hæres Domini Ioannis, igitur &c. Hoc autem mihi uidetur colligi euidenter ex vno quod notaui in processu cart. 35. est productũ pro Cõmunitate vallis vnum instrumentum confectum per quẽdam notarium publicum de Feltro nominatum Zanuictor, in MCCCCXLIII. vii. Februarii, vbi Dominus Balthasar reseruat sibi ius faciendi sibi unam aliam menatam, quod habebat ex quadam sententia lata inter ipsum & Communitatem. Hæc quidem sententia producta fuit per Communitatem in uno folio disligato, & reuera fuit lata per Dominum Sigismundũ de Niderdor, inter Domi. Ioannem solum & Communitatem, & in ea concessum fuit eidem Domi. Ioanni soli, ius faciendi duas menatas. Tamen Domi. Balthasar asserit in dicto instrumento, quòd fuit lata inter ipsum & Communitatem. Vt ergo dicta assertio uerificetur, opus est intelligere, quòd fuerit lata inter Communitatem & ipsum Domi. Balthasarem, mediante persona Domi. Ioannis cum quo reputatur eadem persona; quia suus extitit hætes. Sed unũ obstat, ꝙ in quoddam quinterno disligato producto per D. Balthasarem reperitur una litera facta. MCCCCXLVI. in qua Domina Vrsula mater Domi. Balthasaris & Domi. Ioannis locat certa nemora quibusdam, nomine Domi. Balthasaris absentis, & nepotum suorum ex Domi.
5 Ioanne præmortuo. † vnde colligitur quod de anno præcedenti MCCCCXLIII. D. Balthasar non poterat esse hæres D. Ioannis, saltem filiis eius extantibus; qui de iure præsumũtur hæredes patris; iuxta notata in l. necessariis, de acquiren. hæredita. Tamen dicta litera est priuata, ideò non uideo, quæ fides illi dari possit indubio, contra id quòd ex instrumento auctentico eliici uidetur. Cæterum posito ꝙ Domi. Balthasar non fuerit nec sit hæres Domi. Ioannis, potest enim successisse in parte castri infeudati spectanti Domino Ioanni uiuo, & mortuo sine liberis, quamuis non fuerit hæres eiusdem;
6 † quia proximus agnatus qualis frater est, succedit in feudo antiquo, etiam repudiata hæreditate agnati, ut in c. i. an agnat. uel fili in usib. feudo. & consequenter dicta conuentio non preiudicauerit,
7 nec peiudicet Domino Balthasari. † Tertiò uidetur mihi uerum de iure, ꝙ montes & nemora, quæ constãt esse inter regulas & pertinentias Communitatis ipsius uallis, præsumantur de iure pertinere ad ipsam Communitatem quo ad dominium speciale, cum etiam reliquæ res sitæ intra dictas pertinentias quæ non apparent esse alterius, pertineant ad Communitatem, quo ad idem dominium, argu. optimum in l. i. §. cum urbem, de offi. præfec. urb. Quantum ad dominium uniuersale tocius vallis, quod importat iurisdictionem uniuersalem in tota valle & rebus in ea sitis, pertinere præsumitur ad castrum Primei & Dominos eius

quandiu non doceatur per eos, quòd pertineant esse ad eos ratione dominii specialis, uel quia de montibus & nemoribus inuestiti diu possederint, uel aliter.
8 † Simile dicimus in Imperatore qui est dominus totius mundi quantum ad dominium uuiuersale, siue quantum ad iurisdictionem uniúersalem ut l. deprecatio, ad l. Rhodi. de iact. & l. bene à Zenone, de quadrien. præscript. dominium uerò rerum speciale est singulorum. Simi-
9 le etiam dicimus† in Rege id est, inuestito de Regno, Duce, uel Marchione inuestitis de ducatu, uel marchionatu, & in aliis inferioribus inuestitis dicere debemus, ut not. Specul. in tit. de feu. §. i. vers. xiiii. Et ideò dicti Domini Primei fuerunt & sunt inuestiti de Castro cum omnibus suis honoribus & iurisdictione, sub qua subest tota uallis cum omnibus rebus & personis in ea habitantibus. Item propter eam iurisdictionem in signum subiectionis de dictis montibus & nemoribus, Communitas vallis soluit singulis annis certam quantitatem casei pro censu, Castro & Dominis, prout ipse confitetur in quadam commissione data syndicis suis, &
10 producta in processu à cart. 26 & 100. † & licet denominet pensionem, census profecto fuit & est. Nam secundum Hostien. in sum. tit. de de censi. census est pensio quædam, quæ soluitur de prouētibus rei, propter quam census soluitur; probatur in c. constitutis, cum Gl. extra de religio.
11 domi. † & soluitur census secundum eundem in argumentum subiectionis, ut habetur in c. omnis anima, in eo. tit. de cēsi. Quòd autem fuerit & sit census, indicare uidetur Michael pro Communitate productus, car. 80. qui dicit super vii. capitulo, quòd mons Agayonis de quo præsertim est lis, fuit possessus ab illis de Mezano, sed quòd soluunt Domino Castri certam quantitatem casei pro honorantia. Item magister Iordanus car. 98. qui dicit, quòd uidit exigi affictum ab illis de Mezan partim denarios, partim caseum, sed caseum mittunt ad castrum, & cum nesciat an pro fictu uel honorantia, declaratur à præcedente teste, qui exprimit ꝙ pro honorantia. Idem deponere uidetur quidam Frenciscus cart. 79. productus à Com-
12 munitate. Præterea † in dubio Communitate ita asserente interpretari debemus secundum eam, iuxta nota. in l. solemus, de iudi. & in l. inter stipulantem, §. i. de verb. oblig. Ex quibus dico, quòd etiam si constaret de possessione D. Balthasaris & antecessorum in dictis montibus & nemoribus, dummodò non resultaret legitima præscriptio, succumberet proprietati notoriæ ut dixi, iuris præsumptione, exitenti penes Communitatem, prout eleganter not. Ang. & Dominus meus Raph. in l. naturaliter. §. nihil commu-
13 ne, de acqui. poss. Ibi enim not. † quòd si quis conueniatur possessorio retinendæ ad hoc quòd de cætero non molestet agētem in sua possessione, quam ille probet, potest opponere exceptionem proprietatis suæ notoriè, uel iuris præsumptione, uel alio modo, & ex inde ille succumbit quamuis conuentus non possideret, facit c. accedens, da restitu. spolia-
14 to. lib. vi. † Addo tamen, quòd præsenti iudicio quo Communitas vallis intelligitur egisse possessorio retinendæ contra Dominum Balthasarem, ut copiosè ostensum est per eximium doctorem D. Franciscum Aluarotum, opus est ad obtinendum, ꝙ ipsa Communitas probet aliquo modo se possidere montes & nemora in eis, præsertim illa, quorum occasione præsens iudicium cœptum fuit, Probat autem Communitas se possidere, in primis ex data licentia Vgolino, usuq; eiusdem, & approbatione Domin. Ioannis & Domi. Gasparis de quibus constat præallegatis instrumentis del. MCCCCXXX. & MCCCCXXXIIII.

Item per plures testes præsertim per Iacobum Donaricii. car. 6. & ea. car. per Bartholomeum Rubinum, & Dominicum Va-
15 lerium, † qui licet deponant de actu pasculandi, tamen sufficiunt cum pluribus actibus, & altero acquiratur & retineatur possessio, inter quos actus pasculandi sufficit in montibus aptis ad pascullandum, ut not. in l. iii. C. fini. regundo. & l. uim facit, de ui, & ui arma.

Item

Item probat per Melchiorem Gasparini car. 15. per Trentum de Logisca ea. carta. per magistrum. Victorem car. 16. per Franciscum car. 79. per Michaelem car. 80. per magistrum Iordanum car. 98. per Zanuictorem car. 52. productum per D. Balthasarem; qui quidem loquuntur saltem de montibus villæ Mezani, qui dederunt occasionem præsenti iudicio, & deponentes de tempore ante litem præsentem cœptum, intelliguntur inferre ad tempus lit. cõtesta. & sic proficiunt ad uictoriam
16 in hoc possessorio retinendę,† quo Communitas agens debet probare se tempore lit contesta. posidere, ut Instit. de in-
17 terdict. §. retinendæ,† Nam qui semel possedit, pręsumitur etiam nunc possidere, ut not. in l. siue possidetis, C. de probat. & ibi Alberi. hoc tenet in terminis in agente interdicto possessionis retinendæ. Et si quidem fortè dicta Communites probaret possessionem suam nouiorem, & per pauciores testes & inferiores, quàm Domi. Balthasar suam, ipsa debet obtinere, quia confirmat eam ex proprietate sua notoria, iuris præsumptione ut dixi, pro quo faciunt not. per Bar. in l. si duo, in prin. uti possidetis, & Canonist. in c. licet causam, de probationi. Itẽ confirmat eandẽ ex predicta cõuentione facta p Domi. Ioannem. Nam licet non faceret plenum præiudicium Domi. Balthasari, qui fortè non successisset Dominó Ioanni tanquàm hæres, tamen facit quale qua
18 le. † sicut sententia contra consortem lata præiudicat consorti ad quale quale præiudicium, ut l. à sententia, de appella.
19 & multo fortius, † quia sententia fertur in inuitum, ut l. inter stipulantem, §. i. de verbo. obliga. Conuentio verò ex spontanea voluntate significat Domin. Ioanni ius non competere, sed Communitati in omnibus montibus, quæ sunt intra regulas vallis, quod quidem quale quale præiudicium iudicatur, vehementer inducere debet ad suspicandum pro Communitate, etiam contra Domi. Balthasarem, ut not. Bar. in l. admonendi, ff. de iureiu.
20 Quartò dico quòd † testes illi Theutonici translati in latinum, producti pro parte Domi. Balthasaris, nullo modo præiudicant Communitati, quia minus rite recepti sunt: non enim iurauerunt tactis scripturis, quod vniuersaliter requiritur in testium iuramento, prout tetigit præfatus Doctor Domi. Franciscus, & habetur in cle. i. §. porrò, de hæreti. & quidam fuerunt examinati palàm & publicè, non in secreto; & simul non sigillatim vnus ab altero, quod requiritur, ut in c. in nomine Domini, & in c. venerabili, de testib. & C. eo. l. nullum, exemplo Danielis prophetæ, qui testes contra Susanam examinare uoluit secretò, & sigillatim, ea quippe ratione ne vnus examinatus simul cum altero, uerbo vel nutu possit instruere, aut instrui, uel examinatus palàm & publicè timore vel alio respectu, liberè non dicat veritatem. Nec apparet quod Communitas vallis fuerit citata tẽpore quo producti fuerunt ad iurandum, quod requiritur in testibus, aliàs habentur pro non examinatis vt d. c. in nomine domini, & in auct. si quis ab aliquo, C. de
21 testi.† Forsitam pro parte Domi. Balthasaris dicetur, quòd stylus in loco iudiciorum vbi sunt examinati ita se habet; qui in testibus debet obseruari l. iii. in fi. ff. de
22 testi. † Sed respondetur, quòd si stylus probaretur, utique tollerari possit in solennitate tangendæ scripturæ; quia etiam de iure communi interdum solennitas illa remittitur ut not. in auct. sed iudex. C. de episco. & cleri. At in aliis solennitatibus nullo modo tollerandus est; quia esset nimium præiudicialis iuribus Cõmunitatis, quæ reputatur forensis. Tollitur enim ius Communitatis, quod sibi intelligitur seruari, si citetur, & testes examinentur secretò & sigillatim, maximè tales ignoti & uiles, quales dicuntur illi producti per Domi. Balthasarem.

Quintò dico, quòd manerasicum consuetũ solui Dominis Primei non soluitur pro affictu nemorum buscandorum, sed est muta quædam, siue vectigal, quod colligitur ex pluribus instrumentis & testibus productis per Communitatem, qui deponunt, quòd id etiam soluitur de lignis, quæ incisa in ualle non extrahuntur ex-

tra vallem. Nec ob.quòd multi pro Domi. Balthasare deponant, quòd immò etiam soluitur de illis,quæ non extrahuntur; quia vt colligitur ex dicto cuiusdam Bartholomei Bassani producti per Communitatem car. 109. & coadiuuati dicto cuiusdam Donati sequentis, iam annis quinquaginta nõ soluebatur manerasicũ nisi pro lignis conductis ad aquam extrahendis; nunc Domini Castri à certo tempore citra, prout ipse intellexit, uolunt sibi solui, cum primum ligna per mercatores sunt in nemore signata, & annotata apud Castrum,siue posteà conducantur extra valem, siue non.Testes ergo qui dicunt, quòd solutum fuit & soluitur etiam de illis quæ non extrahuntur, procedunt de consuetudine mutata.

23 Sextò dico posse attentari, † quòd dicta Communitas proposuerit simul cum possessorio retinendæ, etiam petitorium,pro iure dominii quod haberet in montibus & nemoribus, quæ sanè iudicia, possunt simul proponi, quando possessorium proponitur contra aliquem, qui verè non possidet, sed detinet, illaq; ratione turbat possessorem in sua possessione,ut not. per Glos.& Doctor.in l·naturaliter,§.nihil commune, de acquiren. possessione, Verba namq; supplicationis sunt satis generalia, & possunt comprehendere etiam petitorium & posteà in xi. & xii.capitulo secundæ modulę productæ, pro parte cõmunitatis continetur, qud montes in quibus sunt nemora,pertinuerunt semper ac in perpetuum, & pertinet pleno iure ad Communitatem,& quod ipsa possedit &c.Item quòd Domi. Balthasari nullum unquam ius competiit &c.nec hodiè cõpetit in dictis nemoribus, nisi ratione

24 mutę lignaminũ.† Vnde ex capitulatione declaratur quam actionem Communitas uoluit intentare, ut in simili not. in

25 l.Aurelius, §.Sticho,de libera.lega.† Verbum enim pleno iure, significat de directo dominio, ut l. i. C. de reuocan. dona.& l. raptores, §.bona. C. de episco. & clerici.l.generaliter.§.i. qui & à quibus & not.Bal. in l.mater, C. ad Orficia. uel de dominio & vsufructu. l. in pecudum, de vsur.Si itaque constat iuris præsumptione ut dixi,quòd dominium speciale montium & nemorum intra regulas fuerit: ac sit hominũ & Communitatis de ipsis regulis, sequitur quòd etiam si Communitas non doceret de possessione sua tempore litis contestatæ, tamen debet obtinere, quia docuit & docet de dominio. Quibus ex omnibus concludo, quòd clarissimorum dominorum delegatorũ partes sunt omninò pronunciare pro possessione uel dominio Communitatis, vel etiam pro utroq; , & Domi.Balthasari silentium indicere, & eo maximè ad talem pronuntiationem induci debent; quia quamuis Domi. Balthasar obtineret in possessorio & petitorio: tamen propter damna maxima obuenientia Communitati impeditur facere alias menatas de lignis incisis in dictis nemoribus, absque uoluntate Communitatis, prout cõtinetur in sententia lata MCCCCXL. per D.Sigismundum de Niderdor, & approbata per D. Balthasarem, ut colligitur præallegato instrumento confecto. MCCCCXLIIII. ubi petiit licentiã faciendi menatam de certis lignis, reseruando sibi ius faciendi aliam, de qua in dicta sententia. Et si impeditur facere alias menatas, arbitror quod parum sibi proficeret habere possessionem & dominium buscorum & ius buscandi.

Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est dico & consulo ego Ioannes de Portis Iuris utriusque Doctor. Legens in hoc celeberrimo studio Paduano iura ciuilia. Et ad fidem me propria manu subscripsi, & sigillum meũ consuetum impresi, submittendo me correctioni &c.

CONS. D. FRANCISCI DE CAPITIBVS LISTAE PATAVINI LEGVM DOCT.

In eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *Falso instrumento utens, an posit de falso accusari.& nu.2.cum seq.*

Instru-

Instrumenti falsitas ex quibus arguatur. & nu. 3. & 4. cum seq.
2 *Singula quæ non prosunt multa iuuant.*
3 *Instrumentum an reprobetur, quando duo ex testibus instrumentarijs contradicunt.*
4 *Instrumentum in parte falsum, totum vitiatur.*
5 *Testes in suis dictis singulares non probant.*
6 *Testis quòd sit singularis, qualiter hoc intelligatur.*
7 *Instrumentum arguitur esse falsum, quãdo quis dicit, illo se non usurum.*
8 *In facto proprio non cadit ignorantia.*
9 *Instrumentum discrepans à protocolo falsum dicitur.*
10 *Notarius, potest addere in instrumento, diem et locum in protocolo omissum.*
11 *Imbreuiaturæ notarij standum est, pro detegẽda instrumenti falsitate.*
12 *Scriptura noua in instrumento antiquo, an illud arguat de falso.*
13 *Sigillum falsum an instrumentum uitiet.*
14 *Diuersitas inter partem & notarium qui rem gessit, reddit instrumentum de falso suspectum.*
15 *Instrumenta non producta à parte illa habente, non uera præsumuntur.*
16 *Exceptio transactionis impedit litis ingressum, & ante litem contestatam opponi potest, sed si infra certum tempus non sit apposita amplius non potest opponi, nisi tales sint personæ, in quibus lex præsumat crassam ignorantiam esse.*
17 *Transactionis instrumentum, controuersia pendente non productum, falsum præsumitur.*
18 *Agi de falso pluribus modis potest.*
19 *Iudex coram quo falsum instrumentum producitur, de falso punire potest.*
20 *Delegatus an cognoscat de falso.*
21 *Notarius cuius instrumentum suspicatur de falso, an protocollum habeat interrogari potest.*
22 *Notarius protocolum habere tenetur.*
23 *Cassatio bastardelli non vitiat instrumentum registratum in protocolo.*
24 *Cancellatio limitatur per causam cãcellationis.*
25 *Sententia, qua condemnatur notarius de falso, licet non irritet instrumenta ab eo confecta, vitiat instrumenta postea peracta.*
Notarius condenatus de falso infamis efficitur.
26 *Communitas utens falso instrumento, an possit de falso puniri.*
27 *Communitas, an & quando possit puniri.*
28 *Pœna ubi cadere non potest, in aliam alteratur.*
29 *Vbi quis sortitur forum ratione delicti, potest in loco illo conueniri.*
30 *Conueniri ibi quis debet, ubi contractus celebratus est.*
31 *Remissio in contractibus locum non habet, in delictis verò sic.*

CONSILIVM LXXI.

IN nomine Dei æterni. † Pars Magnifici Domini Balthasaris vsa est legis sapienti consilio, quoniam cum contra se produceretur falsum instrumentũ ab eo qui illud non fabricauerat, seu non dicebatur fabricasse, fecit interrogatoria an uellet eo uti, ad finem, ut si responderit ꝙ sic, posit de falso accusari, & probatur per Bar. in l. si falsos, C. de fal. in l. Diuus, la secunda, ff. ad l. Corn. de fal. & per Specul. in spec. de instr. edi. §. restat, vers. quid si uellis, & pars aduersa, quæ produxerat respondit, ꝙ vult eo uti. propter quod nulli dubium, ꝙ probata falsitate, ipse vtens de falso tenetur, ut est tex. cum ibi no. C. de fide instru. l. si uteris.

2 Ad probandam † autem falsitatem huius instrumenti multa concurrunt, quorum etiam quædam singulariter probata sufficerent; & multo magis copulata debent plusquã sufficere; quoniã quę nõ prosunt singula multa iuuant. per Bar. in l. i. §. itẽ Cornelio, ff. de quæstio. per Bal. in l. i. C. de testamen. & l. ii. C. de bono. possessio.
3 secundum tabula. † Primum argumentum, immò vera falsitatis probatio, quoniam duo ex testibus in ipso instrumento descriptis contradicunt per indirectum instrumento. & omissa disputatione constat, quod quando testes in instrumento descripti contradicunt, duplex potest esse contradictio. una expressa seu directa, alia tacita, seu indirecta, ut plenè per Butr. post Innocen. & Ioan. Andr. in c. cũ Ioannes Eremita, extra de fide instr. & per legistas in l. in exercẽdis, C. de fid.

de fid. instru. loquantur de tacita & indirecta, de qua agitur. Videlicet quando testis non dicit expressè contenta in instrumento vera non esse; sed dicit se nunquã fuisse præsentem cõtentis in dicto instrumento, quo casu omnes concludunt, ꝙ si sunt duo ita deponentes, etiam si ueritas instrumenti, & in eo contentorum, id est, veritas facti probaretur per centũ testes, non propterea probaretur instru-
4 mentum esse verum,† quoniam instrumẽtum saltem continet falsitatem in eo, qđ dixit hos fuisse præsentes, ideò ex hac commixtione falsitatis totum instrumentum vitiatur. extra de hæreti. c. fraternitatis, l. si ex falsis, C. de transactionib. In proposito autem fortius debet istud instrumentum falsum iudicari, quoniam nulli sunt testes qui deponant de ueritate negocii. immò omnes examinati dicunt se nihil scire, nec etiã de fama quod plus est. Ex quo solo manifestè deprehenditur instrumentum esse falsum, l. qui velut, C. de fal. & consequenter eum, qui respondit se uelle eo uti de falso, teneri d. l. si uteris, & per Barto. in l. hæredes palam, in princip. ff. de testa. & in c. cum à nobis, per Gloss. extra de testi. & in Specu. de in
5 str. edi. §. restat.† Et si dicatur, quòd testes quos supra allegauimus, qui dixerunt, ꝙ non interfuerunt, sunt in suis dictis singulares, igitur non probant id de quo probando agitur, de electio. cap. bonæ,
6 † Respondẽdo dixit Inn. quòd illud quod dicitur, quòd singularitas testium uitiat, debet intelligi, quando est singularitas in eo, de quo probando agitur, secus si est singularitas in causa, & in eo ex quo concluditur illud quod est principaliter probandum, si enim tractaretur de probando ꝙ illi testes nõ interfuissent, quilibet de se ipso deponẽs esset singularis, sed in proposito singulariter agitur de probando, ꝙ instrumentum sit falsum, non quòd fuerunt absentes, sed causa falsitatis adducitur propter absentiam, ideò cum omnes se concordent, in eo, de quo probando principaliter agitur, scilicet, quòd instrumentum asserens eos fuisse præsentes sit falsum, non sunt in suis dictis singulares. sic Innoc. & But. in c. cum Ioannes Eremita extr. de fi. inst. & Bar. hoc idem dixit in l. ii. ff. quemadmo. testa. aperian. & Bal. in l. i. C. de testa. & in l. ii. C. de bono. possess. secundum tabu. & in c. i. §. notandum, de notis feudo, & in rub. de controuer. inue-
7 stit. Plus dico,† quòd etiam si responderet se nolle eo uti, nihilominus quia sciẽter fuit falsum instrumentum productum non proficit, quòd interrogatus an vellet eo uti, respondeat ꝙ non, ut per Bar. in l. si falsos, C. de falsis, qui hoc dixit ad literam.

Quòd autem isti producentes, sciuerint istud instrumentum esse falsum, ex pluribus deprehenditur. Primò quoniam instrumentum est de re satis recenti, ut dicitur conclusa, & celebrata in anno M CCCC XXIX. inter Magnificum quondam Dominum Ioannem fratrem. q. D. Balthasaris, & ipsam Communitatem produ-
8 centem† de qua re cũ concernat factũ ipsorum, producentes poterunt esse certi. l. si. ff. pro suo, & l. quamuis, ff. ad velleya. Secundò, quoniam non producunt instrumentum simpliciter; immò producunt super capitulo iam à se fabricato, quo casu non iuuantur, licet respondeant se nolle instrumento uti, ut per Barto. in d. l. si falsos, & licet hoc solum sufficeret ad falsitatem arguendam, tamen etiam alia plura concurrunt ad crimen eorum detegẽ-
9 dum.† Primum enim instrumentum productũ discrepat à protocolo, & nominibus testium, quia quidam sunt in protocolo, qui non sunt in instrumento, & ecõtra, quidam in instrumento qui non sunt in protocolo. Item aliqua pacta in instrumento, quæ nõ sunt in protocolo. Itẽ in protocolo nullus est locus descriptus. in
10 instrumento sic.† & licet sciam notarium posse addere in instrumento diem uel locũ, quem in protocolo prætermisisset ut per Io. And. in Spec. de instru. edi. §. viso. uer. quid si in imbreuiatura. de quo plenè per Butr. in c. ex literis, extra de fid. instr. Et hoc solum non sufficeret ad argumentum falsitatis. tamen quia non solũ supple tur defectus loci, uel diei, qui esset in imbreuiatura; sed et immutantur pacta et te-

stes

11 stes † constat instrumentum posse de falso argui. quoniam instrumentum releuatum euidenter discrepat à contentis in imbreuiatura; per not. in dicto titu. de instru. edi. §. ostenso, quia semper recurrendum est ad imbreuiaturam pro detegenda instrumenti falsitate, ut pulchrè not. Barto. in l. Sempronius Proculo, ff. de lega. ii. & per Bald. in l. nostram, C. de testa. etiam probatur in aucten. de tabellio. per tot. Tertiò ad falsitatem probādam argui-
12 tur † quoniam instrumentum id est imbreuiatura, in qua est instrumentum descriptum, est antiquissimum. Scriptura autem satis noua; & licet non sim ignarus, quòd Doctores in c. inter dilectos, extra de fid. instru. concludant, quòd ex hoc solo non potest argui instrumentum de falso vt ibi not. per Innocen. Ioan. Andr. & But. quoniam etiam in carta uetustissima contractus nouus scribi potest; ut ibi not. tamen si ista præsumptio falsitatis iūgatur cum aliis argumentis, sufficit ad
13 falsitatem probandam, ut ibi not. † Sicut dicimus de falso sigillo, quia solum hoc non vitiat instrumentum, sed iunctum cū aliis argumentis vitiat, ut in d. cap. inter dilectos.

Alia autem plura argumenta immò veras probationes falsitatis supra deduxi.

14 Item † est alia falsitatis probatio, seu euidens argumentum, quoniam pars aduersa nititur probare in suis capitulis, quòd iam longo tempore, ante motam præsentem litem, istud instrumentum fuit releuatum, & tamen ipse notarius interrogatus per iudicem à quanto tempore citra istud instrumentum releuauerit, respondit, quòd à decem mensibus citra. Cum itaque ista diuersitas manifestè deprehendatur inter partem ipsam cum qua notarius rem gessit, & ipsum notarium, elici debet argumentum notoriæ falsitatis. arg. ff. de testi. l. qui falsa, & l. cos ff. de falsis.

Item & quintò deducitur alia falsitatis
15 probatio, † quoniam si istud instrumentum concordii fuisset verum, verisimile est, quòd Communitas, quæ ratione istorum montium iam pridem litigauit, illud produxisset, & coram Principe & coram subdelegatis, argumentum, quoniam lex non præsumit, quòd quis omittat producere iura quæ habet. per not. in l. si sub specie, ff. de re iudi & l. sub prætextu, la prima & la secunda, C. de transact. Immò quod plus est non solum illud nō produxit, sed nec illius vllam unquam ha-
16 buit mentionem. † Et tamen ista exceptio factæ transactionis vel cōcordii fuisset exceptio litis finitæ; quæ licet possit opponi in uiam peremptoriæ post litem contestatam ut l. peremptorias, C. senten. rescind. non poss. & per Bar. in l. nā & postea, de iureiuran. tamen etiam impedit litis ingressum, & potest opponi ante litem contestatam ad impediendum ne lis inchoetur, per Barto. in d. l. nam & postea, in princip. ff. de iureiuran. per Bal. C. de pact. in l. postquam liti, & in ca. primo de lit. cont. lib. vi. Non præsumit ergo lex, quòd quid omittat exceptiones sibi competentes, & ideò sibi præcludit viā ad illas infra certum tempus opponendas. l. ita demum, C. de procura. l. exceptionem C. de probationib. cum similibus, nisi sint tales ꝑsonæ in quibus lex præsumat crassam inesse ignorantiam. l. i. in fi. C. de iur. & fact. ignoran.

17 Quid tandem dici potest? † non ne extat aliud falsitatis argumentum? quoniā instrumentum concordii dicitur confectum in M CCCC XXIX. & anno M CCCC XL. incipit litigium super hac differentia nemorum, & fit compromissum inter Dominum Ioannem & illos de Primeo, & nunquam producitur neque allegatur assertum instrumentum trāsactionis. immò quia non constabat arbitris de iustitia partium, reseruauerunt ius utrique parti, & tamen si instrumentum fuisset productum, oriebatur ex illo exceptio litis finitæ, in d. c. i. de lit. contesta. lib. vi. & l. i ff. de transactionibus.

Ex quibus omnibus ego concludo duo primum, quòd in iudicio ciuili debet pronuntiari dictum instrumentum nullam fi-
18 dem facere † Immò etiam Communitas Primei potest de falso damnari. de falso enim pluribus modis agi potest ut

habe-

19 habetur per Gloss.C.de fals.l.damus, † & poterunt iudices omnes coram quibus istud instrumentum falsum fuit productum de falso puniri vt C.de testib.l.nullus, & est casus ad literam. C.de falsis.l.si
20 lis. Quidam tamē dicunt, † ꝙ delegatus de falso cognoscit solùm ciuiliter. uel si etiam criminaliter, non pronuntiat, sed solum cognoscit, l.quoties, C.de iudi.l.i.C.de ordin.iudi.de quo me remitto ad ibi not. per Bar.& Salyce. & in l.nullum, C.de test. & per Barto.in l.Diuus, ff.ad l.Cor.de fal.& Inno. in c.i.de pœnis, & tutius est, quòd si sit intentio agendi de falso, criminaliter instituatur accusatio coram eo, qui habet alias cognitionem, & non coram delegatis, per ea quæ ibi Bart.
21 not. † Item ad instantiam Domini Balthasaris fuit de quibusdam interrogatus ipse notarius, & inter reliqua an haberet protocolum, à quo instrumentum illud releuasset. de quo potuit interrogari stante falsi suspicione.per not.in c.abbate, de re iudica.& ipse respondit quòd sic. & produxit quoddam folium seu papirum, qđ dicitur esse nouissimum, & nouiter fabricatum, ut ex eius inspectione apparet à
22 iam paucis mensibus citra. Item † confessus est se non habere alium librum protocolorum, cum tamen habere debeat, ut
23 d.§.ostenso, † nam illud primum folium appellatur bastardellum, & posteà de bastardello trāscribitur instrumentum in libro protocolorum, & cassatur bastardellum. Immò dixit Bald.quòd per talem cassationem non vitiatur instrumentū, quia inspicitur causa cassationis, quæ fuit hoc casu, non quia uoluit notarius cassare instrumentum, sed ad significandum quòd transcripsit in protocolo; & sic fecit, quod facere debebat. sic inquit
24 Bald. in l.nostram, C. de testa. † quia cancellatio limitatur per causam cācellationis, l. cancellauerat, ff. de iis, quæ in testamen. delen. Ideò est dare duplicē originalem scripturam. videlicet bastardellum, & protocolum, & de istis scripturis originalibus quarum, una sit ante alteram, loquitur l.Sempronius Proculo, ff. de leg.ii.& quod ibi no. Bar.

25 Coadiuuantur omnia superiora † quoniam iste notarius aliàs fuit condemnatus pro delicto commisso per eum in officio notariæ, & priuatus ne posset instrumenta conficere; quæ sententia licet non irritet instrumenta prius ab eo confecta, ut l.si quis ex argentariis, §.i.ff.de eden. tamen vitiat instrumenta posteà ab eo cōfecta, quia efficitur infamis l. si quis aliquid, C.de suscepto.& archa.libr. x.& per Canonist.extra de fid.instru. c.ex literis, per Bar.in l.iiii.ff.ad l.Iul.repetunda.
26 Et si dicatur postremò † quòd istud instrumentum fuit productum à Communitate Primei, quæ non potuit delinquere, uel de falso accusari, in capitu. grauem, de sentent. excommunica. dico ꝙ immò potest, quando ipsa Communitas deliberatè, & ex proposito fecit instrumentum ipsum produci, & similiter deliberatè respondit se velle illo uti, per ea quæ not. Innoc.in c.grauem; extra de senten.excommunica.in c.Romana, §. si. de senten.excommunica.lib.vi.& per Barto.in l.aut facta, §.fin.ff.de pœnis & Glo.in l.illud, §.refertur.ff.de re.iur. l.si ex dolo, §.i.ff.de dol. Consiliū ergo sanum fuit D.
27 Balthasari † ꝙ petierit à dominis delegatis, ut scriberet Do. Vicario Primei, quòd interrogaret ipsam Communitatem, & homines descripros in instrumento syndicatiæ, & respondere compelleret, communicato prius consilio, & facta adunantia, an vellet eo instrumento uti, ita quòd non possint prætendere, quòd syndicus, vel procurator sine Communitatis scientia taliter respondisset per not.in l.si procurator, ff.de condi.indeb. Vel etiam diceret quosdam principales de Communitate alios incitasse, & ita velint agi contra illos tanquam seditiosos. per titu. C. de seditiosis. & ergo Communitas respōderit, communicato vt supra consilio, & facta adunantia punietur sicut priuatus, quoniam istud delictum potest cadere in uniuersitate, & etiam pœna ex delicto im
28 ponenda. † Sed ubi pœna non posset cadere, tunc alterabitur in aliam argu. not. per Glos.& Bart.in d.l.aut facta, §. fina.& in l.quid ergo, §. pœna grauior, ff.de iis qui

qui not. infa. & in l. hos accu sare, §.om-
29 nibus, ff. de accusationi. † & si porrigetur accusatio de falso simul etiam contra notarium etiam si esset in alieno lo-
30 co, remittetur ad iudicem delicti. † quia licet ratione contractus quis ita demum sortiatur forũ si ibi inueniatur, in l. hæres
31 absens, & ibi not. per Glos. ff. de iudi. † & ideò dicimus quòd in contractibus non habet locum remissio in c. Romana, §. contrahentes, de foro competen. lib. vi. ubi tamen quis sortitur forum delicti, potest in loco illo conueniri, licet ibi non inueniatur, quia in delictis habet locum remissio, ut in auct. ut nulli iudi. §. si uerò quis comprehensorum, Hæc sunt quæ sentio de dubiis de quibus sum interrogatus.

Et ita dico & consulo iuris esse Ego Franciscus de capitibus Listæ de Padua Legum Doctor & Comes, ibidem Iura ciuilia legens ordinariè, & in fidem & testimonium me propria mano subscrpsi ac sigillari iussi. Laus Deo.

CONSILIVM DOMI. IOANNIS DE PRATO LEGVM DOCTORIS.

In causa antescripta.

SVMMARIVM

1 *Instrumento discordanti à protocolo, non est præstanda fides.*

2 *Notarii condemnati de falso instrumenta postea confecta, an falsa præsumantur. & infra nu. 14.*

3 *Testis unus de descriptis in instrumento, si contra dicat, an reddat instrumentum suspectum.*

4 *Instrumentum reprobatur duobus ex testibus illi contradicentibus, nisi per alios testes approbetur. & infra num. 16.*

5 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quàm aliis negantibus.*

6 *Obliuio propter magnum lapsum temporis præsumitur.*

7 *Hominum memoria labilis est, maximè in rebus alienis & post decennium.*

8 *Coniectura quæ auget falsitatis probationem.*

9 *Instrumentum potest releuari in bombicina vel cartis de quibus hic.*

10 *Singula quæ non prosunt multa iuuant.*

11 *Falsitates in secreto fiunt, & veilantur sub imagine veritatis.*

12 *Commune producens instrumentum de falso suspectum, nisi illud uerum probet arbitrio iudicis puniri debet. & infra nu. 17.*

13 *Testes falsos producens incurrit pœnam pro motu iudicis imponendam.*

15 *Contrarietas inter partem & notarium super tempore releuationis instrumanti, an inducat falsitatis suspicionem.*

18 *Iudex coram quo falsum instrumentum producitur, an de falso puniri possit.*

19 *Punitus de uno delicto per unum iudicem in minori pœna quàm debuerit, an per alium iudicem usque ad pœnam condignam puniri possit.*

20 *Instrumentum impossibilia continens, falsum reputatur.*

21 *Vniuersitas qualiter puniri possit.*

22 *Producens falsum instrumentum per procuratorem pœna falsi tenetur.*

23 *Falsum instrumentum producens, uel eo utens, an possit de falso condemnari antequam notarius condemnetur.*

24 *Excipiens contra partem de falsitate & succumbens potest, de falso notarium accusare.*

25 *Accusatione de falso pendente contra notarium, an supersedeatur in causa ciuili.*

26 *Notarius qui falsum fabricauit instrumentum in loco delicti commissi accusari potest, uel in loco proprii domicilii, & fieri etiam remissio ad locum delicti.*

CONSILIVM LXXII.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. In causa uertente inter magnificum & generosum uirum D. Balthasarem Dominum Primei & Commune & homines de Primeo, coram certis iudicibus delegatis, super qua uisis actis, aliàs extensè consului. Nouiter est mihi relatum & ego uidi hæc in actis quòd Commune Primei prodixit certũ instrumentum assertæ concordiæ, quam dicit olim fuisse factã cum olim D. Ioanne fratre

dicti D. Balthasaris, super quo in certis partibus aliàs etiam consului. Et quæritur à me, an tali instrumento producto debeat dari fides, cum hoc sit, quòd in multis discordat à protocolo, de quibus infra dicetur. Item quæritur an Communitas Primei, quæ deliberatè communicato, & congregato consilio dicti Communis ad interrogationem aduersarii, respondit se uelle uti dicto instrumento, possit de falso puniri coram iudicibus delegatis, & qua pœna, & an pro supplemento pœnæ falsitatis possit, hoc non obstante iterum accusari, si iudices delegati plenam pœnam non imponerēt; & quid de notario, utrum coram dictis iudicibus, an coram aliis possit de falso accusari. Et super primo nulla est dubita-
1 tio, † quòd fides non debet dari quando instrumentum productum discordat à protocolo notarii, quod est productum, tam in nominibus testium, cum aliquis testis scribatur in uno, qui non scribitur in alio, quàm etiam in loco; quia in uno dicitur actum in villa plebis in canonica & in alio dicitur actum in villa plebis, & non in canonica: & sic in uno fit mentio de loco loci, & in alio nō. Discrepat etiā unum ab altero in conuentionibus partium allegatis per Commune Primei, quoniam in protocolo continentur plura, quàm in releuato producto. Item q in uno narrantur causæ, & controuersiæ ex quibus factum est instrumentum, & istud est in instrumento releuato. In protocolo autem nulla est præfatio, nec talia continentur. Item in uno fit mentio de Domino Balthasare, & in alio nòn, vnde cum instrumentum releuatum discordet à protocolo, non debet ei adhiberi fides, in auct. de tabellio. per totum & quod habetur in l. Imperator, de sta. homi. & in l. si librarius, de reg. iur. per Bar. & Doct. habetur etiam in l. si unus, C. de testa. & in l. nostram, eo. ti. & in multis locis. & istud est sine dubio, ex quo igitur est suspectum nullam facit fidem pro producente, ut habetur in dictis iuribus. Hæc etiam suspicio falsitatis resul-
2 tat ex alio, quia † notarius, qui dicitur rogatus, fuerat condemnatus de falso. vnde instrumenta posteà ab eo confecta non carent suspicione falsitatis, licet per hoc solum necessariò non probentur falsa ut etiam infra dicetur, habetur etiam in l. i. C. de testa. per Bal. & alios in l. militibus, C. de testa. mili. & infra etiam subdetur, de quo etiam dixi in alio consilio.

Resultat etiam suspicio falsitatis ex alio, quoniam duo testes ibidem descripti, interrogati de huiusmodi concordia, an iter fuerint, dicunt se nunquā interfuisse nec fuisse præsentes, nec audiuisse talē concor-
3 diam nisi nunc † & quòd si fuisset facta talis concordia bene sciuissent; unde resultat regula, quòd etiam si unus solus ex testibus descriptis in instrumento, aliis mortuis uel absentibus, dicat nunquàm se ibidem interfuisse, facit instrumentum suspectum, ita quòd ei non creditur. l. i. in fi. quemadmo. testa. apperian. secus si dicat se non recordare, secūdum Bar. ibi. & per Io. And. in c. cum Ioannes eremi-
4 ta, de fi. instru. † Quando uerò duo ex testibus descriptis in instrumento dicunt, se tunc temporis non interfuisse, & tunc etiam licet sint supernumerarii, ut quia in dicto instrumento erant quinq; descripti, ubi non erāt necessarii nisi duo, sicut est in contractibus, tunc si isti duo dicunt se nunquàm interfuisse, licet sint supernumerarii, sentit Ioan. And. & Inno. in d. c. cum Ioannes, quòd per hoc reprobatur instrumentum de falso, nisi per alios duos uel tres imponatur fides instrumento, & etiam dicant non esse verum, quòd illi duo non interfuerint, sed quòd
5 interfuerunt, † cum enim isti asserant affirmatiuam, præferuntur illis duobus negātibus se non interfuisse, iuxta not. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbit. In cāsu autem nostro isti duo de descriptis, dicunt se nunquàm interfuisse, quidam uerò ibidem descripti sunt mortui, qui tamen erant de Communi Primei, & sic suspecti cū agatur causa uniuersitatis quæ spectat ad singulos, ut dixi in alio consilio. Vnde ex istis patet, quòd dicto instrumento producto non debet dari fides; immò tale instrumentum, & etiam protocolum

solum notarii redditur falsum, cum ut supra dixi duo, ex descriptis in contractu allegato, licet supernumerarii sint ad contractum, dicant se ibi tunc non interfuisse nec audiuisse; ut etiam hæc habentur in l. in exercendis, C. de fide instru. vbi etiam famosus Doctor. D. Paulus de Castro referens Inn.& Io. And. in d c.cum Ioannes, firmat in nostro proposito, quod supra dixi. unde non tam suspectum quàm falsum instrumentum dici potest, & reprobatum per testes ut supra. † Et si quis dixerit, quòd isti te-

6 stes, qui dicunt se tunc non interfuisse, non debent facere fidem contra instrumentum, propter magnum lapsum temporis, cum dicatur instrumentum rogatum iam sunt anni xxiii. & sic præsumitur obliuio. † quia memoria hominum

7 est labilis, maximè in rebus alienis, & persertim post decenium, ut habetur in l. naturale, de usucapio, & not. in l. quicunq;, C. de ser. fugiti. Respondetur q propter interuallum temporis, facile esset dicere quòd non recordentur de tali concordia nota digna, inter Commune & dictum Magnificum Dominum, hoc non est verisimile. Præterea testes ipsi affirmant & hoc est clarum.

8 Alia† etiam sinistra suspicio falsitatis resultat ex eo, quoniam pēdente litè, Commune Primei fecit releuari instrumentum, ut patet ex attestatione notarii, & Commune prædictum dicit, se fecisse releuari iam longo tempore ante ceptam litem, unde cum reprobetur per notarium, patet eos homines dicti Communis dixisse falsum, & hoc mendatium & falsitatem dixisse ad finem mali, ut non deprehēderetur eos fecisse fabricari falsū instrumentū, uel releuari pendente lite: Quod et patet, quia ad ostendendum, q releuatio instrumenti fuerit facta longo tempore, ante litem, fecerunt illud releuari data opera in quadam carta, quæ sui aspectu apparet antiqua, ut per hoc eorum menda cii vellaretur. † Vnde licet instrumentū

9 in quacunq; materia relauari possit, etiā in bombicina, uel in carta membrana, etiam rasa, noua, uel antiqua, ut habetur in l. quoniam indignum, in fi. C. de testa. & in l. cartæ, de secun. tabul. tamen in casu isto, coniunctis aliis, de quibus supradixi, hæc coniectura auget probationem

10 falsitatis. † quoniam quæ non prosunt singula &c. C. de proba. l. ii. & iii. & ibi

11 not. & maximè † in falsitatibus quæ fiunt in secreto, & uellantur sub imagine ueritatis, iuxta notata in l. ubi, C. de fals. & per totum titulum. Quid enim si uerum fuisset instrumentum nocebat parti dicere ueritatem, scilicet fecisse releuari pendente lite? Itē quid nocebat si uerum fuisset facere releuari instrumentum in membranis nouis, ut fieri consueuit? certè igitur data opera & maliciosè uidentur hoc procurasse, quare instrumentum releuatum productum & etiam protocolum ex prædictis apparet suspectum im-

12 mo falsum. † Vnde sequitur, quòd Commune producens illud nisi probet illud uerum, debet puniri iudicis officio tanquàm falsarium, casus est in l. iubemus omnes, C. de proba. & tunc producens scripturam suspectam debet puniri pœna non ordinaria sed extraordinaria pro

13 motu iudicis† sicut ille qui produxit falsos testes. C. de testi. l. nullum, ubi Bal. reprobando ibi Cy. tenet quòd si sufficienter non fuit punitus coram illo iudice, possit per alium competentem in sup

14 plementum puniri† hic tamen non solum produxit scripturam suspectam de falso, sed etiam euidenter falsam, ut supra probaui, & maximè addendo superioribus talis falsitas probetur ex persona cōficientis, id est, notarii aliàs comdemnati de falso, ut supra dixi, & not. Glos. in d. l. Iubebus, & in Spe. de instru. edic. §. postremo, aliàs est. §. instru. vers. item opponitur q tabellio, ad quod l. si quis ex argentariis, §. i. ff. de eden. & l. si aliquid. C. de suscepto ri. & archa. lib. xi.

Non ob. quod dixi supra de releuatione instrumenti in carta antiqua, quod non est

15 solitum sic releuari sed in noua. † Item quod dixi, quòd pars dixerit longo tempore ante litem fecisse releuari, cuius cōtrarium dicit notarius, quæ duo non uidentur ingerere suspicionem falsitatis,

V ii cum

cum procedant aliunde quàm ex inspectione scripturæ, ut not. Inno. in c. i. de fi. instru. & in Specul. eo. ti. §. ii. vers. & nota quòd tabellio, quia respondeo quòd illud uerum esset nisi aliæ suspiciones ex inspectione scripturæ apparerent, de quibus supra dixi, tunc enim suspicio falsitatis non solum ex illis sed ētiam ex aliis aliunde quàm ex inspectione scripturæ; oritur scriptum est enim crimina undecunq; ap-
16 paruerint punienda sunt. † quare concludo huic instrumento nullam esse dandam fidem, nec etiam protocolo præsertim ut dixi, duo testes dicunt se tali instrumento non interfuisse unde reprobant instrumentum de falso secundum Inn. & Io. And. in nouel. in d. c. cum Ioannes eremita, & habetur in Specu. eo. tit. §. restat, circa princi. ut etiam retulit dictus famosus Doctor D. Paulus de Castro. non solum in d. l. in exercendis, supra allega. sed etiam in l. iubemus, in fi. C. de pro-
17 ba. quæ est l. pen. Ex iis apparet † quòd non solum Commune producens potest puniri tanquàm producens falsum instrumentum, sed etiā potest puniri tanquàm eo utens, ex quo respondet se velle eo uti. iuxta not. in l. si uteris, C. de fi. instru. & in l. si aduersarius, eo. tit. & not.
18 per Bar. in l. si diuus. ff. de falsis. † & puto quòd poterit hoc casu puniri per dictos iudices delegatos coram quibus talia commissa sunt, scilicet productio & usus falsi instrumenti. Vnde licet hæc punitio eis non sit commissa, tamen hoc possunt facere, quia eorum iurisdictio & aures uidentur offensæ. C. de testi. l. nullum, & in auct. de testi. §. si uerò ignoti, & per Bar. in d. l. nullum, ubi etiam Bal. firmat hoc fieri posse per iudicem delegatum in causa ciuili. & Bar. ibi hoc firmat, & in l. hoc iure, §. aqua. de aqua co. & æsti. licet contrariū teneat ipse Bar. in d. l. Diuus, & sic uidetur sibi contrarius, sed dicēdum est quòd debet concordari hoc modo, quòd iudex delegatus, uel iudex causæ ciuilis qui potest cognoscere de causa criminali possit de hoc delicto commisso in lite cognoscere & extraordinariam pœnam imponere. Iudex uerò criminalium poterit postea cognoscere & supplere pœnam condignam, & ita loquatur. Bar. in d. leg.
19 Diuus, Et † pro hoc facit optimè quod scripsit Bal. & alii. in l. i. & ii. C. de sportu. ubi punitus de delicto per unum iudicem in minori pœna quàm debuerit imponi ex defectu suæ iurisdictionis, quia condignam non potuit imponere, potest per alium competentem puniri, usq; ad condignam pœnam; tunc enim de delicto eiusdem hominis non quæritur sæpius, sed quia de supplendo pœnam cōdignam, ex quo apparet quòd Bal. in d. l. non bene reprehendit Cy. ibi dicentem, quòd si per iudicem causæ ciuilis punitus est pœna extraordinaria; non poterit posteà accusari de falso coram iudice criminalium, per l. licet. nau. capuo. stabul. & leg. senatus, de iniuriis. Nam hoc non est uerum quando non fuit condignè punitus. Ad quod facit quod not. in c. at si clerici, de iudi. & quod idem Bal. not. in l. cunctos populos, C. de sum. trini. & optimè quod not. in d. l. i. & ij. C. de sportu. per Bal. & alios. Ex prædictis patet quòd tali scripturæ non debet dari fides. Item patet quòd probatum est eam esse falsam. Item patet quòd dictum Commune tanquàm producens falsum instrumentum, & etiam tāquàm illo utens, potest extra ordinem puniri per iudicem delegatum, licet pro supplemento pœnæ delicti, possit posteà accusari coram iudice competenti.

Quòd autem tale instrumentum sit falsum deductum est supra & noniter etiam de-
20 ducitur † quoniam continet impossibile, quoniam usq; ad tempus asserti instrumenti non potuisset esse quæstio inter Commune & Dominum Primei circa ligna dictorum nemorum vallis Primei, quia non erat ibi aliquis locus per quem conducerentur ligna incisa, & pars aduersa hoc confitetur in positionibus suis. Modus enim conducendi dicta ligna fuit inuentus & obseruatus dudum post dictum conditum assertum instrumentum, per quendam Vgolinum Scopulum: unde ante assertum instrumentum erat impossibile discordia inter partes esse, quia non

erat

erat materia ex qua tunc potuisset oriri dicta discordia, unde illa fuisset lis ficta & non vera l.cum ii,§.si cum lis,de transactio. Nedum ergo instrumentum est suspectum, sed falsum & impossibile.

21 Quòd autem † Communitas possit puniri extra ordinem tanquam vtens falso instrumento, non est dubium, cum tale delictum cadat in ea, ut plenè examinat Bar.in l.aut facta, §. non nunquam, ff.de pœnis, ad quem sufficiat remissio, quia hoc ibi decidit loquendo multum elegãter circa istam causam.

22 Quòd autem † Communitas Primei possit puniri tanquam producens falsum instrumentum, licet produxerit per syndicum uel procuratorem suũ, certum est quod sic, sufficiat allegare Bart.qui hoc dicit in l.sed & si unus, §. seruus meus. ff. de iniur.

23 Sed contra prædicta facit. † Nam Commune non uidetur posse puniri de falso, nec tanquàm producens falsum instrumentum, nec tanquàm eo utens, nam uidetur quòd prius debeat constare de falsitate cum notario, & sic ꝙ prius condẽnetur notarius de falso. Breuiter quia ista quæstio formatur in l.fina.C.de fi.instru. per Gloss.ubi dicit quòd est in electione partis an incipiat à ciuili uel criminali,ut d.l.damus, C.de fals.dicendum est secundum Doctores quòd istud esset uerum contra ipsum criminosum, sed contra alium qui sentit commodum ex crimine, non potest agere ciuiliter nisi primò criminosum accuset criminaliter, & hoc si criminosus uiuit; unde si producas contra me instrumentum falsum ignoranter, non uidetur ꝙ possim excipere de falsitate, si notarius viuit, nisi primò accusem notarium de falso,& faciam eum puniri, & tunc sententia lata contra eum faciet fidem pro me in cã ciuili l.i. C.ubi causæ fiscales, Sed in casu nostro agitur contra criminosum qui sciẽter produxit falsum instrumentum,& eo vsus est, & probatũ est cum eo de falsitate. vnde cum eo potest excipi in causa ciuili,de falsitate,& ẽt petere eum puniri antequàm accusetur notarius de falso,& ita no.ibi & in l.si ad-

24 uersarius,eo.ti. † Si tamen excepi contra partẽ de falsitate,& succubui possum accusare notarium de falso,ut no.Inno.in c.fi. de ordi.cogni.& quod hr̃ in Spe.e.ti.§.Instrumentum, Producens ergo falsum instrumentũ,uel eo utẽs,potest accusari de falso,l.ii.C.de fid.inst. quæ incip.si uteris,

25 † An autem pendente accusatione de falso contra notarium supersedeatur in causa ciuili habetur per Cy.in l.i. C.qui accusar.non pos.

26 † Ex quibus patet ad quæsita responsum:de notario autem constat qui fabricauit falsum instrumentum, ꝙ potest accusari in loco delicti commissi,quia ibi sortitur forum,vel potest accusari in loco proprii domicilii,et fieri ẽt remissio ad locũ delicti,ut plenè habetur in l. i.& l. ii. & in auct.qua in prouincia, C.ubi de crimi.agi oportet.

Ego Ioannes de Prato legum Doctor ordinariam regens cathedrã iuris ciuilis in ciuitate Paduæ,nec non Dux & comes ex Cæsaris priuilegio dico & consulo,ut supra iuris esse, ideò me subscripsi, & sigillari feci,ad laudem Dei.

CONSILIVM D. IOANNIS DE PORTIS VICENTINI. V. I. Doctoris.

In eadem causa.

SVMMARIVM

1 *Testes duo contradicentes instrumento, an faciãt instrumentum vacillare, adeò quòd falsum dicatur.*
2 *Testes in dicto suo singulares non probant.*
3 *Intellectus c. tertiò loco, de probat. & c.tam literis, §.fina. de testi.*
4 *Testes post conclusum in causa produci non possunt.*
5 *Pro instrumento semper præsumitur.*
6 *Testes de uniuersitate pro ea testificantur, quãdo de uniuersali, & non particulari commodo tractatur.*
7 *Proprietas nihil commune habet cũ possessione.*
8 *Libellus non legitimus reddit processum nullum*
9 *Supplicatio vim petitionis habet.*
10 *Clausula, sola mera & pura veritate inspecta, quid importet.*

CONS.

CONSILIVM LXXIII.

1 IN Christi nomine Amen. † Pro parte Domini Balthasaris de Vallispergio, duo testes videlicet Ioannes Castener, & Ioannes Rayteler, contra homines, & Cōmunitatem Vallis Primei, examinati fuerunt ad reprobandum de falso instrumentum quoddam pactionis, & conuentionis factæ inter dictam Communitatem, & contra Domi. Ioannem de Vallispergio fratrem dicti Domi. Balthasaris, & in effectu quilibet in dicto suo concludit, ꝙ interfuit instrumento, neque scit ꝙ dicta conuentio, & pactio facta fuerit. Modo dubitatur an reprobent instrumentum de falso; videtur prima fronte, quòd sic, quia detegere videntur falsum esse in eo, quod dicit pactionem factam præsentibus ipsis, & rogatis aliisque, ergo in totum conquassant instrumentum & reprobant de falso, ut in capitu. quanto, de iis, quę fiunt à prælato, facit quod not. in cap. fraternitatis, de hæreti. & iii. q. ix. c. pura, & hoc tenet Barto. in l. i. in fi. ff. queadmmo. testamen. aper. Tamen ad intelligentiam præsentis dubitationis duo casus considerandi sunt principaliter. Primus quòd duo testes de descriptis in instrumento, contradicant instrumento, quia attestātur contentum in instrumēto esse falsum, & quod nūnquam fuit confectum instrumentum Iste quidem non est càsus noster, sed dicto casu certum est, quòd reprobant instrumentum de falso, ut in ca. tertio loco, de probatio. & in cap. tam literis, §. fina. de testib. & not. communiter in c. cū Ioannes, extra de fide inst. Secundus casus est quando dicti duo testes, non contradicunt directò instrumento, sed deponunt se non interfuisse, atque etiā addunt se nescire contenta in instrumento esse facta, non enim videtur mihi multū referre, quòd dicant tantum se non interfuisse, uel etiam addant se nescire & c. ut patebit ex infra dicendis. Et hic est casus noster, vbi Bar. ubi ut supra dixi vult ꝙ reprobent instrumētum de falso, licet enim prima fronte quilibet videatur de se deponere, † & sic videantur esse singulares

2 in dicto suo, propter quod non probent sufficienter, ut not. in c. bonæ, de electi. & l. testium, C. de testib. Tamen re vera non sunt, quia per appropinquationem sensati ad sensum ipsorum, esse contestes videantur; patet, quia si dicunt se fuisse pręsentes siue interfuisse, præsumuntur fuisse præsentes, obiectum enim repræsentatur pariter sensibus plurium. Prætereà cum dicit unus se non interfuisse, videtur idem dicere de alio, quia adesse non potuisset, quin eum uidisset, unde sunt cōtestes. Sed certè secundum Anto. de Butri. in d. c. cum Ioannes, tres casus sunt animaduertendi. Primus quando dicunt die
3 qua dicitur instrumentum esse confectū fuimus congregati in vnum, nec fuit factum coram nobis, & hoc casu probant contra instrumentum, quia sunt contestes, cum sensatum abstrahitur à sensibus prout congregantur in vnum, sic potest intelligi c. tertio, de probation. & capitu. tam literis, §. fina. de testib. Secundus casus, quando dicunt se non interfuisse, & interrogati quilibet reddūt rationem, quia ego & talis fuimus simul tota illa die, nec interfuimus, & ij probāt, quia habent sensus in unum non diuisos, & sic contestes. Tertius casus, quando simpliciter dicunt se non interfuisse, & hoc casu cōtra Barto. dicit Ant. de But. refert Innocen. etiā ita dicere, quòd isti sunt singulares, ergo non probant, nam quilibet de se concludit, videlicet, se non interfuisse, unde non refert quòd addat, neque scire contenta in instrumento, quia eodem modo de se tantum concludit. Nec obstat, ꝙ dicendo se interfuisse, uideantur contestes, & sic cum appropinquatio sensati reddat eos cōtestes, ergo & abstractio sensati, Nam ipse Ant. de But. in d. c. dicit cōsequentiam non esse bonam, quoniam appropinquatio sensati ad plures, attrahit sensus plurium simul. Actus enim cui vnus dicit se interfuisse cum fuit factus, & alter similiter, non potest per rerum naturam attrahi ad illorum duorum sensum nisi simul, ergo præsupponunt contestes sed abstratio potest abstrahere etiam singulariter, & inde cum vnus dicit se

non

non interfuisse, & alter similiter potest abfuisse separatim ab altero, & sic non cõcluditur simultas, meritò nõ probant plenè, quia neutrius absentia probatur per duos contestes. Nec obstat etiam quòd dicendo se non interfuisse, pariter videtur idem dicere de alijs, quia illud falsum secundum Innocen. & Ant. de But. in d.c. cum Ioannes, potest enim esse quòd erat multitudo, propter quam vnus solet minus videre alios, & cognoscere. Deniq; Bald. in l. in exercendis, C. de fide instru. tenet idẽ, quòd isti testes reputentur singulares, & D. meus Rapha. in d.l.i. in fin. quemadmodo. testa. aperian. sequitur eandem opinio. quia quando deponunt affirmatiuè, scilicet quòd fuerunt præsentes, referunt se ad actum, quando verò negatiuè deponunt, non referunt se ad aliquem actum, ideò non uidentur contestes, ita quòd in effectu dicit quod ego prædixi secundum Anto. de But.

In proposito itaque casu, cum testes Do. Balthasaris prædicti quilibet cõcludat de se, sunt singulares, ergo non reprobant instrumentum de falso. Addo etiam ꝙ postquam Domini delegati de æquitate
4 exuberanti dederunt facultatem D. Balthasari producendi dictos testes post cõclusionem in causa, quod regulariter fieri non solet, ut in c cum dilectus de fide instrumento. & in c. laudetur, de procurato. Ita quoque ex eadem æquitate debent dare facultatem Communitati Primei, alios tres testes descriptos instr̃o, ꝓducẽdi si illorũ copia haberi põt. Et si quidem deposuerunt saltem duo se interfuisse, proculdubio approbabunt fidem instrumenti, secundum Innocen. & Anto. de But. in d.c. cum Ioannes, atque eundẽ Bart. in d.l.i. in fi. per l. optimam, C. de cõtrahen. & committen. stipula. Et si fortè illorum copia non posset haberi, cum dicat Inno. in d.c. cum Ioannes, omnia committi arbitrio iudicis, per eum debebit fieri inquisitio accerrima, l. ubi, C. de fal. l. iu
5 bemus, C. de probatio. † Sic tamen quòd iudex semper præsumit pro instrumento, c. quoniam, de proba. vt res potius ualeat c. abbate sanè, de verb. signi. quia non debet esse tanta suspicio ex negatiua, quòd debeat instrumentum annichilare, nisi in directè sufficienter probaretur, & d.c. tertio, & c. tã literis. Maximè autem in casu nostro iudices delegati debebunt inquirere ac præsumere pro instrumento, quia in facto asseritur, quòd plures de Communitate fide digni sunt parati testificare pro instrumento, quos profecto pro scienda veritate iudices debebunt admittere, quoniam dicitur esse prouisum per Communitatem, quòd id nemus de quo principaliter est quæstio, non sit in omni casu cuiuslibet, sed per Communitatem affi-
6 ctetur, † ex quo illi de Communitate possunt testificari, cum testificetur pro vniuersali commodo vniuersitatis, non particulari cuiuslibet, ut no. in l. in tantum, §. vniuersitatis, de rerum diuisio. & in l. parẽtes, C. de testib. per Bal.

Fortius dico, quòd & si dicti testes Do. Balthasaris alio casu probarent, quãuis simpliciter dicerent se non interfuisse, tamẽ in casu nostro non iuuant D. Balthasarẽ. Nam ante conclusionem in causa, pro parte Domi. Balthasaris fuit opposita falsitas instrumento, ea de causa, quia factũ à notario aliàs condemnato de falso, & sic se astrinxit ad probandam falsitatem, cum illa qualitate, vnde non potest variare, & transilire ad dicendum, quòd sit falsum alia de causa, ponendo sicut est, quòd intentio Communitatis fuerit fundata, ita singulariter dicit Bar. in l. diuus, de re iudica.

Vltimò dico, quòd & si dictum instrumentum reprobaretur hoc modo per dictum Domi. Balthasarem, tamen non noceret in possessorio retinendæ, quod intentaret & probaret ipsa Communitas, quia instrumentũ ꝓbet in petitorio, unde si Cõmunitas defficit in petitorio, non concludi-
7 tur quod in possessorio, † quia nihil cõmune habet proprietas cum possessione, l. naturaliter, §. nihil commune, de acquiren. possessio.

Reliquum est videre super processu, an sit nullus, quia non apparet quòd Communitas porrexerit aliquam petitionem legi-
8 timam, cum agat contra Do. Balthasarem,

rem, ergo non est facta litis contestatio, & sic processus nullus vt in auct. offeratur, C. de lit. contesta. Sed certè arbitror, quod sit ualidus non obstantibus prædictis, & memini, quòd aliàs copiosè consultum
9 fuit super hoc. † Si quis enim diligēter intueatur formam supplicationis porrectæ Illustrissimo Duci, pro parte communitatis reperiet quod habet uim petitionis cuiusdam, super iure quod prætendit communitas contra D. Balthasarem, & probatur in ti. C. quan. libel. prin. det. & no. in l. cũ precum, C. de liber. cau.
10 Prætereà † asseritur in facto, quod Princeps commissit delegatis causam cognoscendam, & terminandam sola mera, & pura ueritate inspecta, & sic uidetur remittere omnẽ solennitatem iudiciorum ut not. in cle. sæpe, de uerb. signif. & per Bar. in tracta. ad reprimen. meritò sufficit quicunq; actus ex quo petitio possit colligi, sed colligitur ex porrectione supplicationis per Communitatem igitur, &c.

Et ita vt supra scriptum est, dico & consulo Ego Ioannes de Portis Iuris vtriusq; Doctor legens iura ciuilia in hoc celeberrimo studio Paduano, & ad fidem me propria manu subscripsi, & sigillum meũ solitum impressi. Laus Deo.

CONS. D. FRANCICI DE ALVAROTIS PATAVINI. V. I. D.

& eiusdem ciuitatis canonici, ac Reuerendis. D. C. Patriarchæ Aquilegien. extra patriam Fori Iulij vicarij generalis.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans se defendendo, an condemnari debeat, & quando dicatur fieri ad defensionem vel ad vindictam, & nu. 14. cum seq.*
2 *Quando inter duos vulnerantes non apparet aggressor, uterque punitur.*
3 *Delicta impunita remanere non debent.*
4 *Vim ui defendere, omnes leges, omniaque iura permittunt.*
5 *Iudex animi sui motum confirmare debet argumentis, quæ verò aptiora, & magis verisimilia esse comperierit.*
6 *Aggressor in dubio quis præsumatur.*
Acclamans stetis retro. stetis retro, animum rixandi habere non præsumitur.
7 *Dicere nemo existimandus est, quod mente nõ cogitauit.*
8 *Qui nocuit primo uult posse nocere secundo. Semel malus semper præsumitur esse malus.*
9 *Animus nocendi, ex genere armorum præsumitur.*
10 *Socio criminis non est credendum.*
11 *Vbi ex conflictu inter duos inito, malum contingit, illud aggressori imputetur.*
12 *Insultato non est imputandum quod fecit. nam calore iracundiæ facere videtur.*
13 *Insultatus semper præsumitur ad sui defensionẽ facere.*
14 *Defensionis moderamen in quibus consistat.*
15 *Factum incontinenti quando dicatur.*
16 *Iniuria facta personæ incontinenti propulsari debet.*
17 *Ex qualitate personarum & factorum, præsumitur an ad uindictam, an ad defensionem factum sit.*
18 *Defensio est de iure naturali, & tam hominibus quàm animalibus brutis competit.*
19 *Defensio non potest per Principem tolli.*
20 *Defensio iure diuino & canonico permittitur, & infra nu. 22.*
21 *Intellectus ad Glo. penul. in l. ut vim, ff. de iust. & iure.*
23 *Contra iustè offendentem non est permissa defensio.*
24 *Dicto uel facto prouocatus ad iram; prouocantem iniurians condemnari non debet.*
25 *Factum ad defensionem pœnam non meretur.*
26 *Verba cum moderamine inculpatæ tutelæ, quomodò intelligantur.*
27 *Aggressorem licitum est occidere non solum quando imminet periculum vitæ, sed etiam quando imminet periculum alicuius iniuriæ personalis.*
28 *Iniuria personalis maior est quauis reali.*
29 *Defensio quomodo probari possit.*
30 *Constitutus in discrimine vitæ licitè aggressorem, occidit.*
31 *In discrimine vitæ, quando quis dicatur.*
32 *Miles vel alius robustus insultatus à persona uili, quando sine dedecore aufugere non potest, si insultatum occidat, puniri non debet.*
33 *Ea possumus, quæ salua honestate, & honore nostro*

nostro possumus.

34 *Iniuria est aliquem fugare.*

35 *Testes super facto ad defensionem, qualiter deponere debeant.*

36 *Asserenti se fecisse ad sui defensionem, in foro pœnitentiali creditur.*

37 *Occidens aggressorem se defendendo, de excessu puniri non debet.*

38 *Agressorem pro defensione occidens peccare non dicitur.*

39 *Occidens aliquem pro defensione filii uel serui, quādo eos aliter tueri nō ualet, puniri nō debet.*

40 *Villa si tenetur occurrere iniuriam passo, capereque malefactorem, & in occursu contingat malefactorem interficere, occidens nō tenetur.*

41 *Iniuria quæ fit seruo, censetur facta domino.*

42 *Dominus potest vassallum suum aggressum defendere.*

Item & socius socii iniuriam propulsare tenetur.

43 *Pater iniuriam filii potest repellere impunè.*

44 *Maritus vxorem suam impunè defendit.*

45 *Defendens concubinam, famulum, vel alium de sua familia non punitur.*

46 *Familia tenetur defensionem domini sui suscipere.*

47 *Concubinæ, & famuli, appellatione familiæ veniunt.*

49 *Extraneus cuiusuis extranei defensionem impunè assumere potest.*

Amicos conuocare licet pro rerum defensione.

50 *Clericum ad sui defensionem occidens, non est excommunicatus.*

51 *Rem furto subtractam non licet tertio à fure auferre, dato, quòd eum in flagranti crimine inueniat.*

52 *Repulsio iniuriæ respectu personæ & rerum, an & quando fieri possit, & sit licita clericis remissiuè.*

53 *Filius aliqua causa non potest impunè patrem occidere, nisi personæ suæ ratione.*

CONSILIVM LXXIIII.

FELISSIVS & Hysidorus ac Magister Ioan. Petrus armati singuli cultellis, fecerūt rixā cū Dauit, armato una cultella & habente clamidem circa manū & brachium, clamāte stetis retro, stetis retro, non detis mihi impedimentum quia nondo uobis: magister Gerardus audiens rumorem & strepitum armorum, exiens in stratam publicam cum hasta conclaua rixæ, dictos rixantes dimidiauit, ne se ad inuicem interficerent, & dictus Dauit cucurrit in domum Gerardi, quem prædicti Felissius, Hysidorus, & magister Ioānes Petrus insequentes fugarunt usque in dictam domum. reperitur quòd in dicta rixa Dauit fuit uulneratus supra tribus digitis manus, & Felissius fuit uulneratus à dicto Dauit super iunctura manus dexteræ, quæritur an ipse Dauit, pro dicto uulnere ueniat condemnandus, secundum formam statutorum Paduæ? uideretur dicendum quòd ipse Dauit ueniat cōdemnandus ex dicto uulnere, facto super iunctura manus Felissii secundum

2 formam statutorum Paduæ. † Nā si duo ad inuicē se uulnerauerunt, & non appareat quis eorum fuerit aggressor, uterque punietur; & hoc tenuit Ricard. Malumb. & non fiet in dubio absolutio. ut in leg. quæmadmodum, §. si nauis alteram, ff. ad leg. Aquil. & not. in l. i. C. de Sica. & secun. Bar. in leg. si in rixa, ff. ad l. Corn. de sicar. quando plures delinquunt, tunc quilibet debet puniri secundum qualitatē delicti sui. & ad hoc, factum uniuscuiusq; contemplari debet: ut in dicta leg. si in rixa, & in l. item Mela, §. si plures, ff. ad l.

3 Aquil. † Ad quod facit, quia delicta non debent manere impunita. l. ita vulneratus, eo. tit. & de fideiu. l. si de reo, §. fi. & notat. in l. i. §. cum arietes, ff. si quadrupe. pauper. feciss. dicat.

In contrarium tamen est rei ueritas. Nam ex multis præsumitur, & probatur, ꝙ Dauit ad defensionē suæ personæ vulnerauit Felissium, cum aliter se tueri non

4 posset. † Vim enim vi repellere, omnes leges, omniaque iura permittunt, dicit tex. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. nam præsumitur quòd Felissius, Hysidorus, & Ioannes Petrus insultauerint Dauit, qui erat solus, nec est uerisimile, quòd Dauit solus insultasset illos

5 tres, † Iudex enim debet animi sui motum confirmare argumentis, quæ rei aptiora & vero proximiora, & magis verisimilia esse compererit l. ob carmem, §.

si testes, ff. de testi. & hoc probatur per theoricam Rayne.in l.i.§. cum arietes, ff. si quadru. pauper. feci.dica.ubi dicitur, ꝙ præsumitur contra primum aggressorem & Glo.in ver.sibi, dicit, quòd si non appa reat quis fuerit aggressus, neuter alteri tenetur, ar.in l.scientiam, §. si cum stramenta, ff.ad l.Aquil.Ray.aũt dixit, ꝙ in animalibus debet inspici, quę bestia sit ferocior, in hominibus quis sit potentior, & animosior, ut ille in dubio dicatur alium prouocasse arg.in l. non omnes. §. à Barbaris ff. de re mili. Non autem est dubium, ꝙ tres sunt communiter potentiores viribus, & animis, quàm sit unus solus; ergo præsumitur, quòd fuerint aggressores. Item etiam ut ibidem notatur, qui alium euertit, & insequendo effugauit, præsumitur aggressor in dubio. Sed prædicti tres Felissius, Hysidorus, & Ioannes Petrus insequentes fugarunt Dauit, usque in domum Gerardi, ergo præsumitur, quòd fuerint aggressores. Item probatur ex clamore Dauit, qui exclamabat stetis retro, stetis retro, non detis mihi impedimentũ, quia non do uobis; ex talibus verbis colligitur eius animus, qui non erat in rixã
7 do.† Nam nemo existimandus est dicere, quod non mente agitauerit, dicit tex. in l.Labeo, ff.de supelecti. lega.& ex clamoribus quis excussatur.l. itaq; si seruũ, ff.ad l.Aqui..& in l. capite quinto, ff.ad l. Iul. de adulter.. Et licet Domina Magdalena, quæ deponit de auditu dictorum verborum dicat quòd nescit quis fuerit ille, qui dixit dicta uerba, quia non cognoscit eos, tamen necessariò opportet intelligi, quòd fuerit Dauit, qui erat solus, & loquebatur in plurali contra illos tres, stetis retro. Neq; enim alter illorum trium fuisset allocutus aduersus Dauit, nisi in singulari, arg.l.ubi numerus ff.de testi.& in l. inter illã, §.fi. ff de verb. sig. Itẽ probatur ex dicto Benedicti quondam Andreæ, qui deponit, quòd illi tres qui cucurrerunt ad apothecam magistri Paduani, quorum vnus erat vulneratus, stabant absconditi post pilastros de Boromeis, & sic insidiabantur ipsi Dauit.

Item probatur per D. Ioannem de Firmo, & D. Aloysium de Scaltanico, & per alios testes, qualiter Ioannes Petrus supradictis dixit, quòd ipse cum sociis suis fecerunt currere Dauit, & dederant
8 ei multas bastonatas,† & qui nocuit primo, uult posse nocere secundo, & qui semel malus semper præsumitur malus.l. non omnes, §. à Barbaris, ff.de re milita. facit regula. qui semel, de regul. iur. lib. vi.& l.is cui, §.fi.de accusationi.

Item probatur per magistrum Gerardum & vxorem suam, quod omnes illi tres Felisius, Hysidorus, & magister Ioannes Petrus, erãt armati singuli cultellis in manibus, & Felissius, qui perdidit suam cultellam, de qua conquærebatur, ut deponit Petrus Donati; quam cultellam rehabuit à domino Francisco de Chizollis, cuius famuli eam inuenerant. Item de sinu Felissii cecidit ballota plumblea ad apothecam magistri Paduani, ut deponit idem Petrus Donati, & Ioannes de Valsigana deponit aliam ballotam plumbleam in loco rixæ reperisse.
9 † Ex genere enim armorum præsumitur animus nocendi. l.i.§. Diuus, & o. sed si, ff. ad l. Cor.de sicar. Et quòd Ioannes Petrus fuerit cum Felissio & Hysidoro probatur per magistrum Gerardum expressè, qui eos nominat specificè, & per D. Magdalenam eius uxorem, dum deponit, quod uidit tres armatos cultellis esse ad manus, cum uno armato cum una cultella; & per plures alios testes, qui deponunt uidisse Felissium currere cum uno socio ad apothecam magistri Paduani, quos postea sequebatur Hysidorus eius frater; Nec D. Ioannes Petrus aliquid probat contra magistrum Gerardum; quia nil aliud dicit, nisi quòd Gerardus venit cum hasta glauarinæ uersus dictum Felisainm, qui erat sub porticu illorum de Boromeis, & ipse testis immediatè cucurrit versus prædictos, & cum ibi fuit, prædicti Dauit, & Gerardus
10 cucurrerunt in domum Gerardi. † Item si diceret contra magistrum Gerardum non crederem, cum sit socius eiusdem criminis. ut in l.quoniam liberi, C.de testi.& c. veniens, de testib.

Nec

Nec obstat denuncia uel accusa facta
contra magistrum Gerardum, quòd fue
rit socius in rixa, quia illa fuit cautè fa-
cta, ut repelleretur à testimonio, & ideo
illa malitia nihil operatur, postquàm
nullus ex testibus nominat ipsum Gerar-
dum fuisse socium in rixa. Immò nec
Ioannes Petrus examinatus aliquid con-
tra eum dicit. contra quam cautelam
adhibet remedium Bar. in l. i. in fi. ff. de
quæstioni & Bal. in auct. si dicatur, C. de
testib. & sic ex prædictis apparet, quòd
prædicti tres, Felissius, Hysidorus, &
Ioannes Petrus fuerunt aggressores, qui
11 aggressi fuerunt Dauit. † Constat autem
quòd ubi ex conflictu inter duos inito
malum contingit, illud imputetur ag-
gressori, ut ibi in §. cum arietes, facit l.
quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi. & ita
12 ibi allegatur per Cy. † Et potest esse ra-
tio, quia insultans prouocat insultatum
ad iracundiam; & sic quod insultatus fa-
cit, ui detur facere calore iracundiæ, &
sic sibi non imputandum. de regul. iur.
quicquid calore, C. de adulte. l. Gracchus
.i. quæstio. iii. si quis iratus, & sic debet
distingui quis insultauerit, ut in dicto. §.
cũ arietes, & l. si ex plagis, §. tabernarius,
13 † Quia semper præsumitur insultatum fe
cisse ad sui defensionem, & sic præsuponi-
tur contra primum aggressorem ut not.
14 Glos. in l. i. C. unde ui. † & ibi Glos. uult.
quòd istud moderamẽ consistat in tribus
circa modum, tempus, & causam. Cir-
ca modum, quia si infertur vis cum armis
debet resistere cum armis. Subdit tamen
Glos. fi. multum notabiliter, quòd si infe
rens vim est ita fortis, quòd plus percu-
tit cum pugno, quàm ego cum ense, tunc
licet etiam me cũ ense tueri. l. i. §. ut uim,
ff. eo. & l. ut uim, ff. de iust. & iure. Secun-
dum circa tempus, scilicet, quòd fiat in
continenti, ut in l. iii. §. cum igitur, ff. eo.
Bar. dicit, quòd quandoque fit iniuria
15 circa res; † tunc incontinenti dicitur in-
fra tres dies, ut d. §. cum igitur, & ibi not.
16 † si uero iniuria inferatur personæ, tunc
debet fieri incontinenti in ipso actu seu
crimine flagranti l. si ex plagis, §. taber-
narius, ff. ad l. Aquil. l. i. §. arietes, ff. si qua-
drupe. pauper fecis. dica. Tertium mode-
ramen dicit Glos. consistit circa causam,
scilicet quod fiat ad defensionem, non ad
vindictam, ut in l. scientiam, §. qui cum
aliter, ad l. Aquil. Sed quando videtur
hoc fieri? Ioannes antiquus Glossator di
cebat, ꝙ quando fit incontinenti, sem-
per dicitur fieri ad defensionem, ut d. §. ta
bernarius, & ibi Glo. uidetur se inclinare
in istam sententiam, sed in d. l. i. C. unde
17 vi, videtur tenere contrarium, † Sed ex
qualitate personarum & factorum debet
præsumi, an ad vindictam, an ad defensio-
nem, ut Glos. dicit clarè, & ex hoc dicit
Barto. quòd si aliquis te percusit, & tu
post acceptam percusionem, inseque-
ris eum, uidetur fieri ad vindictam, secus
si instaret, & te uellet ulterius percute-
re. ita ex factorum qualitate præsumitur
& non potest dari certa doctrina dicit
18 Bar. † Hæc autem defensio, cum sit de iu-
re naturæ, ita est licita animalibus, sicut
hominibus, ut probat ille §. cum arietes,
qui semper allegatur ad hoc, facit. ff. de
iustit. & iure. l. ut uim, & ibi de hoc. & in l.
scientiam, §. qui cum aliter. ad l. Aquil.
19 † & ideò dicitur, quòd defensio etiam
per Principem tolli non potest, ut in
cle. pastoralis, uersi. cæterum. de re iudi.
20 † quæ defensio etiam permittitur iure
diuino, ut probatur in cle. i. de homici.
21 † Nec obstat, quod not. Glos. pen. in l.
ut uim, de iusti. & iure, quæ dicit, quòd
iure poli non est licitum in alium sæuire
etiam ad sui defensionem. Quare potest,
dici, quòd illa Glos. reprehenditur per ca-
sum in d. cle. i. vel potest saluari, ut intelli
gatur quo ad satisfactionem, & beatitu-
dinis acquisitionem, quæ non acquiri-
tur pugna corporalis resistentiæ, sed
martirii, ut fecerunt omnes sancti Mar-
tires. Vnde dicit Canon, quòd præcepta
patientiæ seruanda sunt in uirtute animi,
non in ostentatione corporea & exterio
22 ri. xxiii. q. i. paratus. † Item etiam per-
mittitur defensio de iure canonico. ex-
23 tra de homicid. c. ii. & iii. † Quòd tamen
dixi defensionem permissam, intellige ue
rum, nisi offensa iustè inferratur, nam
tunc non est permissa defensio, immò

punitur, probatur ff. de re mili. l. milites agrum, §. irreuerens, C. de iis, qui ad eccl. confugi. l. si seruus, Ad Syllania l. si quis in graui, §. si tamē maritus, facit ad l. Aqui. l. itaq;, & de furi. balnear. l. i. & quod, not. de bon. eo. qui mort. sibi consci. l. i. & quod not. Archidia. xxiij. q. v. cum homo. Et hæc faciunt ad quæstio. an inquisitus de crimine & detentus, si sit culpabilis, posit licitè in foro conscientiæ fuge-
24 re.† Ad prædicta facit q. quam ponit Guglie. in Spe. de accusatore §. i. vers. quid si te uocaui. ubi formatur quæstio, si uocaui te latronem, & tu me, licet quilibet nostrum de sua iniuria possit agere, non obstante paritate iniuriæ, C. qui accusa. non poss. l. neganda, & hæc conclusio lege cauetur, tamen si prouocaui te dicto, vel facto ad iram, & tu dicto uel facto, me iniuriaris, non debes ex hoc mihi condemnari, arg. in d. §. cum Arietes, quasi me ad iracundiam prouocaueris, ut supra tetigi, & ita refert ibi quosdam te-
25 nuisse arg. d. §. & in hoc persistit. † Patet ergo, quòd quod fit ad defensionem, pœnam non meretur. de ui & ui arma. l. i. de iusti. & iure. l. ut vim, facit x. coll. de pace tenen. § i. & quod not. Glos. ea colla. de pace iura. fir. §. homicidium, facit etiam cle-
26 menti. i. de homi. † Intelligitur autem cum moderamine inculpatæ tutelæ, cum aliter se defendere non potest. ut dicit tex. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquili. per quēm tex. dicit Bar. declaratur l. i. C. unde ui, & quod ibi not. scilicet, quomodò intelligantur illa uerba, cum moderamine inculpatæ tutelæ. de quo Glos. ibi laborat, nam tunc dicitur, cum aliter se defendere non potest, quod intelligitur se aliter defendere non posse. scilicet sine periculo rerum, & personæ unde non debet pati, quod damnum inferatur in aliquo, si damnum esset irrecuperabile, aliás secus, ut de sicar. l. furem,
27 † Et ideò si omninò me percuteres, & euadere non possum, nisi te interficiam possum te interficere, nec expectare oportet, quòd me ferias, ut uult Glos. in l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquili. & l. i. C. unde ui, nam sufficit terror armorum, uel iactatio percussionis, leg. iii. §. eum, de ui & ui arma. leg. h is qui, C. de sicar. Et istud est uerum secundum Barto. dummodò precedant signa & acta manifesta, quòd ille intenderit offendere, & quòd iste aliter se defendere
28 non poterat. † quia cum quælibet iniuria persolalis sit maior quauis reali. leg. & in seruorum, de pœn., & propter realem irrecuperabilem, possum occidere, ut dictum est; ergo fortius propter personalem; & hoc est quod Bar. uoluit in d. l. furem, quod est not. Ad hoc facit ex. de restitu. spoliato. c. olim. el. i. Gloss. fin. ad fin. & ex. de homi. c. significasti, el. ii.
29 Quomodò † autem probari possit ꝙ ad sui defesionem, adducitur quia semper præsumitur contra illum, qui primò operam dedit rei illicitæ. d. l. si ex plagis, §. tabernarius. Item contra eum, qui primò aggressus fuerat leg. i. §. cum arietes, ff. si quadru. pauper. fecis. dica. Item contra illum qui primò cępit dicere uerba contumeliosa. Item contra eum qui primò cœpit euaginare arma. leg. i. ad leg. Cornel. de sicar. si tamen potuisse euitari insultus imputetur ei cur non euitasset, ut euitaretur maius malum, ut in leg. quemadmo. §. si nauis alteram, ff. ad l. Aq. de hoc est bonus tex. & ideò debet articulari, ꝙ ꝓpter illam aggressuram fuit in periculo seu in discrimine uitæ constitutus,
30 † tunc enim uidetur statim ei licere aggressorem occidere, tex. est in l. is qui ag-
31 gressorem. C. de sicariis. † Præsumitur autem in periculo uitæ constitutus eo ipso, ꝙ terror cum armis infertur, ita sentit Gl. notabiliter in l. iii. ad l. Aqui. & modo dicit sufficit probabiliter dubitari, ut excusetur. arg. in d. §. qui cum aliter, & in l. & si quemcumq;, in prin. eo. tit. & C. quam. li. sine iudi. uin. l. i. & d. l. is qui aggressorem, ita dicit Inno. in c. si uero, el. i.
32 de senten. excom. Addo tamen † ꝙ miles uel alius robustus insultatus à rustico, uel alio vili, ita ꝙ sine dedecore non poterat fugere, si occidit rusticum illum non punitur, quasi uideatur aliter se non posse tueri arg. l. si filius, de condi. institu. & in l. in eadem, ex quibus cau. maior.

Nam

33 † Nam ea possumus, quæ salua honestate, & honore nostro possumus, ita tenet Cyn. in addi. in d.l. si filius, de condi. insti. Bar. autem in d.l.i. C. vnde vi. tenet in
34 distinctè quem non debere fugere † nam aliquem fugatum esse est iniuria, ut in l. item apud, §.i. ff. de iniur. ergo pro pulsan
35 da iniuria licet resistere † Et subdit ibi Barto. quòd testes qui volunt probare aliquem fecisse ad sui defensionem, non habent necesse dicere, quòd ille non potuit aliter euadere mortem, nisi occidendo, sed sufficit quòd dicant, ꝙ ab aliqua personali iniuria, aliter euadere non poterat.
36 Aduertendum † tamen est circa prædicta ꝙ tales circunstantiæ de quibus dictum est, sunt necessariæ ad probandum defensionem in foro contentioso, in quo non creditur asserenti se fecisse ad sui defensionem, sed in foro pœnitentiali crederetur hoc asserenti, extra de homicid. c. significasti, el.i. de sponsali. c. tuæ, & hoc tenet Io. Andr. in clemen. i. de homi. in Glo. ordina
37 ria. Addo prædictis † ꝙ ubi insultatus in se defendendo modum excedit, puniri debet, de illo excessu, casus est singularis in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adulter. facit l. Gracchus. C. e. de restitu. spol. c. olim, el. i. Quod intelligo, quando ille excessus est punibilis, & hoc dico, propter notata per Glo. in d.c. cum olim, ad fin. & in c. significasti, el. ii.
38 † Item ubi defensio est permissa, quæ permissa dicitur de iure canonico, & diuino vt superius dixi, talis offendens pro sui defensione non dicatur peccare, etiam in foro conscientiæ secundum Innoc. in præallega. c. si uerò. de sen. excommu.
39 Regula † autem prædicta quòd excusatur attentans, qui aliter se tueri non potest; habet locum etiã si aliter tueri non poterat illum cuius defensio ad eũ pertinet, ut defensio domini seruo, uel patris filio; quod intelligo etiam de non legitimo, argum. l. iii. de liber. causa; tunc enim etiam uidetur excusatus. ff. ad Sylla. l. cum dominus, & videtur apparere casus. ff. de iniu. l. si iussu, uer. planè, facit. l. si seruus, C. de iis qui ad eccle. confug. & hoc uult Innocen. in
40 d. c. si uerò, † Et pro hoc dico quòd si uilla tenetur occurrere iniuriam passo, & capere malefactorem, & in occursu contigerit interficere malefactorem, quòd occidens non teneatur. Idem videtur è contra in domino volente defendere seruũ.
41 † quia iniuria, quæ fit seruo, contigit domino. l. sed si unius, §. seruus meus, de in-
42 iur. † Et idem eadem ratione in domino uolente defendere suum vasallum; quia interest ipsius domini, magis eum habe-
43 re quàm non, Idem & socius. † In patre uolẽte repellere iniuriã filii, potest enim repellere sicut suam, quia paternum officium est defendere filiũ. d.l. sed si unius. §. quod deinde, & hoc est singulare dictũ Innocen. in d.c. si uerò, & Glos. magna in
44 x. colla. de pa. tenen. c.i. §.i. Idem † videtur dicendum eadem ratione in marito volente defendere vxorẽ suam, sibi enim incumbebat defensio eius, ut de iniur. l. ii. & Institu. de iniur. §. patitur, & hoc etiam tenet Glos. in d.c.i. §.i. & Inno. in d.c. si ue
45 rò. † Idem uidetur in uolente defendere concubinam, uel famulum, uel alium de
46 sua familia, † Nam è contra familia debet assumere defensionem domini sui. d.
47 l. dominus, ad Syllania. † Tales enim hoc casu continentur appellatione familiæ, l. i. §. familia, de ui & ui arma. Et hoc etiam uidetur voluisse Innocen. qui loquitur de
48 iis qui sunt de familia in d.c. si vero, † vbi sentit plus quòd sit idem in socio; quia socii etiam ad iniuriam propulsandam tenẽtur. xxiii. q. iii. c. fortitudo, & c. non inferẽda, & extra de resti. spo. c. cum olim, & in iure nostro, in l. item apud Labeonem, §.
49 tenetur, ff. de iniur. † & idem dico in quocunque extraneo assumente defensionem cuiusuis extranei, quod uidetur permissam, argumen. in l. iii. §. cum igitur, de ui & ui arma. quia in rebus permittitur mihi cõuocare amicos vt ibi. ergo fortius in personis, ita ut me adiuuent, & videtur hoc expressum in l. deuotum, C. de me-
50 tatis libr. xii. † Idem sensit Innocent. in d.c. si uero, ubi etiam dicit, quòd occidẽs clericum ad sui defensionem, non est excommunicatus, & etiam Gloss. in d. cle. i. de homicid. Bal. tamen dixit hoc verum quando crimen committebatur in eum,

cuius

cuius defensionem assumo, erat publicũ,
tunc enim licet mihi, & cuilibet de po-
51 pulo defendere, secus si priuatum. † Vn-
de rem meam mihi substractam furto, nõ
est licitum tertio à fure auferre, dato, ꝙ
eum inuenerit in flagrãti crimine, per no.
ff. de fur. in l. itaq; fullo, & ita sentit Bal.
in d. l. ut uim, tamen Glo. in d. c. i. de pace
tenen. videtur hoc restringere ad coniun-
52 ctas personas. † Item an talis repulsio in
iuriæ respectu personæ, & rerum fieri pos
sit & quando, & an sit licita clericis no.
Glos. xxiii. q. i. in summa, & quod not. de
sentent. excommunicatio. c. cum uolunta
53 tem, ad fin. † Item licet defensio permitta
tur pro conseruatione suæ personæ, uel
etiam rerum, ut dixi. & not. Bar. in d. l. fu
rem, tamen fallit in filio, qui propter de-
fensionem rerum non possit patrem occi
dere, nec etiam ex alia causa, nisi ratione
suæ personæ, arg. ff. de adult. l. si adulteriũ
cũ incestu, §. liberto, & ibi hoc tenet Bar.
in filio occidente patrem bannitum.

Ex prædictis concluditur, Dauit qui uulne-
rauit Felissium in iunctura manus ad sui
defensionem, cum aliter se tueri non pos-
set, esse absoluendum, nec condẽnari pos
se de iure secundum formam statutorum
Paduæ. Laus Deo.

Et ita dico & consulo iuris esse Ego Franci
scus Aluarotus. V. I. D. canonicus Pa-
duanus, ac Reuerendissimi D. Cardina-
lis Patriarchæ Aquilegiensis extra patriã
Foriiulii Vicarius generalis, subiiciẽs me
correctioni cuiuslibet Doctoris melius
sentientis, & ad fidẽ me manu ptopria sub
scripsi; ac sigillo consueto sigillaui.

CONS. PER VIAM SVBSCRIPTIONIS D. ANGELI de Castro.

In casu præcedenti.

SVMMARIVM

1 *Insultatus se defendendo insultantem uulnerans non est puniendus.*

2 *Defensio permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

3 *Insultatus fugere non tenetur cum eius iniuria.*

CONSILIVM LXXV.

IN Christi nomine Amen. Idem quod
supra consultum est per Reuerendum pa
trem & Doctorem celeberrimum Domi
num Franciscum Aluarotum, dicendum
videtur mihi Angelo de Castro. I. V. D.
1 † Quòd ex deductis sufficienter satis pro
batum sit, quòd Dauit fuerit insultatus,
& non insultans, & per consequens, ꝙ
condemnandus non sit pro vulnere in-
sultantibus illato: quia illud videtur in
tulisse ad iracundiam prouocatus ab ipsis
insultantibus, ideò non est imputandum
sibi, l. quòd calore, ff. de regulis iur. de
adulter. Gracchus. l. i. §. i. si quis Impera-
2 to. maledixe. ii. q. iii. si quis iratus, † Item
quia videtur intulisse illud ad sui defensio
nem, quæ permissa est, si fiat cum mode-
ramine inculpatæ tutelæ, quod factum
uidetur in proposito, per ea quæ haben-
tur in l. ut vim, ff. de iusti. & iur. & in l. i.
C. vnde ui. & per superiorem dominum
consultorem latius deductum & probatũ
3 est. † Quod maximè uerum est, si uerũ sit
id quod dicitur, quòd ipse Dauit insulta-
tus auffugerit. Sed si non auffugisset, idẽ
esset, quia non tenebatur auffugere, &
sic iniuriam fugationis pati, & præser-
tim a talibus insultantibus, quibus non
est aliqua ratione inferior, ut tenet Bar
to. in d. l. i. C. unde ui. licet in foro consciẽ
tiæ, uel irregularitatis aliud forte dicen
dum esset, per id quod not. Glos. in uer.
non ualens, in clemen. i. de homi. ideò
de sola & simplici subscriptione requisi-
tus, ad fidem manu propria me subscripsi.
Die prima Decemb. 1458.

SVBSCRIPTIO.

Ego Ioannes de Prato legum Doctor, iura
ciuilia ordinariè legens Paduæ, viso con
silio excellentissimi Iurisconsulti Domi
Francisci de Aluarotis patris honorandi,
de subscriptione requisitus, idem dico &
consulo iuris esse, ꝙ etiam extensè con
sulerem, si tempus daretur, ideò me sub-
scripsi, & sigillari feci. Laus Deo.

SVB-

SVBSCRIPTIO.

Et idem quòd supra elegantissimè consultũ est dico iuris esse & consulo. Ego Chosma Contareno Venetus, legens in hoc felicissimo studio Paduano iura Pontificia ordinariè de mane requisitus de sola subscriptione, & ad fidem propria manu subscripsi, & sigillo meo paruo sigillaui. Laus Deo.

SVBSCRIPTIO.

In Christi nomine. Quia plenissimè, & elegantissimè consultum est per Reuerendum patrem, & præclarissimum I. V. D. Dominum Franciscum Aluarotum primum consulentem, & de sola subscriptione requisitus sum ego Bartholomeus Cæpolla de Verona V. I. D. ac sacri consistorii Domini Papæ aduocatus, & legens ordinariè iura canonica in florentissimo studio Paduano, dico & consulo idem iuris esse, quod per præfatum Dominum Franciscum Aluarotum primum consulentem conclusum est, & ad fidem præmissorum me propria manu subscripsi, & sigillo meo solito sigillaui. Ad laudem Dei.

CONSILIVM D. IOANNIS DE PORTIS V. I. D. PER viam subscriptionis.

In casu suprascripto.

SVMMARIVM.

1 *Cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendẽs aggressorem vulnerando, uel occidendo, non est puniendus.*

2 *Moderamen inculpatæ tutelæ in quo consistat.*

3 *Insultatus, quando sine dedecore, & absque personali iniuria aufugere non ualet, potest aduersarium impunè offendere.*

4 *Vim vi repellere licet.*

5 *Prouocatus ad iracundiam, prouocantem offendens, mitius puniri debet.*

CONSILIVM LXXVI.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi,
1 Amen. † Vtrum Dauit de quo proponitur, uulnerauerit aduersarium se defendendo, acta religiosè iudicantis poterũt
2 informare. † & si quidem se defendendo, & utendo moderamine inculpatæ tutelæ, quod omnes in l.1.C.unde ui, considerãt ex tribus, modo, tempore, & causa, prout Doctor. declarant ibidem, certo certius est, quòd non est condemnandus, immò penitus absoluendus, ut not. in d.l.ii. & l. vt uim, ff.de Iustit.& iur. etiam si occidisset aduersarium, ut in l.sed & si quæcunque, in princip. ad l.Aquil.& l.furem, ad l.
3 Cor.de sicar. † Nec putarem, quòd dicto Dauit posset imputari cur non auffugerit, cum fortè potuerit; quia secundũ Bart.in d.l.i. quem sequitur Salyce. cedit ad iniuriam cuiusque fugere. l. item apud Labeonem, ff.de iniur. ergo nõ debuit pati hanc iniuriam fugiendo, compulsus ab aduersario. Prætereà animus tremiscẽs ipsius Dauit temporis insultus, præsumitur aliud cogitasse, nec habuisse talem prouisionem, ideò excusatur, argumen in l.hac consultissima, §. at cum humana, C.qui testamen. facere pos. Item potuit faciliter dubitare, quòd fuga potius esset sibi causa mortis, quàm stare, & se defen
4 dere † uim vi repellendo, prout iura permittunt, ut in l.vt uim, præallegata, ergo ignoscendum ei si non auffugit. argumen in l.Gracchus. C.de adulter. Po-
5 stremò putarem, † quod si præfatus Dauit puniendus esset de vulnere, minus profectò puniendus esset quàm alius: cum insultatus vulnerauerit, & sic prouocatus ad iracundiam, magis culpa quàm dolo prorumpit ad uulnerandum; ergo mitius puniri debet, quàm dolosus, facit l. respiciendum, §. delinquunt, de pœn.& l.lege Cornelia, §.i.ad l.Cor.de sicar.& in l. i. §. quæri. ad Turpillianum.

Et ita dico & consulo ego Ioannes de Portis Iuris Vtriusq; Doctor, legens in hoc almo studio Patauino iura ciuilia, requisitus de quadam subscriptione compendiosa.& ad fidem manu propria subscripsi, & sigillum meum impressi. Laus Deo.

CONS.

CONS. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI. V. I. D. PER VIAM subscriptionis.

In casu antescripto.

SVMMARIVM.

1 *Quì proclamando non detis mihi impedimentũ aggressorem occidit uel uulnerauit, ad sui defensionem fecisse præsumitur.*

2 *Percussus, qui percutientem percußit, uel occi dit, quando ad sui defensionem fecisse præsumi tur.*

3 *Defensio probata dicitur per occidentem, eo ipso quòd probat, quòd cum cultello contra ipsum venit.*

4 *Prouocatus excedendo modum in repercutiendo non tenetur de excessu, dum tamen ex proposito non excesserit.*

5 *Si commodatum est equum alicui vt ad uillam iret, qui amicos suos cum inimicis rixantes inuenit, & illos iuuit, & cõmodans superueniẽs, iuuando aduersarios, equum commodatum interemit, cui imputandum sit.*

6 *Factum ad defensionem dicitur, si aliter periculum corporis vel rerum euitare non potest, etiã si non sit periculum mortis.*

7 *Insultatus non tenetur fugere, sed se defendere debet, quando sine verecundia aufugere nõ potest.*

8 *Irregularis efficitur, qui potuit fugere & noluit, sed offendentem percußit.*

CONSILIVM LXXVII.

QVONIAM plenissimè consultum est, & copiosissimè, ac sapientissimè deducta sunt, per Excellentissimũ patrem & Dominum primum consulentẽ, ac breuitas temporis non patitur, ut multa adducam; ac etiam non est necessarium adducere; quia omnia sunt luculentissimè discussa, ideò mihi idem uidetur dicendum, quod ipse consuluit videlicet vt præfatus. Dauit ueniat absoluendus.
1 †præsertim, quia. proclamauit non detis mihi impedimentum, & ubi proclamatio interuenit præsumitur, quòd occiderit, vel vulnerauerit proclamans ad sui defensionem, ut voluit Barto. in l. ut vim, ff. de Iustit. & iure. & probatur in l. iiii. iuncta Glos. ff. ad
2 l. Aquil. † Item quia fuit primò percussus, & ubi quis primò percutitur, si percutit, uel occidit præsumitur facere ad sui defensionem; si ille qui percussit perseuerat, & uult iterum repercutere, & sic per sistit in actu rixandi; secus si retrocederet, qui primo percussit; quia tunc præsumeretur animo vendicandi ut not. Gloss. xxiii. quæstio. in summa, & in l. i. C. vnde ui. & in præallegata, l. ut vim, ff. de Iusti. & iure, in quibus locis habetur per Bar. & ꝑ Bar. in l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. & plenè dictum est per Dominum consulentem, fateor tamen quòd ex quo constat, quòd fuit primo percussus ille qui repercussit, ex hoc præsumitur quòd fecerit animo defenden di, non autem animo offendendi, ut in præallega. l. quoniã multa facinora, ubi per Cyn. C. ad l. Iul. de ui. & in l. i. §. cum arietes, ubi idem tenet Domi. Florian. ff. si quadrupe. paupe. fecisse dica. idem Bart. in l. si ex plagis, §. i. ff. ad l. Aquil. vbi dicit Barto. quòd præsumitur contra illum qui prouocauit; immò ex quo occursum fuit contra Dauit, præsumitur uulnerasse animo defendendi, ut est tex. not. in l. sed & si quæcunq; ff. ad l. Aquil. ubi dicit tex. quòd si aliquis occiderit illum qui ueniebat contra ipsum ferro, non præsumitur iniuria occidisse.
3 †Per quem tex. dicit Barto. quòd si probo, quòd aliquis ueniebat contra me cum cultello, & ego occidi eum, statim est probata mea defensio. non enim est necessarium quòd expectẽ percussionẽ, sed sufficit, quòd ueniat animo percutiẽdi, ut dicatur percussio facta ab aduersario animo se defendendi, ut est tex in præ allega. l. sed & si quemcunque, & idem tenuit Glo. in c. si perfodiens, de homici. Est enim iusta causa timoris, ꝙ veniat animo percutiendi, etiam si non expectatur percussio ut vult ille text. & illa Glo. & com
4 muniter sequũtur Doctor. † Immò si prædictus Dauit excessit modum in repercutiendo, ex quo fuit prouocatus, non debet teneri de excessu; dum tamen non

ex-

excesserit ex proposito, non debet puniri de excessu. ut uoluit Glos. notabilis xxiiii. q. i. in summa, quæ mouetur per tex. in præallegata l. si ex plagis, §. i. ad l. Aqui. & istud etiam sequitur Floria ibi. & in l i. §. cum arietes, ff. si quadru. paupe. fecis. dica.

5 † Et per illum tex. dicit Io. And. in addi. ad Spe. in rub. de commodato, quòd si tibi commodaui equum ut ires ad uillam, & in itinere inuenisti aliquos rixantes cũ amicis tuis, quos iuuisti, ego commodans superueni & iuui aduersarios inimicorum tuorum, & sub te occidi equum quem tibi accommodaui, ꝙ hoc debet imputari commodatario, non commodanti, nisi occidisset ex proposito, ex quo commodatarius prius culpam commisisset, per præallega. l. si plagis, §. i.

Vlterius uidetur dicendum, quod dixit Dominus primus consulens, quòd si ex ira uel dolore percussionis Dauit percusisset, non deberet puniri, per id quod not. Specul. in ti. de accusa. §. i. uersi. quid site uocaui latronem, quem sequitur Floria in præallega. §. cum arietes, in fi. commenti dicens quòd Specu. residet in ulti. parte.

6 † Vnde uidetur concludendum quòd prædictus Dauit dicatur fecisse ad sui defensionem, si aliter periculum corporis uel rerum, euitare non potuit, etiam si non esset periculum mortis; ut uoluit Bar. per illum tex. in l. furem, ff. de furt. & dicit l. scientiam, §. quicunq; aliter melius declarare, quando dicatur esse factum cũ moderamine inculpatæ tutelæ, scilicet quando aliter euadere non poterat periculũ personæ, uel rerum, & hoc declarat

7 aliter quàm faciat Gl. secundũ ipsum. † Et idem esset de periculo honoris, puta fugę, quia est uerecundia fugere; unde potius debet uulnerare uel occidere, quàm fugere, ut uoluit Bar in l. i. C. unde ui. licet in l. ut uim, distinxerit, an sit persona cui fugere sit licitum, uel turpe; secundum primum communiter tenetur ut per Cyn. & Bal. in d. l i. C. unde ui. & hoc etiam tenet Dominus Petrus de Ancha. & D. Cardi. Florenti. in cle. i. de homicidio.

8 † dicẽtes, ꝙ quo ad pœnam temporalem excusatur ille, qui noluit fugere, causa uitandi uerecundiam, sed non excusatur ab irregularitate, de quo per Gloss. & Doctor. in c. suscepimus, de homici. Ex iis concludo id, quod consuluerunt suprascripti Domini consulentes, uidelicet, quòd dictus Dauit uenit absoluendus, cum prius aduersarii ipsum assalierint, & etiam quia clamauit. Vnde in dubio præsumitur fecisse animo se defendendi, & me ulterius non extendo, quia primus consulens omnia dissertissimè discussit, & plenè habetur per Domi. Floria. in præalleg. l. i. §. cum arietes, & in l. iiii. & in l. scientiam, §. qui cum aliter, & in l. si ex plagis. §. i. ff. ad l. Aqui. & in c. si perfodiẽs, & in c. sicut, & in c. significasti, de homi. & in cle. i. eo. tit. Laus Deo.

Ita dico & consulo iuris esse Ego Alexander del Neuo. I. V. D. minimus, ciuis & canonicus Vicentinus, Paduæ legens iura canonica, submittens me correctioni cuiuslibet melius sentientis, & consueto sigillo sigillari feci, ac manu propria subscripsi, & scripsi. Laus Deo.

SVBSCRIPTIO.

In Christi Iesu nomine, ac Sanctorum Dei suffragiis imploratis, tam amplè tamque digestè consultum est per Dominos Doctores superius consulentes, quod nihil restat mihi dicendum, omnia enim priores consulentes substulerunt de medio. iccircò. Ego Laurus de Palazollis Iuris vtriusq; Doctor, idem dico & consulo, quod supradicti Domini Doctores consuluerunt. & ad fidem præmissorum me subscripsi, & consueto sigillo sigillaui. Finis. Laus Deo.

CONS. D. MELCHIORIS DE FACINIS PATAVINI, LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Iudices qui possint per inquisitionem procedere.*

2 *Causæ meri imperii regulariter delegari non possunt.*

3 *Inquisitio in quot & quibus casib. possit fieri.*

4 *Iudex ad denuntiam officialis inquirere potest.*

5 *Iudex incidenter de crimine a[illegible], potest*

de illo per inquisitionem cognoscere.
6 Inquisitione generali præcedente, potest iudex etiam specialiter inquirere.
7 Iudex inquirit de crimine coram eo commisso.
8 Iudex propter criminis enormitatem inquirit.
9 Iudex procedit per inquisitionem, quoties sine calumniæ metu procedit.
10 Inquiri quando possit ad priuatam utilitatem.
11 Inquiri quando ad utilitatem publicam possit.
12 Inquisitio fit arbitrio iudicis.
13 Iudici permittitur inquirere ad scandalum, & tumultum vitandum.
14 Iudex inquirit de crimine pœna pecuniaria puniendo.
15 Fideiussorem de non offendendo, an & quis præstare cogatur, & nu. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.
16 Præses prouinciam malis hominibus curare tenetur, ut pacificam atque quietam habeat.
17 Prætor non debet permittere partes ad rixas, & arma venire, quas potest sua iurisdictione compescere.
18 Satisdatur pro saluandis rebus.
19 Corpora animata cæteris sunt præferrenda.
20 Iudex secundum personarum qualitates cogit ad præstandum fideiussores.
21 Iudex compellit ad dandum fideiussorem de non offendendo inimicum.
22 Intellectus ad l. qui bona, §. qui damnum, ff. de damn. infect.
24 Contumax in obediendo mandatis Vicarii, quòd sit puniendus, & nu. 25. 26. & nu. 27.
25 Magistratus possunt suam iurisdictionem defendere pœnali iuditio usque ad mortẽ inclusiuè.
26 Mandatum prætoris seruandum est, ut nè eius imperium delusorium reddatur.
27 Fiscus potest mulctã exigere à iudice qui reum inobedientem non mulctauit.
28 Mulcta pōt per quoslibet iudices indici secũdum eorũ dignitates, et magnitudinẽ suæ potestatis.
Mulcta ut indici possi quæ requirantur.
29 Contumax verus quis dicatur.
10 Subditi mulctari possunt secundum qualitatem facti, dumodò modus legis non excedatur, qui si excessus fuerit, potest iudex illam quantitatem minuere.
31 Contumax citari debet ad audiendũ pronũtiari se esse contumacem, & videndum etiam se condemnari.
32 Citatio quomodò ostendatur peruenisse ad aures citati.
33 Protestatio conseruandæ iurisdictionis à iudice facta illi prodest.
34 Pax an per solam diffidationem rumpatur & quæ requirantur ut pax rupta dicatur, & nu. 35. cum seq.
35 Adulterans uxorem alterius, an incidat in pœnam pacis fractæ.
36 Vassallus adulterans uxorem vel filiam domini, feudum perdit.
37 Sanctius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.
38 Intellectus ad c. i. §. si quis verò ausu temerario de pa. iura. fir.
39 Pacis beneficio non solum ille non gaudet, qui illam rumpit, sed etiam is qui illam iurare non uult.
40 Iniuria secundum eius qualitatem puniri debet.
41 Voluntas & non exitus in maleficiis inspicitur
42 Pacis violator secundum qualitatem facti, & delicti est puniendus, & iudex qui violatorem pacis non punit, ad interesse partis offensæ tenetur.
43 Verba minatoria de aliquem occidendo, an sint sufficientia ad rumpendam pacem, & nu. 44. & supra nu. 34. cum sequent.
44 Ludibrium linguæ non debet facile ad pœnam trahi.
45 Pacem si plures fecerunt & promiserunt aliquem non offendere si unus eorum pacem rũpit ille solus tenetur.
46 Copia inquisitionis, & processus an danda sit quisito.
47 Consuetudo approbata pro lege est seruanda.
48 Affectus an puniatur non secuto effectu, et nu. 49. cum sequentibus, & etiam nu. 56.
49 Cogitatio non punitur nisi in crimine heresis.
50 Deus solus mentem hominis cognoscit.
51 Impetrans ius iniquum si illo non sit usus, an sit puniendus.
52 Delinquens non punitur nisi perfecto flagitio.
53 Affectus in tentante rapere mulierem punitur licet non sequatur effectus.
54 Crimen lesæ maiestatis punitur non secuto effectu.
55 Delicta impunita ramanere non debent.
56 Affectus non sequto effectu quomodo puniatur.
57 Pœnæ minuendæ, & non augendæ sunt.
58 Intellectus ad l. qui falsam. C. de falsis.
59 Intellectus ad l. ii. ff. quod quisque iuris.

60 In

60 *Intellectus ad l. si quis non dicam rapere C. de episco.& cleri.& ad l. is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar.*

CONSILIVM LXXVIII.

MAGNIFICE & generose miles. D. Ioannes de Spauro, pro Reuerendissimo in Christo patre, & D.G. Dei & Apostalicæ sedis gratia, episcopo Tridentino, vallis anuarsie, & solis vicarie meritissime &c. Accepi processus inquisitionum formatarum per uos, siue per officium vestrum, contra & aduersus Bonũ, Andream eius filium & Nicolaum eorum famulum, pro certis excessibus per eos commissis & perpetratis, ut in ipsis processibus apparet. Super quibus processibus à me petitis consiliũ habere, quæ sint partes vestræ, incondemnando vel absoluendo; eosq; diligeuter examinaui Ex quibus processibus multa dubia occurrunt cõsideranda, & primò; vtrum dominus Vicarius prædictus possit de cõtentis in dictis processibus, per viam inquisitionis procedere. Secundò, vtrum Bonus, Ardreas, & Nicolaus famulus possint cogi & arctari fideiussores præstare de non offendendo Nicolaum de Tassallo, siue aliquem de sociis, siue complicibus suis. Tertiò, utrum Bonus, Andreas & Nicolaus famulus qui fuerunt contumaces in obediendo mandatis Domini Vicarii, veniant condemnandi ad pœnam ducatorũ cccc. secundum formam mandatorum, & proclamationum emanatarum, ex parte Domini Vicarii, prout in ipsis mandatis continetur. Quartò, utrum per diffidationem factam per Nicolaum famulum dicto Nicolao de Tassallo, pax dicatũ rupta, adeò ꝙ dictus Nicolaus famulus incidat in pœnam ducatorum cccc. vt in mandatis. D. Vicarii continetur, & posito sine præiudicio veritatis, ꝙ pax dicatur rupta, an dictus Nicolaus famulus solus incidat in pœnam centum ducatorum pro pace rupta An etiam Bonus & Andreas similiter incidant in dictã pœnam attento, quòd sunt, socii & conrei. Quintò, vtrum copia inquisitionis, & processus formati contra Bonum, Andram, & Nicolaum famulum, sit danda prædictis Bono, Andreæ, & Nicolao famulo, pro ut petuñt, & an hoc non obstante possit Dominus Vicarius ad ulteriora procedere. Sextò & ultimò, utrũ prædicti Bonus, Andreas, & Nicolaus famulus, & socii incedentes cum armis offensibilibus & defensibilibus videlicet cum lanceis, & balistis oneratis, & aliis armis, causa occidendi seu uulnerandi dictum Nicolaum de Tassallo, si non occiderunt vel vulneraue runt, veniant condemnandi, vel absoluen di, cum non sit secutus effectus, ex suo affectu. Prædicta sunt dubia, quæ ex processibus agitatis contra prædictos Bonũ, Andream & Nicolaum eorum famulum eliguntur. Expediam ununquodq; ipsorum de perse.

In Christi nomine eiusque matris Virginis Gloriosæ Mariæ, nec non vtriusque Antonii tutiusq; cœlestis curiæ triumphantis. Amen.

Circa primum dubium, videlicet utrũ D. Vicarius &c. dico duo esse consideranda, vnum videlicet quod concernit personam iudicis, aliud uerò, quod concernit
1 causam, de qua inquiritur. † Circa primã partem dico. Quòd pro eius expeditione videndum est, qui iudices possunt per inquisitionem procedere. & breuiter dico esse distinquendũ; ꝙ aut est causa meri imperii principaliter, Aut incidenter. Aut est causa merè pecuniaria. Si autem est causa meri imperi principaliter, tunc solus iudex, qui habeat imperium potest
2 illud facere, & non alius. † Nec regulariter potest delegari, ut ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. leg. pri. & leg. imperium, ff. de iurisdicti. omni. iudic. Si autem causa meri imperii incidit etiam in dicta causa merè ciuili, & pecuniaria. & tunc iudex coram quo talis criminalis causa incidit potest de ea cognoscere, ut in leg. nullum. cum simili. C. de testib. & est ratio, quia ratione incidentis inquisitionis causa meri Imperii deuoluta est ad suam iurisdictionem, ut in l. quoties. C. de iudici. ita dicit Ang. in l. si vacantia, ver. de quarto principali articulo, C. de bonis

vacan.lib. x. Secundo verò casu, quando est causa merè pecuniaria, & ciuilis spectans ad publicam utilitatem, & in hoc Ang.in d.l.si uacantia, vers. videamus modo, qui iudices possunt inquirere &c. dicit q iudex ad cuius notitiam factum spectat & talis cognitio, in illa causa per inquisitionem potest procedere, ut est tex. in d.l.si vacantia, & in l.si quis intra, cum simili. Ergo in casu nostro patet conclusio, q D. Vicarius prædictus, ad cuius notitiam peruenerunt contenta in inquisitione, qui est iudex competens, potest procedere per uiam inquisitionis. Aliàs si non esset iudex competens non posset inquirere, ut C. si à non competenti iudi. per tot. & in c.ea, quæ fiunt à iudice, extra de reg.iur.lib.vi.& hæc quantum ad primam partem primi dubii.

3 Circa verò secundam partem † videlicet de causa de qua inquiritur, quæ uidetur esse, an ipse Dominus Vicarius potuerit de contentis in processu per inquisitionem procedere, & breuiter dico, q in hoc dubio, ratio dubitandi fuit, seu est, quia regulariter de omni crimine non potest de iure inquiri: ita dicit Gloss. Dy. & communiter antiqui Docto. quod regulariter de iure non est permissa generalis inquisitio. Fallit tamen in septem casibus quos Glo. enumerat in d.l.ii.§. si publico. ff.de adulter. Bar. verò secundum Nico. de Matarel.in d. §.si publico, uer.do ergo regulam, ponit quinque regulas. ex qui-

4 bus potest inquiri. † Quarum prima est ad denuntiam officialis, ut in l. diuus, & ibi per Bar. ff. de custo. & exhi. reorum.

5 † Secunda, quando incidenter de delicto cognoscit, ut in l. i. C.si aduer.liberta.

6 Tertia, † quando præcedit generalis inquisitio, posteà specialiter inquiri potest, ut l. congruit, ff.de offi.præsi. nam post generalem inquisitionem semper potest descendi ad specialem, ut in præallegata. l. congruit. Et ideò consulerem prædicto domino Vicario, si non est factum, quòd debeat formare inquisitionem generalẽ contra quoscunque malefactores, licet in principio officii soleat fieri, tamen adhuc ipse dominus Vicarius posset generelem inquisitionem formare, ponendo bannum multum latum ad purgandum prouinciam malis hominibus: ita ut compræhendat quoscunque homicidas, proditores, sacrilegos, blasphematores, fures, raptores, adulteros, incendiarios, assassinos, & omnes homines malæ conditionis & famæ: subdendo post specificata clausulam generalem, & contra omnem personam, quæ aliquid fecerit, uel dixerit contra formanm iuris, & statutorum ciuitatis, & episcopatus Tridenti. Qua inquisitione generali sic formata, postmodum ipse dominus Vicarius poterit quandocunque in omnibus casibus expresis in tali inquisitione generali, uel etiam in similibus expressis, poterit posteà inquirere specialiter, licet aliàs de iure in illo casu speciali non potuisset inquiri; faciũt not.in l.sed & si quis §.quæ sitũ.ff.si quis cautio & in cle.si. de procur.

7 cum simili. † Quarta regula, quando committitur crimen coram iudice, aut in iudicem infamando eum, uel alio modo cõtra iudicem, ut in l. nullum.C.de testi. & ratio est, quia offenditur maiestas, & persona ipsius iudicis, seu, ut in casu vestro Dominus Vicarius, & maximè dũ dicitur, quòd ipse Dominus Vicarius nolebat accipere fideiussores ab ipso Audrea de parendo iuri, & quòd timebat furorem suum &c.ut in processu continetur, ex quibus videtur inferre ex dictis verbis, & aliis in inquisitione & processu cõtentis, ipsum dominum Vicarium Iustitiam æqualiter non ministrare & sic offenditur persona, & maiestas ipsius Domini Vicarii, quo casu potest inquiri, ut in præallegata. leg. nullum.C. de testi. & in l.iubemus, & ibi plenè per Bal. C. de probat.& per Ang.in præallega.l.si uacantia, ibi item quæro, an iudex inquirens de offensa sibi facta, &c.vbi concludit, q iudex potest inquirere de iniuria sibi facta. Ergo in casu nostro concluditur, q ipse dominus Vicarius potuerit per inquisitionem procedere; ut & infra proba-

8 bitur. † Quinta regula est, quòd propter enormitatem criminis potest inquiri, ut in l. si quis in hoc genus, C.de episco.

9 sco.& cleric. † Et sic quoties potest procedi sine metu calumniæ; tunc potest procedi per inquisitionem. ita tenere videtur Barto.in præallega.§.si publico, quod tamen placuit Ange.ut ipse Ang. dicit in præallega.l.si vacantia, C.de bon.uacan.in uersic.uenio ad secundum articulum principalem,&c.ubi ipse videtur tenere contra opi. Barto.distinguendo aliter. Nam dicit ipse,quòd inquisitio potest formari aut ad priuatam, aut ad publicam utilita-
10 tem,† Ad priuatam verò vtilitatem regulariter non inquiritur, nisi inquiratur ad petitionem partis, quo casu potest inquiri etiam ad priuatam vtilitatē, ut in l. iiii. §. hoc autem, & ibi per Barto. ff.de dam. infe. & iste videtur esse casus noster; quia Dominus Vicarius ad petitionem Nicolai de Tassillo formauit dictam inquisitionem, ita quòd in casu nostro apparet, ꝙ ipse Dominus Vicarius potuerit per uiā inquisitionis procedere contra Bonum, Andream, & Nicolaum famulum. Prædicta regula verò fallit in aliquibus casibus, quos prosequere, quia esset longum recitare, ut per Salycet.in l.ea quidem, C.de accusat. in versi. sed quia propter denuntiatores, &c.

11 † Ad publicam verò vtilitatem potest inquiri, siue respiciat principaliter vtilitatem publicam pecuniariam,& ciuilem, ut in d.l.si vacantia, siue respiciat causas criminales, & in hoc Ange.in d. l.si uacātia dat quatuor regulas, tres affirmatiuas, & unam negatiuā,quas prosequere, ut ibi per eum, quia longum esset referre ea,quæ circa hanc materiam per Doctores tanguntur; sed pro præsenti prædicta sufficiant, quia ex eis colligitur clarè, quòd ipse Dominus Vicarius potuit in casu nostro,per inquisitionem procede-
12 re; & quòd sit verum patet. † quia inquisitio fit arbitrio iudicis, ut in præalleg.l. congruit, ff. de officio præsid. & in l.1.§. si præses, ff. de magistra. conueni.& ff.ad Sylla. l.1.§.quoniam,& C.de naufra.l.quoties, libro xii.

13 Prætereà † etiam aliquando conceditur iudici procedere per inquisitionem ad scandalum,& tumultum euitādum, quod aliàs non concederetur, vt in l.pen. C. ad l.Cor.de sica.ergo, &c.

14 Prætereà † si bene consideretur, inquisitio nostra formata est ad partis petitionē vt supra dictum est, & sic non solum ad priuatam vtilitatrm Nicolai de Tassillo, quòd fieri potest, ut supra probatum est, sed etiam ad publicam utilitatem, scilicet ne delicta remaneant impunita; ut ꝓuincia purgetur malis hominibus, quod etiam peruenit ad utilitatem fisci, saltem quoad commodum pecuniarium, quia si bene aduertatur ad inquisitionem, & processum, prædictus Andreas, Bonus,& Nicolaus famulus veniunt condemnandi saltem pecuniariter, ut infra dicetur. meritò potest per inquisitionem procedi, ut in præallega.l.si uacantia, cum ibi not. ꝑ Angel.& per Canonistas in capitu.qualiter,& quando, & in capitu.inquisitionis, extra de accusation. & in capi. cum oporteat. eod.titu.de accusatio. & in capit. licet heli.de simo.ex quibus omnibus concluditur in proposito dubio, quòd Dominus Vicarius potuit per inquisitionem ꝓcedere contra Andream, Bonum,& Nicolaum famulum,ad requisitionem Nicolai de Tassallo, per rationes & iura superius allegata.

Venio ad expeditionem secundi dubii vide-
15 licet. † Vtrum Bonus, Andreas, & Nicolaus famulus possint cogi & arctari prestare fideiussores de non offendendo Nicolaum de Tassillo siue aliquem de sociis siue de cōplicibus suis. Et circa dubium ꝓpositum dico breuiter,quòd prædicti Bonus, Andreas, & Nicolaus tenentur,immò cogendi sunt fideiussores præstare, quod probatur pluribus rationibus, & ar-
16 gumentis,& primò.† Nā præses prouinciæ curare debet, vt quietam atque pacificam habeat prouinciam quam regit vt, ff. de offi.præsi.l.congruit.

17 Prætereà † prætor non debet pati, quòd partes veniant ad arma,& ad rixam, quas potest sua iurisdictione compescere,ut ff de vsufruct.l.æquissimum.

18 Prætereà † si bene aduertatur,pro rebus saluandis satisdatur, ut ff,de iudi.l.in omnibus,& ff.si serui. vendi. l. harum. & ff. de

de dam. infect. l.ex hoc edicto,ubi satisda tur propter damnum futurum,ergo multo fortius debet satisdari pro corpore sal

19 uando,† quia animæ hominum , idest ani mata corpora cæteris præferenda sunt, ut C. de sacrosanct. eccle. l. sancimus , & in corpore auc.vt cum de appellatio.cogno sca.§.sed si alicui.

20 Præterea lex dicit,† ꝙ iudex ex qualitate personarum poterit,& debet sumere con iecturam an debeat partes arctare ad fideiussores præstandum vel non ut ff.de nego.gest.l.Pomponius,& si staret in animo iudicis quòd partes fideiubeāt,poterit ex officio suo eas compellere ad satisdandū de non offendendo, sicut aliàs in contractibus fieri contingit,arg.l.si fideiussor, §. fin.ff.qui satisda.cogan.

21 Præterea dico † quòd de hoc est casus in l.denuntiamus, §. nam si quis , C. de iis qui ad eccle.confugiun.vbi dicit tex.nam si quis aliquid contra leges à quibusdā ex timet perpetrari liceat eis adire iudicē, & legitimū postulare præsidiū , ex quo tex. not. Doctor. notabiliter quòd si quis vellit petere fideiussores , quòd sibi aliquis non offendat,quia timet ne eum offendat quòd debent sibi dari , per prædictū uersicu.ita tenet Dyn.& Cyn.in præalleg. §. & per Guli.de Cun. in l.illicitas, ff.de offic.præsid.

22 Sed contra prædicta posset † opponi de l. qui bona,§.qui damnum,ff.de dam.infec. vbi de damno timetur , & tamen cautio non præstatur,Sol.dic quòd ibi ideò non præstatur cautio quia non timetur de persona ad personam vt in casu nostro ,

23 sed de re ad personam,ut ibi no. † De prædicta quæstione tetigit Specu. in titu. de pignor.§.sequitur , ver.quid si timeo , & per Gandi.in opere maleficio.in rubri.an habens pacem possit puniri in q.quæ incipit pone quòd Titius percussit,&c. & per Ioann.Ferra.in fine formæ inquisitionis, ubi taliter distinguit dicens , Aut quandoque timetur damnum inferri de re ad rem , & tunc præstanda est cautio , ut in toto titu. de dam. infect. Quandoque timetur de persona ad personam , ut in casu nostro,& tunc idem per text. in præallega.l.denuntiamus, C.de hiis qui ad eccles.confugiun. Quandoque timetur de re ad personam , & tunc nulla præstatur cautio , ut in l.qui bona, §.qui damnum, ff.de dam. infect.supra alleg.& ibi per Barto.potest tamē officio iudicis is cuius res est , cogi rem ipsam reficere , ut in l. præses.ff.de off.præsid. Quandoque timetur de persona ad rem & tūc præstabitur cautio,ut in l.si fideiussor , in fi.ff. qui satisda. cogan.& in l.Imperatores , ff.de appellat. cum similibus.

24 Expedicto † secundo dubio venio ad expeditionem tertii , videlicet vtrum Bonus, Andreas & Nicolaus famulus qui fuerunt contumaces in obediendo mandatis Domini Vicarii ueniant condemnādi ad pœnam ducatorum quatuorcentum secundum formam mandatorum , & proclamationum emanatorum , & emanatarum,ex parte Domini Vicarii prout in ipsis mandatis continetur. Et quòd veniāt

25 condemnandi patet.† quia magistratibus licitum est iurisdictionem suam deffendere pœnali iudicio,usque ad mortem inclusiuè,ut dicit tex.in l.unica in princip. ff.si quis iusdi.non obtempera. cum ibi not.& in c.i.& in c.ex literis,extrà de offi. dele. & de senten.excommunicatio.c.nuper,&

26 in c.dilectus de pœn.† Immò si iudex præcipiat si non seruetur mandatum inane esset & delusorium prætoris imperium,qđ esse non debet,ut ff.de iudi.l.si prætor, & ff.ne quid in loco pub.l.fina. faciunt not. per Bal.in vsib.feud.in ti.de pac.iur. fir.in §. iniuria.in prin.ergo, &c.

27 † Præterea si iudex mandat aliquid sub certa pœna alicui , & ille cui factum est mandatum non obediat, quòd tunc iudex debet ipsum multare ut in præalleg.l. i.in prin.cum ibi not.& si iudex non multauerit fiscus poterit multam à iudice exigere , ita tenent Docto.per l.fina.ff.de capti.& in auct.de man.prin.§.oportet , col. iii.& C.de anno.& tribut.l.ii.lib.x.& maximè si reus sciuerit multam indictam es-

28 se,† quæ multa potest indici per præsides prouinciarum , per magistratus & per officiales , & personas nominatas in præalleg.l.i.cum ibi nota.magnas & par-

uas

uas indicendo secundũ dignitates ipsorũ & secundum magnitudinẽ suæ ptãtis. Ita tenet Excellẽtissimus Domin. meus. Domi. Pau. de Castro in præalleg. l. i. ff. si quis iusdicen. non obtemper. Et ad hoc ut mulcta possit indici quatuor requirũtur, quæ not. per prædictum Domi. Pau. in præalleg. l. i. §. is videtur, & maximè requiritur, quòd ille cui mulcta indicitur, sit verus contumax; quia mulcta imponitur pro contemptu, & si non esset verus contumax non imponeretur mulcta; ad quod faciunt notata per Cyn. in l. quoties, C. de
29 fideicommis. † Sed quis dicatur uerus cõtumax, dic quòd ille qui est citatus personaliter & dixit nolle venire uel comparere; quia tunc non est opus ipsum amplius expectare, ut not. Gloss. in l. fin. ff. de in integ. restitu. & sic dicitur uerus cõtumax, Idem si nihil dixit, tamen nulla subsistente causa iusta uel iniusta non uenit, ut in casu nostro, faciunt ad prædicta no. per Do. Pau. de Cast. in l. properandum, §. cum autem hermoditium, C. de iudic. & no. per Glos. in l. Fulcinius, in §. fin. ff. de dam. infect.

30 Prætereà ad prædicta † facit tex. in l. fi. C. de modo mul. ubi iudex potest multare, & pœnam imponere subditis suis secundum qualitatem facti, dummodò non excedat modum legis, & si excederet modum legis, iudex ipse potest illam quantitatẽ minuere secundum Doct. ar. in l. illicitas, ff. de offi. præsid. quod fieri debet in casu nostro; quia si bene aduertatur mulcta imposita suprascripto Bono. Andreæ, & Nicolao famulo, uidetur excedere modũ legis ergo minuenda in arbitrio Domini Vicarii per not. in præalleg. l. i. §. i. per D. Pau. Sed quis erit iste modus legis, dic vt dicit tex. in præalleg. l. fina. C. de modo mul. ibi tres uncias auri, vbi patet ꝙ iudex potuit imponere & indicere mulctam pro quolibet mandato in vnciis tribus auri, & ter tãtum potest ipsam mulctã indicere, ita dicit tex. in præalleg. l. fi. ibi trinæ tantum, Ad quòd fac. no. per Bar. in l. nunquã plura, ff. de priua. delict. in prima oppo.

31 Non † tamen intelligas quòd eo ipso dicatur multa indicta, ꝙ non comparuit, immò post contumaciam iterum citari debet ad uidendum, & audiendum se declarari cõtumacem, & incidisse in mulctam, & ad audiendum se condemnari ad eam, sicut in eo qui est citatus sub pœna excõmunicationis, quia non est propterea excommunicatus licet non compareat, sed uenit excommunicandus, ut no. in c. i. de sagitta. & extra de sen. excommunica. per tot. ergo, &c.

32 Prætereà † si bene aduertatur ad processum prædicti Bonus, Andreas, & Nicolaus famulus fuerunt bina, uel trina vice citati adeò quòd negari non potest, quin ad eorum aures prædicta mandata seu ꝓclamata peruenerint, & quòd sit verũ patet, quia in relatione nũcii apparet quòd mandatum fuit factũ Bono & nurui suæ uxori prædicti Andreæ. & sic manifestè apparet quòd prædicta sciuerint, & ad aures suas peruenerit mandatum, in qua sciẽtia esto quòd non comparuerunt, non est dubium quòd dolus affuit, & in ea dolus includitur, xxxiiii. q. ii. in lectum, & de restitu. spol. c. sæpè, ii. q. i. in primis, ergo cõcluditur quòd existente dolo in scientia incidunt in pœnam. Item etiam videtur contempsisse mandata Domini Vicarii, & sic in prædicta sciẽtia sua ultra dolum, inest etiam contemptus ipsius Domini Vicarij, ut est expressum. xi. q. iii. c. sicut apostoli, ibi animaduertendo regulas, ubi Gloss. exponit id est condemnando, & ꝙ sit verissimum quòd prædicta mãdata peruenerint ad aures prædictorum, Boni, Andreæ & Nicolai; Andræas in ultimo termino comparuit personaliter & fideiussores præstitit, ut in ipso termino cõtinetur, ita quòd nõ potest negari quin ad aures prædictorum contenta in inquisitione, & mandatis peruenerit, facit tex. in auten. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & ĩ auc. vt om. obe. iud. prouin. coll. vj. Ex quibus omnibus cõcludo in hoc dubio ꝙ prædicti Bonus, Andreas & Nicolaus famulus attenta eorum contumacia veniũt condemnãdi ad pœnam prædictorum ducatorum quatuorcentũ, minuẽdã tamen in arbitrio D. Vicarii, quia uidetur excedere aliquantulũ modũ legis habito respe-

respectu ad qualitatẽ personarum & facti,
33 † Nec ob. quòd Dominus Vicarius prædictis terminum prorogauerit, quia ipse Dominus Vicarius semper protestatus ẽ, ꝙ sibi sint salua iura officii sui in multantando, uel condemnando prædictos Bonum, Andream, & Nicolaum famulum, propter eorum contumaciam, & inobedientiam, ut in processu apparet; quæ ꝓtestatio cum sit conseruatoria iuris officii sui, est admittenda de iure, ut in capitul. cum M. Ferrariensis, extra de constitut. & ibi per Ioann. And. & per Bart. in l. non solum, §. morte, ff. de oper. no. nun. & per D. Pau. in l. i. C. de lit. cõtest. ergo, &c.

Expedicto itaq; tertio dubio uenio ad expe
34 dictionem quarti † uidelicet, utrum per diffidationem factam per Nicolaum famulum dicto Nicolao de Tassallo, pax dicatur rupta, adeò quòd dictus Nicolaus famulus incidat in pœnam ducatorũ cccc. ut in mandatis Domini Vicarii continetur, & posito sine præiudicio ueritatis, quòd pax dicatur rupta, an dictus Nicolaus famulus solus incidat in pœnam quatuor centum ducatorum pro pace rupta, an etiam Bonus, & Andreas similiter incidant in dictam pœnam, attento ꝙ sunt socii & corei. Et quòd propter diffidationem solam, alio non sequuto, pax non dicatur rupta, &c. breuiter dico quòd colligitur ex text. in usib. feud. in c. de pace tenen. & eius violato, in §. si quis alium cœperit, vbi manifestè apparet, ibi cœperit, & ibi fustibus percusserit, quòd ad hoc ut pax rumpatur requiritur actus facti, non uerbi solum, facit ad prædicta tex. in usi. feud. in c. de pac. iura. fir. circa princi pi. & non solum requiritur actus facti, sed requiritur actus facti ad illum eundem fi
35 nem rumpendi pacem, † faciunt ad hoc not. per Bar. in l. verum, ff. de furt. ubi dicit quòd si tu facis pacem cum aliquo, & promisisti eum non offendere sub certa pœna, postea cõmisisti adulterium cũ uxore eius, an incidas in pœnam, Guid. de Suzza. determinat, ꝙ non per prædictã legem verum, ratio est, quia non facit animo iniuriandi, sed causa libidinis, & sic nõ facit causa iniuriandi, seu retractandi iniuriam iam sopitam, sed si faceret causa uindicandi, quia fortè ipse passus esset similẽ iniuriam, de qua facta est pax, tunc sine
36 dubio incideret in pœnam. † Sed tamen circa prædicta Bar. contra opponit de textu in usib. feud. in titu. quæ fuit prima causa feu. amitten. in §. prætereà, & in §. fi. ubi vasallus perdit feudum, propter adulterium commissum cum vxore vel cũ filia domini. Sol. ibi ideò vasallus amittet feudum, quia uasallus promittit domino fidelitatem, prędicti verò, qui pacem fecerunt, non promittunt nisi se inuicem nõ offendere, occasione præcedentis rixæ, facit ad prædicta not. per eundem Bartol. in l. aut facta, §. causa, ff. de pœnis, ubi dicitur, ꝙ si tu & ego, cum essemus inimici, fecimus pacem de aliquibus iniuriis, demũ ego percussi te quæritur an uideatur pax rupta, & breuiter per aliquas rationes per ipsum allegatas, ita concludit, ꝙ si ego percussi te ex causa antecedenti, per quã fueram tibi inimicus, de qua erat facta pax, quòd tunc rumpo pacem, sed si ego te percuterem ex causa superuenienti de nouo, quia de nouo inter te me superuẽnit rixa ex ioco, uel ebrietate, tunc non rumpo pacem, sed de nouo ex noua causa, non autem retracto ueterẽ causam rũpendo pacem, ita determinat Bar. in præallega. l. aut facta, §. causa, Ita in proposito nostro, non solum requiritur actus facti, sed etiam requiritur quòd sit factum, quod proueniat. eo animo, ut pax rumpatur, meritò in casu nostro potest concludi, quòd per solam diffidationem non intelligatur pax rupta, & per consequẽs quòd dictus Nicolaus famulus, non inci
37 dat in pœnam, † Faciunt no. in l absentem, ff. de pœnis, ubi sanctius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, faciunt, not. per Dyn. in c. hodie, extra de regu. iur. & in l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. ex quibus concluditur, quòd dictus Nicolaus non ruperit pacem per solã diffidationem, & per consequens nec in pœnam inciderit.

38 Sed † ad prædicta potest opponi de text. in c. i. circa prin. de pa. iur. firmã. ubi dicitur, quòd si quis pacem uiolare præsumpserit

ferit si fuerit dux uel comes &c.quòd puniatur maiori aut minori pœna. secũdum eornm dignitatem,& si fuerit humilis persona punitur minori pœna. ut in præalle. c.i.in.§.si quis uerò ausu temerario, iuncta Gloss. super ver. pacem uiolare, quæ Glo.dicit ꝙ Imperator ita uoluit ꝙ omnia stent in pace iurata, adeò ꝙ si quis passus fuerit iniuriam ab aliquo fortè ante pacem iuratam, uel etiam forte post, vel aliquid ei debeat, quòd debeat ille qui passus est iniuriam, uel fortè qui aliquid hebere debet adire iudicem & per eum ius suum consequatur, & non per se summat uindictam, uel ius sibi dicat, alioqui tanquàm pacis violator punietur, & hoc est quod uult dicere tex. in præalleg. §. si quis verò ausu temerario, & sic patet quòd p̄dictus Nicolaus famulus qui diffidauit Nicolaum de Tassullo incidit in pœnam, quia per prædictam diffidationem uidetur quòd uoluerit sibi ius dicere, & vindictã summere & per consequens pacem rumpere & uiolare, per præallegata iura iuncta Glo.prædicta.

Præterea potest dici quòd ipse Nicolaus famulus nõ debeat gaudere beneficio pacis.

39 † patet quia non solum ille qui rupit pacem, non gaudet beneficio pacis, immò etiam ille qui pacem iurare noluerit ut in præalle. c.de pace iur. fir.in.§. receptatores, in fin.§. ibi pacem iurare noluerit, ergo &c.

40 Præterea † si bene aduertatur ad uerba diffidationis factæ per ipsum Nicolaum famulum, ipsa verba sunt minatoria de offendendo, quæ uerba uidentur iniuriosa tam contra Nicolaum de Tassulo, quàm contra iurisdictionem domini Vicarii, ut ex processus apparet: quæ tamen iniuria debet à iudice inspici quæ & qualis fuerit, & secundum qualitatem iniuriæ illatæ debet ad condemnationem procedere, ut Instit. de iniur. §.atrox.& not. in præalle.c. in §. duces autem, in Glo. super ver.iniuria, ergo &c.

41 Præterea † in maleficiis voluntas non exitus inspicitur, ut ff. ad l.Cor. de sicar.l. diuus, ad quod l. si is qui cũ telo, C. ad l. Cor.de sic.& in l.si quis nõ dicam rape.C. de episco. & cleri. vbi punitur affectus si non sequatur effectus, &c. ita in casu nostro apparet animus dicti Nicolai ex diffidatione per ipsum facta ergo &c.

42 Præterea † Oppo. de tex.in c.i. de pace tenen.in §. si uerò uiolator pacis, vbi patet ꝙ si violator pacis aufugerit à facie iudicis, adeò ꝙ se iudici non præsentauerit, venit puniendus in pœna publicationis bonorum mobilium tantum, in immobilibus verò non, sed ad hæredes ipsius violatoris transferuntur certa lege, vt in præalle. §. si verò violator pacis, & in. §. se. & seq. & per totum tit. vbi expressè patet, quòd violator pacis venit puniendus secundum qualitatem facti & delicti; & non solum ipse violator pacis venit puniendus, immò etiam iudex qui nõ punit pacis violatorem venit puniendus ad interesse partis offensę, ut in §.homicidium quoq; ibi, & pacem uiolatam uindicare, legittimè supersederit, &c. Et etiã ad pœnam pecuniariam, ut in præalle.§. homicidium, ibi, si maior iudex in sacro erario pœnam decem librarum auri præstet. Ex quibus omnibus uiderur posse cõcludi, ꝙ ipse Nicolaus famulus pacem ruperit per diffidationem factam ipsi Nicolao de Tassulo, & per conseques incideriit in pœnam, ducatorum quatuor centum, &c.

43 Prædicta iura videntur vera in se. † sed tamen nihil faciunt ad factum nostrum, quia si bene aduertatur ad iura allegata, pro parte affirmatiua prædicta iura loquuntur in eo qui verè actualiter pacem ruperit, puta percutiendo vel capiendo, vel aliquid iniuriosum actualiter faciendo: casus verò noster est & loquitur in eo qui solũ verba licet minatoria, ptulit, quæ prolatio verborum non est sufficiens ad rumpendum pacem nisi aliud sequatur, quia frequenter homines ex iracundia uel superbia corrumpuntur ad dicendum verba quæ tamen executioni non mitterent & sua penitent dixisse, & sic non debent pœnam pati. quia talia

44 verba protulerint, † Facit ad prædicta l. famosi, §. ii. vel iii. ff. ad l. Iuli. maie. vbi habetur quòd lubricũ linguæ non debet

facile ad pœnam trahi. licet Bál.in.l. i.C. quando lice. fine iudi. uindi.uideatur aliter sentire, in q. de eo qui minatur aliquem interficere, uadat per quamcunque uiam uellit &c. per tex.in prælle.l. i. ibi, mortem quam minabatur recipiat &c. quod dictum est ualde periculosum, ideò dic ut ibi per D. Pau. & bene, & sic per prædicta patet responsio ad omnia argumenta facta pro parte affirmatiua, præterquàm ad quartum argumentum, sed ad ipsum respondeo prout infra dicetur circa ultimum dubium, Ex quibus omnibus concludo in hoc dubio quòd dictus Nicolaus per solam diffidationem non dicatur pacem rumpere & per consequēs non incidere in pœnam ducatorum cccc. pro pace rupta.

45 Circa † secundam partem prædicti dubii,dico, quòd posito quòd pars affirmatiua esset uera,quæ tamen non est,ut supra probatum est,dico quòd solus Nicolaus famulus incideret in pœnam & non Bonus,nec Andreas, ita tenet Bar. in propriis terminis in l. fi. ff. de duo.reis.in. iii. q.in qua quæstione arguit pro & contra per plures rationes, & tandem concludit quòd solus rūpens pacem veniat puniendus,per rationes & iura per ipsum allegata, & maximè per tex. in l.si id quod, ff. eo.tit de,duob.reis. dic ut in prællega.l. si.per eum.

Expedito itaq; quarto dubio in omni sua parte, uenio ad expeditionem quinti

46 dubii,† videlicet. An copia inquisitionis & processus formati contra Bonum, Andream & Nicolaum famulum sit danda prædictis Bono, Andreæ & Nicolao famulo prout petunt,& an hoc nō obstante possit Dominus Vicarius ad ulteriora procedere.circa prædictum dubium breuiter me expediam tenēdo opi. Ang. in l. si uacantia. C. de bo. uacan. supra pluries allega. ibi sit ergo cautus aduocatus, ubi concludit, quòd aduocatus inquisiti debet petere copiam actorum, ut sciat & possit acta impugnare, probat ipse per not. in d. c.qualiter & quando, & in.c. inquisitionis, & in c. cum oporteat ex. de accusat. idem etiam tenet ipse Ang. in prællega. l. si uacantia, ibi, proceditur autem in causa inquisitionis &c. vbi concludit quòd inquisitus debet primo interrogari, & postea tradi copia depositionū, testium,ut habeat facultatem se defendendi,ut in prælle. c. qualiter & quando, in ver.si igitur cum ibi not. Prædicta uerò locum habent de iure, de consuetudine autem, & maximè in prædicta iurisdictione vallium Ananiæ & solis ut audio hoc non seruatur; quia nisi à principio quando inquisitio formatur, copia inquisitionis petatur, amplius copia actorum

47 non traditur inquisito,† quæ consuetudo si approbata est,seruanda est pro lege, arg.not. in l.de quibus, ff.de legi. cum ibi not.& Instit.de iure nā.genti.& ciui.in §. ex non scripto, cum ibi not. facit tex. C. quæ sit longa consuetu. per tot. & ex. de consuetu.c.cū dilectus,aliàs nisi talis consuetudo uigeret, copia dictæ inquisitionis ipsis inquisitis danda esset, per rationes & iura primò allegata, quæ sententia maxima nititur æquitate, ut inquisiti ualeant se deffendere.

Expedicto quinto dubio, ueniam ad expeditionem sexti & vltimi dubii videlicet.

48† An Bonus,Andreas, & Nicolaus famulus,& socii incedentes cum armis offensibilibus & deffenbbilibus, videlicet cum lanceis & ballistis oneratis causa occidendi seu uulnerandi Nicolaum de Tassullo,si non occiderunt, uel uulnerauerunt ueniant condemnandi uel absoluendi,cum non sit secutus effectus ex suo affectu.Et quòd prædicti Bonus, Andreas & Nicolaus cum sociis sint absoluendi patet, quia in delictis regulariter affectus non punitur, si non sequatur effectus, ut

49 ff.de fals.l.qui falsam,† aliàs si punirentur,sequeretur inconueniens, quòd quis puniretur de cogitatione sua. quòd esse non debet,ut in l. cogitationis, ff. de pœnis. Fallit tamen in crimine hæresis, ubi inquisitor potest punire hæreticum, qui solum est hæreticus mente, quòd quali-

50 ter possit esse † cum solus Deus cognoscat mentem hominis, ut not.in l.ii.ff.de interrogat.actio.dic quod inquisitor poterit cognoscere per cōfessionem ipsius hære-

hæretici, quam facit confessori suo quòd prosequere ut per Bal. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episco. & cle. in prima oppo. quia ad præsens nō est materia nostra.

Item ad idem videlicet, quòd prædicti Bonus, Andreas, & Nicolaus famulus sunt absoluendi & non puniendi etiam si ad aliquem actum peruenerint, ultra cogitationem, pur quod delictum in totum nō
51 sit consumatum, ut in casu nostro † est tex. in l. ii. ff. quòd quisque iur. ubi non punitur ille qui impetrauit ius iniquū, &c. & sic delictum consummauit, & tamen non punitur, ergo &c.

52 Item † ad idem facit tex. in l. i. §. Si ibi. perfecto flagitio, ff. de ex. or. crimini. ubi non punitur delinquens, nisi perfecto flagitio, ergo &c.

53 Item quòd non sit puniendus, † patet per tex. in. l. si quis non dicā rapere, C. de Episco. & cleri. ubi est casus specialis. ꝙ punitur affectus etiam si non sequatur effectus, nam ibi punitur ille, qui temptauit rapere mulierem, & tamen nō rapuit.

54 Idē † dico in crimine læsæ maiestatis, ut in l. quisquis, C. ad l. Iul. maie. in quo casu punitur affectus, etiam si non sequatur effectus. Sunt etiā aliqui alii casus speciales, qui enumerantur per Cyn. in præalle. l. si quis non dicam rapere, Si ergo isti sunt casus speciales in quibus punitur affectus, si non sequatur effectus; ergo in contrarium est ius commune ar. l. ius singulare, ff. de legi. meritò dicendum est prædictos Bonum, Andream, & Nicolaum famulum non esse puniendos, cum casus noster non sit de exceptuatis per Cy. loco præallegato.

Sed tamen in casu nostro in contrarium est ueritas, aliàs sequeretur inconueniens ꝙ delicta remanerent inpunita, ꝙ esse nō
55 debet, † quia interest reipublicæ ne delicta remaneant impunita, ut in c. quemadmodum, ex. de iureiuran. & ff. de offi. præsi. l. congruit; & supra circa primum dubiū satis dixi, ergo &c.

56 Præterea † quòd sint puniendi est tex. expressus in præallega. l. i. §. fi. ibi in perfecto, ff. de ex. or. crimi. ubi ille qui non potuit delictum perficere, sed per eum non stetit, punitur pœna deportationis in insulam, meritò dicendum est ipsos Bonum, Andream, & Nicolaum famulum esse puniendos dicta pœna, cum per eos non deficerit, quin uoluntatem eorum executioni non demandauerint, ut ex processu apparet, quia Toresanus & cæteri famuli D. Vincentii prohibuerunt, &c. Sed qūo procedetur ad dictam pœnā cū non sit in usu, respondeo ꝙ similis pœna eis imponetur, puta exilii ad certū tēpus vel pecuniaria in arbitrio iudicis seu domini vicarii; Bal. tamen in præallega. l. si quis non dicam radere, circa fin. sui apparatus; ibi, si autem non perficit, quia non potest quòd in leuioribus delictis excusetur, ut in l. i. §. fi. ff. quòd quisquis iur. secundum Iac. de Are. sed in grauioribus delictis dicit, quòd si deuētum est ad actū uerbi, ꝙ non ponitur pro consumato, sed extra ordinem & mitiori pœna ut in præ alle. l. i. §. fi. de extraordi. crimi. Aut processit ad actum facti, & tūc si quidem ad actū proximum & immediatum, & tunc punitur tanquàm pro delicto consumato, ut in l. is qui cum telo, C. ad l. Cor. de sicar. si uerò processit ad actum remotum, tunc mitius punitur, quam si esset delictum cōsumatum, & hoc si agitur criminaliter, ita sentit Bal. sequendo Ia. Butri. Cy. uerò in præallegata l. si quis non dicam rapere, aliter sentit, dicens indistinctè ꝙ si delictum non sit consumatum, quòd mitius sit poniendus delinquens per tex. in præalle. l. i. §. fi. ff. de extraor. crimi. quæ sen-
57 tentia mihi magis placet † per l. interprætationē ff. de pœnis, ubi dicitur quod pœnę sunt minuendæ, non augendæ facinnt nota. in l. absentem, ff. de pœnis. facit c. in pœnis, de regu. iur. lib. vi. & ibi per Dy. cum simili. Ex quibus concludo, quòd prædicti Bonus, Andreas, & Nicolaus famulus & socii sunt puniendi, mitius tamen quàm si delictum consumassent in arbitrio Domini Vicarii.

Restat nūc respōdere ad iura in cōtrariū al
58 legata, † Et primò ad l. qui falsā, ff. de fals. respōdeo & dico ꝙ ideo ibi nōpunit, quia delinquens fuit ductus pœnitentia, ab-

ſtinendo ſe à perfectione pecuniæ falſæ, ſed in caſu noſtro prædicti Bonus, Andreas,& Nicolaus licèt non conſumauerint delictum, tamen non fuerunt ducti pœnitentia, quia per ipſos non ſtetit quin delictum perficerent ergo puniendi ut ſupra proximè concluſum eſt.

59 Ad l. uerò ii. † in fi. ff. quòd quis iur. reſpondeo ꝙ illa lex loquitur in delictis leuioribus, uel dic quòd loquitur reſpectu pœnæ ciuilis quę non habet locum in delictis non conſumatis per iura præallegata. Vel dic quòd propriè non loquitur de delictis, quia imperrare ius iniquũ non eſt propriè delictum cum poſſit ſortiri iuris effectum, ſecundum Iac. de Are.

60 Ad l. uerò † ſi quis nō dicam rapere,& ad l. is qui cum telo, cum ſimi. reſpondeo quòd in illis legibus ſunt caſus ſpeciales ut ſupra dictum eſt, ubi crimen attentatum punitur proprium ac ſi eſſet conſumatum, regulariter ſecus, vbi non reperitur iure cautum etiam ſi ſit de grauibus criminibus ut in l. ſi fugitiui, C. de ſer. fugiti. Ad quod facit l. i. in fi. ff. de extraor. crimi. ita ſentit Excellentiſsimus dominus meus. D. Pau. de Caſt.& bene. Laus Deo omnipotenti.

Et ita ut ſupraſcriptum eſt dico & conſulo iuris eſſe ego Melchior de Facinis de Padua legum Doctor, in quorum fidem me ſubſcripſi & ſolito ſigillo ſigillaui, ad leudem Dei omnipotentis Amen.

CONSILIVM D. MELCHIORIS DE FACINIS PATAVINI LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia & faturæ quomodò probari debeant, ut illa faciens puniatur.*

2 *Probationes in maleficiis debent eſſe luce meridiana clariores.*

3 *Teſtis ſingularis an fidem faciat.*

4 *Fama iuncta cum confeſione extraiudiciali facit indicium ad torturam.*

5 *Confeſſio extraiudicialis, ad torturum facit indicium.*

6 *Indicium an & per quot teſtes probari debeat.*

7 *Poſſeſio in quibus conſiſtat.*

8 *Maleficia committens qua pœna ſit plectēdus.*

9 *Fideiuſſoribus relaxari non poteſt, qui pœna corporis affictiua puniri debet.*

10 *Iudex qui reum fideiuſſoribus relaxauit, qui relaxari non poterat, illum citare debet ad confitendum vel ad ſubeundum torturam, & ipſum non uenientem habet pro confeſſo, ponitque in banno.*

CONSILIVM LXXIX.

IN Chriſti nomine Amen. Magnifice & generoſe vir. Domine Henrice Campanet honorande Capita. Caſtri Perzini & pertinentiarum pro Illuſtrißimo Principe & excelſo domino Domino Sigiſmũdo Dei gratia Duce Auſtriæ, Sthiriæ, Carinthiæ & Carniolæ, comiteq; Tirolis &c. ac aduocato eccleſiæ Tridentinæ meritiſſimo, per prudentem uirum ſer Ioannem Zochelrigel vicarium totius comitatus caſtri Perzini portatus fuit mihi certus proceſſus agitatus contra & aduerſus Antonium Zunt de Caſtegnedo comitatus dicti Caſtri Perzini in quo proceſſu plura continentur delicta, ut dicitur per dictum Antonium Zunt perpetrata, ut latius in ipſo proceſſu continetur. Super quo proceſſu & contentis in eo petitis, vt M. V. conſulam quæ ſint partes ſuæ tam in procedendo quàm in iudicando condemnando, vel abſoluendo; quod quidem proceſſum & omnia in eo contenta ut M. V. ſatisfaciam diligenter vidi & examinaui, & ſi bene perpēdo dictus Antonius Zunt eſt delatus quòd fecerit certa maleficia ſeu faturas cuidam Valentino. q. Michaelis de Aquabona de Caſtegnedo plebis Perzini, & cuidam Vngerlæ de Caſtegnedo prædicto, & cuidam Michaeli Cloch ſeu Circlar de Caſtegnedo antedicto; quæ omnia dictus Antonius negare videtur. Super quibus maleficiis & maximè ſuper maleficiis ſeu faturis factis vt dicitur dicto Valentino ſunt examinati quāplures teſtes ut in proceſſu apparet; quæ quidem maleficia ſeu faturæ an ſint probata ſeu probatæ per depoſi-

positiones testium in processu examinatorum videndum est. Secundò uidendū est an uigore dicti processus & attestationum dictorum testium in dicto processu examinatorū prædictus Antonius sit puniendus, an absoluendus, an uerò ipsi testes faciant inditium sufficiens ad torturam. Tertiò videndum etiam est posito, quòd dicta maleficia essent probata per testes uel per confessionem dicti Antonii qua pœna esset dictus Antonius puniēdus. Quartò etiam videndum est, an dictus Antonius de iure potuerit cum fideiussoribus relaxari, & quid fiendum sit ipso Antonio cum fideiussoribus relaxato.

1 Circa primum dubium, † videlicet an dicta maleficia seu faturæ sint probatæ per testes in processu examinatos. Breuiter dico ꝙ quantum ad puniendū ipsum Antoniū dicta maleficia seu faturæ non sunt probatæ clarè, & sufficienter prout requi-
2 ritur in maleficiis, † quia probationes debent esse luce maridiana clariores vt in
3 l. sciant, C. de probation. † nam si bene aduertatur ad dicta testium, unus deponit de vna re, alter de altera, & sic videntur deponere diuersa, ita quòd unus quisque ipsorum testium videtur singularis in dicto suo, quo casu nō plenè deponūt, ut in l. iurisiurandi, C. de testi. & in c. licet uniuersis, & in c. quoties, de testi. & in capitu. licet ex quadam, eo. titu. & in cap. licet, §. quamquam, extra de probatio. & extra de accusation. in c. cum dilectus, & per Cy. in l. ii. C. quæ sit longa consue. cum simi. & quod sit verū quòd dicti testes sint singulares in eorum dictis patet, quia Peper primus testis. deponit ꝙ dictus Antonius dixit, ꝙ volebat destruere faturas dicto Valentino, licet tamē loquatur de auditu, & de auditu auditus. Item Vayt secundus testis deponit quòd ipso teste præsente Michael Cloch interrogauit ipsum Antonium Zunt si inuenerat adhuc uestem suam, qui dixit, quòd non, & quòd uolebat accipere penes se Do. Vicarium Perzini & quærere de domo in domum; & si illud eum non iuuaret, quòd bene faceret quòd ille qui eam habebat bene sentiet illud quod sibi interueniet. Item Peter Zerbinus tertius testis aliter deponit, uidelicet ꝙ vxor dicti Antonii Zunt protulit certa uerba, quæ ipse non intellexit bene, nisi quòd ipsa mulier dixit, ꝙ non transiret annus quòd facta erit uindicta, &c. Item Michael quartus testis deponit, quòd ipso teste præsente in domo ipsius testis dum uxor dicti testis petiisset à dicto Antonio quomodò valet Valentinus, qui Antonius respondit in lingua theotonica, el ghe se fatt o, subiūgendo quòd non transibit annus, quòd ipse Valentinus siccabitur ueluti unus roschus super uno baculo, &c. Item Bartol. Poss. quintus testis etiam deponit de uisu & auditu proprio à dicto Antonio Zunt quòd ipse Antonius dixit dicto testi; compater qui mihi furatus fuit illam furcam, ego volo sic facere, quòd habebit febres per vnum annum cōtinuum, &c. Sunt etiam plures alii testes examinati in hac causa, quorum aliqui deponunt se audiuisse à pluribus personis quod dictus Antonius fecit, quòd Valētinus cecidit in infirmitatem, &c. qui omnes testes licet non probent de directo ipsum Antonium fecisse faturas aut malefi-
4 cia dicto Valentino † attamen saltem probant quòd dictus Antonius est infamatus de tali delicto, quæ fama iuncta cum confessione dicti Antonii extraiudiciali facta parte absente faciunt sufficiens inditium ad torturam; quòd talis fama seu diffamatio faciat inditium ad torturā maximè coadiuuata testibus ut in processu not. in l. de minore, in §. tormenta, ff. de quæstion. & ibi per Barto. & per Gandi. in opere suo malefi. in rub. de fama, & per Angel. Aretin. in sua inquisitio. in Gloss.
5 super ver. fama publica præcedente. † Idē facit confessio extraiuditialis facta etiā parte absente, ut in l. capite quinto, ff. de adulter. & ibi per Gloss. & Bartol. & per Ange. Aretin. in sua inquisitio. in Gloss. super uer. comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum, quæ confessio satis per testes prædictos in processu examinatos probatur; ita quòd concludendum est in hoc passu, quòd sine dubio fama, & confessio coadiuuata dictis tot te-

stium

stium faciunt sufficiens indicium ad torturam.† Nec ob. si dicatur, quòd dicta indicia non sunt probata prout de iure probari debent, ut in l. fina. ff. de quæstion. & ibi per Bart. quia probari debent per duos testes vel saltem per unum testem de uisu, ut in l. si quis, C. ad l. Iul. maiest. & ibi per Glo. & Docto. & per Angel. Aret. in sua inquisitio. in Gloss. super uer. fama publica præcedente, ibi, quæro qualiter probetur indicium, in ii. col. quia reuera dicta indicia sunt probata non solũ per unũ uel duos testes, sed per plures ut in processu.

6

Nec ob. etiam si dicatur quòd immò non sunt probata ipsa indicia, quia unus testis deponit de vna re, alter de altera, vnus dicit unum, alius dicit aliud, & sic uidentur singulares in eorum dictis, quo casu non videntur probare ut supra dictum est, sed respondeo quòd immò uidẽtur probare quòd licet videantur uaria deponere, tamen tendunt ad vnum finem, scilicet ꝙ dictus Antonius sit homo maleficus, †Sicut dicimus in eo qui vult probare possessionem alicuius fundi per testes, & vnus testis deponat ꝙ uidit ipsum arare, alter dicat quòd uidit seminare, & alter dicat ꝙ uidit colligere vuas, ꝙ licet actus isti sint diuersi, tamen concludunt quoad possessionem, quia possessio in similibus consistit, vt ff. de testib. l. ob carmen, & ibi Glo. ord. Et ibi etiam per Doctor. faciunt not. per Gandi. in opere suo maleficio. in rubri. quomodo de malefic. cognoscatur per inquisitio. ibi & not. ꝙ super probatione infamiæ, &c. quibus omnibus concludo circa primum, & secundum dubium, quòd dicta maleficia non sint probata taliter quòd dictus Antonius possit puniri, sed quòd possit torqueri ut confiteatur, donec indicia prædicta purgẽt per tormenta.

7

8 Circa autem tertium dubium dico,† ꝙ si confitebitur dicta maleficia commisisse, quòd pœna capitis ueniet puniendus, vt dicti tex. in l. eorum iuncta l. seq. & sequenti. C. de malefi. & mathema. De iure autem canonico aliter esset puniendus ut extrà de consecration. distinctio. ii. c. pro dilectione, & ii. q. viii. c. quisquis, cũ multis simili. dic ut ibi quia pro nunc nõ est materia nostra, quia dictus Antonius est laicus, & cõtra eum proceditur per iudicẽ

9 laicũ ergo.† Et ideò dictus Antonius non debuit fideiussoribus relaxari, quia ex dcto quod sibi scribitur, venit pœna corporis afflictiua de iure. ut in l. diuus, & in l. si confessus, ff. de custod. reorum.

10 † Quid ergo faciet Dominus Capitaneus uel Dominus Vicarius qui ipsum Antonium relaxauerunt, præstitis fideiussoribus, de duc. ... dico quòd debent eum citari facere quòd compareat aut ad confitendum delictum, non obstante sua negatione, aut ad purgandum indicia, quæ cõtra eũ militãt, quo facto si ipse Antonius comparebit retinẽdus est, & torquendus: si uerò non comparuerit habebitur pro confesso dicta maleficia, & eum ponere poteritis in banno, ita singulariter dicit. Bar. in l. pen. ff. de quæstioni. ita etiam tenet Angel. de Aret. in sua inquisitione in Gl. super uer. comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum. Ex quibus patet decisio tertii, & quarti dubii, & hoc quantum ad processum agitatum contra dictũ Antonium Zunt ad querelam dicti. q. Valentini.

Quantum verò ad alios processus formatos ad querelam Vngedæ & Michaelis Cloch non est insistendum, quia nihil est probatum, nec etiam sunt indicia contra ipsum Antonium, licet tamen coadiuuent indicia quæ contra ipsum Antonium militãt, vt supra, supra primum processum dictum est. Nec potest ipse Antonius aliquod interesse seu etiam expensas petere ab hæredibus dicti Valentini, nisi purgauerit indicia, quæ laborant contra eum & quòd tãquàm innocens sit absolutus.

Et ita dico, & consulo Iuris esse ego Melchior de Facinis legum Doctor, in quorũ fidem me subscripsi & solito sigillo sigillaui ad laudem Dei omnipotentis Amen.

CONS.

CONS. D. MELCHIORIS DE FACINIS PATAVINI Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Ineptitudo libelli reddit sententiam nullam.*
2 *Sententia non per positiones, sed per petitionem in iure positam ualet.*
3 *Sententia nulla est ipso iure, ubi litis contestatio non est.*
4 *Sententia est nulla, cum in processu ordo iudiciarius non seruatur.*
5 *Scripturæ ordo non est peruertendus.*
6 *Iuramento calumniæ non præstito, sententia corruit.*
7 *Sententia est nulla, si iudex arbiter uel arbitrator pronunciauit super eo, quod non est in petitione.*
8 *Sententia lata à iudice, qui iudicandi potestatē non habet, non ualet.*
9 *Sententia debet ad acta referri, & esse conformis libello, aliàs nulla est.*
10 *Sententia dicens, uisis petitione & responsione, & iuribus partium, &c. & acta non reperiũtur non ualet.*
11 *A sententia ipso iure nulla non est necessaria appellatio.*
12 *Sentētia cum causæ cognitione fieri debet, alias nulla est.*
13 *Sententia non est præcipitanda.*
14 *Iudex licet peritus, in sententia ferenda super re magni præiudicij, & magnæ quantitatis, consilium habere debet, & nu. 16.*
15 *Sententia, quæ non continet uerba ista, uisis, & cognitis, ac inuestigatis ad plenum causæ meritis, an ualeat.*
17 *Exceptio nullitatis sententiæ, an posßit quandocunque opponi, & nu. 18.*

CONSILIVM LXXX.

MAGNIFICE Domine Erasme, pro Illustrissimo Principe, & Excellētissimo D. D. Sigismundo Dei gratia Duce Austriæ, Stiriæ, Charinthiæ, ac Carniolæ, Comiteque Tyrolis, &c. ac Domino Tridenti dignissimo, &c. Castri & Communitatis Cunisbergi, ac ciuitatis Tridenti capitaneo meritissimo, &c. In causa & quæstione vertente inter Angelum Besde, & Cechum de . . . . ambo de Iugo, ex una parte agentes & petentes, & Antonium Pasoli etiam de Iugo se defendentem occasione cuiusdã incendii, ut dicitur per ipsum Antonium suppositi, &c. Mihi per M. V. commissa, ut præfactæ M. V. consulere debeã, quæ sint partes vestræ in condemnando, uel absoluendo, &c. & ut præfactæ M. V. cõsulere valeam secundũ cõmissionem, casum figuraui in terminis, qui sequitur.

QVIDAM Antonius Pasoli de Iugo tempore nocturno, videlicet circa horas duas noctis, accessit ad quandam suam canipã ubi mulctæ paleæ erant per terram, undecunque, causa mensurandi certam quantitatem vini cuidam Ingelmario à zarga cui dictum vinum vendiderat, & ut videret, secum portauit quoddam lumen, de Thya. quod lumen reuera periculosum est, & ibidem dictum vinum mensurauit, quo vino mensurato domum reddit. & siue eundo, siue reddeundo, de dicto igne cecidit in terram in dictis paleis; & negligentia & culpa, ut dicitur, dicti Antonii, propter dictum ignem, quod cecidit in terra, exustæ fuerunt aliquæ domus, & specialiter domus dicti Angeli, & Cechi, de Iugo prædicti, prout dicti Angelus, & Cechus nixi sunt probare, ut in processu continetur, quapropter dicti Angelus, & Cechus petunt à dicto Antonio damnum suum, ac interesse resarciri, prout in eorum petitione continetur; super qua quidem lite, seu quæstione longus fuit, & est agitatus processus, & tamen Dominus Capitaneus, qui pro tunc erat in dicto Castro Cunispergi, ipsam quæstionem commisit aliquibus hominibus, qui vocantur vasalli, comitatus Cunispergi; qui vasalli sententiauerunt inter alia, quòd dictus Antonius dare deberet prædictis Angelo, & Cecho plaustrum vinum vini, quod vinum non fuit, nec est petitum, & certa alia fecere, quæ in petitione minimè deducta sunt, ut in petitione, & sentẽtia latius continetur. Quam quidem sententiam dicti Angelus, & Cechus, nullam

iam dixerunt, & dicunt, & si fortè aliqua esset, quod tamen per ipsos negatur ab ea se appellant tanquam iniqua, & iniusta; seu reclamant, & petunt eam reduci ad arbitrium boni uiri, tanquā enormissimè læsi, si sit in casu quo ab ipsa reclamari debeant, & possint, prout hæc & alia latius cōstant in suo libello appellatorio, ex quo casu de pluribus dubitatur, & primò.

An Antonius, cuius vt dicitur culpa, & negligentia dictum incendium prouenit sit condemnandus ad damnum & interesse prædictorum Angeli, & Cechi reficiēdum, non obstante sentetia absolutoria lata per dictos Vasallos.

Secundò posito, quòd dictum incendium prouenerit culpa, & negligentia dicti Antonii. An dictus Antonius, aliter sit puniendus, quàm ad damnum, & interesse prædictorum Angeli, & Cehi reficiendum.

Tertiò an testes examinati in præsenti processu plenè deponant adeò ꝙ per eorū depositiones dictus Antonius sit condemnandus, uel absoluendus à petitione dictorum Angeli & Cechi.

Quartò an sententia dictorum vassallorum ualeat, & maximè, quia in ipsa sententia continentur aliqua quæ in libello minimè petita sunt, & sic ultra uires commissionis seu compromissi.

Quintò, posito, ꝙ dicta sententia sit aliqua aliquo iure, an ab ipsa sententia possit nunc per prædictos Angelum, & Cechum appellari, seu reclamari, & peti reduci ad arbitrium boni uiri, eo maximè, quia iam lapsi sunt anni nouem vel circa ꝙ dicta sententia lata fuit, nec appellatio seu reclamatio prosecuta fuit per ipsos Angelum & Cechum.

Sextò & ultimò posito, ꝙ dicta sententia nulla sit. An dicti Angelus, & Cechus possint exceptionem nullitatis opponere eo maximè, quia iam sunt anni nouem uel circa, quibus dicta sententia lata fuit.

IN CHRISTI nomine, eiusque beatissimæ matris Virginis Gloriosæ, necnon beatorum vtriusque Antonii, totiusque cœlestis curiæ triumphantis Amen. Requisitus, ut scribam quid iuris sit super quadam sententia lata per aliquos homines, qui vocantur vasalli comitatus Cuiuspergi, in quadam causa incendii prout in casu ꝓposito, & dubiis apparet, &c. Omissis igitur primis tribus dubiis, quia ꝓ præsenti super ipsis dubiis non sum cōsultus, venio ad decisionem quarti dubii, & cæterorum. Et circa quartum dubium dū quæritur, an sententia dictorum vasallorum valeat, &c. sine multitudine argumentorum, dico dictam sententiam

1 nullam pluribus rationibus † & primò, quia si bene aduertatur libellus est ineptus, & malè formatus, ut ex inspectione dicti libelli apparet. Ergo dicta sentētia nulla, ut dicit text. in auctenti. offeratur, C. de lit. contestatio. † facit ad hoc

2 in argumen. C. de senten. ex breui. recit. l. ii. & extra de lit. contesta. c. vnico, ubi dicitur, ꝙ non per positiones, sed per petitionem in iure positam valet sententia, ut in c. licet hely. extra de simo.

3 Præterea † ex processu mihi tradito, nō apparet, quòd lis fuerit contestata, & ubi non est contractio litis, sentētia est nulla ipso iure, ut C. de tempo. appel. l. ult. §. illud, & extra vt lit. non contesta. per tot. & extra de causa possession. & proprie. c. i. & de purg. cano. c. cum dilectus, & ii. q. vi. c. diffinitiua, & C. de iudi. l. properādum. §. i. cum ibi not. cum similibus.

4 Item † si bene aduertatur in processu illorum vasallorum non est seruatus aliquis ordo iudiciarius, ut latius etiam infra dicetur. ergo sententia nulla, ut dicit text. in l. prolatam, C. de senten. & in terrocu. om. iudi. & extra de rescrip. c. cū dilectus, & c. dilecti, de appellation. & de regu. iur. c. in causis, & ff. de vulg. & pupil-

5 la. l. i. † ubi dicitur, quòd ordo scripturæ non est peruertendus.

6 Item † in prædicto processu non apparet, quòd sit iuratum de calumnia, & per consequens sententia nulla, vt in l. ii. §. quòd si actor, C. de iuramen. calumniæ.

7 Item † prædicta sententia dicitur nulla, quia si bene aduertatur isti vasalli, qui hanc tulerunt sententiam dati sunt

ad

ad certam rem iudicandam, & ipsi de alia pronunciauerunt, ut in petitione & sententia apparet; & ideò sententia nulla, ut C. si à non competen. iudi. l. i. & argu. extra de testi. c. de testibus, facit etiam. c. cũ olim, extra de offi. delega. & c. ex literis, eod. tit. & sic apparet, quòd excesserunt potestatem sibi attributam, quod esse non debet per iura præallegata, etiam si prædicti vasalli fuissent arbitri, vel arbitratores, ut in l. non distinguemus, §. de officio. ibi, nisi de qua re compromissum est &c. & §. si ibi nihil extra compromissum facere potest &c. ff. de arbit. faciunt not. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligationi.

8 Item † si bene aduertatur ad processum, non apparet, ꝙ isti vasalli ullam habuerint potestatem iudicandi, quia in commissione non apparet; & sic sententia nulla tanquam ab incompetenti iudice lata, ut C. si à nõ cõpeten. iudi. l. ii. & l. ult. & de iurisdi. omni. iudi. l. priuatorum, & arg. in l. si pater, C. ne de sta. defuncto. & ff. de iud. l. i. & de iniuncto testa. l. si quis exhæredato, §. si quis fuerit damnatus, & C. de pœnis l. ii. & extra de fo. competen. c. significasti; & extr. de cri fal. c. super eo. & de consuetu. c. ad nostram, & de iudi. c. at si clerici, & ii. q. i. in premis. ergo, &c.

9 Subsequenter apparet, † ꝙ dicta sententia est nulla, quia sententia debet ad acta referri, & esse cõformis libello, aliàs non ualet; ut in l. ait prætor, §. i. ff. de re iudi. & in l. i. & ibi per D. Paul. C. de ordi. iudi. sed in casu nostro sententia ad acta non refertur, nec est conformis libello. ergo sententia nulla, prout etiam infra latius apparebit.

Insuper probatur per argumentum à
10 contrario sensu, † ꝙ dicta sententia sit nulla. Nam isti iudices, seu vasalli dicunt, visis petitione & responsione, & iuribus utriusque partis &c. quæ omnia licet ex processu non appareant interuenisse, tamen si sententia ipsa lata fuerit partibus præsentibus, & non appellantibus, ut tangit Bar. in l. si. ff. quan. appellan. sit, & Canonistæ in c. quoniam contra falsam, extra de probat, & in c. cum in iure peritus, de offi. delega. omnia præsumuntur interuenisse. Ita concludit Bar. de contestatione litis in d. l. si. quando appellan. sit, & omnia alia acta præsumuntur præcessisse, adeò ꝙ si in sententia apponantur ista verba videlicet, uisa litis cõtesta. coram nobis facta &c. & ab ipsa sententia non fuerit appellatum, ꝙ tunc omnia præsumuntur solemniter acta. ar. l. ii. C. de relationi. Idem dicunt Canonistæ, si sententia lata esset de longinquo, & non esset appellatum, seu reclamatum, ut in casu nostro, quòd uidetur verum de omnibus actitatis in iudicio, secundũ quòd tenet Inno. in d. c. cum in iureperitus, & per Glo. in cle. i. de probat. quæ idem dicit, & per Cy. in auct. si quis in aliquo documento C. de eden. & in l. emancipatione C. de fide instru. Cum ergo in casu nostro reperiatur, ꝙ in processu acta necessaria non interuenerint, & quòd ab ipsa sententia fuerit appellatum, seu reclamatum, prout patet ex processu, & libello appellatorio; meritò concludemus
11 sententiam ipso iure nullam † à qua sententia nulla necesse non est, quòd appelletur, ut C. quan. appella. non est necess. l. venales, & extra de vita & honesta. cle. c. ab omni, & ii. quæst. vii. c. uenales, & ca. quoniam.

12 Præterea, & ultimò † ꝙ dicta sententia dictorum vasallorum sit nulla, patet; quia lata sine causæ cognitione, ut patet ex eius inspectione: quia uno, & eodem die fuit facta commissio, & lata sententia, igitur non valet, nec excusationem meretur, ut in l. ex stipulatione C. de senten. & interlo. omni. iudi. & de iud.
13 l. iudices, & ratio est, † quia sententia non est præcipitanda, ut dicit tex. in l. ii. C. de senten. & breui. reci. ibi, ut iudices, quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, non subditas, sed deliberatione præhabita post negotium, sententias ponderatas sibi ante forment &c.
14 & in cle. pastoralis extra de re iudi. † Immo si bene esset peritus super tali sententia ferenda, consilium habere deberet, & maximè cum sit magni præiudicii, & magnæ quantitatis, ut in præallega. l. ii. C.

de senten. & breui. reci. & extra de dolo, & contu.c.cum olim,& extra de consuetud.c.ad nostram.

15 Et ideò † in sententiis debent apponi ista uerba, videlicet, cognitis, & inuestigatis ad plenam causæ meritis &c. quia sententia non debet ferri, nisi liqueat de meritis causæ, de quo in c.prout,de dolo & contu. cum simili. & not. in l. Paulus respondit,ff. de re iudi. & ibi per Doct.& per Bal.in l.terminato,C. e fructi. & lit. expens. & in præallega.l. ii C. de senten. ex breui. recitan. & per excellentissimum Dominum meum, Dominum Paul. de Castro in l.properandum, §.& si quidem,

16 ibi in text. ibi acta apud se &c. † Et ideò iudex, siue arbiter, uel arbitrator, debet plenè deliberare, & consilium peritorum diligenter quærere ,& cum peritis super negotio conferre, inspiciendo petitionē iuxta quam sententia est ferenda seu formanda, ut ff famil. ercis. l in hoc iudicio, & in leg. fin. C. de fideicom. libertat. & extra de accusatio.c.qualiter, el secundo & de simo. c.licet hely,& supra aliquid tetigi. Ac ēt debet inspicere responsionem rei,positiones,articulos,& alia acta causę ut dicit Specul. plenè in ti. de requisitione consilii, ergo dicitur in sententia deliberatione præhabita, uel participato consilio cum peritis &c. Sed in casu nostro,in sententia lata per dictos vasallos licet omnia prædicta apponātur, tamen non est uerisimile, ꝙ interuenerint,quia lata eadem die & hora, ut ex inspectione ipsius sententiæ apparet. Ergo sententia nulla per rationes & iura præallega. Quæ exceptio nullitatis potest opponi, quandocunque; & maximè secundum formam statuti ciuitatis Tridenti positi, sub rub. de cognoscendis causis appellationum, ibi, quæ dicta sunt de appellationibus, locum non habeant, quando dicitur ista sententia ipso iure nulla &c.

17 † Ex quibus omnibus patet conclusio, circa quartum, & ultimum dubium, uidelicet, ꝙ prædicta sententia lata per dictos vasallos, sit ipso iure nulla, & quòd exceptio nullitatis possit opponi, non obstante lapsu temporis nouem annorum,vel circa.

18 Circa penultimum dubium † videlicet posito, ꝙ dicta sententia sit aliqua, &c. breuiter dico, ꝙ si sententia fuisset aliqua in principio, & dicti Angelus, & Cechus licet interposuerint appellationem suam infra tempus à iure statutum, si eam non fuissent prosecuti infra tēpus à iure statutū. videlicet secundum formā statutorum infra tempus lx. dierum, cum solemnitatib⁹ requisitis in statuto de appellationibus,uel infra tēpus à iure statutum quod est infra annum, vel ex causa infra biennium,vel trienniū;ꝙ appellatio esset deserta, nec ualeret appellatio, ut C.de appellatio l. in offerendis,& de tempori appella. l.ei qui, & in l.fi.§. illud, & extra de appella.c. cum sit Romana, & c. constitutus, & ii. q. vi. si quis appellans, quod tamen verum intellige, nisi iudex largius tempus fuerit moderatus, ut in dictis iuribus & maximè in d.c.cum sit Romana, quod tamen non apparet in casu nostro.

Ex quibus breuiter apparet decisio penultimi dubii, videlicet, ꝙ si dicta sententia fuisset aliqua, appellatio non posset prosequi de iure cōmuni, ꝑpter lapsum temporis;quod ēt uendicat sibi locū de iure municipali, ut in præallegato statuto circa principiū. Sed in casu nostro sententia fuit ipso iure nulla, pro ut supradictū est per rationes,& iura præallegata.

Quæ sententia,cum nulla sit, exceptio nullitatis potest quandocunque apponi tam de iure ciuili communi, quám municipali, ut supra conclusum est, meritò concludemus dictum Angelum, & Cechum posse opponere dictam exceptionem nullitatis, & dicere dictam sententiam nullam, non obstante, ꝙ tempus nouem annorum, uel circa sit lapsum, & per consequens Vos M. D.Capita. debetis pronuntiare dictam sententiam dictorum vasallorum fuisse & esse nullam ipso iure,& partes absoluere, ab obseruatione præsentis iudicii: uidelicet ponere partes in sua pristina libertate agendi, &c. In expensis uerò factis in præsenti causa debetis partes absoluere, quia

utraque

ūtraque ipsarum habuit iustam causam litigandi. Laus Deo omnipotenti.

Et ita ut suprascriptum est, dico, & consulo iuris esse Ego Melchior de Facinis de Padua legū Doctor, pro Illustrissimo Principe, & Excellentissimo D. Domino Sigismundo Dei gratia Duce Austriæ, Sthyriæ, Charinthyæ, ad Carniolæ Comiteq; Triolis. &c. ac Dom. Tridenti dignissimo, &c. in tēporalibus Vicarius Tridēti, saluo semper cōsilio cuiuslibet melius sentientis in quorum fidem me subscripsi: & solito sigillo sigillaui. Ad laudem Dei omnipotentis Amen.

CONSILIVM D. MELCHIORIS DE FACINIS PATAVINI LEGVM DOCTORIS.

Per modum allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius tam ciuiliter, quà criminaliter puniri potest.*

2 *Incendiarius qualiter puniatur criminaliter*

3 *Incendiarius quomodo ciuiliter teneatur.*

4 *Incendio dolo immissò, qualiter incendiarius criminaliter puniatur.*

5 *Incendiarius quomodò puniatur, quando lata culpa incendium fuit immissum.*

6 *Incendiarius in uno eodemque processu ciuiliter, & criminaliter puniri potest.*

7 *Incendiarius, quando leui culpa incendium immisit, qualiter puniatur.*

8 *Incendium quando non apparet à quo sit imissum, præsumitur ab habitantibus in loco immissum*

CONSILIVM LXXXI.

IN Christi nomine Amen. Coram vobis Egregio, & sapienti viro Domino Vito de Amblo, assessore nobilis, & potentis militis D. Ioannis de Sporo, honorandi Vicarii generalis Vallis Annaniæ, & Solis, pro Reuerendissimo in Christo patre, & D.D. Georgio Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopo Tridentino &c. Comparet, & se præsentat Accorsinus de Plizano, & in cā quam habet cū spectabili & generoso uiro D. Georgio de Sporo, occasione cuiusdam ferrifocinę cōbustæ, &c. & in fauorē suæ partis ꝓducit infrascriptas allegationes in iure.

1 † Et primò circa præsentem casum, seu ꝓcessum, si bene consideretur processus prædictus Dominus Georgius agit contra p̄dictū Accorsinum, ciuiliter ad emendā damni p̄dictæ ferifocinæ; non criminaliter ad pœnam, utroque tamen modo pōt cōtra incendiarium ꝓcedi, ut dicit Bar. plenè in

2 l. iiii. ff. de offi. p̄fec. vigil. † et Cy. in l. data opera, C. qui accu. non poss. & ibi latius per Bal. & Saly. ubi ponitur per prædictos Doct. quomodo, & qualiter agatur, & puniatur incendiarius criminaliter. Sed quia pro nunc nō est materia nostra non insi-

3 stam. † Sed qualiter incendiarius ciuiliter teneatur not. per Saly. in l. quæ fortuitis, C. de pig. actio. & ibidem per Bal. & ista est ꝓ præsenti materia nostra. Circa quā etiam aduertendum est, & secundum prædictū Bal. pro pleniori doctrina sic distinguendum, videlicet, ꝙ quandoque incendium fit dolo, quandoque lata culpa, quā

4 doque leui. † Primò casu non est dubiū quòd incendiarius punitur non solùm ad emendam damni, sed etiam corporaliter; quia aut igne concrematur, aut decapitatur, aut furcis suspenditur secundum conditionem personarum: siue incendium fiat in ciuitate, siue opido, siue in rure: de hoc est tex. cum Glos. in l. qui ædes, ff. de incen. rui. & nau. & in l. capitalium, §. non nunquam, ff. de pœnis. & in præallegata, l. data opera, C. qui accusat. non poss. & ibi per Bar. qui dicit, quòd iudex arbitrabitur, an debeat decapitari, an furcis suspendi &c. Sed quia non est casus noster, non est insistendum.

5 Secondo † casu, quando lata culpa cōmittitur incendium, tunc aut incendium est magnum, & inponitur pœna corporalis, mitior tamen quàm si dolo esset commissum, ut ff. de incen. rui. & nau. l. si fortuito, secundum unam opinionem: secundum aliam opi. & maximè Bal. debet puniri alia pœna corporali leuiori, vel grauiori, pecuniaria, arg. ff. ad l. Cor.

de sicar. l. i. §. Diuus, ita sentire videtur Bald. in præallega. l. data opera, & in l. si fortuito, Sed ad emendam damni non est dubium, q teneatur incendiarius, quan-
6 do lata culpa incendium immisit. † & simul in uno eodemque processu potest incẽdiarius ciuiliter, & criminaliter puniri, ut in l. qui ædes, ff. de incen. rui. & nau.
7 Tertio † verò casu, quando incendium fit leui culpa tantum. dicit Cy. in d. l. data opera, q isto casu nulla pœna crimina liter punitur, sed bene punitur in emendatione damni tantum, hoc intelligitur si incendiarius haberet unde soluere, si verò non haberet unde soluere debet luere in corpus, ut in dicta l. qui ædes, ita quòd ex leui culpa non oritur duplex via agendi, scilicet ciuiliter, & criminaliter, sed una tantum via, scilicet ciuilis oritur. & idem not. Cy. in l. si quis non dicam rapere, C. de episco. & cleri. Sed nunc videndum est, an dictus Accorsinus dictum incendium immiserit; aliquo ex tribus casibus, & certè dicendum est quòd non; quia non apparet, quòd dictus Accorsinus fuit in dolo, nec in culpa lata, nec leui. ita, quod dicendum est dictum Accorsinum esse absoluendum ab impetitione prædicti Domini Georgii, & quòd domino Georgio competat ius agendi contra Lauterium, cui ipse dictam Ferrifocinam locauit; sed qua uia, an ciuili tantum, an ciuili & criminali, pro præsenti hoc discerni non potest, quia nec ex processu, nec ex dictis testium potest colligi, an dictum incendium prouenerit dolo, aut culpa lata, aut leui ipsius Lauterii, qui dictam Ferrifocinam conduxerat, & in custodia habebat, & claues ipsius focinæ samper habuit; secus fortè esset si dictus Accorsinus habuisset claues ipsius
8 focinæ, † quia, quando dubitatur à quo ignis fuerit immissus, semper præsumptione iuris videtur immissus ab habitantibus, uel ab habentibus custodiã rei, ut in præalleg. leg. iii. §. i ff. de offi. præfect. vigil. & ibi per Doctor. Ex quibus omnibus videtur concludendum, quòd vos D. Vicarie debetis absoluere prædictum Accorsinum ab impetitione prædicti domini Georgii, per rationes, & iura præallega. Laus Deo.

Melchior de Facinis legum Doct.

CONS. D. MELCHIORIS DE FACINIS DE PADVA.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest esse testis in causa filii, & è contra, & ita intelligitur de omnibus parentibus in infinitum, parte non contradicente, & nume. 2.*

3 *Intellectus ad l. parentes,* C. *de testib. cum similibus.*

4 *Inimicus capitalis contra inimicum, in testem non admittitur.*

5 *Inimicus capitalis dicitur accusans de crimine, pro quo mortis pœna imponitur.*

6 *Leuis inimicitia testem non repellit.*

7 *Suspecti de inimicitia capitali ad legitima testimonia non admittuntur.*

8 *Semel inimicus semper præsumitur inimicus, nisi reconciliatio probetur.*

9 *Fama est res preciosissima.*

10 *Testis cui minor fides est præstanda, an sit examinandus, arbitrio iudicis relinquitur.*

11 *Procurator in testem non debet admitti.*

12 *Domesticus in causa domestici testificari potest, quando veritas aliter haberi non valet.*

13 *Domestici qui dicantur,*

14 *Infamis, & in peccato mortali existens, an ad testimonium sit admittendus.*

CONSILIVM LXXXII.

NOBILIS & egregie Domine Ioannes Zuchelrigel honorande vicarie iurisdictionis Perzini &c. Præteritis diebus nobilitas vestra mihi tradidit certas exceptiões factas per magistrum Matthæũ Carueserium de Burgo Perzni, contra testes producendos per Gabrielem speciarium in dicto burgo Perzini, in certa causa & quæstione pendente inter dictas partes, cum certis replicationibus factis per dictum Gabrielem, nam dictus Matthæus dicis, q testes producti per dictum Gabrielem in dicta causa non debent examinari ex aliquibus rationibus, & causis

per

per eum dictis & allegatis vt in processu latius constat: quas quidem exceptiones & replicationes, & rationes allegatas per ipsas partes, vt rem gratam facerem nobilitati vestræ diligéter vidi & examinaui, & quia à me petitis cõsilium, quæ sint partes vestræ, an in examinando dictos testes vel eos repellere iuxta petita per dictas partes, ideò breuissimè dico & consulo vt infra.

Et primò circa primum, videlicet, an filii dicti Carneserii debeant examinari contra patrem suum, &c. conclusiuè dico, quòd regulariter pater non potest esse testis in causa filii, nec è contra per tex. in l. parentes, C. de testibus. & hoc intelligitur de omnibus parentibus in infinitum, secundum Gloss. in præalleg. l. parentes, & per Specul. in titu. de testib. in §. i facit etiam text. in l. quamquam, ff. de in ius vocan. dico siue parentes habeant filios in potestate, siue non. secundum communem opinionem, quod tenet Spec. in prædicto titu. de testi. in d. §. i. circa princip. & ratio est propter affectionem, quæ consideratur in testibus. Quæ regula fallit in pluribus casibus, & maximè quando aduersarius, contra quem dicti filii possent deponere, contentaretur, ꝙ filii aduersarii sui examinarẽtur pro testibus, vt in casu nostro, nam dictus Gabriel contentatur, ꝙ filii dicti Carnesserii examinentur in dicta sua causa, quam habet cum dicto magistro Matthæo, quo casu pater potest contra filium in testem produci, & è contra, & fuit dictum Guido. de Suza. in d. l. parentes, quem sequitur Io. And. in addi. Spec. in ti. de testi. §. i. in princ. facit ad prædicta tex. in l. fi. C. de tẽp. app. Ex quibus patet quòd filii dicti magistri Mathæi Carnesserii, possunt & debent examinari & deponere in dicta causa.

3 Non † obstant iura in contrarium allegata ut l. parentes, cum simi. supra allegat. quia dicta iura loquuntur, quando ille contra quem producuntur similes testes non contentaretur, quòd examinarentur tales testes in causa, ergo, &c.

4 Item † circa secundum, dum dicit dictus Carnesserius, quòd Cerrus de Perzino non est idoneus testis, nec debet examinari in dicta causa, & hoc quia idem Cerrus inimicatur dicto Carnesterio, capitali inimicitia, quod patet, quia idem Carnesserius eum percussit, & vltra percussionẽ ipsum diffamauit, dicendo ipsum esse furem, prout patet in processibus criminalibus agitatis coram vobis Domino Vicario, qui processus adhuc pendẽt, ex quibus constat, quòd dictus Cerrus sit inimus capitalis dicti Carnesserii, quo casu erit ipse Cerrus repellendus à testimonio, nec debet examinari, hoc probatur in l. iii. in princip. ff. de testib. & in auc. de testib. §. si uerò dicatur odiosum, & ibi not. & in auctem. si dicatur, C. de testi. in fi.

5 & quòd prædictus † Cerrus dicatur inimicus capitalis patet, quia dictus Cerrus dictum Carnesserium accusauit, & ipsum accusauit de crimine, ex quo imponitur pœna mortis, ut not. per Glo. in ititu. de excusatio. tutor. §. inimicitiæ, & in d. auct. de testib. §. si verò dicatur odio-

6 sum, † Propter leuem autem inimicitiã non debet repelli, vt in præallegat. l. iii. in fi. cum seq. & no. per Spec. ubi supra, Idẽ tenet Inno. in c. cum oporteat, de accusat. dicit enim capitales inimicos esse repellẽdos, vt in capi. per tuas, de simonia. & in cap. inimicitiæ, & in c. quòd suspecti. iii. q. v. si autem non sit capitalis inimicus, tunc admittitur talis inimicus in testẽ, sed minorem fidem habet, secundum Inno. in

7 c. cum P. Manconella. de accusation. † vbi etiam dicit Inno. ꝙ non solum repelluntur inimici capitales, sed etiam suspecti de inimicitia capitali, ita etiam dicit Bal.

8 in d. auc. si dicatur. † Et qui olim fuit inimicus, semper præsumitur inimicus, ut in præallega. c. cum oporteat, de accusat. & in regula semel malus, de regu. iur. lib. vi. nisi fortè probetur reconciliationem factam esse arg. l. iii. in fi ff de adimen. leg. quæ reconciliatio non probatur in casu nostro. Dicit etiam Archid. in c. accusatores. iii. q. v. quòd iudex debet inuestigare, quæ reconciliatio fuerit secuta, quales sint, & quales præcesserint inimicitiæ, & secundum qualitatem inimicitiarum, & actum reconciliationis, testis vel debet ad-

admitti, uel repelli. Sed in casu nostro, attento, quòd inimicitiæ præcesserunt ex causis criminalibus; ut quia idem Cerrus expoliauit dictum Carnesserium sua
9 fama, appellando ipsum furem,† quia fama est res pretiosissima, ut v.q.iii.c.facta, magnum est damnum datum propter infamiam, ut l. infamia, C.de decurion. ac etiam quia eũ verberauit, & uulnerauit, & de dictis vulneribus adhuc pẽdet processus, quo casu dictus Cerrus repellitur, tanquam inimicus, ut in præallega. autten.de testib.in §. si verò quis,& in l. i.§. quæstioni, ff.de quæstionib. & in iuribus superius allega.

Quæ autem dicta sunt de dicto Cerro,idem in omnibus, & per omnia dicendum est de Vinciguerra, qui vt dicitur etiam verberauit ipsum Carnesserium, & filius dicti Vinciguerræ uerberauit filium dicti Carnesserii acriter,&c. per rationes & iura præallegata, dummodo dictæ inimicitiæ probentur, quæ si non fuerint probatæ, non impedient examinationẽ ipsorum testium, ut notatur in præallegatis iuribus.

Iacobinus autem alter testis inductus ut supra,examinandus est,nec propter illa uerba per eum prolata contra dictum Carnesserium, licet sint iniuriosa, uenit à testimonio repellendus; licet fortè ei fides minuatur, eo maximè,quia de dictis uerbis iniuriosis pendet adhuc processus,nec apparet de reconciliatione, per iura præallegata.

10 Idem † dicendum est de Moceto, qui nõ est repellendus, sed debet examinari, licet forte ei minor fides sit præstanda, quod tamen relinquitur in arbitrio iudicis, ut in præallega.auct.de testib. in §.si uerò quis,& in l.1.§.quæstioni.ff.de quæstionib.facit capitu.super iis, cum ibi no. de accusatio.

Idem dicendum est de filio Blasii de Viarago, quia non potest dici inimicus ex causa criminali, licet sit odiosus ex alia causa quo casu testificatur, sed quanta fides ei adhibeatur, relinquitur arbitrio iudicis, vt in præallegatis iuribus.

11 Item† ad aliud, dum dicitur de Ioanne Bolech, ꝙ sit procurator dicti Carnesserii,&c. dicendum est quòd dictus Ioãnes non debet admitti in testem, quia procurator durante officio suo procuratoris non debet in testem admitti, ita no.Glo. in l.deferre,in §.idem decurio,ff.de iure fisci.& ff.de testib.l.mandatis,& in c.fin.extra de testib.lib.vi. Idem tenet Specul. in titu.de teste in §.Item quòd fuit in eadẽ causa procurator, ubi concludit,ꝙ procurator non possit esse testis in causa,&c. & maximè durante adhuc officio procuratoris, sed finito officio, bene fore ut admittatur, ut in capi.insuper, de testib. & ibi per Inn.qui concludit, quòd procurator durante officio, & eo exercente non potest esse testis. Aliqui tamen indistinctè tenent,quòd procurator non admittatur in testem, siue durãte officio, siue eo finito;& hoc propter affectionem quam habet ad causam; ut not per Alber. in tracta.suo de testib.ibi an procurator possit esse testis,in causa in qua est procurator: & ita in casu nostro dicendum est per rationes, & iura præallegata.

12 Item† ad aliud, dum dicitur ex quo vbicunque locorum de iure est, quòd vnusquisque cum suis attinentibus,seu consanguineis, nec famulis suis, &c.vbi videtur uelle dicere, quòd domestici non possunt testificari, pro domestico, &c. Ad quod dico quòd re ulariter domestici non possunt testificari, vt in l.etiam, C.de testib. & l.idonei, C.de testib. Fallit tamen hæc regula, quando non esset possibile aliter ueritatem habere,vt C.de repudi.l. consensu.& C.de naufra l.quoties,lib.x.ut puta si rixa facta est in domo, de qua non põt sciri veritas,nisi per eos de domo.Idẽ si est in naui maritima,ut ĩ dictis legibus.

13 † Et secundum communem opinionem omnes stantes & habitantes in eadem domo,appellãtur domestici, ut ff. de pœ. l.res. Dicitur etiam domesticus ille qui est in eadem cognatione, ut C. de emẽdat.propin.l.i.ibi,domesticæ laudis.&c.& in l.fi.facit.ff de ædil.edi.l.ædiles, §.i. & l. quod si nolit,§.idem ait, & ff.vi bonor.rapto.l.ii.§.familiæ,& l. pronunciatio, §.familiæ,ff.de verbo.sig.quod intellige cũ limita-

mitatione de qua supra. videlicet dummodò non sit de uoluntate illius, contra quẽ producitur, per rationes & iura allegata supra, dum dicitur dè patre contra filiũ, & è contra. de quibus omnibus latius dic vt per Albe. in tracta. suo de testib. ibi sed quid erit de familiaribus, cum ibi notatis.

Item ad id quod dicitur de Antonio, qui, fre
14 git figuram crucifixi, &c. † videtur dicendum, quod sit infamis infamia iuris, & in grauissimo peccato mortali cõstitutus quo casu non est in testem admittendus, facit tex. in l. iii. §. lege Iulia, ff. de testi. faciunt notata. iiii. q. iii. c. si testes, extra eo. c. ex parte, quod est verum de iure canonico, de iure verò ciuili dico contrarium, per notata in præallegata. l. lege Iulia. ff. de testi. nisi fortè esset condemnatus: quia tunc esset infamis infamia facti, quod an sit in casu nostro, hoc non apparet in processu, ideò dicẽdum est, hoc esse relinquẽdum in arbitrio iudicis iudicare debentis.

Ex quibus omnibus concludo, primò, quòd filii dicti Carnesserii sint examinandi dũmodo sit de voluntate dicti Gabrielis cõtra quẽ ꝑducũtur. Item cõcludo ꝙ dicti Cerrus, & Vinciguerra non sint examinãdi, nec admittendi tanquàm inimici dicti Carnesserii, probata tamen dicta inimicitia. Iacobinus autem & cæteri omnes sunt admittendi, & examinandi in dicta causa, reseruato dicto Carnesserio omnibus suis exceptionibus producendis post publicationem processus. Quibus visis ꝑ D. Vicarium, ipse D. Vicarius cognoscet quanta fides sit testibus adhibenda, iuxta no. in l. iii. ff. de testibus.

Et ita ut supra scriptum est dico & consulo iuris esse Ego Melchior de Facinis de Padua, legũ Doctor, in quorũ fidem me subscripsi, & solito sigil lo sigillaui. Ad laudẽ Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM D. IACOBI LEONISSA.

SVMMARIVM

1 *Testes quando contrarij dicantur, & num. 9.*
2 *Dicens incumbit onus probandi.*
3 *Actore non probante, reus absoluitur.*
4 *Parìa sunt, aliquid non esse factum, uel minus legitime factum.*
5 *Processus ex ordinis peruersione uitiatur.*
6 *Iudex procedens contra aliquem inquisitione generali uel speciali, ex officio seu ad instatiam, debet reo dare capitula, & nomina testium, eorumque dicta.*
7 *Testes non possunt examinari parte non citata ad uidendum eos iurare.*
8 *Defensio cum sit de iure naturali, alicui auferri non potest.*
10 *Testis singularis non probat.*
11 *Testis magna amicitia coniunctus, à testimonio repellitur.*
12 *Sæpe manus fallit, & oculus obstetricum,*
13 *Testis non omnino integer, non probat.*

CONSILIVM LXXXIII.

1 IN Christi nomine Amen. † Visa monitione generali, & particulari, facta per Reuerendum Dominum Vicarium, Reuerendissimi Domini Episcopi Paduani, magistro Andreæ Sclauono sutori, & eius vxori, habitantibus in contrata Sancti Petri, ad instantiam ser Antonii Lucæ notarii, asserti generis, & hæredis quondam magistri Marci aurificis, ꝙ deberet restituere certa bona, sibi magistro Andreæ in saluum data, per Dominam Magdalenam vxorem quondam magistri Marci prædicti, tanquam de bonis ipsius magistri Marci, pertinentibus ser Antonio notario ipsius magistri Marci genero & hæredi, quæ quidem bona in dicta monitione descripta dictus magister Andreas inficiatur habuisse & recepisse. Et visis tribus testibus super inde ad instantiam ipsius ser Antonii contra ipsum magistrum Andream examinatis, scilicet D. Magdalena uxore dicti Magistri Marci. D. Catherina textrina pãnorũ lini uxore ser Danielis, & ser Hieronymo de stateris: Dico quòd prætextu dictarum depositionum nihil potest attentari contra ipsum magistrum Andream, nec propter illas procedi ad aliquam coactionem restitutionis ipsorum bonorum, nec ad ipsius excommunicationis publi-

cationem contra ipsum, & si processum est ad publicationem, illa debet reuocari, & pars aduersa in expensis condemnari, immò dictus magister Andreas hoc casu agere posset contra partem aduersam actione iniuriarum, & ratio est ista, quia re
2 gula est in iure, † quia quod quis dicit debet probare, nam dicenti incumbit onus probandi, l.i.C.de proba.c.vt nostrum, vt ecclesiasti.benefi.siue diminu.confer.c. si.
3 de iureiurã.cum similib. † & actore non ꝓbante, &c.reus absoluitur l.actor, C.de ꝓ
4 batio. & d.c.ut nostrum. † & ista sunt paria in iure, aliquid non esse factum, uel minus legitimè factum.c.qualiter, & quando, el.i.de accusa.c.exhibita de iudi.vbi ꝓ
5 batur † quòd peruersio ordinis uitiat processum, facit tex.in c.ad petitionem, de accusa. ubi Papa totum processum delegati reuocauit, propter iudiciarium ordinem omissum per partem, & non seruatum.
6 Nam † dictæ probationes dictorum triũ testium sunt nullæ, pluribus de causis, Primò, quia receptæ ad instantiam ser Antonii parte non citata, nec monita, nec requisita. Secundò, quia huiusmodi dicta testium non fuerunt publicata magistro Andreæ, nec data fuit sibi illorum copia, nec terminus ad dicendum contra: quæ duo nõ debent denegari in inquirendo, tam in inquisitione generali quàm speciali, quãdo ex inquisitione ꝓceditur contra aliquem, etiam ex officio: & multo fortius quando ad partis instantiam, vt est tex.expressus in c.qualiter, & quando, el.ii.in §.debet, extra de accusat.ubi is qui inquiritur debet esse præsens, & ostẽdenda sunt ei capitula de quibus inquiritur, & nõ solum nomina testium, sed dicta sunt ei publicanda, ut quid & de quibus dicitur apparent, & contra illos legitimæ defensiones & exceptiones suæ sunt admittẽdæ, ne per suppressionem hominum infamandi, per exceptionum uerò, seu defensionum exclusionem deponendi falsum, audacia præbeatur. Igitur cum neutrum istorum fuerit factum, scilicet, nec pars magistri Andreę citata, nec dicta testium parti publicata, nec contra illa ostensa aliqua ipsius partis defensio, proculdubio hæc probationes sunt nullæ
7 & nulliter receptæ. † Quòd autem non possit aliquis testis examinari parte non citata ad uidendum iurare testes, est tex. expressus in c.in nomine Domini, de test. ii. q.i.in primis, & in l.iudices, C. de fide instru. Cum igitur istæ probationes sint
8 factæ sine partis defensione, † quæ sibi auferri non potest, cum sit de iure naturali, ut in clemen.pastoralis, §. cæterum, de re iudic.patet notoriè quòd dictæ attestationes sunt nullæ & nulliter receptæ, & ma-
9 gistro Andreæ minimè præiudicant. † Secundò dico quòd ubi fuissent etiam rite, & rectè receptæ dictæ attestationes parte præsente, monita & se defendente, quod non fuit factum, etiam ex alio capite, nõ præiudicarent magistro Andreæ, nec ꝓbarent, quia inter Domi. Magdalenam & ser Hieronymum est manifesta contrarietas & contradictio, & propterea testes contra Susanam fuerunt damnati, quia vnus dixit sub quærcu, & alter sub pinu. vt habetur & notatur, iii.q.ix.nihilominus. Nam Do. Magdalena deponit in fine sui dicti, quòd dum esset in domo Hieronymi super platea Dominii existente, misit pro magistro Andrea, qui illuc veniens confessus fuit se illa bona habuisse, & velle sibi restituere, audiente Hieronymo, qui erat in domo post hostium, & Hieronymus dixit, quòd requisitus ab ipsa Domi.Magdalena, quòd vellet se abscondere, & audire uerba quæ responderet sibi magister Andreas, quòd se latitauit ad quendam solarium, ubi dicta uerba audiuit. vnde cum ipsa dicat post hostium domus, & ipse dicat ad quendam solariũ colligitur notoria contrarietas, & cõtradictio inter eos, & sic eorum dicta uitiantur; per tex.in d.capit.nihilominus, & per ea quæ habentur & notantur in c.cũ causam, de testib.per Glo.in ver. de loco.
10 Remanet † igitur in hoc vno solo testis scilicet D. Catherina vxor Danielis, quæ est singularis, & non probat, per c. cum dilectus, de electio.c.cum dilecti, de accusation.& c.licet, de proba. Item ista non
11 est integra testis, † quia commater dicti ser Antonii notarii, & sic præsumitur

secum

secum magna amicitia coniuncta, quæ magna amicitia repellit testes, ut habetur in Specul. de teste in §. i. in prin. Item quia deponit quòd uidit dicta linteamina ad fenestram domus ipsius magistri Andreę, quæ dixit se fecisse, & dicit se credere hoc firmiter, quòd sint illa, quia alteri non fecit talia linteamina, in qua certa re decipi & errari facile posset ad solum uisum: sicut in similibus dicitur.
12 † quòd sepè manus fallit, & occulus obstreticum, ut in c. cum causam, de probatio. igitur ista testis, ut dixi, est singularis, & non facit semiplenā probationem
13 † quia non est omninò integra per notata, in l. admonendi, ff. de iureiuran. & sic non posset parti aduersæ deferri iuramentum in supplementum probationis not. in d. l. ad monendi, & in c. fi. de iureiur. quod etiam iuramentum non fuit petitū, nec delatum parti in supplementum, igitur liquet luce clarius, quòd ex dictis assertis probationibus non potuit nec potest magister Andreas condemnari ad restitutionem dictorum bonorum, nec propterea excommunicari, nec denuntiari, nec publicari excommunicatus, & si ob hoc fuit excommunicatus & denunciatus siue publicatus debent omnia reuocari, & pars aduersa sibi in expensis condemnari, & contra illam potest de illa iniuria magister Andreas agere. Laus Deo. Cætera suppleat excellantia Domini iudicantis.

Iacobus Leonissa I. V. D.

CONS. D. FRANCISCI DE PLACENTIA LEGVM DOCT.

SVMMARIVM

1 *Inuocatio diuini nominis, in quolibet principio facienda*
2 *Iudex timens delinquentis fugam potest ipsum capi facere ante indiciorum receptionem.*
3 *Creditor potest propria auctoritate debitorem de fuga suspectum capere.*
4 *Delinquens in flagranti crimine repertus capi potest.*
5 *Torqueri nemo debet ante indiciorum assumptionem.*
6 *Indiciorum copia ante torturam inquisito dari debet.*
7 *Testis unus, qui non est omni idoneitate idoneus, non facit indicium ad torturam.*
8 *Meretrix est infamis, nec ad testimonium admittitur in criminalibus.*
9 *In ciuilibus de modico præiudicio tractatur, respectu pœnæ corporalis.*
10 *Testis unus in ciuilibus non facit semiplenam probationem, nisi sit omni exceptione maior.*
11 *Socius criminis testis esse non potest.*
12 *Confessio emanata ab eo, qui torqueri non debebat, sibi non nocet.*
13 *Coytus Christiani cum meretrice publica, est impunibilis.*
14 *Vilitas vitæ meretricis indignas facit legum obseruatione.*
15 *Iudæus immiscens se carnaliter cum Christiana, qua pœna sit puniendus.*
16 *Statutum, quòd iudæus cognoscens carnaliter Christianam puniatur, non habet locum in publica meretrice.*
17 *Statutum per ius commune distinguitur, & limitatur.*
18 *Mulier non potest esse testis in causa criminali.*
19 *Certa doctrina dari non potest in materia indiciorum.*

CONSILIVM LXXXIIII.

1 IN Christi nomine Amen. † Serenissimi Imperatoris monet auctoritas, ut fiat principium decens, & amicabile Deo in auct. quomo. opor. episco. circa princ. & Gratianus i. q. i. c. cum Paulus & c. principatus. Ideò optimi, maximique Dei
2 inuocato præsidio. † Viso casu Samuelis hebræi detenti, & maturè pensato, videtur primò dicendum dictum hebræum rite fuisse captum, etiam antè assumptionem indiciorum: quia, quando potestas timet ne malefactor fugiat, eo quod suspectus est propter fugam, vel criminis enormitatem; uel propter conditionem personæ: uel pœnæ grauitatem, tunc potest incipi à captura c. si clericus, de senten. excommu. lib. vi. quem text. ad hoc ponderat Ang. in §. scientes. in auct. ut
3 iudi. sine quo. suffra. † Nam si in causa ci-

uili licitum est creditori debitorem defuga suspectum propria auctoritate capere l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de iis quæ in fraud. credito. quanto magis in criminalibus, & præsertim attrocibus, potestas, seu alius iudex, suspectum de fuga capere, & posteà indicia assumere & torquere, ne interim perquirendo indicia aufugeret per rationem dicti §. si debito
4 rem, † quia ratione ēt malefactor repert⁹ in flagrāti crimine potest capi, l. iterdum, §. qui furem, l. qui in seruitutem; §. si. cum l. sequen. ff. de furt. eadem ratione propter grauitatem criminis potuit capi dictus hebræus, ne aufugeret secundum Ang. in d. §. sciētes, supra allega. & captus poterit torqueri.

5 Iis tamen non obstantibus dico, † ꝙ dictus hebræus non potuit, nec potest torqueri; quia quamquàm de iure potuerit capi ante assumptionem indiciorũ per rationes supra allegatas; tamen non debuit, nec debet torqueri, nisi prius habitis, & receptis legitimis, & approbatis indiciis l. fi. & ibi Bar. & scribentes ff. de quæstioni. & Saly. plenè in l. fi. C. eo.
6 tit. † Immò debuit dari copia indiciorũ si quę erant legitima contra dictum hebræum, si petita fuit, aut nunc petatur, secundum Bar. & Saly. ubi supra, quia cũ super eis debeat disputari l. unius facinoris, §. cogniturum, ff. de quæstio. meritò
7 copia debet fieri parti. † Nec etiam in casu nostro ad assertionē unius meretricis debuit, nec debet torqueri dictus hebræus, quia quanquā regulariter unus testis deponēs de sensu corporeo, faciat indiciũ ad torturā, ut est Glos. ordinaria in l. quisquis, C. ad l. Iuli. maiesta. & Bar. in l. fin. ff. de quæstio. & Saly. in l. de tormentis, C. eo. tit. tamen si non sit omni idoneitate idoneus, non facit indicium, ut
8 puta, † quia mulier, vel infamis secundum D. Bar. in l. i. §. idem Cornelio, ff. de quæstio. & in l. maritus, ff. eo. tit. quorum prædictorum vnum sufficit, uel quòd sit mulier, uel infamis, uel vilis persona secundum scribentes in locis præallegatis, ergo multo fortius in casu nostro, ubi omnia reperiuntur cumulata in eadem persona. Primò quia mulier, secundò quia infamis, cum meretrix legis notetur infamia. l. palàm, ff. de ritu nuptia.
9 Tertiò quia vilis & abiecta persona. † Nā si in ciuilibus vbi tractatur de modico præiudicio respectu pœnæ corporalis l. inser-
10 uorum, cum simili. ff. de pœnis, † unus testis non facit semiplenam probationem, nisi sit omni exceptione maior, ut ꝑ Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. & Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. et in c. i. §. sacramentum, de consuetudi. recti feu. ergo multo fortius in criminalibus, vbi tractatur de maximo p̄iudicio, ut supra dixi.
11 Præterea in alio † dictæ meretrici valde detrahitur, ultra tria vitia quæ prædixi, ꝙ est criminis particeps atque conrea, iuxta
12 l. fi. et quod ibi not. C. de accusatio, † Et ideo cũ dictus hebræus non debuerit, nec debeat torqueri, dico quòd etiam eo casu quo confiteretur, talis confessio esset nulla, etiam si perseueraret in dicta confessione, quod est fortius; ita in termis ponit et firmat Bar. post Glos. in l. pen. ff. de quæstioni. et Saly. in d. l. de tormentis supra allega. Ad quod facit optimus tex. in l. Diuus. §. ex quibus causis, ff. eodē titulo.

Ex quibus rationibus, iuribus, & auctoritatibus apparet clarissimè dictum hebræũ torqueri non debuisse; nec torqueri posse, non obstantibus in contrarium adductis. Quibus omnibus vnico verbo respōdens dico, quòd quamquā fortè potuerit capi de iure, si timor fugæ suberat, per primo loco allegata, tamen non debet torqueri, immò debet relaxari, per secundo loco allegata; & præsertim in casu nostro; quia præsupponitur mulierem de qua imputatur dictus hebræus esse publi
13 cam & famosam meretricem; † quo casu non est dubium si imputatus esset christianus, talis coitus esset impunibilis, nec posset puniri pœna stupri, ita concludit & firmat Bar. post Glos. in l. mater familiàs, §. mulier, ff. de adulter. quem tex. Bar. legit cum l. & si amicis ff. eo. tit. & hoc indubiè procederet, si talis meretrix non esset nupta; sed si nupta foret, tunc quamquā probabiliter posset dubitari an

saltem

ſaltem talis coitus ſubiaceat pœnæ adulterii, tamen verius eſt, quòd nec de adulterio poſſit puniri; ſi talis meretrix, eſſet meretrix tempore coitus; ſecus ſi fuit meretrix, & poſteà deſiiſſet eſſe meretrix, adeò quòd tempore coitus eſſet honeſta, ita diſtinguendo firmat D. Bar. in
14 l. ſi uxor, ff. de adulter. † Vilitas enim uitæ tales meretrices dignas legum obſeruatione non credidit, dicit pulcher tex.
15 in l. quæ adulterium, C. de adulter. † Verum quia talis imputatus eſt hebræus, & ſectæ iudaicæ aliqualiter ueniret puniendus arbitrio tamen iudicis, cum certa pœna à iure non inueniatur ſtatuta l. i. §. iu-
16 bet. ff. de iure delibera. cum ſimilib. † Et ſi in ciuitate Tarentina adeſſet fortè ſtatutum, prout in aliquibus ciuitatibus vidi; quòd iudæus commiſcens ſe cũ chriſtiana puniatur pœna capitis vel ignis, adhuc fortè non vendicaret ſibi locum ſtatutum in publica meretrice, per textũ ad hoc propoſitum elegantem in l. qui
17 adulterium, in fi. C. de adulter. † quia ſtatutum diſtinguitur & limitatur per ius commune ſecundum Gloſ. & Bar. in l. fi. in. §. in computatione, C. de iure delibe. & Gloſ. & Bal. in l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxali. cum ſimili. punietur igitur dictus hebræus arbitrio iudicis, ut ſupra dixi, moderatè tamen; quia talis mulier eſt publica meretrix, infamis & abiecta, ut ſupra dixi, & hoc ſi probaretur, uel aliter conuinceretur dictum hebræum talem coitum commiſiſſe, & ita concludo.
Laus Deo.

Et ita ut ſupra ſcriptum eſt, dico & conſulo iuris eſſe Ego Franciſcus de Placentia legum Doctor, in quorum fidem me propria manu ſubſcripſi, ſigillumq; meum appoſui conſuetum ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

SVBSCRIPTIO.

Et ita ut ſupraſcrptum eſt per famoſiſſimum legum doctorem D. Franciſcum de Placentia dico & conſulo Ego Paſqualinus de Maſtellariis de Padua legum Doctor in quorum fidem me propria manu ſubſcipſi, ſigilluinq; meum appoſui conſue-
18 tum, ſaluo ſemper ſaniori conſilio. † Et quantum ad illud de muliere an faciat ſufficiens indicium ad torturam maximè de Iure canonico, debemus dicere quòd non, quia in maleficiis non eſt teſtis idonea quando criminaliter agitur, ita dicit Gloſ. in c. ſuper eo, & c. cum ex literis, de teſti. & aliud circa prædicta non dico, quia ſatis ſufficienter & copioſè dictum
19 eſt, per D. conſultorem. † Eſt uerum quia ſuper materia indiciorum certa doctrina dari non poteſt ut dicit Bar. in l. fin. ff de quæſtio. ſed tu magis ſcire poteſ. l. iii. ff. de teſti. & qua fronte &c. l. de minore, §. tormenta, eo. tit. Laus Deo.

CONS. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria pro intereſſe, an intelligatur transfuſa in aliam pœnã perpetui banni, quando dicitur, & niſi venerit ad parẽdum condemnationi infra menſem ſit perputuo bannitus. & nu. 2. & 3.*

Claſula in fine appoſita ad omnia ſuperiora refertur, quod intellige, ut infra nu. 4.

3 *Sententiæ tot ſunt, quot ſunt articuli in una ſententia.*

5 *Clauſulæ in fine appoſita non refertur ad illa, vbi abſurditas reſultat.*

6 *Princeps non poteſt remittere pœnam que applicatur parti.*

7 *Condemnatio criminalis non tollit ciuilem nec è contra.*

8 *Actio legis Aquiliæ competit ad reficienda damna & intereſſe parti læſæ.*

9 *Vulneratus qui accepit pecuniam vt iniuriam remitat, poteſt etiam ad intereſſe agere.*

10 *Vulnerans tenetur ad intereſſe vulnerato, toto tempore vitæ ipſius vulnerati.*

11 *Homicida non debet a confeſſore abſolui, niſi filiis occiſi ſatisfaciat.*

12 *Occiſor filii tenetur patri de damno quod ſentit ex morte filii.*

23 *Viuere quanto tempore quis præſumatur.*

CONSILIVM LXXXV.

CASVS Talis eſt, Antonius Paiellus

enormiter uulnerauit nobilē uirum Marcum de Neuo ciuem Vicentinum, pro quo uulnere multo tempore iacuit infirmus cum magno periculo moriendi, & fuit portatus Paduam, ubi habuit plures medicos ad curam suam, tam cyrogicos quam phisicos; similiter etiam dum erat Vicentiæ tenuit plures medicos phisicos & cyrogicos ad curam suam, & postquàm lapso ferè anno fuit curatus de uulnere per aliquos annos non potuit, ita sine baculo, nec potuit, nec poterit, donec uixerit equitare & exercere se in factis suis, prout ante faciebat; quam ob rem fecit querelam de dicta vulneratione in ciuitate Venetiarum, ubi in Consilio de quadraginta dictus Antonius sub ista forma fuit condemnatus. Videlicet quòd uno anno in carceribus Vicentiæ deberet stare, deinde per quinq; annòs banniri de Vicentia & de districtu. & per quindecim miliara ultra confinia; & quòd deberet soluere duo milia librarum, quarum medietas sit percussi pro suo damno & interesse; & si in dicto termino quinque annorum, se permiserit in dictis locis reperiri, quòd sibi incidatur manus dextera; & nisi uenerit ad parendum condemnationi infra terminum unius mensis, quòd perpetuò sit bannitus de omnibus terris Dominii nostri & si permiserit se reperiri, ꝙ sibi incidatur manus. Iste Antonius non uenit infra mensem ad parendum cōdemnationi, & sic est perpetuò bannitus ab omnibus terris Dominii nostri. Quæritur nunquid possit cogi ad soluendum mille libras, dicto Marco, & an possit capi tenuta de bonis suis usq; ad dictam summam.

In nomine Gloriosissimi Domini nostri Iesu Christi, qui est verus Deus & verus homo, cuius preciosissimo sanguine redempti sumus. Eiusq; Gloriosissimè Matris semper virginis totiusq; cœlestis cu-
1 riæ Amen. † Dicendum uidetur quòd dictus Antonius non possit cogi ad soluendum dictas libras mille, quia clausula in fine posita debet referri ad omnia superiora, ut in l. talis scriptura. ff. de leg. i. & in l. i. C. de lib. pręteri & in c. secundo requiris de appellatio, & in c. inquisitum eo. tit. Illa ergo clausula, & nisi uenerit ad parendum condemnationi perpetuò sit bannitus de omnibus terris Dominii, ad omnia superiora refertur. & sic etiam ad condemnationem pecuniariam: unde videtur condemnatio pecuniaria transfusa in istam maiorem pœnam, & hoc inuunt verba dictæ clausulæ, dum dicunt, & nisi venerit infra mensem ad parendum condemnationi: nam condemnatio fuit facta in pecuniā & in personam dicti Antonii, ergo illa uerba debent referri ad omnia contenta in condemnatione; unde lapso mense pœna peccuniaria fuit tranfusa in istam pœnam corporalem augmentatam propter eius comtumaciam, ad hoc facit quod not. Bar. in cum duobus, §. idem respondit, ff. pro soci. & Bal. in l. commissoriæ. C. de pact. inter emp. & ven.

Sed iis non obstantibus puto contrarium
2 esse de iure verius, † Nam ista condemnatio continet duo capita seu duos articulos. Primum caput siue articulus est condemnationis corporalis, scilicet quòd dictus Antonius Paiellus deberet stare uno anno in carceribus Vicentiæ, & esse bannitus per quinq; annos à Vicentia, & ab eius districtu per quindecim millia-ria. Secundum caput siue secundus articulus continet pœnam pecuniariam, partim publicam, partim continens interesse priuatum offensi. scilicet duo millia librarum, quarum medietas debebat fisco applicari, alia medietas offenso debet dari, pro suo damno & interesse; & sic est condemnatus in mille libris pro damnis & interesse dicti Marci offensi. Vnde illa augmentatio pœnæ propter contumaciam dicti Antonii non respicit nec debet referri, nisi ad condemnationem pœnæ corporalis, & hoc declaratur quia in dictis literis primò continetur condemnatio partim corporalis & partim pecuniaria, posteà immediatè sequitur clausula quæ respicit solum pęnam corporalem Nam immediatè dicitur & si intermino quinq; annorum se permiserit reperiri in dictis locis, quòd incidatur ei manus dextera. Et ista clausula habet locum

cum etiam si dictus Antonius paruisset sententiæ; ut quia soluisset duo millia librarum, & stetisset in carceribus Vicentiæ per annum. Nam si infra quinquennium fuisset repertus infra quindecim milliara à districtu debuisset ei amputari manus dextera. Posteà sequitur alia clausula, quæ est ista; & nisi venerit ad parendum huic condemnationi infra terminũ vnius mensis, quòd sit perpetuò bannitus de omnibus terris Domini nostri. Vnde ista clausula debet referri ad condemnationem corporalem, & non ad pecuniariam; sicut etiam præcedens clausula, in qua pœna fuit augmentata, quæ respicit solum condemnationem corporalem. Nec obstant illa verba, huic condemnationi, quia debent intelligi de cōdemnatione corporali, non autem de pe

3 cuniaria. † Nam tot sunt sententiæ quot sunt articuli, vt in l. etiam, ff. de mino. & est bona Glo. quæ tradit hanc doctrinam in capi ii. in uer. eadem sententia, de ordin. cognition. Et per hoc non obstat quod dixi, quòd vbi condemnatus in pecunia non satisfacit, quòd condemnatio pecuniaria transfunditur in corporalem, vt dicit Bartol. in l. i. ff. de custod. reor. & in l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio, & per Bald. in l. commissoriæ, C. de pact. inter emptor. & uendito. quia illud procedit vbi statutum expresse & specificè subrogat pœnam corporalem loco pœnæ pecuniariæ propter contumaciam rei; sed hic sola pœna corporalis fuit augmentata propter contumaciam, & condemnatio pecuniaria remansit illesa, & immu

4 tata. Non obstat quod dixi † quòd clausula in fine apposita referratur ad omnia superiora; quia illud est uerum ubi non inuenitur ratio quare magis referratur ad aliqua quàm ad omnia superiora; Sed ubi est ratio quare magis referatur ad unum quàm ad aliud, ad illum tantũ, refertur, ut in l. i. C. de liber. præteri. & ibi per Barto. & Bald. & per Barto. in l. talis scriptura, ff. de leg. i. & Barto. ubique tradit istam doctrinam, & idem dicunt But. & Domi. Abb. in c. secundo requiris,

5 & in c. inquisitioni, de appella. Item † clausula in fine posita non refertur ad illa vbi resultaret absurditas si ad ipsam referretur, nam vbi absonus intellectus resultat, ad illum intellectum non debet referri clausula, sed ad illum quem iuris ratio confirmat, ubi dicit Bald. in l. i. C. de lib. præteri & Domi. Abba. in d. c. secundo re-

6 quiris, de appella. † Esset autem absurdũ, quòd contumacia dicti Antonii noceret dicto Marco, & ipsum liberaret ab obligatione qua tenetur ipsi Marco vigore prædictæ condemnationis. Nam consilium de xl. non potuisset remittere dicto Antonio pœnam qua tenetur dicto Marco, pro hoc allego Gloss. not. & Barto. in l. ii. C. de in ius uocan. qui tenent quòd non possit Imperator per suum rescriptum remittere pœnam parti applicandam, licet possit remittere illam pœnam, quæ fisco est applicanda. Vnde cum Consilium de Quadraginta non potuerit remittere pœnam in qua dictus Antonius fuerat condemnatus ipsi Marco: cum ad ipsum pertineat facere ius habenti, & non auferre contra Iustitiam iura priuatorum, non est intelligenda pars capta in dicto consilio quòd per contumaciam dicti Antonii voluerit remittere ius pertinens ipsi Marco, vnde verba dictæ partis in quantum augmentauit pœnam dicti Antonii propter contumaciam, debent intelligi remanente semper salua condemnatione pecuniaria, applicanda ipsi Marco; quàm dictum Cōsilium non potuisset in pœnam corporalem transferre, in præiudicium dicti Marci. Et hoc amplius declaro, dictus Antonius est condemnatus ciuiliter & criminaliter, ciuiliter in mille libris applicandis Morco pro damno, & interesse, Criminaliter ad vindictam publicam, augmentatio ergo pœnæ respicit pœnam concernentem vindictam publicam, non autem pœnam ciuilem concernentem interesse priuatum dicti Marci del Neuo.

7 † Nam cōdemnatio criminalis non tollit ciuilem, nec ciuilis criminalem regulariter, ut in l. i. C. quan. ciuil. act. præiud. cri. vnde augmentatio pœnæ quæ respicit condemnationem criminalem, non

8 est referenda ad ciuilem, † Et adhuc

clarè

clarè ostendo, si dictus Antonius nõ fuisset condemnatus ad damna & interesse dicti Marci, deberet condemnari, & posset dictus Marcus agere actione legis Aquiliæ, ad reficienda sibi damna, & interesse illata ei propter vulnus vt d.l.1.C.
9 quand.ciuil. actio.præiudi.criminali. †Immò plus dixit Spe.in titul. de actore. §.ii. ver.quid si vulneratus recipit pecuniam ut remitteret iniuriam, non obstante remissione iniuriæ poterit agere ad interesse, & hoc etiam sensit Ioan. Andr. in c.i. de iniur. & idem tenet ibi Domi.Abb. & profectò interesse dicti Marci est longe maius quàm sint mille libræ, in quibus dictus Antonius est sibi condemnatus. Nã dictus Marcus in dicta infirmitate in medicis, & medicinis expendit vltra sexcentos ducatos, quia habuit malos medicos ad curam suam, & fuit portatus Paduã, & dum erat Vicentię faciebat medicos ex Padua ad eum uenire, & multo tempore durauit eius infirmitas causata ex dicto vulnere, & per aliquos annos non poterat ire sine baculo; & passus est magnũ damnum; quia non est potens, nec ita fortis ad exercenda sua negocia, sicut fecis-
10 set & faceret, si nõ fuisset vulneratus. †Licet enim non habeatur ratio deformitatis quando aliquis est uulneratus, tamen uulnerator tenetur ad resarcienda omnia damna quæ uulneratus est passus, & patietur in futurum ex uulnere uel occasione uulneris toto tempore quo vixit uulneratus, de hoc est casus in l. ex hac lege, ff.si quadrupe.pauper. fecisse dicat.& in l. fina.ff.de iis qui deiece.uel effude. Vnde D.Abb.in d.c.i.de iniur.dicit quòd Specula.in titu.de accusa.§.ii.post princ. dicit ꝙ mortuo percusso, pater uel eius hæres, põt agere pro operis quas potuisset exercere pro toto tempore vitæ suæ. Et dicit D.Abba.hoc esse multum notandũ, quia
11 sæpè potest de facto accidere. †Et hoc debent aduertere confessores, quia non deberent absoluere homicidas, nisi satisfaciant filiis occisi ex damno quod sentiũt
12 ex morte patris, †Et similiter si occiditur filius ex cuius opibus viuebat pater, tenebitur occisor satisfacere patri de damno, quod sentit ex morte filii, & habebitur ratio operarum amissarum, & amittendarum, habito respectu quanto tempore verisimilite. potuisset viuere. Et Domin.Florian. in l.fina.ff. de iis qui deiecer. uel effuder. sentit, ꝙ debent operæ com
13 putari vsque ad centum annos, †quia quilibet tanto tempore de iure cõmuni præsumitur viuere, ut in l.fi.C.de sacrosanc. eccles.& in l.an vsufructus, ff.de usufruct. Et ex istis omnibus concludo dictam condemnationem non potuisse mutari in prę iudicium ipsius Marci, cum respectu damni quod passus est, & patietur dictus Marcus, debuisset præfactus Antonius condemnari in longe maiori quantitate. Nec etiam fuit intentionis dicti Consilii derogare dictæ condemnationi in præiudicium dicti Marci. Non enim fuit sua intentio tollere ius dicti Marci. Vnde concludo, ꝙ dictus Marcus potest petere dictum Antonium compelli ad soluẽdum sibi prædictas mille libras, & usque ad illam summam capere tenutam in bonis dicti Antonii. Laus Deo.

Et ita, ut supra scriptum est dico iuris esse, Ego Alexander de Neuo iuris vtriusque Doctor in studio Paduano legens ordinariè iura canonica, & propria manu me subscripsi, & proprio sigillo sigillari iussi, submittens me correctioni cuiusq; melius sentientis.

CONS. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Filius occidentis an sit occisi patrui hæreditate priuatus, & nume.5.21.& 25.*
2 *Occisor occiso non succedit.*
3 *Hæres non vindicans mortem defuncti, eius successione priuatur.*
4 *Occidẽs filium fratris vel sororis suæ, fratri vel sorori ab intestato non succedit.*
5 *Pœnæ delinquentem tantum ligare debent.*
6 *Factum patris non nocet filio.*
7 *Delictum patris non nocet innocenti filio, & nume.*

nume.22.

8 *Stante statuto quòd filius interficiens patrem non succedat, an nepos natus ex filio homicida in morte cuius non fuit culpabilis, succedat, et infra nume.23.*

9 *Filius patris communis occidentis filium habentẽ bona materna, an repellatur à successione dicti sui fratris, & nu.4.*

10 *Pater si curauit cognatum suum interrimi, & adierit hæreditatem eius, portiones liberorum non augentur, quia bona sunt applicanda fisco.*

11 *Dominus vel pater prohibens testamentum mutari, si in aliquo fuit institutus seruus, & relictum legatum eius filio, non solum nocet eius seruo, sed etiam filio.*

12 *Vasallo delinquente filius, & omnes descendentes f udo priuantur.*

13 *Proximior delinquens ex quo aufertur sibi hæreditas, ut indigno nocet sequentibus in gradu.*

14 *Intellectus l.cum ratio.§.fi.ff.de bono. damnat. & l.i.§.i.ff.si ali.testa.prohibue.& ibi, numero.15.*

16 *Succedere quis non potest ei quem ipse interfecit, sed bona perueniunt ad fiscum, nisi alius supersit qui sit in eodem gradu.*

17 *Delictum fratris prohibentis aliquem testari, uel testamentum mutare, non nocet fratri suo, quin in sua portione in qua fuit hæres institutus nõ succedat.*

18 *Hæreditas occisi ab eo qui succedere poterat, ad sequentem in gradu non deuoluitur, sed confiscatur.*

19 *Delictum patris occidentis cognatum, nocet filio, ita vt non posit succedere, sed bona confiscari debent.*

20 *Hæreditas fratris occidentis fratrem an debeat confiscari, vel ad sequentes in gradu deuoluatur.*

26 *Practica quæ sit in petenda hæreditate occisi.*

27 *Hæredes & successores bonorum occisi, interfectorem accusare tenentur.*

CONSILIVM LXXXVI.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, eiusq; gloriosissimæ matris semper virginis, totiusq; cœlestis curiæ. Casus talis est.
1 † Brazodurus ciuis Vicentiæ occisus fuit à fratre eius, qui tamen ante mortem donauerat Eximio legum Doctor D.Gẽtili de Brazoduris, & eius Brazoduri vxori, omnia bona & iura sua causa mortis. Ex isto fratre Brazoduri, qui ipsum interfecit, extat filius masculus, unde dubitatur an priuatus sit hæreditate. Et de fratre qui ipsum occidit nulla est dubi
2 tatio, † quia occisor est priuatus successione illius quem interfecit, de hoc est text. in l.cum ratio, in fin.ff.de bon. dam. & in l.Lucius, ff.de iure fisci.& l.indignum, ff. de iis quib.ut indig. & in l.sororem, C.e.
3 titu.& probatur ratione. † Nam hæres nõ vindicans necẽ defuncti priuatur eius successione, vt in l. ei quoque qui, ff. de iis quibus ut indig. & in l.i.& per tot. tit. C.eod.titu. Sed occidens illum cui debet succedere, magis delinquit quam hæres qui non occidit, sed est negligens in accusando interfectores, fortius ergo debet priuari, vt indignus ille qui occidit illum
4 cui debet succedere. Immò si quis occidit filium fratris vel sororis suæ, repellitur vt indignus à successione fratris uel sororis decedentis ab intestato, & de hoc est text. in l. codicillis, §.matre, ff.de legatis ii. & ibi hoc tenet Barto. & Bal.
5 † Sed magis dubium est de filio ipsius occisoris, hoc est an filius istius qui occidit fratrem succedat patruo occiso per patrem, & uidetur quòd non obstante delicto patris ei debeat succedere, quia pœna debet ligare tantum illum qui deliquit.l.sancimus, C.de pœnis, & in c.quæ
6 siuit, de iis quæ fi. à maio.par.capi. † Item factum patris non nocet filio, ut l.i. C.ne
7 fili.pro.par. † Item delictum patris non nocet filio innocenti, ut l. adoptiuum, in
8 fi.ff.de in ius vocan. † & videtur tenuisse Bald.quasi in terminis, in l. si quis incertis, C.de incest. nupt. ad fin. illius legis, vbi dicit quòd si extat statutum quòd filius interficiens patrem non succedat, nepos natus ex tali filio homicida, si non fuit culpabilis in morte aui succedit, secus si fuit culpabilis.
9 † Idem videtur tenuisse Ange. in l.adoptiuum, §. primo in fine. ff. de in ius uocand. vbi ponit talem quæstionem, Pater motus calore iracundiæ occidit filium habentem bona materna,

terna,

terna, ex quo ipse fuit priuatus successione, an fratres occisi filii ipsius occidentis repellantur à successione fratris occisi, ꝑpter delictum patris communis, qui occidit eorum fratrem, & Ange. dicit, ꝙ si pater renunciat vsufructui fratris debet succedere, & dicit ita fuisse seruatũ in facto; ergo si iste occisor fratris renũtiaret vsufructui, filius succederet.

10 Sed iis non obstantibus † credo contrarium esse uerum, quia de ista quæstione est text. in l. cum ratio, in fin. ff. de bono. damnato. vbi text. dicit, quòd si pater curauit cognatum suum interrimi, & adierit hæreditatem, eius portiones liberorũ non augentur, & ratio est, quia bona sunt applicanda fisco, ut dicit ibi Gloss. unde

11 de ista quæstione est text. ibi † facit l. i. §. si dominus A. si quis ali. test. prohi. vbi patet, quòd si dominus, vel pater dolum committit, ne testamentum mutetur, & in aliquo fuit institutus seruus, & relictũ legatum eius filio, delictum eius non solum nocet eius seruo, sed filio, quia fi-

12 lius eius perdit legatum, † Ad idem si pater priuatur feudo, propter eius delictum ipsa priuatio non solum nocet ipsi patri, sed etiam filio; quia & omnes descendentes similiter sunt priuati illo feudo, de quo est text. in capitu. si uasallus culpam, si de feudo fuerit controuer. & in c. i. quando vasal. feu. priua. cui defert, & hoc etiam habet locum si delictum non concernat personam domini; quia ut patet in dictis iuribus, feudum deuoluitur ad agnatos; nam si delictum concernat personam domini feudum non deuolueretur ad agnatos, sed deuolueretur ad dominum, & ita declarat Excellẽtissimus Doctor Iacobus de Aluarotis, qui scripsit super usibus feudorum; & probatur in c. i. an ille, qui interfecit frat. domi. sui. de quo etiam per Barto. in l. i. ff. de interdictis, & relegat. & per Bald. in l. emancipatum, ff. de senatori. & per Ange. in d. l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius uocan.

13 & per Io. de Imo. in c. ii. de feu. † & istam opin. tenet Barto. in d. l. i. ff. de interdic. & relegat. dum dicit, quòd sicut filius perdit feudum propter delictum patris. sic quando proximior committit delictum propter quod aufertur hæreditas ut indigno. nocet sequẽtibus in gradu, & ad hoc allegat d. l. cum ratio, §. fi. de bon. damna. & in l. iij. §. j. in fin. ff. si quis ali. testa. prohi.

14 † Sed l. cum ratio. §. fi. ff. de bon. damn. loquitur in patre delinquente, cuius delictum nocet filio. & ibi est text. & de ista

15 quæstione, vt supradixi. † Similiter. l. i. §. j. ff. si quis alt. testa. prohibue. loquitur in delicto patris, vel domini, quod delictum habet nocere seruo, vel filio. Item Bart. dicit, quòd quando aufertur hæreditas, vt indigno nocet sequentibus in gradu, sed filius sequitur patrem, in gradu, quia pater est in priori gradu filius in sequẽti, & sic delictũ patris sibi habet nocere cum

16 sit in seq. gradu. Idem dicit Bart. in d. l. cũ ratio. §. fi. vbi dicit, ꝙ quis nõ potest succedere ei quem ipse interfecit, sed talia bona veniunt in fiscum, & dicit hoc esse intelligendum nisi sit alius non interficiens, qui sit in eodem gradu cum interfe-

17 ctore, † vt in l. ii. §. fratris. ff. si quis ali. testa. prohi. vbi patet, quod si aliquis prohibet aliquem testari, vel mutare testamẽtum, eius delictum non nocet fratri suo, quia frater succedit in portione sua, scilicet in qua fuit hæres institutus, vnde Bart. vult eodem modo dicere, ꝙ si quis habet duos filios, & vnus occidat patrem delictum eius non nocet fratri suo, quo minus succedat patri, quia frater non descendit ab eo. Sed bene nocet filio, & suis descendentibus, qui sequuntur eum in

18 gradu. † Idem tenuit Pau. de Castr. in l. si ab hostibus. §. i. ff. solu. matri. vbi dicit, ꝙ si aliquis interficit illum, cui poterat succedere, hæreditas non deuoluitur ad alium sequentem in gradu, sed confiscatur, & mouetur per d. l. cum ratio. §. fi. ff.

19 de bon. damna. vbi est tex. † quòd delictũ patris occidentis cognatum nocet filio, vt etiam ipse filius non possit succedere, sed bona debent confiscari, & istud in terminis tenuit Bald. in l. eam, quam C. de fideicom. in iiii. col. versic. hæc faciunt

20 ad quæstionem, † si frater occidit fratrẽ vbi dicit, quòd hæreditas fratris occisi debet confiscari, nec deuoluitur ad se uẽ-

tes

tes in gradu, dicit tamẽ, quòd si sunt duo fratres, & unus delinquit, & alter non, delictum derogat in portione ipsius delinquentis, non autem in portione fratris innocentis, ut in l.ii.§ fratris, ff. si quis ali. testa. prohibue. & dicit tenere Dy. in l. si sequens, ff. ad Sylla.

21 † Item dicit, ꝙ si filius patrem occidit, nepos non succedit auo, sed fiscus, et dicit ita notare Dy. in l. hæreditas, C. de iis quibus, ut in dig. & dicit hoc esse tenendum menti. Ecce quòd Bal. uult, ꝙ si pater occidit illum cui debet succedere, nõ solum ipse priuatur successione sed etiam eius filius, & ista opinio est verissima.

Non obstant allegata in contrarium.
22 † scilicet, quòd delictum patris non nocet filio, quia uerum est, ꝙ non nocet, quantum ad hoc, ut filius puniatur, vel priuetur iure suo; ed bene nocet iure, qđ residebat apud patrem; uel competebat patri, nam tunc delictum nocet filio; puta quando pater priuatur feudo, vel quãdo aufertur hæreditas, ut ab indigno.

23 Non † obstat dictum Bal. in l. si quis in testamento, C. de incest. nup. quia non est verum, nec Bal. illud firmat, sed solum dicit quomodò sumitur argumẽtum ex illa lege, quòd si filius non fuit culpabilis, non priuetur successione, & sic Bal. ibi non decidit, sed solum sumit argumentum, sed in l. ea quam, C. de fideicom. hoc bene dicit.

24 Non † obstat dictum Ang. in d. l. adoptiuum, §. patronum, in fi ff. de in ius uocan. nam quando pater occidit filium habentem bona materna, quo ad uirilem portionem in qua debet succedere simul cum fratribus occisi, per auct. defuncto. C. ad Tertullia. illa portio mortuo patre, vel filiis emancipatis, non deuolueretur ad filios, sed esset confiscanda propter eius delictum; sed quo ad uiriles, in quibus debent succedere ipsi fratres, per d. auct. defuncto, non est necessaria emancipatio, cum pater in illis portionibus non habeat usumfructum, ut in aucten. Item hæreditas, C. de bonis quæ lib. & ideo ego non uideo, quomodò dictum Ang. possit procedere, cum portio illa, in qua debuisset succedere, veniat confiscanda, per ea quæ supra dixi, sed in portionibus, in quibus debẽt ipsi succedere, cum in illis non sint sequentes gradus successionis, sed pars, ipsi patri, delictum patris non debet eis nocere, ex quo non habet illas portiones, ut sequentes in gradu, ut in d. l. ii. §. fratris, ff si quis aliq. testa. prohibue. nec est tractandum de emancipatione, quia in illis pater non habet usumfructum, tamen istud non
25 pertinet multum ad casum nostrum, † & ex iis concludo, ꝙ filius dicti occisoris, qui occidit fratrem, debet excludi à successione patrui sui, & deberet eius successio applicari fisco. Sed quoniam dictus Brazodurus donauit omnia bona, & iura sua causa mortis prædicto Domino Gentili, & uxori suæ, eius delictum non habet nocere ipsi Domino Gentili, nec eius uxori, ut in l. i. §. sed si legatum ei relictum sit, & in leg. ii. §. sed fidem eius, ff. si quis ali. testa. prohibuit, & in l. hæreditas, de iis quibus, ut indig. & ibi hoc te-
26 net Pau. de Cast. Veruntamen † licèt sit auferẽda hæreditas, ut ab indigno, isti, qui occidit fratrem suum, & filio eius, tamẽ ipso iure non sunt exclusi. Immò si D. Gentilis, & uxor dicti Brazoduri exciperent, quibus pater eius occidit fratrem, ista exceptio non est admittenda, & non obstante ista exceptione, deberet admitti ad petendum hæreditatem patrui, etiã ex persona patris, qui est homicida, nec est reppellendus per exceptionem oppositã ab aduersario, ut dicit Glo. multum notabilis in l. his consequenter. ff. famil. erciscum. & ipsam sequuntur communiter Doctores, & eam etiam sequitur Pau. de Cast. in l. sororem C. de iis quib. ut indig. Idem sequitur Bar. in l. i. eo. tit. ubi dicit, quòd est necessarium, quòd præcedat accusatio; & feratur senten. & idem dixit Bart. in l. in cognitione, ff. ad Syllania. & in l. ii. C. de iis quibus, ut indig. dicit, quòd sufficit, quòd hæredes occisi instent, quòd iudex procedat per inquisitionem contra occidentem, sed si iudex nolet inquirere, tunc tenetur accusare ipsum occidentem. Et cõsulo, quòd

CC præ-

præfatus D. Gentilis & eius uxor hoc faciant, cum sint successores omnium bonorum dicti Brazoduri, ex donatione causa
27 mortis,† ut in l. portiões ff. de iis quibus ut indig. ubi patet, quòd hæredes, & successores bonorum tenentur accusare interfectorem.

Et ita, ut suprascriptum est dico iuris esse, Ego Alexander de Neuo. I. V. D. minimus, in studio Paduano legens ordinariè iura canonica, & propria menu me subscripsi, & consueto sigillo sigillari feci.

CONSIL. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Furem nocturnum an liceat vulnerare vel occidere pro necessaria rerum defensione.*
2 *Intellectus l. furem. ff. ad l. Corneli. de sicar.*
3 *Licet indistinctè de nocte ad vulnerandum furē procedere. & nume. 9.*
4 *Pœna homicidii non tenetur qui animum occidendi non habuit.*
5 *Vulneratus moriens sua negligentia, vulneratorem ab homicidii pœna liberat.*
6 *Vulneratus inobedientia medicorum moriens vulnarantem ab homicidio excusat.*
7 *Iuramento medicorum standum, an uulnus sit mortale.*
8 *Medico vno credendum, quando plures adhiberi non possint.*

CONSILIVM LXXXVII.

IN nomine domini nostri Iesu Christi, eiusq; Gloriosissimę matris Virgi-
1-2 nis Mariæ &c.† Vidi processum, seu testes examinatos in causa Iacopini Andreæ de Bagatinis &c. Mihi clarum uidetur, ꝙ non debuerit poni in banno. Constat enim ex processu, ꝙ Gabriel barcharolus qui fuit vulneratus venerat ad furandũ ligna sua, & iã quasi duo plaustra lignorum posuerat in barcha: & Iacopinus hoc persentiens in ipsa nocte qua furabatur ipsa ligna, surrexit, & ipsum vulnerauit cum uno spontono, clamando dà a'i lari, & a'i traditori. hoc enim licitũ fuit etiam si illo tunc eum occidisset, ex quo ligna sua asportabat, nec aliter prouidisset, ut ligna sua non asportaret, nisi eum uulnerasset, unde propter hoc licitum fuit eum occidere, ex quo aliter erat in periculo perdendi ligna quæ rapuerat l. iiii. §. i. ff. ad l. Aquil. & in leg. furem, ff. de sicar. & in c. si perfodiens, de homi. Immò etiam si non fuisset in periculo perdēdi ligna adhuc ei licuisset vulnerare
2 Nec† obstat d. l. furem, ff. de sicar. quia illa lex loquitur, quando absque periculo perdendi res suas occidit furem nocturnum; & sic debet intelligi ibi Bar. quia loquitur, quando processit ad occisionem, cum cessaret periculum perdendi res suas, sed in casu nostro non processit ad occisionem, sed tantum ad vulnerandum; & pro hoc facit d. c. si perfodiēs, ubi tex. dicit, quòd si fur percussus fuit ante ortum solis. licet posteà mortuus sit, percutiens non incurrit aliquam pœnam, & hoc probatur apertè in lib. exod. xxii. c. ubi dicitur apertè, quòd si fur percussus fuit ante ortum solis, & deinde ex uulnere mortuus sit, ꝙ percutiens erit innoxius, nec ibi requiritur, quòd aliter fuerit in periculo perdendi res subtractas. Vnde d. l. furem, quæ à contrario sensu videtur hoc requirere, & etiam Bar. ibi. debent intelligi, quando processit ad occisionem, minus enim est procedere ad uulnerationem, quàm ad homicidium, unde illa lex non debet intelligi extra terminos in quibus loquitur, cum
3 habeamus tex. claros † ꝙ licet indistinctè de nocte procere ad uulnerandum, ut in d. c. si perfodiens, & in d. lib. Exodi. xxii. c. ubi ponitur lex diuina, data à Deo Moysi, ubi indistinctè permittitur percussio de nocte.

Præterea supposito sine præiudicio veritatis, quòd non debuisset ipsum vulnerare, adhuc non debuisset poni in banno, ex quo hoc fecit pro conseruatione rerum suarum, scilicet ne ligna exportarentur, & sic non fuit in dolo.† quis. n.
4 non tenetur, pœna homicidii, nisi habuerit animum occidendi, ut in l. lex. Cornelia. ff. ad l. Cornel. de sicar. Immò ut ibi

ibi dicit Glos.& Bar. etiam si fuisset in lata culpa non debuisset puniri pœna homicidii, quia in pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo, ut ibi probatur. Quòd autem iste non habuerit animum occidendi, patet, quia post vulnerationem uenit in barcha, & ostendit ligna testibus, si enim intendisset eum occidere processisset ad occisionem.

5 Præterea, † ut deponit medicus & mulier quæ incantauit vulnus, iste mortuus est ex culpa sua, quia non seruauit debitum regimen, de hoc est bonus tex. in l. qui occidit §. fi. ff. ad l. Aqui. & ibi patet, quod si ex vulnere sequitur mors ex negligentia vulnerati, vulnerans non tenetur nisi de simplici vulnere, ut dicit ibi D. Florian. quòd hoc est multum notandũ,

6 † quia si nolet vulneratus obedire medicis, seu non permitteret se curari, præsumeretur mortuus ex culpa sua, & sic uulnerans non tenetur de homicidio.

7 † Item dicit, quòd quando dubitatur an uulnus fuerit mortale, uel non, debet stari iuramento medicorum, ut in l. si semel. C. de re milita. lib. xii. & in l. i. §. i. ff.

8 de ven. inspi. † & dicit, quòd ubi non reperiuntur plures sufficit dictum unius medici, hoc etiam tenet Ang. in auct. de non alie. §. qui autem, & Bar. in l. i. §. fin. ff. de verb. obliga. & in proœ. digestorũ in fin. princi. & in l. i. §. i. ff. de ven. inspici. Vnde quia, in casu nostro solum ab vno medico fuit visitatus, & sic sumus in casu in quo non potest reperiri nisi unus, stari debet testimonio solius illius medici, & maximè, quia dictum eius iuuatur testimonio aliorum, nam incantatrix deponit, quòd curauit maiora vulnera, quãdo infirmi tenuerunt ordinem. Alii etiam

9 deponunt de malo suo reginine. † Vnde debet præsumi mortuus ex culpa sua, & non ex vulnere. Vnde etiam si ex vulnere deberet condemnari, nec deberet poni, in banno, pro homicidio, sed pro simplici vulnere, sed si attendimus veritatem, in totum debet absolui, quia ille fuit inuentus in furto in nocte, & percussus fuit, vnde secundum legem diuinam, & Canonicam licitè fuit percussus, etiam si vulnerans non putasset se esse in periculo aliter ligna sua non recuperandi, ut probatur in d. c. si perfodiens, de homi. & exo di. xxii. c. in quibus indistinctè permittitur percussio ante ortum solis, & leg. furem. ff. de sicar. à contrario sensu debet intelligi, quando incontinenti vult procedere ad homicidium, quia hoc non debet facere nisi sit in periculo res suas amittendi, & sic etiam debet intelligi ibi Bar. ita in casu nostro satis potest dici, quòd erat in periculo res suas amittendi, quia nisi fuisset percussus aportasset ligna subtracta, quæ in barcha posuerat; & per hoc concludo, quòd sit absoluendus Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est, dico, iuris esse Ego Alexander de Neuo Iuris, Vtriusq; Doctor minimus, Paduæ legens ordinariè iura Canonica, & propria manu me subscripsi, & consueto sigillo sigillari feci, submittens me correctioni cuiuslibet melius sentientis.

CONS. EIVSDEM DOMI. ALLEXANDRI DE NEVO. *in causa suprascripta.*

SVMMARIVM

1 *Furem nocturnum, an liceat vulnerare, vel occidere pro necessaria defensione rei uilis.*

2 *Intellectus ad l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquiliam.*

3 *Furtum non fit sine intentione furandi.*

4 *Res an parui vel magni valoris dicatur, conditio personarum inspicitur.*

5 *Homo tenuis porcellum, vel aliam rem minimã tanquam oculum seruat.*

6 *Furtum etiam in re minima committitur, quando rapiens intentionem furandi habet.*

CONSILIVM LXXXVIII.

1 IN Christi nomine Amen. † Post consilium editum dictum fuit Magnificum D. Potestatem dubitare propter quodam dictũ D. An. de Are. quod possit in quodã tractatu de malefi. sub §. & veste celestem

 ubi

vbi dicit limitando d. l. furem. ff. de furt. & l. iiii. §. i. ff. ad l. Aquil. & similes leges, quæ dicunt, quòd licet furem occidere, quòd hoc debet intelligi, quando immineret periculum perditionis magnę rei: quia tunc licet occidere furem nocturnum, secus si immineret periculum perditionis rei vilis, quia tunc non licet occcidere furem nocturnum, etiam si telo se defendat. immò nec uulnerare & dicit casum esse peregrinũ in l. si ex plagis. §. tabernari-
2 us, ff. ad l. Aqui. † Sed prædictus Doctor quamuis excellentiessimus non rectè loquitur quo ad d. §. tabernarius, quia ille text. loquitur, quando subtracta erat res minimi valoris, ibi enim quidã dimisit lucernam super lapide de nocte, & alius abstulit, & aufugit, & ille cuius erat lucerna insecutus fuit eum fugientem cum lucerna, & sic ille cuius erat lucerna eruit ei oculum pro recuperatione rei quam iam abstulerat, unde dicit ibi D. Floria. qui est longè maioris auctoritatis, ac doctrinæ quàm fuit D. Ang. de Aret. ꝙ pro defensione rerũ suarum licet vulnerare, & occidere furem nocturnum, & sic loquuntur illa iura, quæ sunt in consilio allegata, sed non pro recuperatione suprascriptarũ rerum ablatarum, nam nõ licet furem, qui iam domum exiuit, & fugit cũ rebus, uulnerare, & occidere, pro ipsarum rerum ablatarum recuperatione, licet liceat pro defensione. ita dicit D. Floria. in præallega. §. tabernarius, quẽ Dom. Ang. de Aret. non legit. Item ibi nòn commisit furtum, sed potius damnum dedit, nec tex. appellat illum, qui abstulit lucernam furem, quia non est verisimile, quòd voluerit furari rem tam uilis pretii; sed po-
3 tius iniuriam facere. † Furtum enim, non fit sine intentione furandi. l. 1. ff. de furt. Præterea parcat mihi reuerentia illius doctoris, in compositè fuit locutus, dum dixit, quòd requiritur, quòd timeatur periculum magnæ rei, lucerna enim est minimi valoris, valet enim tres uel quatuor grossos. Aliud autem est rem esse minimi valoris, & aliud rem esse parui valoris, & aliud est rem esse magni valoris, plus enim extimatur res valens medium, uel unum, uel duos ducatos, quàm res velẽs duos, uel tres grossos, & ideò cũ illa lex loquatur in re minimi valoris, nõ debet extendi ad rem parui valoris; quia pluris est paruus valor quam minimus.
4 Præterea † vni rustico res unius ducati, vel duorum dicitur magni valoris; quia an res dicatur parui vel magni valoris, inspicitur conditio personarum, ut dicit Bar. in l. admonendi, in ante pen. col. ff. de iureiura. & Glo. in c. fi. in uers. illustrium. de re iud. lib. vi.

5 Hinc dixit † Glo. in l. i illicitas. ff. de offic. præsi. ꝙ homo tenuis seruat porcellũ, uel aliam minimam rem tanquam oculum & sic res parui, vel minimi pretii est magna res pauperi. vnde in proposito hæc est censenda magna res pauperi.

Item iste uulnerauit furem causa defensionis rerum suarum, quod, & licet etiam pro minima re, ut dicit D. Floria. in
6 d. §. tabernarius. † Pro hoc facit, quia pro re minima committitur furtum, si rapiens habuit intentionem furandi, ut in §. gallinarum. Inst. de re. diui. & pro hoc facit, quia iura nõ requirunt, ꝙ fur rapuerit res alterius ad hoc, ut possit occidi. sed sufficit, quòd sit paratus ad damnum faciendum, puta quia fuerit inuentus frangere hostium, vel parietem vel apposuerit scallas ad finestras causa furandi, de hoc est tex. in dict. cap. si perfodiens de homici. & libr. Exodi xxii. cap. & per hoc istę absque dubio est absoluendus. Laus Deo.

Ita dico, & consulo, iuris esse, Ego Alexander de Neuo Iuris utriusque Doctor minimus, Paduæ legens ordinariè iura canonica, & propria manu me subscripsi, & consueto sigillo sigillari feci, submittens me correctioni cuiuslibet melius sentientis, & propria manu scripsi, & subscripsi.

CONS.

CONSILIVM D. ALEXANDRI DE NEVO. V. I. D.

In casu suprascripto.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro suo interesse comparere potest pro defensione filij, ad docendum de innocentia eius, & etiam alium procuratorem constituere. & infra nu. 8. & per tot. consilium.*

2 *Procurator in crimine publici iudicij interuenire non potest.*

3 *Seruus per dominum in causa criminali defendi potest.*

4 *Abbas defendit monachum accusatum.*

5 *Pater pro filio clerico comparere potest pro suo interesse, & iudicis secularis declinare iurisdictionem, & petere filium ad iudicem ecclesiasticum remitti.*

6 *Intellectus l. pen. §. ad crimen. ff de pub. iudi.*

7 *Procurator in causa capitali admittitur, ubicunque sententia contra absentē ferri potest.*

9 *Iudex innocentiam reorum perquirere debet.*

10 *Iudex ex officio potest testes examinare ad ostēdendam innocentiam rei.*

11 *Iudex cui constat de innocentia rei, illum absoluere tenetur.*

12 *Iudex accusati præsentiam habere debet, ut uideat qua fronte, & quo vultu, & quo pallore loquatur.*

13 *Mors an sit secuta ex uulnere, peritiæ medicorum relinquitur, & nu. 15.*

14 *Vbicunque potest contra absentem procedi quilibet etiam sine mandato admittitur ad ostendendum innocentiam eius.*

16 *Appellare quilibet de populo potest in causa capitali.*

17 *Iuris beneficium nemini denegari debet, & iudex denegans, iniustè agit, grauiterque delinquit.*

18 *Nocentem absoluere benignius est, quam innocētem condemnare.*

19 *Iudex, qui perpendit testes falsum deposuisse, laborare debet, ut inueniat occasionem conuincendi testes de falso, & liberandi innocentem.*

20 *Iustius est absentem posse defendi, quam turpiter condemnari.*

21 *Iudex, qui illicitè accusatum banniuit, ad damna, & interesse tenetur.*

22 *Iudex nolens probationes admittere, ad damna & interesse tenetur, nec potest absolui nisi prius tales defensiones admittat.*

23 *Iudex, licet admittat uolentes probare innocentiam accusatorum, non tamen ei uia præcluditur, quo minus ex officio possit testes ad probandum accusati innocentiam admittere.*

CONSILIVM LXXXIX.

IN nomine domini nostri Iesu Christi, qui est verus Deus, & verus homo, cuius glorioso sanguine redempti sumus, eiusq; gloriosissimæ matris semper virginis totiusq; cælestis curiæ Amē. † Quæritur à me, an pater Iacopini, quē consului debere absolui tam ab homicidio, quàm de vulnere illato cuidam nautæ furanti tēpore nocturno ligna sua, possit pro suo interesse comparere, & ostendere dictum Iacopinum innocentem? & videtur quòd non, quia † ad crimen publici iudicii prosequendum, frustra procurator admittitur, lege penul. §. ad crimen, ff. de publi. iudi. & in l. prima §. primo, ff. an per ali. ca. aplatio. & in c. ueniens, de accus. & in c. tuæ, de procuratorib. In contrarium est veritas in casu nostro, † quia pater pro suo interesse potest comparere, & ostendere innocentiam filii, quemadmodum potest comparere dominus pro seruo accusato, & eum defendere pro suo interesse, vt l. seruus, ff. de public. iudi. & l. Lucius, ff. de appellation. & l. si cuiusdam, C. de accusa. Et hoc scilicet, quòd pater possit etiam in crimine capitali comparere, & defendere filium pro suo interesse, tenuit Barto. in d. l. penulti. §. ad crimen, ff. de public. iudi. in v. col. Et eodem modo dicit, † quòd Abbas admmittitur ad defendedū monachum accusatum de crimine capitali pro suo interesse. † Et eodem modo dicit si filius clericus est accusatus, potest pater comparere pro suo interesse, & declinare iurisdictionem iudicis secularis, & petere filium remitti ad iudicem ecclesiasticum. Istud idem tenuit Bald. in l. reos, C. de accusation. & Salice. in l. si cuiusdam,

iusdam,eodem titu. Idem tenuit Butri. in cap. veniens,de accusation.in xii.colū. vers. septimus casus, Idem tenet ibi Do. Abb & Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de procuratorib. §.i. & est communis opinio tam legistarum quam canonistarum.

6 Non obstat † l.pen.§.ad crimen, ff. de publi.iudi cum allegatis in contrarium, quia loquuntur in uero procuratore, qui non admittitur in causis capitalibus, pater autem non comparet tanquam procurator, sed pro suo interesse, nec contra eum est ferenda sententia, sed solum admittitur, ut ostendat innocentiā filii, & nisi eā ostēdat filius non est absoluendus.

7 Præterea † vbicunque potest ferri sententia contra absentem procurator admittitur, etiam in causa capitali, de hoc est text. not. in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procuratorib. & Butri. & Dom. Abba. in d. capitu. veniens, de accusatio. & est communis opinio, tam legistarum quā

8 canonistarum. † Sed in casu nostro pater vult comparere ne filius ponatur in bāno ad quam pœnam ex forma statutorū potest procedi contra absentem; ergo pater debet admitti, ex quo potest alium procuratorem constituere. Pro ista opinione optimè facit l. si non defendantur, ff. de pœnis vbi text. dicit, ꝙ si non defendātur serui à dominis iudex non debet statim ad supplicium procedere, sed permittere, ꝙ defendantur, etiam ab alio

9 quàm à domino, † & si nullus velit defendere, tunc debet iudex ex suo officio quærere de innocentia ipsorum: Idem probatur in l. ii. C. de abolitio. vbi iudex ex officio suo quærit de innocentia rei nullo po

10 stulante; † Facit optimè quòd not. Bart. in l. i. in fi ff. de quæstion. vbi dicit, quòd iudex ex officio potest testes producere seu examinare ad ostendendam innocentiam rei, & idem not in d. l. & si non defendantur, ff. de pœn. vbi Barto. dicit ꝙ iudex ex officio debet reum defendere, nemine eum defendente, & quòd potest testes inducere à parte non productos.

11 † Facit quòd not. idem Barto. in l. absentem, ff. de pœn. vbi uult quòd si constat iudici de accusati innocentia, licet sit contumax, debet ipsum absoluere.

12 Nec obstat † si diceretur, quòd, ex quo iudex vult habere præsentiam accusati, vt uideat qua fronte, quo vultu, & quo pallore loquatur, l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstion. & quod not. in l. fina. C. de procuratorib. debeat præsentari ipsi iudici, quia illud procederet si quærere-

13 tur an percusserit vel non. † Sed in casu nostro non quæritur de percussione, ex quo, de ipsa cōstat, sed quæritur, an mors fuerit secuta ex uulnere vel non: quod non potest colligi ex voce, uel uultu accusati, sed relinquitur peritiæ medicorum

14 Præterea † vbi absens potest condemnari, sicut in casu nostro, potest defendi, absque eo, quod præsentetur iudici, quia talis defensio potest fieri, etiam accusato absente, & per consequens repræsentatio iudici non requiritur, de hoc est casus in d. l. seruum quoque, §. publicè; ff. de procurato. & hoc tenent Bar. & Docto. supra allegati. Et hoc intelligi debet vbi defendit tanquam quilibet de populo sine mandato. secus si tanquam procurator cum mandato, quia tunc esset in arbitrio iudicis, an faciat uenire principalem, vt videat quo vultu, &c. Sed ubi sine mandato, tanquam quilibet de populo admittitur, ne absens condemnetur, non est necesse quod faciat venire, quia facit illud quod debet facere iudex, qui nemine defendente, debet inquirere defensiones rei & ita se declarat Barto. in d. §. publicè dum dicit quòd potest sine mādato defendere; non requirit ꝙ faciat uenire principalem, sed solum quando tanquam procurator comparet.

15 Præterea † in casu nostro cessat ratio ista cum de uulnere constet, & sic non requiritur necesse principalem interrogari, ut supra dixi quia hoc an vulnus fuerit mortale deprehenditur iudicio medicorum, non autem potest deprehendi uultu, vel pallore, uel trepidatione accusati: & sic cessat ratio propter quam principalis tenetur comparere, etiam si procuratorē constituerit, & iste est casus noster. Vbi autem posset ferri sententia contra absentem, & aliquis compararet sine mandato

tan-

tanquàm quilibet de populo, ne absens
condemnetur, & tunc indistinctè posset
ostendere de innocentia, nec teneretur fa
cere comparere principalem, & hoc aper
te probat tex. in d. §. publicè, nam ad hoc
iudex tenetur ex officio, unde debet aliũ
admittere ad illud quod ipse facere tene-
16 tur. † Facit ad hoc l. non tantum, ff. de ap
pella. & l. addictos, C. de episcop. audiè. in
quibus patet, quòd quilibet de populo po
test in causa capitali appellare.

Item pater pro suo interesse potest defende
re filium absentem, ut supra dixi. licet ista
non sit plena defensio, sed solum, quædam
instructio, seu ostensio innocentiæ faciẽ
da iudici.

Dicitur autem mihi, quòd iudex dicit, si iste
pater admittitur ad defendendum filium
suum, sunt plures quàm quadraginta alii
qui sunt in eadem causa, quos erit neces
se eodem modo admittere ad defensionẽ
17 filiorum suorum. † Huic ego respon-
deo, quòd nemini debet denegari bene-
ficium iuris; & iudex qui denegat, in-
iustè agit, & grauiter delinquit; nam cum
ex officio teneatur quærere innocentiam
accusati, vt supra dixi, grauiter peccat, si
non vult alios admittere ad probandam
18 innocentiam accusati. † Vnde cum iura
dicant, quòd benignius est nocentem ab
soluere: quàm innocentem condemna-
19 re, l. absentem, ff. de pœn. † & ultra iura ci
uilia & canonica allego. S. Tho. in ii. se-
cundæ, q. lxvii. articu. ii. & q. lxiiii. artic. vi.
vbi dicit, quòd si iudex perpendit testes
deposuisse falsum contra innocentem, de-
bet laborare, ut inueniat occasionem cõ
uincendi testes de falso, & liberandi in-
nocentem, Idem not. in c. pastoralis, §.
præterea, de offi. delega. & in c. i. de offic.
20 ordina. † Vnde multò fortius debet iudex
recipere probationes pro ostendenda in-
nocentia absentis, pro hoc l. exigendi, C.
de procur. vbi dicitur quod iustius est ab-
sentem posse defendi, quam turpiter cõ-
21 demnari. † Vnde Ioan. de Imo. in d. l. pen.
§. ad crimen, ff. de public. iudi. dicit, ꝙ iu
dex tenetur ad damna & interesse, si illici
tè ponit accusatum in bãno, & idem not.
Bald. in l. fina. C. de pœn. iudi. qui male
iudica. per not. per Innocen. in capi. fina.
22 quod met. cau. † Similiter etiam tenetur
ad interesse iudex nolens admittere pro-
bationes, ut not. in l. argentarius, §. cum
autem, ff. de edend. & in l. si quando, in fi.
C. de testib. unde talis iudex continuè est
in peccato mortali, nec debet absolui, nisi
prius admittat tales defensiones; quia nõ
remittitur peccatum, nisi restituatur ab-
23 latum. † Nec obstat si diceret iudex, ꝑ
hanc viam illi qui sunt criminosi libera-
buntur. quia respondeo, quòd licet iu-
dex admittat illos qui volunt probare in
nocentiam accusatorũ, non propter hoc
præcluditur via iudici quo minus ex of-
cio possit testes admittere ad probandum
innocentiam seu crimen ipsius rei, seu ac-
cusati vt dixit Barto. in l. vnius, §. reus,
ff. de quæstion. & in l. ii. §. si publico, ff. de
adulter. & in l. iiii. §. hoc autem iudicium,
ff. de dam. infect. vnde tam ius quàm om-
nis æquitas suadet patrem debere admit-
ti ad ostendendum innocentiam filii ab-
sentis. Similiter omne ius, & æquitas sua
det, ꝙ vbi absens potest condemnari, ꝙ
quilibet debeat admitti ad ostendendum
innocentiam absentis, quia per hoc non
tollitur facultas iudici quo minus ex of-
ficio inquirat veritatem super crimine. Et
ex iis concludo ꝙ pater istius Iacopini
debet admitti ad ostendendam innocen-
tiam filii. Laus Deo.

Ita ut suprascriptum est dico iuris esse ego
Alexander de Neuo. I. V. D. minimus,
in studio Paduano legens ordinariè iura
canonica, & propria manu me subscripsi,
& consueto sigillo sigillari feci.

CONSILIVM DOMI.
IOANNIS BAPTISTAE de Rosellis. V. I. D.

SVMMARIVM

1 *Transcendens muros ciuitatis nocturno tempore qui etiam mulierem rapuit & furtum fecit, qua pœna, & à quo iudice sit puniendus, [illegible]bus magistratibus in ciuitate existentibus, & per [illegible] consilium.*

Causa

2 *Causa & non factum quando inspicitur.*
3 *Delicta plura eodem tempore commissa, pro uno puniuntur.*
4 *Vulnera, ad quorum finem factus est insultus, sunt in consideratione, sed non insultus.*
5 *Facta plura, quando pro uno consideratur, principale & finale attenditur.*
6 *Praefectus urbis intra ciuitatem criminum cognitionem habebat.*
7 *Custodiam urbis habenti sunt omnia commissa, quae in consequentiam veniunt, & omnia sine quibus non posset bene custodire.*
8 *Vrbis habens custodiam, potest impedientes custodiam punire.*
9 *Praeuentio locum habet & fit per capturam, cum duo indices in eadem ciuitate potestatem habent super certo crimine procedendi.*
10 *Plura facta, & plura delicta separata & diuersarum specierum ab vno perpetrata diuersis poenis puniuntur nec poena vnius tollit poenam alterius.*

CONSILIVM XIC.

MAGNIFICVS Dominus Capitaneus capi fecit quendam, pro eo quod dicebatur transendisse muros ciuitatis, & aperuisse portas uel alias clausuras ciuitatis, qui positus ad torturam confessus est quòd muros transenderat, & clausuras aperuerat causa rapiendi quandam mulierem, & causa committendi nonnulla furta, & ita etiam mulierem rapuisse & furta commisisse confessus est, posteà magnificus Dominus Potestas petit hunc ad se remitti, quia dicit ad se spectare cognitionem, & coertionem huiusmodi delictorum. Quaeritur quid iuris per ipsos magnificos Dominos Potestatem, & Capitaneum, à vobis Domino Ioanne Baptista de Rosellis, de vestra scientia, bonitate, & integritate confidentes ipsi Domini Potestas, & Capitaneus.

1 In Dei nomine Amen.† Videretur prima facie, quòd Magnificus Dominus Capitaneus non habeat cognitionem de istis criminibus, quia non videtur sibi demandata talis cognitio, uel coertio sed solum modò custodia urbis, ut parere potest in sua commissione, & consuetudo seruare, videtur quòd ea pertineat ad officium Domini Potestatis, & ita videtur contineri in statutis Paduae, & fortè etiam in decretis Serenissimi Dominii, vnde consuetudo traxit originem, & ideò tenetur magnificus Dominus Captaneus remittere ad ipsum magnificum Dominum Potestatem talem malefactorē, ut in l. fi. ff. de offic. prae. uigil. & in l. si quid, ff. de offi. proconsul. & in l. defensores, C. de defensori. ciui. & in auct. de defensorib. ciuita. §. audient. Praeterea dato quòd magnificens Dominus Capitaneus posset coercere transcendentes muros, uel aperientes portas, uel alias clausuras ciuitatis,
2 †tamen quia iste non transcendit simpliciter muros, nec simpliciter aperuit clausuras vrbis, sed causa rapiendi mulierem, quam etiam rapuit, & causa committendi furta, quae posteà commisit, videretur quòd deberet attendi causa, & non ipsum factum, ut in l.
3 verum ff. de furt. † Et uideretur, quòd deberet puniri iste de raptu mulieris, & de furtis, & non de transitu murorum uel apertura portarum, ex quo eodem impetu perfecit omnia, & praecedentia sunt facta ad ultimum finem rapiendi, & furandi; vt in l. illud, in §. ff. ad l. Aquil.
4 † Et quod in simili not. Glo. in l. qui de crimine, C. de accusation. quae uult, quod non debeat considerari insultus, sed vulnera, ad quorum fidem factus est insul-
5 tus.† Facit etiam Gloss. in l penulti. ff. de action. & obliga. quae uult, quod ubi sunt plura facta propter vnum, consideratur illud quod est principale & finale. Ad quod facit quod not. Barto. in l. nunquam plura, ff. de priuatis. delict. in iiii. colum. & in l. libellorū, in iii. col. i ver. sed quaero, aliquis ff. de accusa & in l. qui de crimine, C. eo. titu. de accusatio. Et ideò videtur, quòd cū iste debeat puniri solum de raptu mulieris & de furto cognitio, & coercio videtur spectare ad Magnificum Dominum Potestatem, per decreta Dominii, & statuta ciuitatis Paduae, & consuetudinē hactenus obseruatam.

Sed iis non obstantibus, videtur de iure cō
6 trarium esse verius:† Vnde aduertendum quòd

quòd licet magnifico Domino Capitaneo specialiter non committatur cognitio criminũ, sicut olim in urbe Romana committebatur præfecto vrbis, ut in l. i. in
7 prin. ff. de offi. præfec. urb. † tamen eidem committitur custodia urbis, & per hoc uidentur omnia commissa, quæ ueniunt in consequentiam. & omnia sine quibus non posset bene custodire ut in l. ii. ff. de iur. omni. iudi. & in l. ad legatum, & l. rem mobilem. ff. de procura. & ideò potest imponere pœnam eis, qui transcendunt muros, uel operiunt clausuras ciuitatis, quia tales impediunt custodiam urbis commissam Magnifico Domino Capita-
8 neo, † & non aliter posset custodire, si non posset etiam punire impedientes custodiam, & punire possit, ex eo solũ, quòd commissa sit custodia ciuitatis, determinat expressè Bart. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab or. faci. in vii. col. in uers. tertia regularet, & idem firmat Bald. in l. i.
9 circa fin. C. si rector prouin. † Et ex quo magnificus Dominus Capitaneus præuenit in faciendo capi dictũ malefactorem, magnificus Dominus Potestas non debet, nec potest de eo se impedire, licet aliàs ipse Magnificus Dominus Potestas potuisset de eodem crimine cognoscere & punire. Nam cum duo iudices in eadem ciuitate habeant iurisdictionem & potestatem procedendi super certo crimine, est locus præuentioni, & fuit præuentio per capturam, ut habetur in leg. si
10 quis posteà, & ibi per Ang. ff. de iudi. † & cum sint in his plura facta, & plura delicta separata, & diuersarum specierum. Nam transendere muros per se est delictum, & similiter aperire clausuras ciuitatis, & pro tali delicto imponitur pœna arbitraria, iuxta not. in l fi. ff. de re. diuisio. Et similiter rapere mulierem, & committere furta sunt per se delicta, & omnia possunt puniri, & pro pœna, unius delicti, non tollitur pœna alterius. Immò etiam si esset unum factum, ex quo resultarent delicta diuersarum specierum, debent omnia delicta puniri, nec pro pœna unius, remittere pœnam alterius, ut in l. nunquam plura. de priu. delict. & in l. si adulterium cũ incestu. §. i. ff. de adulter. & plenè not. Bar. in l. senatus, in prin. ff. de accusatio. & probatur in l. aduerso, & ibi Glos. C. de furt. & in l. quicunque, de ser. fugi. & ibi per Bal. in ii. notabili.

Non obstant supra allegata in contrarium, quoniam loquuntur in iis quæ habent præambulum necessarium, ad illud delictum, ut pulchrè declarat Bal. in. d. l. aduersus, C. de furt. in i. & ii. quæstio. & per Bar. in d. l. senatus, & in l. nunquàm plura, de priua. delict. Postq; autem magnificus Dominus Capitaneus perfecerit processum suum, & punierit pro delicto, quod ad eum spectat, poterit eundem reum remmittere ad magnificum Dominum potestatem puniendum pro aliis delictis, uel poterunt simul conuenire, & procedere contra eundem reum, ut in c. pastoralis, de rescriptis.

Et ita credo de iure, saluo saniori iudicio, Ego Ioannes Baptista de Rosellis Iuris utriusq; Doctor, & iura ciuilia ordinariè legens in felici studio Paduano, iuxtaq; prædicta mihi uidetur Magnificos Dominum Potestatem & Dominum Capitaneum se ingerere & habere circa coerctionem dicti malefactoris, reseruato tamen iudicio cuiuscunq; melius sententis, cui me submitto. Laus Deo.

CONSI. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI. I. V. D.

Super eodem facto.

SVMMARIVM.

1 *Qui muros ciuitatis transcendit, furtumq; fecit, qua pœna sit puniendus, per totum consilium.*

2 *Reus an sit de vtroque puniendus, quando ex uno facto plura crimina resultant.*

3 *Hominem in ecclesia interficiens, homicidium & sacrilegium committit.*

4 *Monialem carnaliter cognoscens, incestum, adulterium, ac sacrilegium committit.*

5 *Facta diuersa, quando diuersa crimina respiciunt, pœnis diuersis puniuntur.*

6 *Reus mitiori pœna ab uno iudice castigatus, an maiori pœna possit ab alio iudice puniri.*
7 *Detentus pro aliquo delicto per capitaneum, an possit per potestatem condemnari simul cum ipso capitaneo, & infra nu. 11. & 12.*
8 *Fur, qui alibi duo furta commisit, & tertium Paduæ; suspendi potest, stante statuto quod pro tertio furto, fur debeat suspendi.*
9 *Bar. in l. si cui. §. ult. ff. de accusa. quomodo intelligendus.*
10 *Accusatione pendente super crimine, non potest reus secũdo accusari, etiam ad maiorẽ pœnam.*
12 *Iurisdictio, per citationem uel capturam præuenta, auferri non potest.*
13 *Absolutus in uno, potest in alio condemnari.*

CONSILIVM. XCI.

MAGNIFICE Domine mihi singularissime. Debita commendatione præmissa, Illicò cum domũ ueni post discessum à Dominatiõe vestra, studui illa quæ mihi proposuit, & paucis declarabo
1 illud quod sentio † Verum autem est ꝙ leg. fin. ff. de re. diuisio. imponit pœnam capitis ascendenti muros, uel exeunti aliter quám per portas ciuitatis; sed Bar. illam leg. restringit ad muros ciuitatis Romanæ, in muris uerò aliarum vrbium dicit esse pœnam arbitrariam; ut in l. fi. ff. ne quid in lo. sa. & l. sanctio, ff. de pœnis, & hæc opinio seruatur de consuetudine. Vtrum autem iste sit puniendus de utroque crimine, scilicet de uiolatione murorum, & de furto. Barto. hoc declarat in l. senatus. ff. de accusa. & in l. si adulterium, §. i. in prin. ff. de adulter. in quibus de
2 clarat. † nunquid quando ex uno facto resultant plura crimina. reus sit de vtroq; puniendus, & in effectu concludit, ꝙ aut duo crimina habent se inuicé ut genus & species, & tunc unica pœna punitur. exemplum in homicidio & parricidio, nam homicidiũ est genus, & quicũq; occidatur, siue pater siue filius, siue proditoriè siue nõ proditoriè, est homicidiũ. Vnde si quis occidit patrem tantum vnica pœna est puniendus: quia parricidium est species homicidii, & de hoc est casus in d. l. senatus, secundum unam lecturam, & iste non est casus noster. Aut ex uno facto resultant duæ species criminis separatæ & distinctæ, ita quòd una non est species alterius. & tunc de utroque crimine debet puniri, de hoc est casus in d. l. si adulterium & Bar. dicit, quòd hoc procedit siue ex eodem facto resultent plura crimina nominata, siue innominata & ponit exemplum
3 in delictis nominatis. † Pone aliquis interfecit hominem in ecclesia, nam ex hoc unico actu committitur homicidium, quia occidit hominem, & sacrilegium, quia turbatur diuinum officium l. si quis in hoc genus, C de episco. & cleri. Vnde hinc resultant duo crimina distincta & separata, & ex utroque est puniendus. In delictis autem innominatis ponit exemplum. Pone extrahendo tibi cultellum de manu uulneraui te & derobaui: hic resultant duo crimina ex eodem facto, quorum unum est innominatum, scilicet vulneratio, aliud scilicet derobatio est nominatum, quia comprehenditur sub furto, unde etiam hoc casu secundum Bar. de utroque est puniendus, scilicet de robatione & de uulnere. Sed in proposito sunt duæ species criminis separatæ & distinctæ, quia uiolatio murorum nõ cõprehẽdit sub furto nec è cõuerso vn de de utroque est puniendus, & maximè quia in casu nostro, nedum sunt diuersa crimina, sed ẽt diuersa facta: quia aliud est uiolatio murorum, & aliud est furtum, seu homicidium. Vnde si reus est de utroque delicto puniendus, quando ex eodem facto resultant plura delicta, ut dicit Barto. ubi supra, & probatur in d. leg. si adulterium, ibi, pro una fornicatione quis punitur de adulterio & in cestu, uel de strupro & incestu. quia si quis habet rem cum consaguinea maritata, committit adulterium in quantum est uxor alterius, uel strupum, & incestum
4 si non est maritata † Hoc etiam tenuit Glos. in c. uirginibus, xxvii. q. i. quæ dicit, quòd habens rem cum monali committit incestum, adulterium, & sacrilegium, incestum in quantum est sponsa Dei, cuius sumus filii, & ipse pater noster. Adulterium in quantum est marita

ta spirituali matrimonio Christo, sacrilegium in quantum est monialis, & res sacra, quia Deo est consecrata; & sic ex unica fornicatione cum moniali, quis committit tria crimina, scilicet adulterium, incestum, & sacrilegium.
5 † Modò si reus est puniendus de omnibus criminibus, quando ex eodem facto resultant plura crimina; fortius quando sunt diuersa furta, & diuersa crimina, ut in casu nostro, & hoc probatur in leg. agraria, ff. de ter. mo. & in leg. nunquam plura, ff. de priua. delict. & hoc tenet Bar. ibi & in leg. inficiando, §. infans, ff. de furt. ubi dicit, quòd si plura facta respiciunt diuersus effectus, reus de utroq; est puniendus, sed in casu nostro ista diuersa facta producunt diuersus effectus: quia ex uno producitur uiolatio murorum, ex alio furtum uel homicidium; unde de utroque est puniendus, ut probant apertè iura præallegata, & tenet Bar. in locis supra
6 dictis † Vnde Dominatio vestra est iudex de uiolatione mororum, de alio verò crimine Magnificus Dominus Prætor. Et si diceret Dominatio vestra quomodò potest imponi pœna violationis murorum si ei imponitur pœna capitis; respondeo iuxta diffinitionem Bar. in præallegata l. si adulterium, quòd potest operari plures effectus, primò quia si absolueretur à maiori crimine, poterit eum facere nomine suo retineri in carcere, & eum punire de violatione murorum; secundus est effectus, quia poterit imponere pœnam pecuniariam pro hoc delicto, quia vtraq; pœna potest concurrere, sed si uterque uellet imponere pœnam, corporalem, tunc vnica esset ei imponenda, & maior traheret ad se minorem. Dicit tamẽ Bar. in d. l. si adulterium, ꝙ pœna debet augumentari propter utrunq; delictum commissum, ut ꝓbat in l. um pallam, ff. de adul
7 ter. † Vtrum autem in hoc vltimo casu Dominatio vestra possit interuenire simul cum magnifico Domino Prætore, videtur quòd non, per not. per Bar. in l.
8 si cui, §. ult. ff. de accusa. ubi dicit † quòd stante statuto, quòd pro tertio furto, fur debeat suspendi, & unus committat duo furta alibi, & tertium in ciuitate Paduæ licet prætor Paduæ non possit directè punire furem de furtis extra suum territorium commissis, tamen poterit eum facere suspendi; quia illa duo furta faciunt, ut
9 illud dicatur tertium furtũ. † Sed potest responderi, ꝙ Bar. debet intelligi quando iudex primus non habet iurisdictionem in eodem territorio, & ita etiam Bar. loquitur. Secus si ambo haberent iurisdictionem in eodem teritorio, ut in casu nostro. Item Bar. debet intelligi, quando iudex loci, ubi prima furta sunt commissa non præuenerit iurisdictionem, secus si præuenisset; quia tunc reus esset ad eum
10 remittendus, † pro hoc allego Bar. in d. l. senatus, ff. de accu. in ii. col. versi. circa hanc legem quæro. ubi dicit, quòd pendente accusatione super crimine, non potest secundò accusari de eodem crimine
11 etiam ad maiorem pœnã. † Vnde eadem ratione iudex qui fecit reum capi, potest opponere contra secundum iudicẽ, quòd non procedat super alio crimine, nisi primò ferratur sententia super crimine, pro quo fecit eum capi. & licet Bar. loquatur quando reus tantum vnica pœna est puniendus, tamen idem dicendum est eadem ratione, quando venit puniendus duabus pœnis pro diuersis delictis, quando ex hoc intricaretur processus primi
12 Iudicis qui reum fecit capi; † quia non potest ei auferre iurisdictionem præuentam per citationem uel capturam, ut probatur in l. vbi acceptũ, ff. de iudi. & in l. si quis posteà, eo. tit. & in l. cum quædam puella, ff. de iur. omni. iudic. & in c. proposuisti, de fo. competen. Vnde uel Magnificus Dominus Prætor debet Dominationem vestram permittere, ut expediat processum per se inceptum & quòd reum cõdemnat, uel absoluat, ipse autem posteà poterit procedere super maiori crimine ex quo de uno que est puniendus; vel admittere debet Dominationem vestram ad sentẽtiam simul proferrendam, ex quo, ratione violationis murorum pœ
13 na est augmentanda. † Sed si Dominatio vestra credit reum esse absoluendum, potest expectare, ꝙ absoluatur quia po-

 test

test expectare, quòd absoluatur, quia poterit eum facere retineri in carcere nomine suo, & eum punire, & interim mandare custodibus carceris, quòd reum non dimittant, etiam si prætor ipsum absolueret, quia intendit contra eum procedere ratione uiolationis murorum, & istud est de mente Bar. in d. l. si adulterium, & in l. per minorem, ff. de iudi. Protesto tamen, quòd supradicta non intendo esse allegata, ut ex iis aliquis puniatur. Sed solum ut de iurisdictione Magnifici Domini Prætoris, & vestræ cognoscant D. Hæc sunt Colendissime Domine quæ sentio, cuius Dominationi me continuè commendo. Laus Deo.

Eiusdem M. D. V. Alexander de Neuo. V. I. D. iura canonica ordinariè legens Paduæ &c.

CONSI. D. ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI V. I. D.

In materia incendii.

SVMMARIVM.

1 *Vigilantia & diligentia habitantium in domo, aliis indiciis in contrarium non apparentibus, eos releuat à culpa incendii.*

2 *Incendium regulariter culpa inhabitantium cõmittitur, quinimmò sine eorum culpa, lex præsumit illud committi non posse.*

3 *Casum fortuitum incendii uel furti probare nõ sufficit, nisi & probetur culpam abesse, probando illam aliunde, non ab inhabitantibus processisse.*

4 *Sententia in dubio fertur contra inhabitantes, non probato, quòd per alium fuerit ignis immissus in casu incendii.*

5 *Damnum passus, etiam in casu statuti, quòd villa teneatur de incendio, tenetur probare ignem per alium, licet non per quem fuisse immissum.*

6 *In casu incendii, quia ius præsumit culpam ab inhabitantibus, siue vno, siue pluribus processisse, ideò ad illam probandum, quòd alium de processerit, transfertur onus in damnum passum.*

7 *Incendium, non docto à quo de familia sit commissum, præsumitur illud culpa domini processisse, nisi dominus de diligentia sua docuerit.*

8 *Culpa vbi precedit casum, quis tenetur de cãsu fortuito.*

9 *Ex frequentatione loci qui sit igni propinquus culpa incendii domino domus imputatur, & sic tenetur de casu fortuito.*

10 *Producens libellum, positiones & instrumenta in illis contenta, confiteri censetur.*

11 *Stante statuto, quòd apparente igne in camino domus, præsumatur ignis exiuisse ex domo inhabitantis, damnum passus non potest per testes probare contrarium, sed per solam partis confessionem.*

12 *Probatio in contrarium per testes non admittitur, contra præsumptionem iuris & de iure, sed per solam partis confessionem.*

13 *Statutum, quòd villa teneatur pro delicto alterius, est odiosum, & stricte interpretandum. Nemo pro delicto alterius puniri debet.*

14 *Testis deponens de fama nihil probat, non expresis aliquibus à quibus id audiuit.*

15 *Damnum passus ex incendio non transfert culpam in alium, si probat diligentiam matris familiàs in genere, sed oportet probare diligentiam circa locum vbi contingit incendium, & quòd eam adhibuerit tempore incendii.*

16 *Testis, licet vnicus, magnam facit præsumptionem.*

17 *Duobus testibus qui deponant pro iuris præsumptione, plus creditur quàm centum in contrarium deponentibus.*

18 *Negatiua, nisi sit tempore limittata, non potest per testes probari.*

19 *Argumentum à communiter accidentibus est bonum.*

20 *Testibus deponentibus contra id quod est verosimile, seu id quod communiter accidere solet, non creditur, nisi sint omni exceptione maiores.*

21 *Vigilantia inhabitantium domum ita demum eos excusat à culpa incendii, si probatum sit de omnium diligentia.*

22 *Sententiarum latarum in similibus casibus inter diuersas personas, productio in aliquo non releuat producentem.*

CONS.

CONSILIVM. XCII.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi eiusque gloriosissimæ matris semper uirginis, totiusque cœlestis curiæ. In ca-
1 su de quo agitur, scilicet † an Cõmune villæ de Camisano sit condemnandum, uel absoluendum à petitione dicti Gẽtilis de Thienis, qui accusauit dictum Commune, ut reficeret sibi damnum occasione cõbustionis cuiusdã tegetis, & aliarum rerũ in sua petitione comprehensarum, & uidetur ꝙ dictum Commune sit condemnãdum, quia ignis uidetur suppositus fuisse seu immissus per tertium in dicta tegete; & hoc deponit Brazodurus qui deponit ignem fuisse suppositum in dicta tegete à parte posteriori uersus pratum dicti Gentilis. Item alius testis scilicet Ionãnes. q. Vincẽtii de Marolla deponit quòd publicè tunc temporis dicebatur tempore dicti ignis per omnes personas ibidem existentes, quæ erant numero circa sexaginta, ꝙ dictus ignis fuerat immissus in dicta tegete, sed aliqui dicebant quòd fuerat suppositus à parte posteriore dictæ tegetis uersus pratum dicti Gentilis, & aliqui dicebant quòd fuerat suppositus in tribus locis dictæ tegetis circum circa. Item probatum est, quòd uxor dicti Gentilis est mulier sapiens & prudens, & solicita circa gubernationem domus & familiæ. Item Antonius Iacobini de Masone dictus Zerpelonus habitator in villa de Camisano deponit, ꝙ vxor dicti Gentilis in præsentia ipsius testis imposuerat massariæ suæ, quòd attenderet ad equam dicti Gentilis & hauriret de uino existente in dicta tegete, quia ibi tenebat canipam, & quòd omnia alia necessaria perageret de die, ita & taliter, quòd non haberet opus prædicta exercere de nocte; quoniam dicta massaria erat iuuenis, ita ut nõ esset, quòd de nocte iuisset ad dictam tegetem per dictum curtiuum, quia non erat clausum, & dicit, quòd audiuit eam pluries dicere similia uerba massariæ & fanticellæ, scilicet ut se fulcirent de rebus sibi oportunis in die, quia nollebat, quòd exisent domum de nocte. Item deponit ꝙ nunquàm uidit dictas massariam, & fanticellam portare lumen de nocte ad dictam tegetem, nec etiam de nocte ire ad eam. Deponit quoque quòd ipse testis iuit ad domũ dicti Gentilis circa prima horã noctis, & dum pulsaret ad hostium, vxor dicti Gentilis veniebat ad hostium, & sibi apperiebat illud, quia nollebat massariam uel fanticellam venire de nocte ad hostium appetiendum; Iste tamen testis (ut deponit super generalibus) est affinis dicti Gentilis, & pluries conuersabatur in domo sua. Item Matthæus. q. Bassiani deponit, quòd vxor dicti Gentilis est cõsueta hostium suum tenere clausum nocte aduenientte, & non exire de nocte domum, & non permittere aliquem de eius domo exire de nocte, & si aliquis exibat portabat lumen in laterna ad dictam tegetem, & quòd vxor dicti Gentilis increpabat ipsum testem, quando ibat de nocte, ad dictam tegetem cum lumine, licet illud portaret in laterna: nam ut iste testis deponit, fuit famulus dicti Genti-
1 lis mensibus decem vel octo. † Modò vbi habitantes in domo consueuerunt esse vigiles, si alia inditia non appareãt, non tenentur de incendio, ita notabiliter uoluit Bald. in consi. suo incip. Quidam Ristorius de Cortono, in iii. uol. arg. l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re mil. & l. argentũ, ff. cõmo. Et sic videtur, quòd dictum Cõmune sit condemnandum.

In contrarium tamen credo esse veritatem. Moueor per regulam quæ traditur in hoc
2 articulo, scilicet quòd † incendium regulariter committitur culpa inhabitantium ut in l. iii. §. i. ff. de offi. præfect. uigil. & in l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio. Immò incendium non potest committi sine culpa inhabitantium ut dicit text. melior omnibus aliis in hoc articulo in l. si uendita, ff. de pericu. & commod. rei uendit. Et ideò præsumere debemus, quòd dicta teges sit combusta culpa in habitan-
3 tium, † quia ubi casus fortuitus regulariter non committitur sine culpa, ut est furtum, & incendium, non sufficit probare casum, nisi probetur, quòd casus interuenerit absq; culpa. ista est theorica Bar. in l.

tæ nouæ habitator in Camisano, qui erat uicinus dictæ tegeti deponit, quòd uidit portari lumen absque laterna, aliquando circa primam horam noctis, aliquando circa duas horas noctis, aliquãdo tres.
16 † & unus testis facit non modicam præsumptionem, id est, magnam præsumptionem, ut in cap. super eo, in fin. de testi. Et per dictum istius testis confunditur dictum Matthæi, qui fuit famulus: potius enim est sibi credendum quàm dicto Matthæo, tum quia magis caret suspicione, tũ quia iuuatur iuris præsumptione; quia incendium præsumitur committi culpa inhabitantium, ut supra dixi.
17 † Pro hoc facit quod not. Innoc. & omnes Docto. in c. auditis, de præscrip. ubi dicit, quòd potius est credendum duobus testibus deponentibus secundum iuris præsumptionem, quàm centum testibus deponentibus in contrarium: tum quia dictum dicti Matthæi asseruit negatiuam, scilicet, quòd non portatum fuerit lumẽ sine laterna ad dictam tegetem.
18 † Sed negatiua non potest probari per testes, nec credendum est testibus deponẽtibus super negatiua, nisi negatiua sit tempore limitata, ut l. actor ꝙ asseuerat, C. de probatio. & in c. bonæ memoriæ Maguntinæ, de election. ergo potius est credendum dicto Iacobo, qui deponit super affirmatiua, quàm dicto Matthæo, cuius dictum asseruit negatiuam non cohartatam, & sic improbabilem: optimè facit de causa poss. & propriè c. cum ecclesia Sutrina. Item cum dicta teges esset plena fœno, & in ea esset equus, & porcus, & alia animalia, est quasi impossibile, quòd sæpè de nocte non fuerit ad dictam tegetem & est communis consuetudo, ut non semper portetur de nocte lumen in laterna, etiam in locis ubi est periculum incẽdii;
19 & hoc docet experientia, † Bonum autẽ est argumentum à communiter acciden-
20 tibus, ut dicunt iura uulgaria. † Et ideò testibus deponentibus contra id quod est uerosimile non creditur, nisi sint testes ualde fide digni, & honesti. Ita, quòd contra eos non sit aliqua suspicio, ut in l. non est uerosimile, ff. quod me. causa, & in c. super hoc, de renuncia. & in c. quia uerisimile, de præsump. & quod ibi no. D. Abb.
21 Non obstat, † consilium Bald. supra allegatum, scilicet ꝙ ubi habitates in domo sunt consueti esse uigiles, non tenẽtur de incendio si alia indicia non apparent, quia hoc non est probatum, quòd omnes de domo dicti Gentilis consueuerunt esse uigiles; & posito, quòd esse probatum de sola uxore dicti Gentilis, hoc nõ sufficit. Item alia inditia apparent, quæ inducunt præsumptionem culpæ ratione situs dictæ tegetis, in qua erat vinum, fœnum, equus, & porcus, & cætera animalia, quia periculosum est habere talia in tegete in qua sit fœnum.
22 Non obstant sententiæ productæ pro parte dicti Gentilis, quia non exemplis, sed legibus iudicandum est l. nemo, C. de senten. & interlo. om. iudi. Item dictæ sententiæ debẽt intelligi latæ, in casu quo ignis est immissus per tertium, uel casu quo processit incendium absque culpa inhabitantium, & ex iis concludo dictum Commune absoluendum esse. Laus Deo.

Ita, ut supra scriptum est dico iuris esse, Ego Alexander de Neuo, Iuris utriusque Doctor minimus, & propria manu subscripsi, & consueto sigillo sigillari feci, submittens me iudico cuiuscũque melius sentientis.

CONSILIVM COMMISsionis factæ in consulatu ciuitatis Vicentiæ

Spe. militi ac Clarissimo. V. I. D. Domino Ludouico de Portis iudici Consuli, nec non egregio viro Dominico à Scroffa militi cõsuli communis Vicentiæ, de quadã accusa de damno occultè dato, institutæ per nobilem virum Gentilem de Thienis contra Commune & homines de Camisano, pro incendio siue combustione tegetis ipsius Gentilis, sitæ in dicta uilla &c.

In casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Incendium domorum semper culpa inhabitantium factum præsumitur.*

In-

2 *Incendium, sine culpa patris familiàs, fieri non potest.*
3 *Igne apparente in camino domus, de incendio eiusdem domus dominus tenetur.*
4 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non uidetur.*
5 *Culpa si praecesisset casum, qui est in culpa etiã de casu tenetur.*
6 *Nemo de alterius delicto puniri debet.*
7 *Ignis est unum de quatuor elementis maximè necessariis ad vitam hominis.*
8 *Incendium non præsumitur culpa inhabitantiũ processisse, quando constaret neminem habitasse in domo combusta, uel in ea ignem non tenuisse.*
9 *Pluribus diuersas partes domus habitantibus, constito ex qua parte incendum præcesserit, tunc culpæ inhabitantium illam tantum partem imputatur.*
10 *Diligentia patris familiàs facit cessare præsumptionem culpæ, contra eum aliàs militantis de incendio secuto.*
11 *Incendii secuti in tegete separata à domo habitationis, & in qua nemo habitabat, culpa non præsumitur contra in domo habitantes.*
12 *Habitatio dicitur vbi vxor & filii tenentur.*
13 *Fœnum est res periculosa ad ignem.*
14 *Intellectus ad l. videamus, §. fin. ff. locati.*
15 *Ratione pacti appositi in locatione quis tenetur de incendio, & non apposito pacto, quis non dicitur esse in culpa.*
16 *Si ex vna præsumptione infertur ad culpam damnum passi, tamen quando plures sunt in contrarium præsumptiones tunc culpa remouetur à damnum passo.*
17 *Vnico testi licet fides non adhibeatur, tamen si alii circa idem deponunt, tunc coniunguntur & probant.*
18 *Probationes debent concludere, aut de necessitate facti, aut ex iuris præsumptione.*
19 *Argumentum à contrario sensu non sumitur etiam in casu statuti, quando resultat absurdus intellectus.*
20 *Statutum, quòd villa teneatur pro damno occultè dato, est conforme aliqualiter dispositioni iuris communis.*
21 *Statuto, quòd villæ teneantur emendare damna, quare condita sint.*
22 *Intellectus & limitatio l. nemo. C. de senten. ex breui. reci. & per consequens exemplis iudicari potest, quando illa in consuetudinem transierunt.*
23 *Damnum datum debet legitimè probari, aliàs qui ad illud tenetur absoluitur.*

CONSILIVM. CXIII.

IN Christi nomine Amen. In causa accusæ de damno occultè dato instituta per nobilem virum Gentilem de Thienis contra Commune, & homines de Camisano pro incendio siue combustione tegetis ipsius Gentilis, sitæ in dicta villa, quæ fuit combusta de mense Nouembris M CCCCLXXIIII. prout constat in processu agitato coram iudice rationis Nobis Ludouico de Portis iudici cõsuli, & Dominico à Scroffa, militi consuli, commissa in consulatu ad consulendũ
1 & referendum. † Videtur primò dicendũ quòd dictum Commune sit absoluẽdum; quoniam incendium domorum semper præsumitur factum culpa inhabitantium, ut est tex. in leg. i. §. 1. ff. de offi. præ. uigi.
2 † Immò uidetur ꝙ sine culpa patris famil. incendiũ fieri non possit; ita videtur dicere tex. in l. si vendita insula. ff. de pericu. &
3 com. rei. ven. † Quinimmò si apparuit ignis in camino domus alicuius, sicut probatur apparuisse in domo Gentilis tempore talis incendii, ipse in cuius domo apparuit puniri debet, quasi eius culpa incẽdiũ processerit, ita uidetur disponere statutum primum ciuitatis Vicentiæ, sub Rubrica, ut quis custodiat domum suam ab igne lib. iii. Si ergo culpa Gentilis vel inhabitantium, dicta teges præsumitur combusta; clarum videtur, quòd tale
4 † damnum nõ debet emendari per Commune. quia damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non uidetur, ut in regula iuris, damnum, & insti. quib. mo. re con-
5 trahi. ob. §. pe. Quinimmò, † & si culpa præcessit casum, qui est inculpa etiam tenetur de casu, ut l. si ut certe, §. sed interdum, & l. in rebus, §. primo. ff. commo. Vnde si ex tali incendio fuisset damnum datum alteri, ipse teneretur, ut etiam dicit præallegatum statutum, ergo ei non debet emendari, & maximè quia tale statu-

6 tum est odiosum, † quia nemo debet puniri de alterius delicto, ut l. sancimus, C. de pœnis, vnde est potius restinguendum ut in c. odia. de regulis iuris.

Iis tamen non obstantibus uidetur contrarium dicendum de iure, uidelicet quòd dictum Commune sit condemnandum, ad emendandum tale damnum secundum dispositionem statuti de damno occultè daro ciuibus; Nam considerandum est primò, quæ fuit ratio quòd lex præsumit incendium, ut plurimum procedere colpa inhabitantium, & profectò, nulla alia ratio reddi potest, nisi quia habitantes non possunt diu habitare domum sine i-
7 gne, † cum ignis sit vnum de quatuor elemẽtis maximè necessariis ad vinctum hominis, ideò habitantes præsumuntur habere, & facere ignem in domo, & ideò negligentia & culpa ipsorum quandoq; in-
8 cendium fieri. † Vnde si constaret neminem aliquam demum habitasse, uel non tenuisse ignem in ea, quæ combusta foret; proculdubio cessaret talis præsumptio; hoc apertè dicit. Saly. in l. quæ fortuitis. in vi. col. uer. nunc accedo. C. de pig. actio.
9 Item considerandum est secundò, † ꝙ si plures diuisim habitarent aliquam domum, & constaret ex qua parte incendium processisset præsummitur processisse culpa tantum illorum qui habitant dictam partem, & non habitantium aliam partem; de hoc uidetur tex. in l. si plures in prin. & §. ii. ff. de iis qui deiece. uel effude. & hoc etiam dicere uidetur Saly. in d. l. quæ fortuitis, in uersi. Ego puto.
10 † Item considerandum est quòd si constaret patrem fa. fuisse uirum diligentem cessaret talis præsumptio contra eum ut dicit tex. in d. l. si uendita, in fine.

Iis ergo præsuppositis, & diligenter consi-
11 deratis † cum ex processu constet incœpisse ignem in tegete distante a domo habitationis per. lxx. pædes, & ꝙ nulli habitarent in tegete; licet fœnum & animalia ibi tenerentur & ibidẽ esset canipa, cessat præsumptio culpæ cõtra habitãtes in
12 domo, & maximè † quia habitatio dicit esse ubi tenetur uxor & filii, ut est tex. Et ibi Bar. in l. i. §. habitare, ff. de iis qui deiece, uel effud.

13 Nec ob. † si dicatur Gentilis fuit in culpa tenere fœnum in tegete quod est res periculosa ad ignem, & ideò tenetur etiã de casu, ut in leg. iudeamus, §. fin. ff. loca.
14 † quia respondeo quòd ille tex potius probat contrarium, quia ibi tenetur propter pactum appositum in locatione ꝙ non tenerent ibi fœnum: unde à contra-
15 rio sensu innuere uidetur, † ꝙ vbi non esset appositum tale pactum non teneretur, & sic non esset in culpa: quia tegetes potissimè fabricantur pro tali vsu, maximè in uilis; pro quo facit tex. in d. l. videamus, §. i. ubi dicitur quòd si pactum fuit appositũ cõductori quòd non teneret ignem in domo, si tenuit obligatur etiam de incendio casu emisso de quo non obligaretur, ex eo quòd tenuisset ignem ubi non esset tale pactum ut l. si quis fundum, §. primo eo. ti. locati.

Nec valet si dicatur saltem verosimile est ꝙ sæpè illi de domo iuerint ad tegetem de die & nocte cũ lumine pro aptando equã, & hauriendo uinũ, & aliis necessariis; pro ut deponere uidetur Balthasar examinatus pro parte Gẽtilis; & Io. Iacobus examinatus pro parte Communis de Camisa
16 no, † quia talis verosimilitudo siue præsumptio tolli potest per alias præsumptiones & probationes in contrarium ut habetur in c. non est uerosimile, de præsum. & in l. siue possidetis, C. de probationi. Probatur enim per multos testes vxorem Gentilis esse matronam diligentem & prudentem quæ mandauerat pedisequis quòd de nocte nõ accederent ad tegetem propter periculum ignis & honestatem, quia sedimem nõ erat clausum, quæ diligentia excusat à culpa ut. d. l. si uendita, in fin. de pericu. & commo. rei. uen. & tollit supradictam præsumptionem. Prætereà quasi omnes testes deponunt quòd ignis prius ardebat à parte exteriori quàm interiori: quod arguit fuisse immissum potius ab aliis quam illis de domo: quod apertius confirmat Brazo-
17 durus hospes & Petrus notarius, † Et ilcet oppositum sit Brazoduro ita ꝙ ipsi soli fides non adhibatur tamen coniuncto

cto cum dicto Zachariæ barbitonsoris & aliis probat q ignis prius ardebat à parte exteriori per ea quæ habentur in l. si quis ex argentariis, in §.i.ff. de eden. & in l.i. C. de testa. maximè per Bal. qui dicit q licèt vnus testis patiatur obiectiones tales quòd soli nulla fides ad hiberi posſit, tamen cum aliis deponentibus circa idem probat, quinimmò oppositiones ei factæ non probantur nisi per testes deponentes de auditu alieno quorum probatio de iu-
18 re non est ualida † Nec valet dictum Balthasaris & Iacobi; quia sunt singulares, nec aliquid deponunt de nocte incendii; & sic non probant hoc esse q ab hoc contingit ab esse ut l. neque natales C. de proba. quia testes debent concludere de necessitate vel iuris præsumptione ut l. ii. §. ætas. ff. de excusatio. tuto. quod non cadit in ista tegete per supradicta.
19 Non ob statutum præallegatum quia nil facit ad propositum, nisi summatur argumentum à contrario sensu cum repetitione verbi non. quo casu sequeretur absurdus intellectus, quia uideretur dicere quandocunque apparet ignis in camino domus alicuius quòd ipse deberet puniri etiam si nec sua uel alterius domus comburatur contra intentionem dicti statuti, & contra ea, quæ habentur in l. conuenticula. C. de epis. & cle. Si autem uellemus intelligere dictum statutum quòd quando appareret ignis in camino domus alicuius quòd præsumatur ignis exiuisse de dicta domo, superfluus esset talis intellectus; quia undecũq; procedat ignis de aliqua domo, præsumitur in dubio culpa in habitantium illum processisse; ut supra dictum est; quæ præsumptio cessat hic: quia nulli habitabant tegetem, & si qua esset tollitur per probationes & præsumptiones in contrarium; ut supra ostensum fuit. Et quia ex depositione quasi omnium testium constat incendium inchoasse in tegete, & ex illa immissum in caminum: quòd de facili credi potest uento flante à tegere versus domum; pro ut omnes dicunt. Ergo satis constat illud statutum nihil facere ad propositum.

Iis itaq; sic discussis cum non liqueat aliquo modo quis tale incendium perpetrauerit, nec posſit negari quin damnum illatum sit ipsi Gentili ex tali incendio, Non arbitramur aliter iudicari posse quàm Commune. & homines Camisani obligatos esse ad emendandum tale damnum tanquam occultè datũ uigore legis municipalis siue statuti ciuitatis Vicen-
20 tiæ sub rub. de damno occultè dato, † qđ quidem statutum in parte est conforme dispositioni iuris Comunis de qua in l. ne quid, in prin. & §. fi. ff de incen. rui. & naufra. iunctis iis quæ ibi no. per Glos. & Bar. ubi habetur quòd possessores locorum tenentur de damno dato in naufragio, quia debent diligenter custodire lo-
21 ca sua. † & propter hoc dicit ibi Bar. q co ndita sunt statuta per ciuitates quòd villæ teneantur emendare damna, ut sint diligentes ad custodiendum loca sua, & ad indicandum malefactores; quos uerisimile est non ignorare; hoc etiam confirmat consuetudo quæ colligitur ex multudine condemnationum factarum tam in hac Ciuitate quàm Paduę in simili ca-
22 su, quæ fuerunt productæ. † Quibus non obstat l. nemo, C. de senten. ubi dicitur quòd non exemplis sed legibus iudicandum est; quod intelligitur nisi tot sint q uideantur transire in consuetudinem. Ex quibus omnibus concludendum uidetur Commune, & homines Camisani condemnandum esse ad emendandum damnum tale; sed solùm in tantum quantum fuerit legitimè probatum; ut not. Bart.
23 in d. l. ne quid, † Et disponit præallegatum statutum; deducto tamen ualore & extractione muri, & laterum super extantium. nec non & lignorum semiustorum pro ut liquidabitur per ea quæ habentur in l. si seruus. §. boue. ff. de condi. fur. Plura enim damna allegat sibi facta ipse Gentilis. Primum de tegete, secundum de lignamine laborato, & de fœno in illa collocato, Tertium de equo, porco, gallinis, & anseribus. Item de vegetibus duabus una vacua, & altera cum uino. Item de bonis mobilibus; & de paleario, Valorem autem tegetis probat per duos testes esse, ducatorum. lx. per alium probat de lv.

ducatis;valorem equi probat per tres testes esse ducat. decem, ualorem autem lignaminum,et quantitatem probat solum per unum testem esse lib. 51. & solid. 15. sed per multos testes probat ea lignamina ibi fuisse,& igne consumpta esse.Quantitatem autem fœni non probat nisi per unum testem, qui asserit carizasse duodecim plaustra fœni super tegete, sed bene probat per multos testes, quòd fœnum super tegete ardebat,sic etiam palea & palearium; ualorem porci & gallinarum & anserum & quantitatem nullo modo probat, licet plurimi testes deponant tales res fuisse incendio combustas. De uegetibus verò & aliis bonis mobilibus nil probat ideò Commune est absoluendum. finis. Laus Deo maximo Domino nostro.

CONSI. D. ANGELI DE CASTRO, ET D. IO. BAPTISTAE DE ROSELLIS.

SVMMARIVM.

1 *Incéstus crimen, quomodò probetur.*

2 *Reus de crimine conuincitur per præsumptiones & indicia.*

3 *Singula quæ non probant, multa iuuant. Vna irundo non facit ver. Domus non construitur ex vno lapide.*

4 *Confessio facta post torturam, & extra locum torturæ ex interuallo ratificata, nocet confitenti.*

5 *Confessio spontanea super processu inualido, sufficiens est ad condemnandum.*

6 *Statutum municipale seruandum est in eo loco*

7 *Stante statuto, quòd in causis criminalibus procedatur sine aliqua iuris solemnitate, omnis iuris positiui solemnitas est sublata.*

8 *Crimen incestus, adulterii, uel stupri quinquennio sopitum, excitari non potest.*

9 *Reo non debet defensio præscriptionis auferri.*

10 *Quinquennium præscriptionis criminis incestus & adulterii, quando currere incipiat.*

11 *Ambigua & alternatiua oratio, in inquisitorũ fauorem est interpretanda.*

12 *Præscriptione quinque annorum gaudet crimẽ incestus, quod inter consanguineos committitur.*

13 *Crimen incestus iunctum cum adulterio, an gaudeat quinquennii præscriptione.*

14 *Maritus accedens ad solutam adulterium non committit.*

15 *Iudici non permittitur inquisitio, ubi accusator post certum tempus accusare non potest.*

16 *Iudex inquirens loco accusatoris succedit.*

17 *Exceptio præscriptionis criminis reo competens, potest opponi ad processum, & ad alia de quibus hic tam ab ipso inquisito, quàm ab eius defensoribus.*

18 *Confessio criminis an diuidi possit.*

19 *Iudex ex officio supplere debet, ne indebitè quis damnum patiatur.*

20 *Iudex in iudicando legũ precepta sequi debet.*

21 *Aequitas & iustitia naturalis; in procedendo est attendenda.*

22 *Testis non iuratus nullam facit suspicionem.*

23 *Testes deponentes de dicto alterius, nullam contra inquisitos probant suspicionem.*

24 *Fama suspicionem non facit, quando non probantur ea, quæ necessaria sunt ad famam probandam.*

25 *Testes singulares non probant in criminalibus.*

26 *Testes duo requiruntur ad probandum indiciũ.*

27 *Testes de auditu alieno, & non per proprium sensum deponentes, nihil probant.*

28 *Testis inimicus non facit sufficientem præsumptionem.*

29 *Benignius est agendum, cum de crimine antiquo tractatur.*

30 *Confessio facta in tortura, legitimis indiciis non præcedentibus, de crimine de quo cognosci non poterat, non præiudicat; etiam si in ea tortus perseueret.*

31 *Confessionis ratificatio debet fieri in solito tribunali, & coram pluribus personis, aliàs reo non nocet.*

32 *Iuramentum metu præstitum, non ualidat inquisiti confessionem inualidam.*

33 *Clericus coniugatus habitum & tonsuram ferens, non potest à iudice seculari distringi.*

34 *Confessio clerici facta coram iudice seculari, est omnino nulla.*

CONSILIVM XCIIII.

IN Dei nomine. Visa inquisitione formata per egregium virum Dominum Rodulphium de Balchazanis iurisdictionis

nis castri Syluæ,& Lisuigi Vicarium benemeritum pro magnifico,& generoso uiro Domino Odorico de Rochabruna dictorum locorum capitaneo benemerito pro Reuerendissimo Domino Ioanne Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Tridentino, & Domino meo præcipuo, contra & aduersus Ioannem dominicum de Villabruna districtus Feltri, habitatorem villæ Syluæ, & Richam eius sororem, super eo quòd dictus Ioannes dominicus commiserit incestum, & carnaliter cognouerit dictam eius sororē. Et uisis attestationibus testium examinatorum super dictam inquisitionem per præfactum Dominum Vicarium, & uisis attestationibus aliorum testium examinatorum super eadem inquisitione per Magnificum, & Egregium legum Doctorem Dominum Melchiorem de Facinis de Padua, in hac causa delegatum per eundem Reuerendum Dominum Episcopum Tridentinum, Et uisa examinatione facta de dicto Ioanne Dominico, in loco torturæ, & similiter examinatione facta in eodem loco torturæ de dicta Richa per eundem Dominum Melchiorem cōmissarium, & delegatum die Mercurii. xvii. Iulii. & uisa confessione facta per dictum Ioannem Dominicum constitutum coram eodem Domino Delegato, & aliis in sala superiori dicti Castri Syluæ, & similiter uisa confessione facta die Veneris. xi. eiusdem mēsis per dictam Richam constitutam coram eodem Domino delegato, & aliis in eadem sala superiori.

1 † Et cūctis diligēter examinatis. Videtur, ꝙ dicti inquisiti deberent condemnari de crimine incestus, quia de dicto crimine uidentur esse conuicti per plures testes, quorum aliqui probant, ꝙ Zanetus maritus siue sponsus dictæ Richæ pluries, & in diuersis locis dixit quòd nollebat ducere dictam Richam, quoniam Ioannes Dominicus eius frater, cognouerat eam carnaliter; & alii testes probant, quòd uxor dicti Ioannis Dominici sæpè fuit conquæsta, quòd dictus Ioannes Dominicus non dormiebat secum, sed dormiebat cum dicta eius sorore; & alii testes probant, quòd à multis dicebatur, quòd dictus Ioannes Dominicus cognoscebat carnaliter dictam eius sororem; & alii testes probant, ꝙ à multis dicebatur, ꝙ dicta Richa habuerat unam filiam in Tridento: & multi etiā probant & testificantur, ꝙ Ioannes Dominicus dum iret Feltrum simul cum dicta eius sorore dormiuit cū ea in eadem camera, in certo hospicio, & alius testis dicit se audiuisse à quodam Antonio, quòd dictus Ioannes Dominicus in certo loco dormiuit cum eadem sorore sua, & solus cum sola, & alii dicunt, & probant, quòd Ioannes Dominicus ducebat dictam eius sororem, ad festa Burgorum & Villarum, & tripudiabat cum ea. Ex quibus insimul iunctis videtur sufficienter probari dictum crimen incestus factum, & perpetratum per dictum Ioannem Dominicum cum dicta eius sorore; per ea quæ habētur in simili ī c. prætereà, de testib. & in cap. afferte, & in c. literas, & in cap. tertio loco, de præsumprion. & per Bar. in l. ii. ff. de furt. & in l. ii. §. fi. ff. de adulter. & in l. quod ait lex, §. fi. & in l. capite quinto. eo. tit.

2 † Ad quod facit quod not. per Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de probation. in §. fin. in uersic. xiii. & ꝑ Anto. de Butr. in c. tertio loco, de probatio. ubi concluditur, quòd reus potest conuinci de crimine per præsumptiones, & indicia. Ad quod facit etiam quod not. in l. excipiuntur, ad Syllan. de quo etiam per Paul. de Cast. in suo consilio, cxcviii. & per Docto. in l. sciant cuncti, C. de proba. & per Bald. in l. quicunque, C. de ser. fugiti. in ult. col.

3 † Quæ enim singula, non probant multa iuuant, & una irundo nō facit ver. sed plures, & ex uno lapide non construuntur domus, sed ex pluribus aggregatis, non disgregatis, ut in l. i. C. qui pro nu. tutelarum, & in l. ii. ff. de excu. tuto. & facit quod not. Bald. in l. ii. C. de bonor. possess. secundum tabulas.

Prætereà licet prædicta non essent sufficientia ad plenam probationem, & ad condemnationem faciendam de prædictis inquisitis, tamen fuerunt sufficientia ad torturam.

4 † Et ideò cum post torturam

turam dictus Ioannes Dominicus fuerit confessus de dicto crimine, & fuerit confessus extra locum torturæ in salla, scilices superiori, & in præsentia multornm, & similiter ipsa Richa confessa fuerit de dicto crimine in ipsa tortura, & per interuallum duorum dierum extra locum torturæ, & in præsentia multorum ratificauerit confessionem suam, & in ea perseuerauerit; uidetur, quòd debeat stari cõfessioni dictorum reorum cõtra se; & quod standum sit confessioni eorum, quæ approbatur, & confirmatur per præcedentes coniecturas, & præsumptiones siue indicia, unde possunt videri sponte confessi. per not. in l. ii. C. quod metus causa, maximè per Bal. & per Doct. in l. i. in princip. & in §. Diuus, & in §. quoniam. & in §. si quis ultro; ff. de quæstion. & ii. q. i. c. nos in quemquam, & in l. proinde. ff. ad l. Aquil. & in l. i. C. de confess. & in l. si cõfessus, ff. de custo. reor. & quod no. in l. ii. C. eo. titu. de custo. reor.

7 † Nec videtur obstare, quòd D. Iudex qui inquirebat, ante omnia non recepit probationes super fama, & non dedit capitula super quibus inquirebat ipsis reis, & non seruauit ordinem de quo in capit. qualiter, & quando, el secundo, in §. debet, de accusatio. quia, quando constat de crimine per confessionem rei, non requiritur ordo iudiciarius, & etiam si processus esset nullus tamen potest reus condemnari, propter suam confessionem, quæ facit rem notoriam, ut in c. i. & ii. de accusatio. lib. vi. & per Ioann. And. in d. c. qualiter, & quando, in §. licet, & in c. per inquisitionem, de electio. & in c. Pisanis, de restitutio. spoliato. & Bar. in d. l. si confessus, de custo. reo.

6 † Maximè in casu nostro, stante statuto municipali, quod est in eo loco, ut in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. & in l. vẽditor, §. si constat, ff. commun. prædio. & in l. ii. §. Diuus, ff. de sepul. uiol.

5 † Quo quidem statuto municipali cauetur, quòd in causis criminalibus procedatur sine aliqua iuris solennitate, prout videbitur domino Iudici, sola veritate inspecta, per quod statutum omnis solennitas iuris positiui est sublata, habetur per Bartol. in l. i. & in l. neque, ff. de testam. mili. & in l. milites, C. eod. tit. & in l. filius familiàs, ff. de dona. & in extrauagand. ad reprimẽ. in uer. videbitur, & ideò non potest opponi de nullitate processus uel aliqua omissa solennitate, & satis videtur de crimine constare, per confessionem spontaneam ipsorum inquisitorũ, & reorum.

8 Sed prædictis † non obstantibus credo contrarium de iure verius, quòd dicti inquisiti nullo modo debeant, nec possint de iure condemnari, Vnde aduertendum est, quod per dominum Vicarium inquiritur de delicto, quod dicitur commissum iam sunt septem anni elapsi, & dicti inquisiti confitentur delictum cõmissum dicto tẽpore, videlicet iam sunt septem anni, & dicunt, quòd continuauerunt per vnum annum in eo delicto, & de alio delicto posteà facto, ex dicta confessione, uel ex dicto processu alio modo non constat, & de tali crimini incestus, uel adulterio, uel de stupro, vel de alio crimine, quod puniatur per legem Iuliam de adulteriis, post lapsum quinque annorum, non potest amplius cognosci, & per cursum tanti temporis, scilicet quinque annorum leges volunt tale crimen esse soppitum adeò, quòd amplius suscitari non possit, ut in l. mariti, §. sex mensium, in fi. & in §. quinquennium, ff. ad l. Iul. de adul.

9 † Et ista defensio ex præscriptione temporis non est aliquo modo reis auferenda, ut in l. adulter, C. ad l. Iul. de adulter. & ideò post lapsum quinque annorum nullo mõ potuit per Domi. Vicarium de tali crimine inquiri. Nec tale crimen tempore soppitum potuit per Dominum Vicarium suscitari. Et si dicatur, quòd istud delictum est repetitum sæpius; potest dici, quòd tamen censetur idem delictum,

10 † & debet computari quinquennium à die primi delicti commissi, ut in l. ei, qui ff. de furt. & not. per Gloss. in d. §. sex mensium; uel si uolumus tenere, quòd computetur ab ultimo delicto, prout uidetur esse opinio magis communis per ea, quæ dicit Glos. in e. §. sex mensium, in fin. allegando

legando notata in l. si diutino, ff. de pœn. & tangit Barto. in d. §. sex mensium, & in quodam suo consilio, quòd habeo sub rubrica de omnibus delictis, & est primum in ordine, ut late habetur per Salyc. in d. l. adulter, C. ad l. Iul. de adul. Adhuc habemus propositum quoniam, ut dictum est confitetur dictus Ioannes Dominicus inquisitus, cognouisse sororem, iam sunt septem anni: & dicit, quòd sæpius reiterauit, continuando per vnum annum, & nō ultra, & sic remanet sex anni cōtinui, quibus delictum dicitur ante commissum & ideò est completa præscriptio legalis; quæ præcludit viam ad suscitandum dictū crimen soppitum.

11 † Et si dicatur, quòd ipsi inquisiti loquuntur alternatiuè, quòd sunt sex, aut septem anni; & sic non uidetur esse decursum tantum tempus; respondetur, quòd ista ambigua oratio, & alternatiua est interpretanda in fauorem ipsorum inquisitorum, ut in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi. & in l. interpretatione, ff. de pœnis.

12 Prętereà dico, † quòd etiam si confiterentur de sex annis, adhuc super essent quinque, quod est tempus præscriptionis à lege statutum, & satis esset ad securitatem inquisitorum; & quòd ista præscriptio locum habeat etiam, quando est crimen incestus, quod committitur inter consanguineos, est Glo. nota in l. vim passam, §. præscriptione, ff. ad l. Iul. de adult. & probabatur ex generalibus uerbis in quibus dicitur, quòd dicta præscriptio habet locum in omni crimine, quod punitur, per legem Iuliam de adulteriis, ut est tex. in d. §. quinquennium.

13 Nec obstat † quis diceret, quòd dicta præscriptio quinquennii non habet locū in crimine incestus, quando est iunctum cum adulterio, ut in d. l. uim passam, §. præscriptione; ff. de adulter. quia negatur, quòd incestus in casu nostro sit iunctum cum adulterio. Nam hoc uerum esset si dicta Richa tunc fuisset maritata, sed tunc maritata non erat, vt constat; sed e-

14 rat soluta. † Et licet Ioannes Dominicus haberet vxorem, cognoscendo aliam mulierem solutam, non tamen committit adulterium, vt not. in l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. & in l. eum qui, C. eod. tit. & tunc committitur adulterium, quando vir cognouit mulierem maritatam; quando autem vir cognoscit mulierem solutam, siue ipse vir sit solutus, siue habeat vxorē non committit adulterium; sed vel stuprum vel incestum; & ideò in casu nostro erat simplex incestus, in quo habet locū præscriptio quinquennii, ut d. §. sex mensium, & tenet Gloss. in d. §. præscrip.

15 Non obstat, si quis diceret, ꝙ post quinquennium non potest aliquis de incestu, vel adulterio accusari, iudex tamē uidetur posse ex officio inquirere usque ad triginta annos, ut est Gloss. notabilis in simili in l. querelam, C. de falsis. Nam respondetur, ꝙ illa Glo. est falsa.

16 Nam † iudex inquirens succedit loco accusatoris, vt in c. qualiter, & quando, de accusatio. & sic non debet iudex posse inquirere, ubi accusator non posset accusare, ut in l. eum, qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cau. Ad quod facit tex. in l. non solum, §. fina. ff. de iniur. & ideò Doct. ibi scribentes, & Barto. reprehendunt illam Glo. & omnes concordant, ꝙ quādo lex disponit, quòd de crimine non procedatur, uel cognoscatur post certum tempus; sicut repellitur accusator: ita prohibetur iudex inquirere, & hoc est veris-

17 simum. † Et ista exceptio præscriptionis potuit opponi ad processum, & potest opponi in vim præscriptionis ad merita, & ad absolutionem faciendam, vt not. per Doct. & maximè per Saly. in d. l. adulter, C. ad l. Iul. de adulter. & poterit opponi ab ipsis inquisitis, & à defensoribus eorū in termino assignato ad faciendas suas defensiones: et si non esset opposita, tamē cum de ea constet ex processu, quia inquisiti ita confitentur, et aliter non constat de crimine sufficienter, nisi per confessio-

18 nem eorum. † Et confessio talis non potest diuidi, sed per iudicem debet recipi, sicut cōtra eos, ita pro eis, ut in l. Publia, in fi. ff. depo. et plenè per Barto. in l. Au-

19 relius, §. idem quæsit, ff. de libe. lega. † et iō iudex ex offō debet supplere, ne idebitè

tè pars condemnetur, ut in l. planè, ff. de peti. hære. & per Bar. in l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pac. & in l. eum, qui, §. qui ita, ff. de verborũ oblıga. & in l. lecta, ff. si certum peta. & in l. ii. ff. quod ui aut clam. Et si iudex condemnaret reos tutos legitima defensione, faceret manifestam iniustitiam, & ideò non est credendum, ꝙ aliquis bonus iudex, uelit condemnare, ubi
20 leges absoluunt. † Nam iudex in iudicando non debet spectare ad gloriam seueritatis, sed debet sequi legum præcepta, potius cum temperamento lenitatis, ut in l. respiciendum, ff. de pœnis. Et maximè in præsenti casu debent iudices esse faciles ad absolutionem, quia non potest negari, quod in præsenti casu D. Iudex aliquantulum animosè processerit, nam nulla facta examinatione, & nulla habita fide, de qua constet per processum super indiciis, repente captiuari fecit dictos inquisitos, & incarcerari, quod certè facere non debuit, secundum communem
21 consuetudinem totius Italiæ. † & secundum æquitatem, & Iustitiam naturalem quæ est attendenda, ut in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusation. tuto. & in c. fin. de transactio. & quæ non est sublata per statutum.

Præterea secundum ueritatem, præsumptiones, & indicia de quibus supra sunt multum à remotis, & sunt minus sufficientes, uel sufficientia ad torturam. Maximè, quia Zannetus sponsus dictæ Richæ, qui dicebatur non uelle ipsam ducere propter eius malam uitam, tamẽ per facti euidentiam constat contrarium, ꝙ eam duxit, & dictum suum nullam, aut minimam facit suspicionem.

Et similiter, ꝙ vxor Ioannis Dominici dixerit quòd maritus non dormiebat secum, & ꝙ dormiebat cum sorore. Nam mille testes, qui hoc dicerent non faciũt maius indicium, quàm si ipsa hoc dice-
22 ret. † Sed certè si ipsa vxor hoc diceret sine iuramento, nullam faceret suspicionẽ ut in l. iurisiurandi. C. de testib.
23 † Ergo similiter testes plures numero, qui testificantur de dicto istius vxoris Ioan. Dominici nullam probant suspicionem contra inquisitos. Ad quod facit quod not. Barto. in auten. si quis in aliquo documento, C. de eden. Similiter testes qui dicunt audiuisse à multis, quòd Ioannes Dominicus concubebat cũ eius sorore, etiã ad hoc nullam suspicionem facit contra inquisitos, quia iste rumor uidetur habuisse originem à quodam Anto
24 nio Vicarii. † Et quia non probatur, ꝙ à maiori parte hominum, & non probatur ea, quæ essent necessaria ad famam probandam, quæ si probata esset, suspicionem faceret, iuxta plenè not. per Barto. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstion & per Ang. in l. ea, quidem, C. de ac
25 cusatio. † Et testes qui dicunt, quòd dictus Ioan. Dominicus aliquando dormiuit solus in camera cum dicta sorore, sunt singulares, & non probãt, vt in c. licet cau
26 sam, de probation. † Et ad probandum singula indicia, requiruntur duo testes, ut not. Glos. in l. fi. C. fam. ercisc. quã sequũtur communiter Doctor. & Barto. in l. fi.
27 ff. de quæstionib. † Et loquuntur dicti testes de auditu alieno, & non per propriũ sensum, & ideò nihil probant, ut in l. solam, & in l. testium, C. de testib. & in l. qui
28 testa. ff. de testamen. † Et aliqui eorum dicunt se inimicos, & ideò non faciunt
29 sufficientem præsumptionem. † maximè cum tractetur de crimine antiquo, in quo benignius est agendum, ut in l. si diutino.
30 ff. de pœnis † & cum non essent sufficientia indicia, maxime de re ita antiqua de qua non poterat cognosci, nec procedi contra eos, non debuerunt poni ad torturam, & si positi fuerint, non est standum tali confessioni, ut not. Glos. & Bart. in l. i. & in l. pen in princ. & in l. fin. in princip. ff. de quæstion. & in l. maritus, eo. titu. & per Ange. in l. milites, C. de quæstioni. & etiam si in tali cõfessione perseueretur non est ei standum, cum tortura non fuerit legitimè facta, ut no. Ange. in l. qui in aliena, §. fi. de acquiren. hæred.
31 † Et maximè, quia ratificatio dictæ confessionis non fuit facta in solito tribunali, & coram pluribus personis, ut fieri debuit. Et similiter confessio facta per dictũ Ioan. Dominicũ, ut in l. ii. de custo. reo. & per

per Bar. in d. §. si quis ultro, Et maximè, quia fuit facta præsente solo iudice, & duobus, aut tribus præconibus, & viatoribus, & qui ministri erant in tortura, quos uidentes dicti inquisiti, putare poterant, & existimare se adhuc esse in
32 loco torturæ, | Et similiter non valet iuramentum præstitum per ipsos inquisitos. leg. iuris gentium, §. & generaliter, ff. de pact. & leg. non dubium, C. de legib. quia dicitur metu præstitũ. Et per ista patet responsio ad allegata in contrarium.
33 | Et quòd dicti inquisiti debeant absolui, uel potius debeant relaxari, & dimitti; & maximè ipse Ioan. Dominicus, qui est clericus; & habuit vxorem vnicam, & virginem, & portauit habitum, & tonsuram, (ut dicitur) & gaudet priuilegio fori, tanquam clericus, & non potest distingui à iudice seculari, ut in c. 1. de cleric. conu-
34 gat. lib. vi. | Et confessio facta coram seculari, omninò est nulla. ut in c. at si clerici, de iudi. & propter hoc absolui non potest á iudice inconpetenti, & non suo; sed relaxari debet, & eius competens iudex attentis prædictis contra eum; procedere non potest nec debet: & si procederet deberet absoluere; & similiter dicta Richa, quia est sub competenti iudice ipsa absolui debet; & prædicta puto de iure verissima, communicato consilio cum famos. V. I. D. Domino Ioanne Baptista Rosello, submittendo tamen correctionĩ, & supplectioni Reuer. Patris, & Domini. Do. Ioannis Episcopi Tridentini, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

Ego Angelus de Castro. V.I.D. Miles & Comes, & Aduocatus consistorialis, ordinariè legens iura canonica in studio Paduano, communicato cõsilio cum eximio, & famoso Doctore Domino Ioan. Baptista Rosello ordinariè legente iura ciuilia; dico, & consulo iuris esse, prout suprascriptum est, & ad fidem manu propria me subscripsi, & sigillaui. Die xv. Augusti. MCCCCLXXVJ.

Et ita, ut supra dictum, & consultum est per famosissimum I. V. D. Dominum Angelum de Castro; dico, & consulo, Ego Ioannes Baptista Rosellus I. V. D & iura ciuilia ordinariè legens, in felici studio Paduano, & ideò me propria manu subscripsi, & signo meo signaui. Laus Deo.

CON. D. PET. DE BARBOBVS ALIAS DE SONCENO.

Legum Doctoris per viam allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Verba, & se mancamento nessuno accadesse, apposita per testatorem in testamento aduersus filiam, quomodò intelliguntur, & nu. 2. cum seq. & nu. 31.*
2 *Filiam inhonestè viuentẽ, pater exhæredare põt.*
3 *Pater non tenetur dotare filiam inhonestè viuentem.*
4 *Verba à testatore prolata, secundum qualitatẽ personæ ad quam relata sunt, intelliguntur.*
5 *Legata bibliotheca scholari, veniunt tantum libri.*
6 *Attestatione notarij, qui testamentum scripsit, qualis fuerit mens testatoris, & intentio declaratur.*
7 *Verba prolata à testatore intelliguntur secundum communem loquendi usum.*
8 *Singula quæ non prosunt, multa iuuant.*
9 *Testantis dubia uoluntas, ex coniecturis & argumentis, declaratur & colligitur.*
10 *Testes quot requirantur ad declarandum mentem testatoris.*
11 *Testis unus cum aliis adminiculis coniunctus, plenè probat.*
12 *Mulier quomodo conuincatur, quòd inhonestos amatores admiserit, & qualiter probetur, & nu. 13. cum sequentibus.*
13 *Domestici ad testimonia admittuntur, quando agitur de probando facto domestico in domo facto, & per illos de domo. & nu. 24.*
14 *Testes singulares nihil probant.*
15 *Testes inter se contrariantes, fidem ad inuicem sibi derogant.*
16 *Testes singulares se ad inuicem compatientes, simul iunguntur, & plenè probant.*
17 *Testis vnus idem conclusiuè dicens quod alius, singularis non dicitur.*
18 *Duæ præsumptiones faciunt plenam probationẽ in ciuilibus.*

FF Duæ

19 *Plura argumenta sufficientem in ciuilibus faciunt probationem.*

20 *Ex pluribus indiciis in ciuilibus surgit plena probatio.*

21 *Probatio per coniecturas & indicia sufficit vbi factum de quo probando agitur est tale, quod clam fieri consueuit.*

22 *Probatio præsumptiua sufficit ratione difficilis probationis.*

23 *Contractus vsurarius ex coniecturis probatur.*

25 *Testi in dignitate sacerdotali constituto potius credendum est quàm aliis.*

26 *Carnalis copula quibus modis probetur.*

27 *Stuprum & copula carnalis sunt contra honestatem & pudicitiam, & talia perpetrantes à lege puniuntur.*

28 *Patri filiam in adulterio deprehensam licet occidere.*

29 *Inductio in domum à muliere facta de extraneo est contra honestatem, & à pudicitia matrotronali alienum.*

30 *Honestas vitæ circa bonos mores consistit.*

32 *Iniuria illata vxori intelligitur facta viro, & pro illa etiam vir agit.*

33 *Legatum perditur propter iniuriam contra heredem commissam.*

34 *Non refert, an legatarius committat culpam ob quam efficiatur indignus legato, ante uel post mortem testatoris.*

35 *Legatarius, testatorem diffamans, legato priuatur.*

36 *Attestationes in uno iudicio, in alio fidem faciunt inter easdem personas.*

37 *Probatio insurgens ex scripturis, etiam publicato processu fieri potest.*

CONSILIVM XCV.

IN causa Ioannis Petri de Laude, quam habet cum Lucia vxore magistri Ioannis Martini, saluo meliori iudicio Spectabilis Domini consulentis, dico consulendum in eius fauorem. Et pro declaratione, de duobus principaliter iudicio
1 meo est uidendum. † Primò videndum est de intellectu illorum verborum, quæ prolata sunt à testatore post legatum factum dictę Luciæ. Videlicet. è se manchamento nessuno accadesse à le predette, che Dio non el uoglia &c. Quid impor tent dicta verba. In quo saluo saniori iudicio dico, quòd dicta uerba possunt intelligi dupliciter. Primò de mancamento quod concernit pudicitiam & honestatem muliebrem, ita vt sit sensus, quòd si dicta Lucia commisserit aliquid quod sit alienum à bonis moribus, & à pudicitia matronali, quòd tunc non habeat nomine dotis, nisi prout arbitrabuntur commissarij.

Secundò potest intelligi de alio mancamento, quàm de eo quòd respicit honestatem & pudiciciam, ita ut sit sensus. si commisserit aliquod mancamentum, id est causam aliquam propter quã aliàs de iure veniret legato priuanda, & se illo indignam redderet: quòd tunc dotetur arbitrio commissariorum; licet autem dicta verba possint trahi ad vtrunque sensum; tamen in proposito nostro, verior sensus est primus de quo supra, scilicet quòd testator voluerit dictam Luciam dotari arbitrio commissariorum, casu qno aliquod mancamentum committeret. Videlicet aliquid committeret quod esset contra bonos mores & honestatem, siue pudicitiam matronalem: voluit enim dictus testator dictam Luciam hohonestè viuenté dotarî debere de ducatis trecentis, inhonestè autem uiuentem & contra honestatem matronalem non debere dotari in tanta quantitate siue do-
2 te, quod non fuit inconueniens. † Cum etiam filiam inhonestè viuentem permit tãt iura exhæredari. in auct. ut cum de appella. cognosca. §. illud quoque capitulum, aliàs in §. si alicui, & l. si filiam, C. de in offi. testa. & in auct. si post, eo. tit.
3 † Immò talem filiam pater non tenetur dotare, ut in l. i. & ibi not. ff. solu. matri. Voluit enim dictus testator inuitare dictam Luciam spe dotis amplioris ad honestè uiuendum, ut simili sermone utitur tex. in l. Ticio centum, ff. de cõditio. & demõ. Neque uoluit, ut tantum præmii cõseque retur inhonestè viuendo, quantum consecutura erat honestè & castè uiuendo.

Et ꝙ ista fuerit mens & intentio testatoris ipsius, colligitur ex multis. Primò ex qua

litate

litate ipsius legatariæ, ad quam fuerunt dicta uerba relata. Constat enim, quòd ipsa Lucia tempore testamenti erat iuuencula,& de præsenti est annorum & non ultra. & attenta qualitate eius personæ, quia mulier, & uirgo, & iuuenis, nullum aliud mancamentum, ut utar verbis testatoris poterat uerosimiliter ab ea committi, nisi inhonestè agendo aliquid contra honestatem,& pudicitiam matronalem, cum natura mulierum ad hoc sit prona. ideò attenta qualitate personæ, ad quam uerba ipsa sunt relata, capienda est mens & intellectus ipsorum

4 uerborum, † Verba enim prolata à testatore intelliguntur secundum qualitatem personæ, ad quam sunt relata l. plenum, §. æquiti, de usu & habita. & ibi Bart. traddit hanc doctrinam per illum tex. & idem ibi Bal. ex intentione Iaco. de Are. Et probant præmissa regula in l. librorum, §. quod tamē Cassius, de leg. iii.

5 ibi, studiosus studioso † Et not. Bar. in ea. l. librorum, in §. pen. ubi uult, quòd ubi legatur alicui bibliotheca, licet sit dubiū quid ueniat in hoc legato, si tamem legatum bibliothecæ fiat scholari, in legato uenient libri, non locus ipse, & hoc propter qualitatem presonæ legatarii, quoniam colligitur mens & intentio testantis ex qualitate personæ, ad quam uerba dirigun tur. Facit etiam tex. optimus in proposito in l. cum alimenta, in princ. ff.

6 de alimen. & cibar. legat. † Non solùm autem intellectus iste colligitur ex qualitate personæ ipsius Luciæ, sed etiam colligitur ex attestatione Bartholomei testis, qui fuit scriba & notarius testamenti, qui attestatur quòd mens & intentio testatoris per dicta uerba fuit illa, de qua supra; cuius attestationi est standum, cum non agatur de solennitate instrumenti probanda, sed de mente & intentione testantis declaranda, iuxta ea quæ habentur in l. si quis decurio. C. de falsis. maximè per Cyn. in quinta oppositione.

Concurrit etiam cum prædictis communis vsus loquendi; secundum enim communem vsum loquendi, illa verba se mancha mento nissuno &c. relata ad personam vnius mulieris iuuenis, nil aliud importarent nisi culpam commissam uel committendam circa inhonestatē vitæ; iste enim intellectus, qui conuenit communi usui

7 loquedi, est attendendus † Quoniam uerba prolata à testatore intelliguntur secundum communem usum loquendi l. Labeo, in fi. ff. de supellecti. lega.

Ex præmissis igitur omnibus patet quòd uerior intellectus dictorum uerborum est primus de quo supra. qui colligitur ex qualitate personæ ipsius legatarii, & attestatione notarii qui testamentū scripsit, & ex communi usu loquendi; Vel non potest negari, quòd si omnia ista simul iūgantur, maximè duo prima, quòd ex ipsis simul iunctis, non surgat sufficiens probatio, & ꝙ illa fuit mēs & uolūtas testan-

8 tis. † ut quæ nō prossunt singula, multa iuuāt l. rationes, & l. exemplo, C. de proba.

9 Pro quo facit, † quia uoluntas dubia testātis declarat & colligiť ex cōiecturis & argumētis l. licet Impator, ff. de leg. primo.

10 Et licet † ad probandum solenitatem testamenti requirantur septem testes; ad illam temen declarandam numerus ille non est necessarius, sed sufficerent solum duo, ut not. Bar. in l. hæredes palam, §. i. de testa. Bal. & Ang. in l. errore, C. de testa. & not. in l. ii. de bono possesio. secundum tabul. Concluditur itaque in proposito, quòd ex attestatione notarii coniuncta cum qualitate personæ legatariæ, ad quam sunt directa uerba à testatore colligitur, quòd mens & intentio testātis fuit illa, de qua primo loco dictum est supra, dato qnod unum quodque de per se non sufficeret; quoniam dato, quòd esset dubia eius mens, quæ tamen in se est clara, sic duo testes secundum omnes sufficerent ad eam declarandam, ut d. l. hæredes palàm, §. i. Ita in proposito dictum & assertio notarii coniuncta cnm qualitate personæ, quæ saltem iuducit semiplenam probationem mentis testantis, causant plenam probationem, sicut cāusarent duo testes, maximē adiuuata ex communi usu

11 loquendi † Pro quo facit Glo. in c. fin. de succesio. ab intesta. quæ uult ꝙ unus

testis coniunctus cum aliis adminiculis plenè probet sicut duo testes, & est Glos. super uer. unus solus testis. Facit quod not. Glos. in l. excusantur, §. 1. & ibi Barto. de excusa. tuto. & quod not. Bal. & Ang. in l. non est uerosimile, ff. quod met. cau.

Præsupposito igitur, pro fundamento ꝙ mens & intentio testamẽtis fuerit illa de qua supra est secundo loco videndum,
12 † an dicta Lucia legataria commiserit mancamẽtum aliquod, idest, aliquid quod sit contra honestatẽ & pudicitiã matronalem; In quo de duobus est uidendum, Primò, utrum sufficienter sint probata quæ obiiciuntur contra dictam Luciam. Secundò dato ꝙ sic, an illa sint contra honestatem & pudicitiã in mulieribus requisitam; Et quo ad primum dubium facit
13 quòd non, † quia aliqui testes producti pro parte dicti Ioannis Petri sunt domestici & in eius domo commorantes, maximè Samaritana & Rada, ergo uidetur ꝙ eis nõ sit credendum. l. eos, de testi.
14 Item † alii omnes sunt singulares, & per consequens etiam nihil probare debent. c. in præsentia, de probat. Et postremò Dominus presbyter Ioannes rector ecclesiæ Sanctæ crucis, qui deponit de quadam confessione Luciæ, nihil probat; quia contrariatur Nicolao à Sole, qui deponit, ꝙ dicta Lucia non fuit confessa prædicta; nec potuisset confiteri, quin ipse au-
15 diuisset. † Derrogant ergo sibi ad inuicem fidem ut notat Specul. in tit. de teste. §. post quàm, in princi. & Bar. in l. eos, ad l. Cornel. de falsis.

Veritas tamen est in contrarium, quoniam omnia quæ obiiciuntur dictæ Luciæ & quæ dicuntur perpetrata ab ea contra honestatem matrimonialem, sunt sufficienter probata per testes dicti Ioannis Petri.

Obiicitur enim Luciæ, quòd philocapta insanno amore dicti Ioannis Martini illum induxit in domum de nocte clam & occultè, & in cameram in qua dormiebat, committendo & perpetrando inhonesta; quæ omnia plenè & sufficienter probata sunt per testes dicti Ioannis Petri. Quod enim dicta Lucia teneretur amore dicti Ioannis Martini; probatum, est ex pluribus testibus supér hoc deponẽtibus. Videlicet de signis ex quibus colligitur amor. Videlicet ex visu; ex loquella; ex risu mutuo; & ex receptione literarum, de quibus deponunt quamplures testes: uidelicet magister Modestus sutor & Donna Catherena eius uxor, Donna Matthæa, Bona, Samaritana, & Rada, & licet testes isti sint singulares in dictis suis, tamen omnes tendunt ad eundẽ rei finem probandum. Videlicet ꝙ dicta Lucia amabat eũdẽ Ioãnẽ Martinũ, & de eo erat philocapta,
16 & ideò insimul iuncti probant. † Quia illud quod dicitur, ꝙ testibus singularibus nõ creditur, uendicant sibi locum quãdo adeò sunt singulares, ꝙ eorum dicta sunt incompassibilia uel contraria; ubi autem se compatiuntur ad inuicem; ut in proposito; tunc eorũ dicta simul iungũtur, & ex eis colligitẽ plena probatio, ita dixit Bal. in l. de quibus, ff. de legi. & in l. iurisiurandi, & in l. testium, in v. col. de testi. & in l. i. de testa. C. in. v. col. in versi. octauo
17 quæro. † Et alibi dixit, ꝙ tunc testes dicuntur singulares, quãdo unus contradicit alteri. Sed ubi conclusiuè unus testis idem dicit quod alius, tunc in nulla materia mundi dicuntur testes singulares: ita inquit ipse in l. unica, in vii. col. C. de senten. quæ pro eo quod inter. Ex dictis ergo testibus probatur sufficienter dictus amor, qui colligitur ex signis de quibus testificantur dicti testes. Pro quo facit qđ not. Bar. ĩ l. i. §. fi. quemadmo. testa aper. & idẽ Ba. in l. ii. de bono. possesio. sm̃ tabull.

Non solum autem prædicta probantur per testes Ioannis Petri, sed etiam probantur quòd ẽ dicta Lucia clam in nocte induxit in domum dictum Ioannẽ Martinũ, quod probatur primò ex testibus deponẽtibus de confessione dicti Ioannis Martini, qui sunt plures numero sup hoc deponentes.

Item etiam ad sunt duo testes, deponentes de confessione dictæ Luciæ, uidelicet Dominus presbyter Ioannes, & Bartholomeus boccalarius. Item etiam con hoc concurrit verosimilitudo facti, quia dictus Ioannes Martinus non sciuisset ire ad cameram in qua dormiebat in nocte & sine lumine dicta Lucia, nisi fuisset ad

illam

illam adductus. Item etiam constat ex iisdem testibus, quòd Lucia ipsa sciebat dictum Ioannem Martinum esse in domo & camera; quia uocauit eum ad lectum; & cum ea loquebatur, ut deponit Rada. Ex quibus omnibus iunctis surgit probatio, quòd dictus Ioannes Martinus dictã domum intrauerat de uoluntate & consensu dictæ Luciæ, & ductus ad cameram in qua ipsa dormiebat.

18 Ex iis omnibus † simul iunctis resultat plena probatio de præmissis, & quæ non prosunt singula multa iuuant, est Glos. in præallegata, l. excusantur, & ibi Bart. qui uolunt, quòd ex duabus præsumptionibus, uel ex pluribus adminiculis surgat

19 sufficiens probatio in ciuilibus, † & idem uult Gloss. in l. iii. §. eiusdem, ff. de testi. in uer. quæ argumenta, quæ uult, quòd ex pluribus argumentis surgat sufficiens ꝓ-

20 batio in ciuilibus. † & facit quod not. Bar. in l. i. §. idem Cornelio. ff. de quæstion. & quod not. Bald. & Ange. in præallega. l. nõ est verosimile, ff. quod met. cau. ubi tradunt Doctor. quòd ex pluribus indiciis, præsumptionibus, siue coniecturis in ciuilibus surgit plena probatio. si ergo omnia ista simul iungantur, uidelicet confessio dicti Ioannis Martini, confessio dictæ Luciæ de qua deponunt duo testes singulares. Item ꝙ inuentus fuerit in camera in qua Lucia ipsa dormiebat; ut deponunt Rada & Samaritana testes. Item ꝙ dicta Lucia cum eo loquebatur. Item uerisimilitudo rei de qua supra; oportet fateri sufficienter esse probatum dictam Luciam in domum induxisse dictum Ioannẽ Martinum, & in cameram suam, & hoc maximè uerũ est in proposito; quia istud factum de quo probando agitur. uidelicet quod dictus Ioannes Martinus inductus fuerit de noctè in domum, & cameram per dictam Luciam; est tale factum quod clam & occultè fieri consueuit, &

21 non palam uocatis testibus, † Et regula est ꝙ ubi factum de quo probando agitur est tale, quòd clam consueuit fieri; sufficit probatio per coniecturas, & indicia: ita not. Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug.

22 in fi. col. in uer. & nota octauo, † & in authen. quas actiones, circa fin. C. de sacrosanct. eccles. ubi inquit, quòd ratione difficilis probationis, sufficit probatio præ

23 sumptiua. † Facit, quod not. Ioan. And. in c. cum in diœcesi, de usur. in Glo. super versi. argumentis, vbi vult quòd contractus usurarius probetur ex coniecturis; quoniam tales contractus, clam consueuerunt fieri. Idem not. in c. illo vos, de pigno. & in c. ad nostram, de emp. & uend.

24 Non obstat, † quòd primò loco dicebatur, quòd aliqui ex testibus dicti Io. Petri sunt domestici; uidelicet Rada, & Samaritana, quia respondeo, quòd in proposito sunt idonei; quoniam agitur de probando facto domestico, in domo facto, & per illos de domo, l. consensu, C. de repu. & ibi not. Barto. & idem Bar. in l. lex, quæ tuto. de admini. tuto. & Cy. in l. parentes de testib. not. in c. tertio loco, de prob. & in c. ueniens, el secundo de testib. & in c. cum dilecti, de electio. Facit quod habetur per Bart. in l. si quando, unde ui, & ꝑ Bal. in d. l. parentes, in ii. col.

Non ob. quod secundo loco dicebatur quòd sunt singulares, quia dico, quòd nõ omnes sunt singulares, maximè Samaritana, & Rada; dum attestatur de dicto Ioanne Martino, inuento in camera, in qua dormiebat dicta Lucia; quam audiuerunt loqui cum illo. Item testes deponentes de confessione dicti Ioan. Martini, quòd inductus fuerit in domum per dictam Luciam, non sunt singulares; sed contestes. Item in illis partibus in quibus sunt singulares, non tamen sunt contrarii; sed eorum dicta sunt compassibilia; & ad eundem finem tendentia, ideò simul sunt iungẽda, et ex eis colligenda plena fides, ut supradictum est.

25 Non obstat, † quod ultimò dicebatur, quòd derogatur attestationi D. Presbyteri Ioannis, rectoris ecclesiæ S. Crucis, per attestationem Nicolai à Sale, quia dico, quod illud procederet si essent pares dignitate, sed ex quo dictus Presby. Io. est dignior, & in dignitate sacerdotali constitutus, potius est standũ eius dicto, dato, ꝙ non possit à contrarietate saluari, & ita no. Bal. in l. testium, de testib. in fi. col.

Ex

Ex præmissis igitur omnibus remanet conclusio, quòd per testes dicti Ioannis Petri sufficienter, & plenè probatum est, quòd dicta Lucia capta fuit amore dicti Ioannis Martini, & ei ostendit signa amoris, & eundem deduxit in domum, & cameram suam.

Ex quibus omnibus surgit alia proba-
26 tio, † videlicet, quòd etiam passa fuerit se turpiter cognosci à dicto Io. Martino, & ita surgit iuris præsumptio. Non enim est verosimile dictos Ioan. Martinum, & Luciam mutuo amore captos, cum fuerint simul, remotis arbitris, abstinuisse à copula fornicaria, iuxta illud à iuuene Cupido credatur reddita uirga. & not. Glo. in c. si quis acceperit, xxxiii. q. i. copula enim carnalis illa non potest probari directò, sed probatur præsumptiuè, & ex antecedentibus. Sunt autem antecedentia uisus, alloquium, & locus constitutus, & similia, ut not. Gloss. in l. quod ait lex, in princi. de adulter. & in l. i. in princip. de extraord. crimi. & habetur in c. tertio loco, de præsumptio & not. in c. literas, eo. titu. Et quòd probatis istis antecedentibus iuris præsumptione, præsumatur probata copula. not. Bar. in l. quod ait lex, in princ. præalle. & in l. ii. in fi. de adul. & in l. capite quinto, eo. titu. habetur in c. literas, & in c. tertio loco, præallega. & in cap. præthereà, de testibus, & hæc quoad primum.

Circa uerò secundum, vtrum talia de quibus supra, sint contra honestatem, & pudicitiam matronalem, credo, quòd nō
27 sit dubitandum. † Constat enim, quòd stuprum, & copula carnalis sunt contra honestatem, & pudicitiam, ut in authē. de lenonibus; & adeò sunt contra honestatem matronalem; quod etiam a lege alia perpetrantes puniuntur, ut inst. de publi. iudi. §. Item lex Iulia de adulteriis, & ff. ad l. Iul. de adult. l. inter liberas, §.
28 lex Iulia. † & licet patri filiam in adulterio deprehensam occidere, l. patri, ff. ad l.
29 Iul. de adult. † Non solum autem stuprū dicitur contra honestatem, sed etiam inductio in domum facta à muliere de extraneo, maximè clam, & noctis tempore est contra honestatem, & alienum à pudicitia matronali, l. non aliter, ff. de vsu, & habita. & similiter omnia alia antecedētia Veneris, ut sunt uisus, & alloquium,
30 & alia de quibus supra. † Honestas enim vitæ consistit circa bonos mores, ut not. Glo. ff. de iusti. & iur. l. Iustitia. §. iuris præcepta & insti. eo. ti. §. iuris præcepta. in Gl. in uer. honestè.

Ex præmissis igitur omnibus remanet conclusio, ꝙ pro parte Ioannis Petri sufficienter est probatum, quod obiicit contra dictam Luciam, & quod illud est cōtra honestatem, & pudicitiam, & per cōsequens, ꝙ commisit mancamentum; de quo sensit testator; & sic, quòd non possit petere trecentos ducatos pro dote, sed uenit dotanda arbitrio commissariorum, iuxta dispositionem dicti testatoris.

31 Sed † dato sine ueritatis præiudicio, ꝙ dicta uerba prolata à testatore de quibus supra, non essent intelligenda primo modo, sed secundo; adhunc dico, quòd dicta Lucia non potest petere dictum legatum tricentorum ducatorum, quoniam commisit etiam mancamentum, id est, culpam talem, propter quam reddidit se indignam legato prædicto, & per consequens uenit dotanda arbitrio dictorum commissariorum.

Nam constat, ꝙ diffamauit uxorem dicti Ioannis Petri, & filiam dicti testatoris de stupro, diuulgando, quod prius quàm nuberet dicto Ioanni Petro pepererat filium unū ex quodam nobili. & sic iniuriata est atrociter hæredi dicti testa-
32 toris, † quia iniuria illata uxori, intelligitur illata uiro, & ideò pro illa agit etiam vir. instit. de iniur. §. patitur autem, & per consequens commisit mancamentū & culpam, propter quam legatarius
33 uenit legato priuandus. † Quoniam etiam propter iniuriam commissam contra hæredem priuatur legatarius legato, ut l. Papinianus, iuncta Gloss. ff. de iis qui bus ut indig. Pro hoc facit ratio, si enim dicta Lucia tale quid perpetrasset viuo testatore, diffamando uxorem dicti Ioannis Petri, non est dubium, quòd dicere-

tur

tur commisisse culpam, & mancamentum, propter quam testator priuasset illam legato in totum, uel in parte, ergo idem dicendum est, licet hoc mancamentum cōmisserit post mortem testatoris.

34 † Quia non refert, an legatarius committat culpam ob quam efficiatur indignus legato ante mortem, uel post mortem testatoris; vt not. Gloss. in l. sororē, C. de iis quibus ut indignis, & not. Bart. sequendo dictam Glossam, in l. prima, ff. eodem titulo.

35 † Et quòd ex dicta diffamatione facta per dictam Luciam surgat talis culpa, & causa propter quam legatarius de iure venit legato priuandus, est Gloss. in l. si inimicitiæ, in uersicu. uoces, ff. de iis quibus ut indig.

Non obstat, si diceretur, quòd testes deponentes de dicta diffamatione sunt singulares, quia respondetur, ut supra dictum est de aliis testibus.

36 Non obstat, † si diceretur, quod attestationes eorum nō faciunt fidem in hoc iudicio, quia respondeo, immò ꝙ sic, quia inter easdem personas ut l. cum lite mortua. iudi. sol. ubi per Bart. & not. in l. ii. C. de edendo.

Non obstat ultimo si diceretur, quòd productæ fuerunt publicato processu, 37 quia respondeo, † quòd probatio, quæ surgit ex scripturis potest fieri, etiam processu publicato, l. peremptorias, C. senten. rescind. non poss. ubi Glo. & Ang. & not. in auten. at qui semel, C. de probatio. & in cap. fraternitatis, & in c. series, de testibus.

Remanet ergo conclusio, quòd quocunque modo intelligantur verba dicti testatoris, quòd dicta Lucia non est dotanda nisi arbitrio commissariorum.

Laus Deo, Cætera suppleat Spectabilis D. Consultor.

Petrus de Barbobus, aliàs de Soncenо legum Doctor iura ciuilia legens in ciuitate Paduæ manu propria subscripsit.

CONSILIVM D. PETRI DE BARBOBVS, DE PADVA V. I. D. PER VIAM allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem viduam, carnalem copulam commisisse, quomodo probetur, & propterea cecidisse à iure petendi legatum mariti.*

2 *Mulieribus non licet cum extraneis salua honestate habitare.*

3 *Clericis non licet mulieres extraneas, secum in domo retinere.*

4 *Vitæ honestas circa bonos mores consistit.*

5 *Viuere secundum bonos mores non dicitur, uiuens cum eo, cum quo absque inhonestate suspitionis viuere non potest.*

6 *Clericus simul in eadem domo cohabitans cum extranea muliere, honestè uiuere non dicitur.*

7 *Mulier potest prohibere sociam, ne in domum eum inducat, cum quo sine honestate viuere non potest.*

8 *Adulterium qualiter probetur.*

9 *Testibus singularibus creditur, quando dicta eorum sunt compaßibilia.*

10 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*

CONSILIVM XCVI.

1 IN Christi nomine Amen. † In causa nobilis Dominici de Mullo, quam habet cum Domina Luchina saluo meliori iudicio dico, partes clarissimi Domini consultoris esse in pronunciando, legatum nō deberi dictæ D. Luchinæ, nã enim constat ex tenore testamenti, dictum legatum eidem debetur, si castè & honestè vixerit, ex deductis autem constat quòd nec uiuit, nec uixit castè, & honestè, meritò non potest legatum petere ei relictū sub dicta conditione. Ex deductis namq; constat, quòd dicta D. Luchina tenuit secum in domo iam decem annis continuis magistrum Hieronymum de Idiūto qui est homo iuuenis & recēs, & cum eo uixit dicto tempore familiariter, adeo ꝙ constat eam etiam palam stetisse ad fenestram cum eo, habendo brachium a d eius collum, & ridendo cum eo, & signa mutuum

tum familiariter agendo. Item etiam cōstat ex deductis, quòd nocturno tempore nisi sunt exire eius domum pares, & ꝙ est fama de ea quòd non honestè viuat, & quòd fuerit expulsa de ecclesia propter sinistram suspicionem, quæ erat contra eam. Ex quibus omnibus dico sufficiē ter probatum, ipsam Do. Luchinam nō uiuere, nec vixisse honestè: & per consequens defecisse conditionem sub qua ei debebatur legatum. Primò enim ex eo, quòd decem annis cōtinuis secum in domo tenuerit dictum magistrum Hieronymum: ex hoc probatur eam honestè non uixisse, si enim dictus magister Hieronymus esset eidem parentella, uel affinitate aliqua coniunctus, tunc fateor quòd ex hac sola cohabitatione non præsumeretur, nec diceretur inhonestè vixisse; quia in personis sanguine coniunctis, nil scelus criminis existimare natura permittit, sed cum dictus magister Hieronymus nō sit eidem aliqua ratione coniunctus, sed protinus extraneus, dico, quòd cohabitando tanto tempore in ædibus cum eo, non egit honestè, † quia non licet mulieribus cum extraneis habitare, salua honestate, ut inquit tex. in auct. quomo. opor. episc. in §. quanto, uersi. licet. Immò ex cohabitatione, quæ fit cum extraneo, arguitur suspicio inhonestatis vitæ, l. eum qui. C. de episcop. & cleri. † Et hinc est, quòd iura prohibent clericis mulieres extraneas secum in domo retinere, quia ex eo quòd sint extraneæ, & habitent simul surgit præsumptio stupri & inhonestatis, ut not. in c. i. & per tot. titu. ext. de cohabitatio. clerico. & mulier. & per Glos. lxxxi. dist. c. volumus. Immò & alibi dixit tex. quòd diutina & continua conuersatio inducit suspitionem stupri, etiam inter personas sanguine coniunctas. xxxi. dist. c. i. † Honestas enim vitæ consistit circa bonos mores, ut not. Glo. ff. de iusti & iur. l. iustitia, §. iuris præcepta, & insti. eo. §. iuris præcepta, in Glo. in uersic. honestè; & nullus profecto sanæ mentis dicit, ꝙ immò profecto hoc est cōtra bonos mores, & non conuenit pudicitiæ muliebri, ut in simili dixit tex. in l. mulier, §. cum proponeretur, ad Trebel. † neque dicitur secundum bonos mores uiuere, qui uiuit cum eo, cum quo honestè, id est, absque inhonestate suspitionis uiuere non potest. argu. ad hoc in l. non aliter, de usu. & habita & ex hoc probatur sufficienter dictā Dominam nō honestè uiuere vel uixisse. † Facit ratio, si enim clericus, cui iniunctum est ratione ordinis, ut honestè uiuat, simul cohabitaret cum muliere extranea in eadem domo, clarum est, ꝙ nō diceretur honestè uiuere, ut d. l. eum qui, & in præallega. c. i. de cohabita. clerico. & mulier. & in d. c. uolumus, ergo idem dicendum, ut mulier uidua, quæ honestè tenetur uiuere, ut legatum consequatur, cohabitando simul in una domo cum extraneo, nō dicitur honestè uiuere.

2

3

4

5

6

Nec obstat si diceretur, quòd dictus magister Hieronymus est coniunctus Dominæ Lucretiæ eius sociæ, quæ simul habitat in eadem domo cum ea, quia respondetur, quòd hoc non habet eam excusare; † fuit enim in eius potestate prohibere sociam ne induceret in domum eum, cum quo ipsa honestè habitare non poterat, l. non aliter, præallegata, uel saltē societatem dirimere à principio, & aliam domum conducere, & de per se habitare, & non tamdiu simul habitare cum eo, in quem posset de facili cadere suspicio aliqua inhonestatis, quod cum non fecerit, profecto magna est suspicio contra eam, debuit enim taliter agere, ut nedum inhonestas, sed nec suspicio inhonestatis eidē posset impingi. arg. ad hoc in l. ii. C. de fur.

7

8 † Probatur autem eius inhonestas non solum ex dicta cohabitatione diutina, sed etiam ex aliis, de quibus supra. Videlicet ex eo quòd ipsa uisa sit ridere cum dicto magistro Hieronymo, & tenere brachiū ad eius collum. Item ex eo, quod nocturno tempore nisi sunt exire pares de eius domo, & ex fama, & aliis de quibus supra. Stupra enim & adulteria, ac huiusmodi, probantur ex coniecturis, quæ sunt talia quæ clam & occultè solent committi; & ideò sufficit ad ea probanda, quòd antecedentia sint probata. Videlicet alloquium, osculum, quòd solus cum sola de

præ-

præhendatur, & huiusmodi, ut uult Glos. in l. quod ait lex, in prin. de adulter. & Bar. in l. ii. in fi. & in l. capite quinto, in prin. de adulter. & notatur in c. tertio loco, & in c. ex literis, de præsumptioni. & not. Glos. in c. i. xxxi. distinct. præ allega.

Nec est verum, quòd vbi agitur de pœna alteri irroganda, debeant testes super huiusmodi diponentes dicere, quòd credunt rem, ita esse. stuprum, uidelicet commissum, uel adulterium. sufficit enim quòd probent hniusmodi antecedentia; quia tūc succedit legis presumptio, & ita uult Bar. ibi, & si ita deponendo probant quo ad pœnam corporalem adulterio irrogandam, multo fortius debent probare, quo ad irrogandam ei pœnam pecuniariam, & priuatiuam commodi, ut esset in casu nostro.

9 Non obstat† si diceretur, qnòd aliqui ex dictis testibus sunt singulares; quia dico, qnòd etiam testibus singularibus creditur, quando eorum dicta sunt compassibilia, quia tuuc simul iunguntur, ut ex iis resultet plena probatio; & ita inquit Bal. in l. iurisiurandi, & in l. testium, C. de testi. & in l. de quibus, ff. de legib.

Non obstat ultimò si diceretur, quòd ratione ætatis cessat omnis suspitio contra dictam Dominā, quòd notatur in d. c. i. de cohabi. clerico. & mulie. quia respondetur, quòd ætas non est tanta in proposito, quæ apud intelligentes liberet eam à suspicione prædicta, maximè cum sit mulier robusta & recens, vt constat ex aspectu.

Remanet ergo conclusio, quòd dicta Domina non est audienda, petens legatum sibi à marito factum sub conditione si honestè vixerit, cum ex præmissis constet eā minus honestè uixisse: fuit enim mens ipsius testantis, eiusdemq; mariti, eam honestè uiuere debere, idest extra omnem in honestatis suspicionem, si coniungantur omnia supra scipta, quæ sunt contra

10 ea probata, † quæ non pro sunt singula, multa iuu ant l. rationes, & l. exemplo, C. de probatio. Laus Deo.

Cætera suppleat Excellentia D. Iudicantis.

Petrus de Barbobus.

CONS. DOMI. PETRI DE BARBOBVS DE SONCINO. V. I. D.

per viam allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus an sit lethale, ex qualitate loci cognoscitur.*

2 *Standum non est solius barbitonsoris dicto quādo alij periti in arte de facili haberi possunt.*

3 *Dicto solius barbitonsoris non est standum, licet alij periti in loco haberi non posint, quando est parti suspectus.*

4 *Vulnerans aliquem non mortaliter, quem postea alius exinaniuit, non tenetur de morte.*

5 *Vulnerantes omnes de occiso tenentur, quando occisus plura vulnera mortalia habet.*

6 *Inferens vulnus non mortale, vel vulnus de quo dubitatur an sit mortale; non tenetur de homicidio, quando non ex proposito vlnerauit, quamuis plures in rixa vulnerantes fuerint. & infra nume. 34.*

7 *Insultantem ad sui defensionem cū moderamine inculpate tutelæ occidens, de occiso non tenetur.*

8 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ permissa est, etiā aduersus superiores.*

9 *Insultatus quomodo dicatur fecisse ad sui defensionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

10 *Insultus est motio de loco ad locum.*

11 *Defendendi causa præsumitur facere insultatus, insultantem statim repercutiens.*

12 *Insultatus in dubio, semper præsumitur facere ad sui defensionem.*

13 *Aggressura probata, siue insultu, si insultatus statim insultantem percutit, animo se defendendi facere præsumitur.*

14 *Aggressus aggressore debilior, quicquid facit, ad suam defensionem facere præsumitur.*

15 *Aggressus non tenetur fugere, quando fuga uitæ periculum importat.*

16 *Semel percutiens, præsumitur repercutere velle.*

17 *Insultatus quando dicatur constitutus in discrimine vitæ.*

18 *Aggressus, dubitans ne aggressor illum fugientē insequatur, impunè potest aggressorē occidere.*

19 *Constitus in discrimine uitæ, uenite aggressorem occidit.*

20 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ. probatur, eo quòd aggressuram passus in discri-*

scrimine vitæ constitutus erat.

21 *Insultatus non debet uulnera expectare, sed potest incontinenti se defendere, & aggressorem occidere.*

22 *Minantem occidens non tenetur pœna mortis.*

23 *Aggressus baculo, quando possit se armis defendere, & occidere.*

24 *Animus insultantis ex qualitate armorum cognoscitur.*

25 *Defensionis modum excedens, pœna tantum pecuniaria, pro motu iudicis uenit puniendus.*

26 *Filio etiam naturali permissum est patrem in discrimine vitæ constitutum defendere, eiusq; aggressorem occidere. & infra numer. 32. & 33.*

27 *Iniuria facta patri dicitur facta filio, & iniuria facta uni de domo uel familia, intelligitur facta omnibus de domo seu agnatione.*

28 *Iniuria facta uni de consortibus, facta intelligitur omnibus de consortaria.*

29 *Amico amicum defendere licet. & nu. 31.*

30 *Consanguineo licet defendere alium consanguineum & insultantem occidere, & nu. 33.*

31 *Maritus vxorem defendere tenetur.*

35 *Lege permitente comissum pœnam non meretur.*

CONSILIVM XCVII.

IN Christi nomine Amen. Viso casu suprascripto, & testibus examinatis, super delicto perpetrato; ac super excusationibus & defensione proposita per dictos accusatos, & denunciatos, saluo saniori iudicio, uidetur ipsos absoluendos & absolui debere, neque aliquem ex iis posse cõdemnari de homicidio. Et primò incipiendo à persona Bartholomei; quia etiam rixa, ex qua homicidium est secutum in eius persona, principium habuit; dico quòd ipse nullo modo tenetur de homicidio, quoniam ex testibus constat, quòd dictus occisus, scilicet Ludouicus habebat tantum unum vulnus mortale in flanco, de uno spontono, quod fuit sibi illatum per Bugamantem, alia autem vulnera non erant mortalia, & maximè vulnus sibi illatum per dictum Bartholomeum, quod fuit vulnus, quod habebat
1 iuxta pectus. † Et quòd dictum uulnus non esset mortale colligitur primò ex qualitare loci. & ex ea parte corporis in qua fuit illatum; ex qualitate enim loci, in quo illatum est uulnus iudicatur lethale, uel uon lethale, c. significasti, el. ii. de homicidio.

Item etiam satis colligitur ex confectione scripturæ factæ per D. Consulem & alios missos ad cadauer inspiciendum; qui habentes mentionem de vulneribus repertis in persona occisi, asserunt tantum vulnus quod habebat in flãco fuisse mortale.

Item etiam cum hoc concurrit, quod deponunt aliqui testes, quòd dictus Ludouicus dixit solum se lethaliter uulneratum, quando fuit percussus à dicto Bu-
2 gamante in flanco. † Et licet magister Michael barbitonsor deponat etiam illud fuisse mortale, tamen eius dicto non est standum. Primò, quia est unicus qui hoc doponit; & ubi potest de facili haberi copia peritorum in arte, non sufficit quòd ad inspiciendum uulnus, an si mortale, uel non, eligatur unus peritus tantum in arte, sed debent ad minus duo eligi & deputari, ut not. Bar. in prima constitu. ffor[illegible]. in fi. princ. & l. fi. ad l. Corn. de sica. in fin. & not. in l. 1. in fi. ff. de uorbo. oblig.
3 Prætereà constat† quòd est suspectus, ex multis deductis in processu quo fit, ut si essemus in casu, in quo unus solus satis fuisset, quia in loco plures haberi non potuissent, eius solius dicto non esset standum, ut not. Bal. in l. directæ libertates, C. de testa. ma.

Remanet ergo quòd non stat, quòd uulnus illatum per dictum Bartholomeum dicto occiso esset mortale, sed dubium est, an mortale fuerit, potuit enim esse, & nõ esse: & magis credendum est quòd non esset, ex qualitate loci, & aliis de quibus
4 supra. Item† constat ex testibus quòd uulnus illatum per dictum Bartholomeum præcessit uulnus dicti Bugamantis, & quòd prius cum partesanella percussit dictum occisum in pectus, quàm superuenire t Bugamans & frater eius, ex quo fit ut nullo modo dictus Bartholomeus te-
5 neri possit de occiso, † licet enim ubi occisus

cisus reperitur habere plura uulnera mortifera, omnes uulnerantes teneantur. l. si
6 ita uulneratus, ff. ad l. Aquili. † vbi tamen constat unum esse mortale alia autem non, uel dubium est de aliis, & uulnera non mortalia præcesserunt uulnus mortale; uel uulnera de quibus dubitatur an fuerint mortalia, similiter præcesserunt ipsum uulnus mortale, ut in casu nostro, tunc inferrens uulnus non mortale, uel uulnus de quo dubitatur an sit mortale, non tenetur de homicidio, quando non ex proposito uulnerat, ut in casu nostro. Primum tenet Bar. in l. si in rixa, ff. ad l. Corneli. de sicar. in sua distinctio. & sequitur Bal. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad l. Aquili. & Saliy. in l. quoniam multa. C. ad l. Iuli. de ui publi. Secundum probatur in. l. item Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquili. secundum uerum intellectũ quem sequitur Bal. in d. l. si ita uulneratus, licet in. d. §. Celsus, uideatur uelle idem esse, etiam si constet quòd primum fuerit mortale uel non. quem intellectum tanquàm ueriorem sequitur Bal. in d. l. si ita uulneratus. & Saly. in. d. l. quoniam multa. & Floria. in d. l. si ita uulneratus, in prin. ĩ pen. col. in Glos. super uerbo teneri. & in d. §. Celsus, & Canoni. in. c. significasti, post Glos. de homici. præalle. Immò plus uult idem Flori. in d. §. Celsus, quòd istud procedat, siue eodem tempore uulnera fuerint illata, siue diuersis temporibus. allegat ad hoc. l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. ad l. Aquili. ex hoc ergo capite dictus Bartholomeus uenit absoluendus; quia dato quod in rixa uulnerauerit dictũ occisum, dubium est, an eius uulnus fuerit mortale, uel non, ideò ipse non potest teneri de occiso. sed ille cuius ictu constat eum periisse, per ea quæ dicta sunt supra. quæ latius notantur per Doctores in d. l. si in rixa, in d. §. si plures, & in præallega. c. significasti. Nec potest dici quòd teneatur quasi præstans opem. de quo dubitauit Bar. in d. l. si in rixa, quia in terminis nostris, ueritas est in contrarium. ut notat Bal. in l. data opera, in pen. col. C. qui accusa. non poss. in uers. sed pone Titius rixabatur de Seio &c.

7 Circa quæ me aliter non extendo. † quoniam alia etiam urgentissima defensione tutus est dictus Bartholomeus. Videlicet quòd dato quòd uulnus ab eo illatum fuisset mortale, & dictus occisus periisset eius ictu, tamen cum illud fecerit se defendendo non tenetur de occiso, neque tanquam homicida potest puniri immò nec aliter vt infra subiiciam. Constat enim quòd ad tutelã & sui defensionẽ licitum est alium offendere, dum tamen id fiat cũ moderamine, Et licet aliàs occidens teneatur pœna legis Corneliæ de sicariis instit. de publi. iudi. in §. item lex Cornelia. & ibi Glos. & leg. 1. ff. ad leg. Corneli. de sicar. ubi tamen quis alium occidit se defendendo, & iniuriam propulsando, tunc non tenetur de homicidio neque pœna dictæ legis Corneliæ leg. ut uim ff. de iusti. & iure leg. prima C. quan. lice. sine iudi. se uindi. & not. in leg. i. C. unde ui. & in leg. i. §. cum arietes. ff. si quadrupe. pauper. faci. dicat & notatur in l. si ex plagis. §. tabernarius. ad leg. Aquili.

8 † Est enim permissa defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ etiam aduersus superiores, ut in cle. pastoralis, de re iudica. & in c. felicis, de pœn. & ibi per Ioan. Andreæ.

9 Vis † ergo solum restat in intelligendo, an dictus Bartholomeus illud fecerit ad sui defensionem, & si id fecit cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quidem ex testibus & deductis pro parte ipsius, constat; quòd commissa per eum in personam dicti Ludouici occisi, commissa fuerunt ad eius defensam, quoniam constat ꝙ fuit insultatus primò, nullis uerbis præcedentibus à dicto Ludouico.

10 † Insultus enim in proposito, capitur pro motione de loco ad locum, ut l. i. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecis. dicat. præalle. & ibi Bar. & percussus cum ligno dictæ partesanellæ, & quòd dictus Ludouicus nõ contentus prædictis, euaginauerit cultellam, ut percuteret iteratò dictum Bartholomeum, eo clamante, quòd deberet desistere.

Ex quibus satis colligitur, quòd dictus Bartholameus vulnerauit dictum Ludoui-

cũ,se defendendo, & ad sui salutem, non
11 autem ad vindictam. † Vbi enim insultatus percutit uel uulnerat insultatem, in continenti, præsumitur facere animo se defendendi. ita not. Bal.in l. ii. C. ad leg. Corneli. de sicar. & in l. i. §. cum arietes.
12 præallega. ubi inquit, † quòd insultatus in dubio, semper præsumitur percutere insultantem ad sui defensionem: & idem tenet ipse in l. si ex plagis.§. tabernarius, præ allegato, & idem vult Pet.de Ancha
13 ra. in cle.i de homici.ubi inquit, † quòd probata aggresura siue insultu, si insultatus statim percutit insultanem, præsumitur facere animo se defendendi,& probatur in d.§. tabernarius, secundum verum intellectum,& in d.§.cum arietes.& idem tenet Floria.in l.scientiam. §.qui cum aliter.ff. ad l. Aqui.
14 Colligitur etiam hoc † ex qualitate personæ insultantis & insultati: cõstat enim, ꝙ insultans erat inuenis & rubustus,& audax aptus ad rixam, & consuetus rixari, dictus verò Bartholameus senex, & non comparandus fortitudine dicto aggressori, ex quo uerisimiliter arguitur, quòd quicquid commiserit, ad suam defensionem commisit, & hoc videtur velle Glos. in cle.i. de homici.præalle.dum ibi loquitur de circumstantiis, & Cyn. & Bar. in l.i.C. vnde vi. licuit ergo dicto Bartholomeo insultato,& iam percusso cum ligno dictę partesanellę à dicto Lodouico illum percutere, & percutiendo, si illum occidit,sibi ascribatur: licitum enim est insultato occidere insultantem l.is qui aggressorem,ad l. Corneli.de sicar.C.& d.§.qui cum alitet,& d.§. cum arietes.
15 Nec † imputari potest dicto Barth olomeo, si non aufugit, quoniam periculosum erat ei aufugere,nam cum dictus Ludouicus primò percuserit dictum Bartholomeum, si ipse Bartholomeus aufugisset, posuisset se in discrimine, & pericu-
16 lo vitæ, † quia ille, qui percusit semel, præsumitur habere animum repercutiendi, not. Bal. in l.ut vim, præalle. circa fin. & maximè cum dictus Ludouicus euaginasset cultellam, & si dictus Bartholomeus aufugisset, prosecutus fuisset eum, & quantum ille fugisset, tantum ille processisset in prosequendo, & percutiendo: & maximè cum ille esset robustior, qui faciliter illum insequendo aufugere po-
17 tuisset, † & ideò satis dici potest,quòd fugiendo constituisset se in discrimine vitæ,
18 ideò non tenetur si non fugit, † Immò ratione solius dubij, quod erat an dictus Ludouicus fuisset insecutus eum fugientem, uel non, potuit dictus Bartholomeus ita insultatus non fugere, sed illum occidere, & uulnerare, & ita vult Bar. in cons. suo quod incipit Vannutius Petri, quod est xcv. in ordine meorum. Videlicet, quod ubi quis insultatus est ab alio, quòd non tenetnr fugere, si fugiendo insultans fuisset eum insecuturus, uel dubium erat, an insecuturus eum esset, uel non; quia tunc fugiendo diceretur
19 constitutus in discrimine vitæ,† adeò quòd licet ei aggressorem occidere, iuxta d.l. is qui aggressorem, & quod ex quo fugiendo erat dictus Bartholomeus in discrimine uitæ, quòd licuerit ei dictũ aggressorem vulnerare, & etiam occidere tenet Bal.in d. l. is qui aggressorem.
20 † Et idem inquit Ang. in l. 1.C.unde vi. vbi inquit, quòd ad probandum an quis occiderit, uel percusserit aliquem cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendendo, non est necesse perscrutandum, an potuerit aufugere, uel aliter euadare, vel an cum honore, uel sine; sed satis est quòd aggressuram passus erat in discrimine vitæ constitutus; allegat præallegatã l.is qui aggressorem,& ita inquit se de facto hoc modo plures defendisse; & hoc etiam videtur fuisse de mẽte Bart. in præalleg. l. ut vim, de iust. & iure. & clarius per eum in l. furem, ff.ad l.Corneli.de sicar. & idem Bal. in d. l. ut vim, in i. col & idem tenet Florian.in l.sciemtiam, §. qui cum aliter,ff.ad l. Aquili. præallegata.

Licuit ergo dicto Bartholomeo insultato vulnerare insultantem & non fugere,cum aufugiendo fuisset in discrimine vitæ constitutus, & non dicitur excesisse modum in se defendendo sinon fugit, cùm fuga esset ei periculosa, ut patet ex præmisis.
21 Nec † oportet hic dispu tare an dictus

Bar-

Bartholomeus debuerit pati, quòd vulneraretur prius à dicto insultante, tum quia constat quòd primò fuit percussus ante quam illum vulneraret, tum etiam quia secundum ueram opinionem, non debet insultatus hoc pati. Et licet Gloss. uoluerit contrarium, in d. §. taberna rius, tamen uerior est contraria opin. de qua in l i. C. unde ui præallega. quam ponit ibi Gloss. in uersi. moderatione, quam Glo. sequũtur ibi Barto. & Ange. & communiter Doctores, & Saly. in d. l. is qui aggressorem,

22 † Idem est de mente Bal. in l. i. C. quan. lic. sine iudi. se uin. vbi uult, quòd si quis minetur alteri eũ occidere, potest statim ab eo pcuti, nec tenetur expectare quòd prius ab eo uulneretur, & idem uult Bar. in præalleg. consi. Vannutius Petri.

Non obstat postremò si diceretur, quòd

23 † dictus Bartholomeus excessit modum in se defendendo alia ratione, quia fuit percussus à dicto Ludouico, cum ligno partesanelæ, & dictus Bartholomeus eum uulnerauit cum ferro, ut uidetur esse de mente Bald. in l. ut uim, circa fin. de iusti. & iure, quia respondetur quòd hoc in proposito non obstat, quia postquam dictus Ludouicus percussit dictum Bartholomeum cum bastono dictæ partesanelæ, postea eduxit gladium ut iterato percuteret dictum Bartholomeum, quo fit ut licuerit illum ferro etiam uulnerare; & sic

24 non dicitur modum excessisse. † quia ex eductione gladii, & qualitate armorum depræhenditur qualis fuerit uoluntas dicti insultantis, l. vna, C. de emendation. seruo. & c. significasti, præalleg. & not. in l. ii. §. sed si claua, ff. ad l. Cornel. de sicar. & C. eod. tit. l. eum qui; no. Bald. in l. sed si, §. fin. ff. ad l. Aquil. & Bald. in l. i. in fi. iiii. col.

Ex præmissis igitur remanet conclusio, ꝙ cum dictus Bartholomeus percusserit dictum Ludouicum se defendendo, & prius ab eo insultatus, & dictam defensionem fecerit cum moderamine, quia alias fuisset in discrimine vitæ constitutus, dato ꝙ dictus Ludouicus periisset eius ictu. & propter vulnus illatum à dicto Bartholomeo, ꝙ non tenetur de occiso, neque potest puniri de homicidio. Non solum autem non potest, quia non tenetur de occiso, sed nec de uulnere, nec alio modo; quia potuit ita impunè facere, ut in iuri-

25 bus præallegatis. † licet si excessisset modum in se defendendo, quia se defendisset sine moderamine inculpatæ tutelæ ueniret puniendus, non de homicidio, sed aliter pœna pecuniaria pro motu iudicis, ut uoluit Ioan. Andr. in præallega. c. significasti, & in addit. Specul. in rub de homicid. in uersi. & quæro de illo qui se defendendo occiderit, & Cy. in l. i. C. unde ui. præalle. in uersi. item quæritur, & Bald. in c. i. de pace tenend. & Floria. in d. §. qui cum aliter, in ii. colum. & in d. §. tabernarius, & Ludoui. de Ro. in singulari. suis, & probatur in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, de aduleri. quantum ergo ad personam dicti Bartholomei res ista nullum uidetur habere dubium, quoniam, nullā pœnam ex hoc pati debet, per præmissa.

26 Sed stat † dubitatio de Bugamante, quē constat dictum Ludouicum uulnerasse in flanco lethaliter, & sic constat quòd ex eius ictu periit, & sic uidetur ut de occiso teneatur, iuxta no. in præalleg. l. si in rixa, & in l. item Mela, §. si plures, & in l. ita uulneratus, ad l. Aquil. Veritas tamen est in contrarium, & nullo modo uenit dictus Bugamans puniendus. Nam ex deductis constat, quòd dictus Bartholomeus post insultum contra se factum à dicto Ludouico, uidens plures alios, uidelicet illos de Mascharellis impetum cō tra se facientes cum armis, clamauit fuora fuora, & tunc occurrit Bugamans, & Antonius eius frater. Item etiā ex attestatione duorum testium, qui interfuerunt in principio rixæ, cōstat, quòd dictus Bartholomeus erat circundatus à prædictis, & in discrimine uitæ constitutus, & malè fuisset tractatus à prædictis, nisi dictus Bugamans, & frater superuenissent ex quo fit ut dictus Bugamans, uidens eius patrem in tali discrimine constitutum, potuerit impunè patris aggressorem vulnerare pro defensione paterna, & sicut licuisset eidem pro sua defensione uulnerare proprium aggressorem, ita etiam

etiam pro defensione patris, licuit ei vul-
27 nerare aggressorem paternum. † Iniuria enim, quæ fiebat patri, dicebatur ei fieri, quia iniuria, quæ fit patri, dicitur fieri filio; & iniuria, quæ fit uni de domo seu familia, intelligitur fieri omnibus de familia seu agnatione; l.ii. & iii. de liber. cau. & l.lex Cornelia, in princip. ff. de iniur. & ibi Gloss. & probatur in l.vnica. C.de rapt.
28 virgi. & ibi not. Cyn. Bald. & Salyce. † Et idem not. idem Bal. in l.i. C. si quacun. præ di. potesta. ubi inquit, quòd iniuria, quæ fit uni de cõsortibus, intelligitur fieri omnibus de consortaria. & ratione talis iniuriæ, & offensionis, licuit dicto Bugamãti pro liberatione paterna vulnerare dictum Ludouicum, patrem offendentem,
29 & eidem iniuriam inferrentem. † Et ꝙ hoc eidem licuerit, videtur esse de mente Glossæ, in l. ut uim, ff. de iusti. & iure, quæ vult quòd non solum licet res ꝓprias, & personam defendere uim aliis inferendo, sed alium licet defendere habita
30 ratione affectionis, † per quam Gloss. Bartol. & Bald. ibi dicunt, quòd licet consanguineo defendere alium consaguineũ.
31 † & licet marito vxorem defendere, & amico amicum, ut ibi latius per eos. Quorum opinio. secutus est ibi Pau. de Castr. & Ange. in l.quoniam multa, C.ad l. Iul.
32 de ui public. † Sed hoc clarius in terminis nostris vult Inno. in c. si uerò, de sen. excõmunica. & ibi Ioan. And. ubi uolunt quòd liceat filiò ob defensionem patris alium occidere, quod secundum Innocen. ibi, uendicat sibi locum non solùm in legitimo, & naturali, sed etiam in filio naturali tantum, argumen. l.iii. ff. de libera. cau. & probatur in l. si iussu, §. planè, ff. de iniuriis, & idem uoluit Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de homicid. in fin. & idem voluit etiam Bald. in l.i. C. unde ui. in repeti. & Flor. in l. scientiam, §. qui cum aliter, præ
33 alleg. † Et facit quod notat Bald. in l. raptores, C.de episcop. & cleric. vbi vult, ꝙ si quis fecerit insultum contra consaguineum meum, volens eum occidere, & ego volens eum adiuuare, occidam insultantem, quòd non sum puniendus; sic ergo concluditur per præmissa, quòd dictus Bugamans, uidens patrem insultatum, & in discrimine vitæ constitutum, pro eius defensione potuit insultantem patrem uulnerare, & occidere; quod in dubio præsumitur fecisse potius animo patrem defendendi, quam alia ratione; cum non præbuerit causam rixæ, sed dictus Ludouicus fuerit insultans, & aggressor patris, vnà cum illis de Mascarellis, l.ii. C.ad l.Cor. de sica. & dictum est supra. Et ad præmissa faciunt, quæ not. Barto. in l. si quis in seruitute, in finalibus verbis, ff. de iniur. & quod habetur in c. dilecto, de senten. excommunic. lib. vi.
34 † Ex præmissis etiam omnibus colligitur, quid iuris de Antonio dicti Bartholomei filio, quoniam ipse uenit absoluendus, & nullatenus potest condemnari, tũ quia non constat eum vulnus aliquod intulisse occiso, & si quod uulnus intullit, illud non fuit mortale, clarum est enim quòd uulnera illata dicto Ludouico, excepto vulnere in flanco, & in pectore, nõ fuerũt mortalia, sed leuia uulnera; & ideò dato, quòd unum uel plura ex dictis uulneribus non mortalibus intullisset, nõ tenetur de occiso, sed posset tamen de uulnerato puniri. iuxta not. in dictis iuribus. Videlicet in l. si in rixa, & in l. itẽ Mela, §. si plures, & in d.c. significasti, tum quia ipse occurrit simul cum Bugamante ad clamorem patris, & ad eum defen-
35 dendum. † & si quidem per eum commissum est, contradictũ occisum, uidetur cõmissum iure permittente, & ad defensionem paternam, & per consequens nullã pœnam vel condemnationem pati debeat l.Gracchus, de adulter. Et iura supra deducta pro defensione Bugamantis, etiam locum habent in eius persona, cum sit filius dicti Bartholomei.

Ex quibus omnibus concludo, dictos accusatos siue denunciatos de homicidio, absoluendos esse rationibus de quibus supra. Laus Deo.

Petrus de Sonceno legum Doctor.

ALLE-

ALLEGATIONES D. PETRI DE SONCENO DOCTORIS ELEGANTISSIMI.

SVMMARIVM.

Quæ pœna debeat puniri mulier, quæ posuit venenum in aqua, ut ex ea bibens periret, tamen Deo placuit quod persona uenenanda, aquam illam non bibit, & ita comperta re capta fuit, & detenta dicta mulier.

1 *Venefici pœna quænam sit, ex quo mors secuta non fuit. & infra, nu. 8.*

2 *In delictis voluntas ad actum deducta consideratur, & non exitus.*

3 *Delicta leuia uel atrocia respectu pœnæ dicuntur.*

4 *Affectus in atrocibus an puniatur non secuto effectu, & nu. 5.*

5 *In delictis atrocibus, etiam qui deuenit ad actum proximum delicti, non punitur eadem pœna, qua punitur quid delictum perfecit, sed iudicis arbitrio extra ordinem punitur.*

6 *Hominem veneno occidere, plus est quàm gladio.*

7 *Peccatum grauius est, ubi factū sequitur, quā ubi non sequitur.*

8 *Intellectus ad l. i. §. præterea, ff. ad l. Corneli. de sicarijs.*

9 *Iura, quòd conatus puniatur pro delicto consummato, de consuetudine non seruantur, præter in crimine læsæ maiestatis.*

10 *Doctori solenni attestanti de consuetudine credendum est.*

11 *Iudex in iudicando consuetudinem sicut leges, seruare debet.*

12 *Iudex habens arbitrium à lege in pœnis imponendis, æque & causa cognita arbitrari debet, ita quòd nec nimis gratiosus, nec ultra modum seuerus sit, sed cum aliquo temperamento se habere debet.*

13 *Pœna arbitraria iudici, an usque ad mortem extendi possit.*

14 *Iudex in arbitrarijs pœnis corporalem pœnam infligere non potest.*

15 *Inquisitus quomodo puniatur, quando uera pœna non imponitur.*

CONSILIVM XCVIII.

1 IN Christi nomine Amen. † Visa inquisitione formata contra Sabbidam relictam Dominici Musi, ac eius confessione, dubium fit, utrum teneatur lege Cornelia de sicariis, & ueneficis: & dato quòd teneatur eadem lege, an teneatur et eadem pœna, quæ est deportationis in maioribus, in minoribus uerò decapitationis, uel ut bestiis subiiciantur, ut l. ei usdē §. fi. & l. pen. ff. ad l. Corne. de sica. & probatur Institu. de publi. iudi. §. eadem lege, & not. Gloss. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corne. de sic.

Et quòd teneatur eadem pœna & lege, facit quoniam dicta Sabbida ut constat per eius confessionem, non solum cogitauit ueneno occidere vxorem Nicolai, sed etiam peruenit ad actum facti proximum: quia uenenum emit, & illud immiscuit in aqua, qua uti debebat uxor dicti Nicolai, & licet ex hoc non fuerit mortua, hoc contingit à casu, quia ita Deus voluit, ut ipsamet confitetur, non quia eam pœnituerit: delictum ergo secutum non fuit ex parte dictæ Sabbidæ, sed quia non potuit sequi casu uel facto; ergo perinde haberi debet ac si delictum ipsum secutum fuisset, ex quo per eam non stetit quo
2 minus sequeretur. † quia in delictis, uolūluntas ad actum deducta consideratur, & non exitus, l. Diuus, & l. i. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. is qui cum telo, C. eod. titu. Ad hoc secundo facit; quia delictum istud ueneficii, est delictum atrox.
3 † Delictum enim iudicatur leue uel atrox respectu pœnæ, ut no. Cyn. in l. transigere, in x. q. C. de transactio. & Bart. in l. leuia, ff. de accusa. Bald. in l. si fugitiui, C. de ser. fugi. & in l. qui data opera, qui accusa. non poss. in reperi. & not. in l. ii. ff. de publica. & not. plenè Floria. in l. liber homin. in fi. in princi. ff. ad l. Aquil.
4 Est autem † regula, quòd in delictis atrocibus punitur affectus, licet non sequatur effectus, l. si quis non dicam rapere, C. de episcop. & cle. & ibi hoc tenet Glo. idem tenet Glos. in l. qui ea mente, ff. de furt.

furt.& in l.cogitatio,de pœnis, & in l.1.§. hæc uerba, ff. quod quisque iur. dum tamen effectus deductus sit ad actum, ut in proposito de hoc. Et tertiò est casus in l.1.§.prætereà,ff.l.Corneli. de sicar.ubi est casus,quòd solum qui alium ueneno occidit, eadem lege tenetur, sed etiam qui uenenum dedit ut occideretur.

5 In † contrarium tamen facit tex.in l. 1.in fi.ff.de extraor.crimi. ubi uidetur casus q mitius puniatur delictum attentatum, quàm consumatum; & plura sunt alia iura idem probantia, quæ per Doctor. in suis locis allegantur, quæ referre esset frustratorium; & ideò uariauerunt Doctores nostri in proposito; & Bald. in l.si si quis non dicam rapere, præallegata,in iiii.col.& latius in prin. uidetur sequi illã opinio.ut habeatur ratio, an delinquens deuenerit ad actũ remotum, & si ad actũ proximũ teneatur de rigore perinde ac si delictum consumasset: secus si ad actum remotum,quia tunc mitius punitur, & sic secutus est opinionem Gloss. de qua in l. 1.in prin.de extraor.cri. Alii verò non habita distinctione,an deuenerit ad actũ proximum, uel remotũ,tenent indistinctè, q in atrocioribus teneatur,perinde ac si delictum esset consumatũ, & istam opinionem tenuit Odoftred. in d.l.si quis non dicam rapere, & illam sequi uidetur Saly.in præalleg. l. is qui cum telo, Alii & tertiò constituerũt differẽtiã inter delicta leuia atrocia,& atrocissima,quã opi.secutus est Alberi.de Rosa.in d. l.si quis non dicam rapere, Quarta est opinio aliorũ, quòd etiam in delictis atrocibus pro delicto attentato, & non consumato puniatur quis mitiori pœna, & istam opin. secutus est Cyn. in præallegata, l.si quis non dicam rapere,& in l. is qui cum telo, & hanc etiam uidetur sequi Barto. quoniam ubique in hoc casu se remittit ad notata per Cyn. in d. l.si quis non dicam rapere, ut patet ex notatis per eum in l. 1.§.1.ff.de uar. & extraord.crimin. & in l. 1.in princ. ff.ad l. Corneli. de sicar. & in l. qui ea mente, ff.de fur.quo fit ut se remittendo ad Cyn. ubi supra uideatur sequi opinionem eius,l.eum qui,§.in publicia na,ff.de publican. & quod not. Bald.in l. fina.§.in reffutatoriis, C.de appellation. & ista opinio uidetur mihi æquior, & uerior.

6 Vnde considero † quòd aliquando quis non solum cogitat alium occidere cum gladio, uel ueneno, quòd plus est, ut l.1.C.de malefic.& mathe. sed etiã tractat illum occidere parando uenenũ, uel arma occidendi causa, & hoc casu nullo modo tenebitur pœna legis Corneliæ de sicariis, sed punietur extraordinariè, arbitrio iudicis; probatur,ff.ad l. Iul.de ui publi.l.nec interest, & latè prosequitur hoc disputando in l. item si obstetrix, in princip.ff.ad l. Aquil. Aliquando & secundo non solum quis cogitat, & tractat alium occidere, sed etiam perficit, quia illum gladio uel ueneno occidit, & tunc absque dubio tenetur lege Cornelia de siccariis; & neuter ex casibus facit ad casum nostrum, Sed aliquando, & tertiò quis non solum cogitat & tractat aliũ occidere ueneno uel cum gladio, sed et deuenit ad actum; quia uel in eum intulit tum fecit, uel uenenum propinauit, ut in casu nostro, quia dicta Sabida tractauit cum dicto Nicolao ueneno occidere eius uxorem. & non contenta prædictis, processit etiam ad actum proximum præbendo uenenum in aqua. licet homicidium non perficerit, & hoc casu. uidelicet quantum in ea fuit perfectum delictum, quia tamen non est re uera perfectum, & secutum, quia uxor dicti Nicolai ueneno non est mortua, licet teneatur lege Cornelia de sicariis, tamen non tenetur eadem pœna, sed mitius debet puniri extraordinariè arbitrio iudicis, ut d. l.1.§.fi.ff de uar.& extraordi crimi. quam opin.ut dixi secutus est Cyn.& uidetur sequi Bar.ut supra dictum est; & illam secutus est Iacob.de Are.ut refert Bart. in d. §.Diuus, hoc etiam uidetur esse de mente Bald.in præallega.l. data opera.in xxii. col.ubi inquit in terminis nostris; quòd in pœnis corporalibus, uidelicet ubi agitur de amissione uitæ uel membri, non sufficit delictum attentatum, sed requiritur cõsumatum;& subdit, quòd delictum dicitur attentatum, uel inchoatũ, quando-

do finalis effectus non est secutus, licèt
deuentum sit ad actum remotum, uel
proximũ, in quibus casibus uenit delin-
quens mitius puniendus per iudicem; Et
ad l.is, qui cum telo, respondeo, fatendo
quòd talis, qui deuenit ad actum proxi-
mum, tenetur eadem lege, sed non eadẽ
pœna. Idẽ no. ipse Bal. in l.si fugitiui.C.
de ser.fugi.ubi inquit, ꝙ in pœnis corpo-
ralibus attentatũ non habetur pro consu
mato; & ideò inquit ipse ꝙ in istis iudex
debet esse mitior. Idem not. ipse in l.ij.§.
hæc aũt verba, ff.ꝙ quisq; iur. ubi inquit;
ꝙ ubi punitur cõatus alicuius delicti à le-
ge, ꝙ non punitur eadẽ pœna, sed mitiore
arbitrio iudicis, alleg.not.in d.l.i.in fi.ff.
de uariis, & extraordi.crimi. & idẽ sequi
tur. Ang.ibi. Ex quibus omnibus verior
uidetur illa opinio, quòd in delictis atro
cibus, etiã qui deuenit ad actũ proximũ
delicti, nõ puniatur eadẽ pœna, qua puni
retur, qui delictum perfecit, & consuma
uit, sed punitur iudicis arbitrio extrà or-
7 dinem. Pro quo facit, † quia grauius est
peccatum ubi factum sequitur, quã ubi
non sequitur, de pœ.dist.j.periculosè, in
Glo.& facit quod not.Inno. in c.ad audi
entiam, de homicid.ubi inquit, ꝙ pœnæ;
quæ facto ascribuntur non incurruntur
nisi facto perfecto, & consumato. Et per
præmissa patet responsio ad ea, quę incon
trarium allegantur, quia fateor ex quo di
cta Sabbida deuenit ad actum proximũ:
& per eam non stetit quominus delictũ
sequeretur, debet haberi ratio affectus, &
uoluntatis, non exitus non secuti, quan-
tum ad hoc, ut possit puniri pro isto effe-
ctu extra ordinem tamen & arbitrio iu-
dicis; non tamen eadem pœna qua puni-
retur si delictum esse perfectum, & con-
8 sumatum. Ad † text.in l.i.§.præte.eà, re-
spondetur quòd ille text. loquitur in te-
nente, uel conficiente uenenum animo
occidendi, & de consuetudine. §. ille est
correctus, ut per Glo.in x. colla.de pa.iu
ra Sr.i §. iniuria, quàm refert, & sequitur
Flor.in d.l.si obstetrix, uel potest respon-
deri quòd ille tex.loquitur de eo, qui te-
net, uel conficit uenenum cũ effectu arg.
in l.i.§.hæc autem uerba, ff.quod quisque
iur. & ita intelligit illum text. Florian.in
dicta l.item.si obstetrix.

Restat ergo ex prædictis conclusio, ꝙ
dicta Sabbida de iure pro tali conatu, quã
uis deducto ad actum proximũ non tene
tur pœna legis Corneliæ de Sicariis, ita
quòd possit pœna mortis puniri, Sed ue-
nit punienda extra ordinẽ aliter iudicis
arbitrio per præmissa, sed dato sine ueri-
tatis præiudicio, quòd de iure dicta Sabbi-
da ueniret punienda eadem pœna qua pu
niretur, si delictum fuisset perfectum, &
consumatum secundum opinionem ali-
quorũ, de quibus supra, adhuc dico, quòd
non debet dictæ Sabbidæ, pro tali deli-
9 cto pœna mortis irrogari. † quoniam le-
gibus punientibus conatum, & eadẽ pœ-
na, & eodẽ modo quo punitur delictũ cõ
sumatum, derogatum est per consuetudi-
nem generalem mundi, præter quàm in
10 crimine læsæ maiestatis, † & ita esse con
suetudinem attestatur Specu. in tit.de ac-
cusa.§.i.uersi.quid si primo in fi. & nõ est
opus alia probatione, ex quo tantus do-
ctor attestatur, ut uoluit. Bart.in l.de qui
bus.ff.de leg.i.in repeti.& licet Bar.uidea
tur aliter sentire in l.i.§. Diuus, præalle-
gata tamen communiter Doctor. sequun
tur dictum. Spe.tenentes idem, quod te-
net ipse Spe. Videlicet, quòd de consue-
tudine sit derogatum dictis iuribus pu-
nientibus conatum aliquibus casibus pro
delicto consumato, & hoc tenet Cy.in l.
si quis non dicam rapere, præallega.& in
l.is, qui cum telo. Idem tenet Bald.in l.
data opera, præallegata.in 33.column.in
uersi. quæro autem quomodo dicatur de
lictum consumatum. & in d.l.is, qui cum
telo, ubi inquit, quod de consuetudine nõ
seruantur iura disponentia, quod cona-
tus puniatur pro delicto consumato, &
in c.i.§.iniuria, præalleg. Idem tenet Ang.
in l.i. §. hæc uerba.ff.quod quisque iur.
ubi inquit dictum Spe.summè notandum
& in l.sed si certus sit procurator, §. fi.ff.
ad S.C.Sylla.& idem sequitur Pau.de Ca.
in d.§.hæc autẽ uerba, & Floria.in d.l.itẽ
si obstetrix, Stante ergo ista cõmuni con
suetudine, à qua nullatenus est receden-
11 dum in iudicando: † quoniam, ut inquit

HH idem

idem Bal.in proposito in præallegata l.si quis non dicam rapere, ita debet iudex seruare consuetudiuem in iudicando, sicut leges & statuta. Non potest dicta Sabbida pro tali delicto attentato, & non consumato pœna mortis puniri.

Sed tunc succedit alia dubitatio, qua pœna poterit iudex istam Sabbidam punire, an poterit illam punire saltem alia pœna corporali uel pecuniaria, in quo est aduer
12 tendum † quòd ubi in pœnis lex committit arbitriũ iudici, debet ipse iudex æquè & causa cognita arbitrari, ita ꝙ in arbitrio non sit nimis gratiosus, nec ultra modũ seuerus, sed debet se habere cum aliquo temperamento ff. de pœn.l.respiciendum in prin. & not. Io. And. in c.i. de re iudi. in nouel. & Bald. in rub. de pœna iudi. qui malè iudi. & in tit. de pa.iura.firman.§.iu
13 dices.† Est ergo uidendum quæ sit pœna æqua in proposito, & uidetur quòd quælibet pœna corporalis usq; ad mortem sit æqua pœna. per Glos. Instit. de iniur.§.in summa, ubi inquit Glos. quòd pœna arbitraria potest extendi usque ad mortem. Sed aliter uidetur loqui Glos. in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff. de iis qui not. in fa.& in l.& si seuerior. C.eod.titu.& licet. Bald. uideatur sequi Glos. in d. §. iniuria, in l.fin.ff.de re iudica. tamen communiter illa reprobatur per Doctor. Et contrarium eius quod uult dicta Glos. eam reprobando tenet Butri. in c.de causis, de offi. delega.& Io.de Imo. in l.ii.ff. de publi.iudi.in vi. col. & Ludo. de Ro. in rub.
14 ff. de arbit. in xviii. quæstio. † & contrarium etiam uidetur uoluisse Bald. quòd in arbitrariis pœnis iudex non possit corporalem pœnam infligere in l. ii. C. de prob.& in l.quicunq; C.de ser.fugit.& in l.conuenticula. C de episco.& cleric.& in l. & si post tres.ff. si quis cautio. in noua lectura, & in c.i.de pa.tenen.in usi.feu.ubi plus uult quòd non possit iudex hoc casu publicare bona delinquentis, per text.
15 in l.i. C.ne siue iussu.princi.† & ideò uera uidetur opinio illorum qui dicunt, ꝙ hoc casu iudex non poterit delinquentẽ punire ad mortem; uel ei membrũ amputare, sed attenta qualitate personæ eum aliter puniet pœna pecuniaria, maximè si ita sit consuetum in loco, & si persona sit uilis & pauper poterit eum fustigare, & ita fuit per Bal. consultum, in quæstione facti, & sequitur Florian. in d.l.si obstetrix, in iii.col. Ex quibus omnibus remanet conclusio, quòd dicta Sabbida pro tali delicto attentato per eam in occidendo uxorem dicti Nicolai, subministrando uenenum, non potest puniri pœna mortis, uel abscisfione membri, sed debet aliter pro motu iudicis pecunialiter, uel corporaliter puniri.

Similiter pro suffocatione nulla pœna puniri potest, quoniam non constat eam præstitisse auxilium, consilium uel fauorem, uel opem, aut mandatum ad dictam suffocationem faciendam, ut patet ex eius confessione, ideò pro illa tanquam innocens puniri non potest. Laus Deo.

Petrus de Sonceno legum Doctor.

CONS. D. LVDOVICI CATI FERRARIENSIS. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio nulla est non præcedente diffamatione, & non factis iustificationibus super ea.*
2 *Dicta conclusio maximè procedit quando pars est præsens, & contra eam de nullitate opponit ante litem contestatam.*
3 *Dicta conclusio maximè procedit quando non extant super facto aliqua indicia propinqua.*
4 *Etiam si iudex asserat diffamationem præcessisse, quia ei non creditur.*
5 *Conclusio prædicta procedit etiam si iudex ordinarius dicat se procedere ex mero suo officio, quia si pars appellat à tali inquisitione tunc ei necesse est facere fidem de tali diffamatione.*
6 *Conclusio prædicta procedit etiam si à tali inquisitione non appelletur, & maximè vbi uiget statutum quòd in criminalibus ab interlocutoriis non appelletur, quia tunc sufficit sola partis contradictio siue oppositio, & protestatio de nullitate.*
7 *Conclusio prædicta multo magis procedit ubi constat, quod iudex procedit ad querelam, uel instigationem alicuius personæ.*
8 *Inquisitio formari non potest antequàm constet*

Het delictum fuisse perpetratum, etiã si testis uel reus dicat talẽ periisse ex toxico illi illato.

9 Mortuus quòd aliquis sit ex ueneno, creditur soli assertioni & fidei peritorũ, non testis uel rei.

10 Delictũ prius constare debet, etiam à tali perpetratũ, antequàm ad inquisitionẽ deueniatur.

11 In inquisitione super delicto ueneni, antequàm illa formetur, oportet constare, quòd uenenum datum fuerit malum, & potens ad ueneneandum illum qui ex illo dicitur defunctus.

12 Inquisitio cum formatur de delicto quod constat non esse punibile, reus est absoluendus.

13 Procedens ex impetu luxuriæ, ad materiam alterius delicti trahi non debet.

14 Maritus habet à iure licentiam uerberandi & castigandi uxorem ex causa.

15 Minæ impetu iracundiæ prolata, sufficiens indiciũ nõ faciunt, et potius dicẽdæ sunt iactatiões.

16 Minæ ad hoc ut faciant indicium, necesse est probare, quòd inimicitia capitalis præcesserit, & quòd minator sit solitus illas exequi, ac illas non uno tantum casu, sed semper cum occurisset fuerit executus.

17 Minæ ad hoc ut faciant indicium necesse est probare famam, scilicet quòd ex tali comminatione secuta fuerit executio, & quòd inimicitia non leuis sed diutina processerit.

18 Mandatarius non facit indicium contra mandantem, maximè suscepto mandato, etiam in casu statuti admittentis socios criminis.

19 Socius criminis licet faciat aliquale præsũptione, nõ tamen facit indicium ad tortura, sine aliis adminiculis in criminibus exceptis. & nu. 21.

20 Socius criminis non facit indiciũ ad torturã in criminibus non exceptis, etiã cũ adminiculis.

21 Crimen ueneni est de exceptis.

22 Socius criminis non facit indicium ad torturam in criminibus exceptis sine aliis adminiculis, etiã si aliũ nominet malæ famæ et conditionis.

23 Socius criminis infamis & uilis nihil facit indicii contra uirum bonæ famæ & conditionis.

24 In sociis criminis attenditur qualitas, deponentis, & eius contra quem deponitur.

25 Socius criminis licet probet quando ueritas aliter haberi non potest: tamen hoc procedit respectu diuersæ personæ, non eius cum qua commissum dicitur fuisse delictum; & ad hoc in casu diuersæ personæ attendi debet, an uerisimiliter mentiatur.

26 Testis inhabilis licet regulariter in defectum aliorum testium, quando aliter ueritas haberi non potest probet, tamen hoc non procedit quando non unam sed plures patitur exceptiones.

27 Testi dicenti contrarium in tortura eius quod extra tormenta dixit, licet credatur, tamen id non procedit quãdo de se & alio interrogatur.

28 Testis seruus, uilis, ac domesticus, siue famulus licet nõ debeat examinari contra dominũ sine tortura: tamen etiam cum tortura non potest examinari nisi præcedant indicia.

29 Semel tortus non potest iterum torqueri, etiam si uacillet: nisi noua superueniant indicia, & hoc maximè procedit, quando fuit tortus ante litis contestationem, quo casu non debet repeti nisi citata parte; & si ea non citata repetatur nihil ualet talis repetitio.

30 Statutum generaliter disponens participes criminis, etiam in criminibus diuersis ab iis quæ sunt à iure excepta fore idoneos testes, recipit restrictionem de habilitate.

31 Dispositio noua generaliter emanans super actu iã concesso, nõ recipit restrictionẽ de habilitate.

32 Statuta a iure cõmuni interpretatione recipiũt.

33 Fama sola de iure cõmuni non sufficiens indiciũ, neque ad torturam, neque ad probationem delicti; nisi sit uehemens.

34 Fama formiter probari debet, ad hoc ut indiciũ faciat. Et dicitur formiter probari quando deponunt testes, quod habuit originem à personis fide dignis, & quando dicunt quòd id audiuerunt dici à maiore parte populi, & quando assignant cãm famæ, quã cãm et psonam et non interrogati debent deponere, & discretus iudex debet de tali ratione semper interrogare, & hoc procedit tam in ciuilibus quam in criminalibus. & nume. 35. 36. 37. & 38.

39 Statutum disponẽs quòd fama probata per quatuor testes sit sufficiens indicium ad torturam: intelligitur de legitima riteq; & solemniter probata. & nu. 44.

40 Fama non est fama si non est legitima.

41 Statutum faciens mentionem de procuratore, et mandato. intelligitur de solenni.

42 Officialis qui tenetur recipere omnes accusationes, intelligitur rite factas.

43 Statutum loquens de bannito, intelligitur de rite bannito.

45 Statutum disponẽs quòd fama simpliciter probata per quatuor testes faciat indicium, intelligitur sine alijs adminiculis.

CONSILIVM XCIX.

DEO gratias, Dominus erigit elisos, Dominus dirigit iustos. In causa inquisitionis formatæ in splendidissima Matuæ ciuitate contra D. Petrum Iacobũ Thodeschinum, quòd uxorem propriam permiserit uenenari, & ut per facti seriem mihi transmissam colligitur, uidi quasdã solemnes, ac dòtas allegationes clarissimi aduocati D. Troiani Delphini, pro defensione dicti Thodeschini, quæ licet elegantes, plenæ, ac utiles sint in defensionem rei, & nulla amplius additione indigere uideantur: tamen, ne pro uirili mea deśim. Ego quoque iustissimę defensioni inquisiti adero, incedendoque per singula capita, ubi opus erit, dictarum allegationum quantum vires meæ patientur, ostẽdam defensiones propositas esse legitimas, ac luculentas, & quòd reus ab omni suspitione prorsus alienus debeat iudicari & absolui, nec mihi uisus sum meliorem ordinem sequi posse quàm si optimi messoris uestigia sequerer, & spicas aliquas selectiores colligerem, quæ in itinere derelictæ uidebantur.

Placet mihi in primis conclusio, quòd inquisitio nulla sit, adeò, ut etiam si crimen posteà probetur, nulla posit sequi
1 condemnatio, † quia non præcedente diffamatione, & non sumptis informationibus super eà, formata fuit: quam conclusionem totus mundus sequitur, de qua habetur in c. qualiter, & quando, el secundo de accusa. in c. licet heli. desimo. per Abb. satis pulchrè (ut statim dicam)
2 in c. cum oporteat de accusatio. † Et hæc conclusio procedit maxime parte præsente, & opponente ante lit. contesta. c. i. & ij. de accusat. in vj. & ita declarat Rom. in consſ. cix. per illa iura. Aug. in add. ad Ang.
3 in versi. fama pub. in princip. † ubi hoc dicit procedere, maximè si non habeantur indicia propinqua super facto ipso, quia ipsa succedunt loco diffamationis, nec sufficiunt indicia remota, secundum eundem, licet Ange. ibi in princ. quando adsunt indicia propinqua loquitur per uer uerbum fortè, & hæc conclusio est ualde trita, & consulentes omnes semper affirmant inquisitionem esse nullam sine præuia affirmatione, ita Dec. in consil. clxxv. circa princ. in consi. clxxxix. columna finali. Cuman. in consilio cxxxv. circa princip.

4 † Nec creditur iudici asserenti habuisse diffamationem præuiam, ut per Fulgo. in consi. cvij. & per Ang. & August. in d. ver. fama publica, & late de hac conclusione Barba. in consi. xlvi. in pri. vol. & Ias. in l. milites. C. de testa. mili. & quòd non credatur iudici etiam consuluit Ioannes de Ana. in consſ. lix. visa inquisitione, & Dec. in prædicto consil. & Marsil. de hac conclusione mulcta in pract. crimi. in §. constante, num. xii. cum pluribus numeris sequentibus.

Super qua conclusione nonnulla dicẽda sunt pro intelligentia, quia doctores
5 videntur variè de ea loqui. † In primis non videtur procedere dicta conclusio, quando iudex maximè ordinarius procedit ex mero officio, quod uidetur fuisse dement. Ange. in l. si uacantia. C. de bon. vacant. lib. x. & Specul. in tit. de inquisitio. §. nunc tractemus, versicu. hoc etiam scias, per c. i. de offic. ordin. & dicit esse bonam cautelam, quòd iudex dicat se procedere ex suo mero officio, ut per Alex. in consſ. cxx. in vii. uolum. in i. col. sed hoc dictum Mar. in d. §. constante, nu. xxii. latissimè impugnat per infinitas rõnes ac decisiones, cuius auctoritas in criminalibus nostro tempore non parua est, quia multa vidit, ac legit. Accedit, quòd istud dictum non passim procedit, immò Abb. in d. c. cum oporteat, de accusa. qui longam differentiam facit inter iudicem delegatum, atque ordinarium (ut ibi per eum) concludit colum. vi. post Specul. ubi supra, quòd licet quando ordinarius procedit ex mero officio, non cogatur facere fidem de diffamatione, sed satis sit, quòd dicat ad eius aures peruenisse talem esse diffamatum etiam extraiudicialiter: tamen dicit, quòd si pars appellaret, esset necesse facere fidem de diffamatione coram iudice appellationis, & idem dicit Alexand. post Specul. & alios in dicto consil. cxx

sic

sic ergo patet, quòd pars potest appellare, & nisi iudex faceret fidem de diffamatione processus corrueret.

6 † Dico modo, quòd credo in ciuitate Mantuæ idem iuris esse, quòd in ciuitate Ferrariæ,& in tota Italia, quòd in criminalibus non potest appellari etiã ab interlocutoriis, unde cessante hoc remedio, sufficit contradictio. ex quo pars aliud facere non potest, ut per Cæpol.in caute. lxxxvi.in fin.& per Roman.in d.consi.cx. qui non requirit appellationem,sed dicit sufficere contradictionem factam à parte præsente, iux.text. in d.c.ii.de accusat. in vi. quia ego credo quòd contra inquisitionem fuerit oppositum solerter, prout semper opponitur de nullitate, & de non præcedentia diffamationis, & indiciorũ; istæ enim oppositiones fiunt communiter ad inquisitiones: teneo talem inquisitionem non procedere, tum uirtute statutorum, ex quo non potest appellari.& sic sufficit contradictio. tum etiam ex iure communi, quia secundum Roman.sufficit contradictio facta à parte.dicto consilio cx.& per Marsi.in dicto §.constante d.nu.23.ubi contradicit latè illi opinioni, quæ habet,quod non est necessaria diffamatio, quoties proceditur ex mero officio per ordinarium.

7 † Et prædicta facilius procederent, ubi esset certum, quòd iudex procederet ad querelam, & instigationem alterius, ut sæpe euenit, prout dicit Abb.in d.c.cum oporteat,d.col.vi.versi.si uerò est ordinarius; & licet prædicta silere potuissem,ac sequi uulgatam opinionem,quòd non ualet inquisitio sine diffamatione præuia, quia tamen opus est uidere ueritatẽ consulendo, & hanc rem sæpè disputaui,cum magnis assessoribus,& quia stantibus prædictis, existimaui deregendo veritatem hoc proficere inquisito, libenter paucis de hoc disserui.

Secundò etiam placet mihi conclusio, quòd non ualet hæc inquisitio, quia debuerat constare de delicto antequam formaretur, & ita faciunt semper practici assessores; nec enim credunt assertioni inquisiti, uel carcerati, sed mittunt ad uidendum, an uerum sit perpetratum esse

8 delictum, † puta homicidum,uel furtum, posteà inquirunt contra personam, Glo. est in lege.i.§. item sciendum ff.ad Sylla. Bart.in l.fi.ff.de quæstio. Ange.in d.verbo fama publica,num.12.tu iudex.& Bald.in addit. ad Specu. in titu.de sentent. xviii. colum.versi.Titius.Bald.in l.cum probatio.ff.de proba. Pau. de Castr.in auct.sed nouo iure.C.de ser.fugit.Augu.in d.vers. fama publica.in addi.tu autem &c. Marsi. latè in practi. crimin.in §.postquàm, nu. 6.sed latius in prin.ope.nu.5 & Ange.etiã in tractatu de malefi.in ver.& vestem cœlestem; & multa ad saturitatem nouissimè allegat Reuerendissi. Parisius in consil.cliii.nume.8.in iiii.volu.ubi addit plura quàm dicat Marsil.in locis prędictis.Sed in hac causa de delicto non constat ullo modo, ante inquisitionem, & torturam, quia quòd ille claudus de quo mox agemus:uel etiam ipse reus si hoc diceret assērat toxicum fuisse datum mulieri super tali pharmaco,& eam periisse ex toxico, non propter hoc dicitur constare de delicto, quia confessio talis, uel rei, uel testis, non est sufficiens ad faciendum constare de delicto,cum non pertineat ad cognitionem,uel ipsius rei,uel testis, sed ad

9 cognitionem peritorum. † quomodò peritorum informatio debuerat haberi, ut intelligeretẽ an mulier mortua fuisset ex ueneno,uel ne: cum enim nec pars, nec reus,nec testis huius rei peritiã habeant, eorum confessio nihil facit, quia pertinet ad peritos, ita in indiuiduo in materia ueneni decidit Alexand.in consi.cxvi. in prin.in iii.vol.ubi dicit, quòd non debet reus, & multo minus testis interrogari, an ille perierit ueneno, quia hoc nescit discernere, nec testis, nec pars, est enim peritia medicorum, sed debet interrogari, an sit mortuus. Item an dederit uenenum; sed quòd mortuus sit ex ueneno nemo hoc potest deponere, qui non sit peritus, quia potest esse tam modica quantitas ueneni, uel talis qualitas uenenati,ut potuerit ex ueneno minimè mori.& istud consiliũ Alex. magnificauit ad hoc propositum Grammati. in consi. xxxvj.

xxxvi.in i.col.ad fi.nu.5.& 6.& Marsil.in. l.i.§.prætereà col.pen.ad. fi.nu.33.ff.ad.l. Corneli. de sicar. quia ergo nec ab teste, nec à reo, nec ab alio non perito de hac re non potuit haberi notitia, dico quòd non constat de delicto, opus enim fuisset prius examinare medicos super hac re. an mulier mortua fuerit ex ueneno. quo intellecto inde potuisset procedi.ad inqui

10 sitionem contra personam. † possibile ēt fuisset eam esse mortuam ueneno, non tamen mariti culpa, sed concubinæ, uel alterius inimici propinato. Ita antequam procederetur ad inquisitionem contra personam, opus erat prius de hoc constare, quod constare non potest ex depositione non peritorum. ut sunt decisiones clarissimæ in locis prædictis in materia ueneni &c.

Prætereà & ex alio non constat de delicto], quia nō uideo probatum, quòd illud propinatum illi muliere esset toxicum, seu

11 uenenum noxium. † est enim dare toxicum seu uenenum bonum, ac malum. ideò oportebat probare ac deducere qualitatem ueneni mali.aliàs nō tenet inquisitio.l.eiusdem. ff. ad. l. Corneli. de sicar. ubi Bar.& Marsil.in prin.& in §.i.& ita in indiuiduo tenet Alex. in consil. cci.super themate.col.ii. uersi.est enim.in.ii.uol. & allegantur plura iura. Videlicet text.in l. qui uenenum.ff.de uer.sign.& in d.l.eiusdem.l. quod sæpè. §. ueneni de cōtrahen. empt.l.cæteri.§.mala medicamenta.ff.fami ercifcund. quod consilium D.Alex.in hoc magnificauit Reuerendissimus Parisi.in consi.clxvii.in iiii.uol.& Gramma. in d.consi.xxxvi.col.ii.nu.7.quia ergo nō apparet nec probatur an ille puluis de quo loquitur claudus esset bonus, an malus, neque in hoc potest scire non peritus rei medicæ, ut per Alex.in consi.cxvi. nec etiam agnoscere an illa quantitas esset apta ad interficiendum uel ne, quia hæc pertinent ad peritos, ideò non constat ullo modo de delicto, uel tot defectus sunt in probatione delicti, nescio quomodo potuerit ad hanc inquisitionem procedi.

Quinimò surgit alia incidens conclusio

12 † quòd quando inquisitio formatur de delicto quod constat nō esse punibile, omninò reus est absoluendus secundum Bartol.& alios in l. ubi pactum. C. de transactio.& Bald.in l.decuriones.C.de infami. Marsil.in consi.cxxviii.incip.plura.nu.25. sequitur Reuerendissi. Parisi. in consi.171. nu. 27. Hic non uideo ex prædictis quòd qualitates deductæ sonent in delictum punibile in materia ueneni. Ergo &c. & tanto magis quia audio peritos fuisse examinatos, quòd licet esset aliqualiter tumefacta, tamen illa tumefactio potuit oriri ex alia causa quàm ueneni, & maximè quia audio testes deposuisse illam mulierem fuisse satis pulchram mortuam, & pulchriorem quam uiuam, non attingendo etiam quòd periti non sunt accersiti qui deponant quòd mortua fuerit ex ueneno, sed immò contrarium probatum fuisse quodam modo constat.

Tertiò placet mihi conclusio quòd non extent iudicia sufficientia nec ad torturam quidem, contra Thodeschinum & in primis quantnm dicitur quòd tenebat concubinam & habebat filios ex ea, & uerberabat uxorem, & minabatur ei de ueneno dum uerberabat, relinquo iustissimo D. Iudici discussionem testium, qui super iis deposuere. Qui ut optimè discurrit excellens D. Aduocatus non probant, tum quia de auditu, tum quia mulieres, tum quia pauperes, & uiles, tum quia singulares in indiciis remotis, iuxta nota.in l.fi.C.fam.ercis.

Sed loquendo de iis quæ uidentur stringere, an sint sufficientia indicia. in primis quo ad concubinam quam teneret, nemo sani capitis diceret hoc esse sufficiens, quia tendit ad luxuriam, non ad interfectionem uxoris, & à communiter accidentibus uidemus infinitos tenere concubinas, non tamen ab eis uxores interfici.

13 †quod enim ex impetu luxuriæ procedit, ad materiam alterius delicti trahi non debet facit.dictum Barto.in l.uerum ff. de furt. ubi non dicitur quis pacem rumpere & offendere alterum ad finem iniuriandi, qui adulterat illius uxorem, quia finis eius est libido non offensio, similiter

militer faciendo furtum, quia finis eius est lucrari furando, non offendere, quod dictum Barto. communiter à consulenti-
14 bus approbatur, † sed & quòd verberauerit vxorem hoc nihil est, maritus enim habet de iure licentiam verberandi & castigandi vxorem ex causa. Doctor. & Abb. in c. quemadmodum, de iureiur. col. pen. vers. nota primò, & traditur per Glos. & alios, in c. sicut. vij. q. j. & in c. placuit. xxxiij. q. ij. & multa habentur per Moder. in l. miles. §. qui iudicati. nu. 7. ff. de re iudi. ponit Signorol. in consil. lxiij. Titius in princ. & Bal. in l. si filius. C. de patria potesta. & probatur in. §. si quis autem propriam, in auct. ut li. matri & auię. & per Alex. in consil. xcvj. uol. iiii. & ista prosequitur latè in terminis Reuerendissi. Parisi. in consi. liii. nu. 33. in iiii. uol. quia ergo verberatio & castigatio est permissa maritis, & est iuridica, non debemus inferre propter hoc vt maritus habuerit animum occidendi & perdendi vxorem veneno.

Nec etiam minæ de venenando quicquàm faciunt, primò quia non sunt probatæ, vt egregiè deducit D. Aduocatus, secundò
15 † quia minæ impetu iracundiæ prolatæ ne minimum quidem indicium faciunt Ang. & Saly. in l. 1. C. si quis Impera. maledixe. traditur in l. quicquid calore, de reg. iur. & in cap. si quis iratus. §. notandum. ii. q. iii. & facit l. ob hæc verba. ff. de iis qui not. infa. ponit idem Reuerendissi. Parisi. in d. consil. liiii. d. nu. 33. & prædictam conclusionem etiam in minis calore iracundiæ prolatis firmat Marsil. in consil. lxxii. in i. uol. & fuit conclusio Bald. in consil. cclxxv. ad euidentiam in 1. par. ubi eas appellat potius iactationes quàm minas, & minæ non faciunt sufficiens indicium ad torturam, nisi ex qualitate minarum & personarum Fely. Barba. & Deci. in capit. i. de offic. delega. Bal. & Imo. in leg. fin ff. de hære. insti. & Areti. in ver. fama publica. ii. col. & Pari. de Puteo in tracta. syndica. in ver. an si quis. car. 104. Brun. in tracta. de indici. in ver.
16 minæ. † Et debet probari inimicitia capitalis præcedere, & consuetudo exequendi eas, & in eodem genere mali. Bald. in d. leg. fin. ita etiam Bal. in consil. cclxxvi. in 1. par. ad fin. Et etiam si semel quis esset exequutus minas, non sufficeret, quia non esset probata consuetudo, ita Barto. & Alex. in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, de oper. no. nuncia. Deci. in cap. si iustus metus de appel.

17 Item † cum minis probatis cum qualitatibus prædictis debet etiam concurrere fama, quod ex eo quòd ita minatus est, successit exequutio minarum, aliàs minæ solæ non indicunt hoc fuisse factum propter hoc, ita Marsil. in d. consil. lxxii. Calca. in consi. lxii. iiii. col. Barba. latissimè, in rub. de probatio. Deci. in consi. clxxxix. pen. col. Et debet etiam præcedere inimicitia non leuis, & quæ diu duret, ut per Bal. in consil. clxiii. in iii. par. quæ omnia hic deseruiunt. Et proptereà vannum est hoc indicium de minis ex quamplurimis supra allegatis. Et tanto magis, quia etiam audio probatum esse in processu, quod ordinariè bene tractabat uxorem, & in principio bene tractabit eam, & hortabatur ne comederet quicquam sibi à concubina mistum, quia uerebatur ne id ipsi noceret, quæ omnia arguunt rectum animum & bonam intentionem mariti, & omnia faciunt ad extenuandum indicium minarum, ut etiam colligitur ex discursu Reuerendissimi Parisii in. d. cousil. liiii. nume. 31.

Circa dictum famuli claudi, ultra ea quæ dixit D. Aduocatus in allegationlbus ad quem semper me remitto, dico ex infinitis, ꝙ nullum facit indicium ad torturam, & ultra ea, quæ dixi supra ex cons. Alexã. xvi. ꝙ eius assertio nihil facit, quia non est peritus, & non cognoscit venenum, an bonum vel malum, & nescit, quæ quantitas veneni sufficiat ad perimendum. & quia non constat aliter, quòd ipse sciat illud esse venenum malum, & quia hæc pertinent ad notitiam peritorum. Dico esse, quòd hic testis nullum facit indicium.
18 † Primò quia fecit se mandatarium, qui nullum facit indicium contra mandatorem, maximè suscepto mandato. Bal. in consi

consi.cvij. incip. an mandatarius in v. uol. cui est aliud conforme eiusdem Bald. in consi.xcvij. Betonus de Cono. in iii. uol. tenet latè Marsil. in practi. crimi. §. diligenter num. 37. Ponit Gramma. in consil. 21. Marsil. in l. i. §. Diuus Antonius. colum. ii. uersic. an autem mandatarius nu. 9. Corn. in consil. 172. uisa copia col. ii. & col. iii. in prin. in iii. uol. Idem Cor. in consi. 241. in iiii. uol. circa prin. & decisio est Ang. & Roma. in terminis in l. & si certus. ff. ad Sylla. latè tenet hanc opinio. Reuerendiss. Parisi. in consil. 151. nume. 56. 7. & 8. in iiii. uolu. Et licet statutum Mantuæ uideatur in huiusmodi delictis admittere socios criminis, & sic testes aliás inhabiles, tamen ad hoc statutum statim respondebo, cum aliquid dixero de socio criminis, pro ut statim loquar. & statutum licet loquatur de socio criminis, non tamen loquitur de mandatario, in quo uidetur esse detestabilius quòd faciat indicium ad torturam, ut in locis preædictis notatur, & ideò cum de eo statutum non loquatur, regulis iuris communis censetur, esse relictum, arg. l. præcipimus ad fin. C. de appella.

19 Item iste non est idoneus ad torturam, quia est socius criminis, qui in criminibus etiam exceptis, de quibus per Gl. & Doct. in l. fi. C. de accusa. non facit simpliciter indicium ad torturam, sine aliis
20 adminiculis. † Nam quòd non faciat indicium ad torturam aliquo modo in criminibus non exceptis, etiam cum aliis adminiculis sunt multæ decisiones, ut per Glos. & Doct. in d. l. fin. C. de accusa. per Glo. & Doct. in cap. i. de confess. in l. quoniam liberi. C. de testi. in l. i. ubi Mars. §. Diuus. Antonius. ff. de quæstio. per Doctor. in c. ueniens. c. personas. cap. sicut de testi. per Specul. in tit. de teste. §. i. uersic. Item, quòd est socius, per Cyn. Pet. & Salyc. in d. l. fin. C. de accusa. Pau. de Eleaza. in c. i. de deposi. Alexand. in consilio 89. in iii. uolu. in consil. 169. ii. uol. consi. 128. quoniam abundè. ad fi. iiii. uol. Marsil. in pract. crimi. §. diligenter, nu. 59. in singul. 209. socius criminis. Gramma. consil. 15. consilio xxi. cõsilio xxxvii. num. 11. consil. xxxviii. xliiii. lix. lxi. lxvi. & lxx. Deci. consi. ccxxxiiii. clxxv. clxxxix. ex quibus decisionibus colligitur, quòd non facit
21 indicium nisi in exceptis. † Verum est, quia hoc crimen ueneni est de criminibus exceptis ut per Glos. in d. l. fina. & in l. i. C. de malefi. & math. Sed dico modo, quòd in exceptis non facit indicium ad torturam, sed quandam præsumptionem, ideò ut faciat indicium requiruntur alia adminicula. Glos. in d. l. fin. ad fin. C. de accusa. Alexand. in d consil. 89. iii. uol. Saly. in d. l. fin. C. de accusa. Marsil. in d. l. sing. ccix. Grammat. in omnibus illis consil. supra memoratis. & nouissimè hanc conclusionem firmat Parisi. etiam in crimine excepto in consil. præfato. cli. nume. 9. uersi. & licet sint aliqui casus speciales, & allegat ultra prædictos Cor. in consil. lviii. in pri. lib. col. pen. & fin. & eundem in consil. 172. in iii. lib. col. ii. & iii. in prin. & in cõsi. ccxli. in prin. iiii. lib. & Ange. Aret. in uers. fama publica. col. vii. uersi. quæro, an particeps criminis, & multa alia ex iis, quæ ego superius allegaui, ubi etiam idem Reuerendissim. Parisius concludit post Angel. ubi supra, & Guido de Suzaria, &
22 Gandi. per eos allegatos, † quòd nihil facit ad torturam sine aliis adminiculis, etiã si nominarent alium malæ famæ & conditionis. Et idẽ etiam Ang. & Ro. in d. l. si certus, ad Syll. & si est uera hæc cõclusio, multo minus quicquã probabit socius criminis, quando ipse est uilis, ac infamis: contra hominem probatæ uitæ, & famæ quod probatum est in processu, quòd iste Tohodeschinus est uir bonæ famæ & conditionis, & ille claudus infamis, & per-
23 iurus, ac uilis, † qui nihil facit iudicii contra uirum probæ famæ, ac conditionis, ut per Grammatic. in consilio. xxxvii. nume. 2. xxxviii. nume. 15. & in consi. lxi.
24 † nam in iis sociis criminis qualitas deponentis, & eius contra quem deponitur, multum est ponderanda, ut per Bald. in l. ii. C. de fals. & ponit Alciat. in quadam pulcherima eius declamatiuncula post paradoxa impressa, ubi concludit quòd socius criminis periurus, nullo modo facit indicium ad torturam, prout iste per-

iurus deprehenditur, in hoc casu quemadmodum latè deducit. D. Aduocatus in allegationibus.

25 ultra prædicta debet ponderare multum Etiudex, † quòd verisimile sit eum non mẽtiri, ut per Aret. in c. cum. P. Manconella, vii. col. de accusa. per Grammati. in consi. xxxviii. nu. 26. & licet soleat dici, quòd socius criminis in occultis admittitur & fidem facit, in quibus verisimiliter per alios non potest haberi plena probatio, ut per Aretin. in cons. lxi. ad fin. per But. & Doctor. in c. quoniam, de testi. tamen aduertendam est; quia istud limitatur, ut procedat quo ad alios diuersos, non contra illos cum quibus asseritur aliquid commisisse, ita Pet. de Ancha. in consil. xxiiii. & sequitur Grammati. in cons. lix. nu. 15 & 16. & Marsil. in consil. cii. pauci sunt dies. nu. 7. Et Grammati. in d. consil. lix. ponit multas limitationes ad illud quod dicitur quando ueritas aliter haberi non potest, quæ in præposito possunt habere locum, quamuis hoc casu ponde-

26 retur pulcherrima limitatio, † quando scilicet testis inhabilis patitur non unam tantum exceptionem sed plures; quo casu etiam in defectum non admittitur, ut latè probat Marsil. in consil. cii. nu. 2. vers. tertio etiam respondeo, & colligit hanc conclusionem ex Sozin. in consil. cxviii. & ex Barba. consil. lxv. Iste autem testis infinitos defectus patitur pulchrè dinumeratos in allegationibus, & præcipuè periurii, & ideò nullo pacto admittendus est, etiam ex forma statuti Mantuani, sub rub. de probationibus in criminalibus, & etiam de iure communi, ut per Altiat. in dicta declamatiuncula superius allegata.

Super quo teste etiam mihi placet conclu-

27 sio, † quòd ex quo fuit uarius extra tormenta, & in tormentis, ideò eius testificatus non sit idoneus ad torturam; licet enim credatur testi uario, quando in tortura contrarium dixit ab iis quæ dixit extra tormenta, iuxta not. per Doctor. in c. cum in tua, extra de testi. Attamen non est uera illa conclusio, quando de se, & de alio simul interrogatur. secus quando contra alium tantum interrogatur, ita Bar. in l. i. §. quæstioni. ff. de quęstion. Et Alex. ibi in addi. Bart. in l. si postulauerit. §. si negauerit. ff. de adulter. per Marsil. in d. §. quæstioni. per Doctor. in d. c. cum in tua, per Altiat in dicta declamatiuncula.

28 Cui † testi etiam obest: quia est seruus seu famulus ac domesticus ipsius Thodeschini, qui non potuit contra eum examinari sine tortura. Bar. in l. inter omnes. §. rectè, ff. de furt. Bar. in l. quęro, in fi. ff. de ædili. edic. & in l. cum probatio. ff. de proba. Bal. in l. milites. C. de quæstio. & in. auct. si dicatur, col. ult. C. de testi. latè Grãmati in voto. iii. nu. 18. & 19. Et si cum tortura non potuit examinari sine indiciis præcedentibus, cum esset vilis, familiaris & infimus, ut per Bar. in l. ex libero. ff. de quæstio. & in l. i. §. idem Cornelio. in 1. oppo. & in l. maritus. in secunda oppo. eo. tit. & ponit Reuerendissi. Parisi. in consi. cli. iiii. vol. nume. 17. Et quando fuit tortus nulla indicia præcedebant, & illæ debiles vacillationes non sunt solæ sufficientes ad torturam, ut bene dictum & ostensum fuit in allegationibus. D. Aduo

29 cati. & non repeto, † & tanto magis, quia vt ipse bene dicit, semel tortus non debuit iterum torqueri sine nouis indiciis, & tanto magis, quia fuit tortus ante litem contestatam; quo casu nisi repetatur parte citata nihil facit, ut per Bar. in l. si quis adulterium, in prin. de adulter. Corne. in consi. lviii. i. vol. in. i. col. Alex. in cons. clxxix. ii. col. ii. uol. Deci. in cons. clxxv. ii. col. vers. tertio respõderi potest.

Nec obstat statutum Mantuę uolens in multis criminibus esse idoneos testes etiam criminis participes, quia dico q illud

30 † statutum generaliter loquens, maximè quando non emãnat omninò super actu iam concesso, debet recipere restrictionem de habilitate, scilicet in casibus in quibus aliàs tales socii sunt idonei, puta quando adsunt alia adminicula. aut non patiuntur tot defectus. quòd etiam non debeant admitti in subsiduum, quãdo nõ deponunt de iis quæ gesta sunt cum eo, contra quem deponunt, ut supra dixi, nã istud statutum non emannat super actu

 iam

iam concesso, immò uult de nouo, quòd tales participes criminis admittantur in multis delictis, quæ non sunt de criminibus exceptis, ut patet in d. l. fin. C. de accusa. iunctis iis, quæ diffusè superius allegaui; quia ergo istud statutum connumerat multa delicta ultra ea, quæ de iure communi sunt excepta: & sic non emanat super actu iam concesso, ideò debet recipere restrictionem de habilitate. Barto. Alexand. Ias. & Docto. post Iacob. de Are. in l. i. §. nunciatio. ff. de oper. noui nun
31 cia. † nam quando dispositio noua generalis emanat sup actu iam concesso, quia tunc esset superflua, non reciperet restrictionem de habilitate prout habetur in d. §. nunciatio. quam regulam ita declarat Ias. in l. i. ff de offic. eius. col. xviii. versic. ad secundam inductionem de illo tex. sed istud statutum si reciperet restrictionem de habilitate omninò multum operaretur, quia uult participes criminis admitti, etiam in criminibus non exceptis: ergo debet recipere restrictionem de habilitate, argumen. not. in l. si quando, de lega. i. & c. si papa, de priuileg. in vi. maximè
32 quia † statuta recipiunt interpretationẽ à iure communi l. si serui vestri. C. de noxal. & Bar. & Doct. in l. oẽs populi, ff. de iusti. & iur. & debet ergo intelligi de iure communi, scilicet si sint habiles, vel si habent alia adminicula, vel alia adsint, quæ ego superius consideraui, & prout etiam adducam alias decisiones mox, cũ tractabo articulum de fama. Et ex iis, quæ superius dixi, iunctis adductis solerter in allegationibus D. Aduocati, teneo istud indicium esse leuissimi ac nullius momenti.

Postremo loco mihi placet conclusio, quòd non sit probata fama, ita ut deueniri possit ad torturam, & multo minus ad probationem delicti, super quo articulo licet multa doctè, & subtiliter dixerit D. Aduocatus, tamen ad huc subdam non nulla. Et in primis habeo pro iure explo
33 ratissimo, ꝙ † fama sola de iure communi non est sufficiens indicium ad torturam, secundum Ioan And. in addi. ad Specul. in tit. de proba. §. uidendum. versi. xiii. iuxta fin. Bald. in l. milites, C. de quæstio. Cyn. in l. fin. C. eo. But. in c. veniens, il. i. iiij. col. de testib. Ang. in ver. fama publica. ver. an fama. Bald. in addi. Specul. in ti. de senten. in ult. col. Alexan. in consil. v. in causa inquisitionis. ii. col. i. uolu. Ias. in l. admonendi, xv. col. de iureiuran. Marsil. in l. de minore. §. plurium. v. col. uers. ulterius. ff. de quæstio. nisi sit uehemens fama. Bar. in consi. cxcii. Bal. in consi. cxxxi. uisis dictis articulis. ii. col. ii. uol. Alexã. in l. fin. in iii. addi. ff. de quæstio. Bald. in c. i. §. iniuria, vi. col. de pace iura. fir. Felyn. in c. ueniens, i. v. col. de testib. Marsil. in practi. crimi. §. diligenter, nume. 18. ergo cum fama non sit sufficiens indicium ad torturam de iure communi. statutum, quod adeò corrigit ius commune, ut in eo, est strictissimè intelligendum, scilicet, in uera fama, & non in uana uulgi opinione,
34 ut inquit D. Aduocatus, † opus enim est famam formiter probare, nam in formiter probata nihil facit. Vt autem formiter probetur requiruntur multa. In primis quòd originem habuerit à personis fidedignis, non à maleuolis, ut per Canonist. in c. qualiter & quando, de accusatio. per Bar. in l. de minore, §. tormenta, aliàs §. plurium, de quæstio. Et per D. Alexan. ibi in addi. & per Saly. in l. ea quidem, C. de accusatio. facit text. in c. cum in iuuentute, extra de purga. canoni. & ideò non sufficit hoc casu, non solum ad condemnationem, sed nec ad indicium ad torturam, secundum Bald. in c. item si vassallus, in titu. de controuer. inuestitu. col. ulti. & per Bal. & Saly. in d. l. ea quidem, & multa ad hoc congerit Dec. in consi. xxxvii. in causa rigorosæ, col. vi. nume. 9. & 10. & consi.
35 cxxxiii. viso processu. † Itẽ non dr̃ formiter probata, nisi testes dicant se audiuisse à maiori parte populi, qđ est necessarissimum ad ueram probationem famæ; secundum Barto. in d. §. plurium, adducentem Glos. in l. iii. §. eiusdem, ff. de testib. & bene facit quod uult Salyc. in d. l. ea quidem, & Barto. in d. l. iii. & Anton. & Canonis. in d. c. veniens, & in c. cum causam, de probatio. cum aliis adductis per Alex. in consil. lxxii. col. viii. in. i. volu. inspecto

dili-

diligenter. & per eundem in conſ. c.ſuper primo,col.vi.in fin. & conſil. xciiii.in cauſa,& lite, col.fi.ii.uol.& in conſi.cl.in cauſa,& lite.in v.uol.& per Deci. in præallega.conſi.xxxvii.plenius per Corn. in conſil.lxviii.aliquandiu.in ii.uolu.qui omnes, ita concludunt, & aliter deponendo non probant famam, ſecundum Bal.in conſil. cclxxx.ad euidentiam,in v.uolu.& conſi. ccxxiii.in i.uolu. Et ideò Bar.in d.§.plurium, & in d.l.iii.§.eiuſdem,& in l.Labeo. de ſuppellectil.legat. dat cautelam ut teſtes uolentes probare famam,dicāt,quòd eſt publica uox & fama. quia publicè dicitur per ciuitatem, à maiori parte populi: volens quòd ſi teſtis dicat, quòd eſt publica uox & fama,non probet, quia non reddit rationem per aliquem ſenſum. Idē ſecundum Barto.ſi teſtis diceret, quòd audiuit publicè dici,quia potuit eſſe, quòd vnus tantum publicè dicebat coram aliis, non eſt probata fama, quam opin.ſequitur, Imol.& Paul.in l.hæredes palam.ff.de teſtam. Et Moder.in c. i. de appellation. & Alexand.in conſil.xxv.uol.iiii.& Deci. in præallega.conſi.xxxvii. Item fama nō formiter probatur niſi teſtes aſſignēt cauſam famæ, & dicitur potius uana uox populi, quæ nihil facit l.decurionum. C.de pœnis.per Barto. & alios in d.§.plurium, per Corne.in conſil.cxcviii. in ii.uol. per Bald.in conſi.ccxlv.fama viciniæ, circa fi.
36 in iii.uolum.† debet enim teſtis etiam nō interrogatus ſuper fama aſſignare cauſam & perſonam, ut per Deci. in d conſi. xxxvii.& per Corne.in d.conſil.cxcviii.& in conſil.cxxx.in iiii.uolum.col.fina.quia fama intelligitur non ita ruditer, ſed legitimè ſecundum Abba.& Felyn.in c. ue-
37 niens, il.i.de teſtib.† & Bal. inquit quòd diſcretus iudex non tantum debet interrogare de fama, ſed etiam de ratione famæ, & plenè per Felyn. ibi. & per Marſil.
38 in d.§.plurium.† Et ad hoc de fama formiter probanda tam in ciuilibus quàm in criminalibus, facit Reuerendiſſi.Pariſi in conſi.cliii.in iiii.uolu.à nu.12.uſque ad nume.18.& in conſil.clxix.in eod.uolu.à nume.44.uſque ad nu.49.& in conſi.lxvii. in iii.uol.ubi etiam repræhendit opin. Bald. in auct. quod locum,C.de collatio. quem complures ſequuntur quos memorat Pariſi.in d.conſi. nu. 26. & dic hanc opinionem non teneri de iure ciuili in d. conſil. nu.105.& 106.Et eundem diſcurſum facit idem Reuerendiſſi.in quamplurimis aliis conſiliis, vt in conſi.lxi.nu.32.uol.iiii. & in conſi.lxiiij.eod.uol.& in conſi. lxxxvii. nu.15.eo.uol.& in conſil.cxv.nu.3.eo.uol. & in conſil.xxvii.nu.99.uol.i. & in conſil. xxiii.nu.229.uol.i.Et in pleriſq; aliis,conſilijs idem ſemper tenet. Ex quibus concluditur, ꝙ nō obſtante ſtatuto Mantuano loquente de fama, quod eſt exorbitās à iure communi, & correctorium, & debet ſtrictiſſimè intelligi de fama rectè ac rite concepta,licet hic ſit ꝓbata per quatuor teſtes ſimpliciter deponentes, tamē non inſurgit ex tali probatione indicium ſufficiens ad torturam. Et non eundo ꝑ
39 mendicat ſuffragia,† quòd ſtatuta intelligantur de fama legitima, ac rite probata, tenet Fely.in d.c.veniens,el.i. col.vii. in uer.quinta concluſio.num.17.extra de teſti.& ita dicit tenere Bart.in d.§.pluriū, ſeu in §. tormenta,de quæſtion.loquentē in ſtatutis, & ita dicit tenere Abb. in d. c. veniens, & Bald.in l.diffamari,C.de ingenui.manumiſ. & in c.veritatis, de iure-
40 iuran.ubi Bald. dicit,† quòd fama non eſt fama, ſi non eſt legitima, & Bal. in l.proprietatis, in fin.C.de probatio.& Bald.in c.ſuborta,ii.col de re iudi.& pro qua cōcluſione faciunt plura adducta per Fely. ibi videlicet quod notat Bald. in l. ſi præ-
41 dium.C.de ædilict.actio.penulti.col.† ubi ſtatutum faciens mentionem de procuratore, & de mandato, intelligitur de ſo-
42 lenni. † Idem Bald.in l. i.§.quod autem, per illum text.ff. de officio præfect. urb. quòd ſi officialis ex forma ſtatuti teneatur recipere omnes accuſatiōes, intel-
43 ligitur rite factas. † Et Barto. in l. non putaui.§.non quæuis.ff.de contratabul.dicit quòd in ſtatuto loquente de bannito, intelligitur de rite bannito, allegat etiā multos alios, ſcilicet Cardina.in clemēti.1.in ulti.quæſtio. de ſepultur. & Bald. in l. ii. in ii. colum. C.de epiſco.audien.& in l.i.in iii.col.verſi. & per prædicta. C.ſi

à non compet. iudi. & in proposito, ipsemet Bald.& Salyc.in d.l.decurionum, C.
44 de pœn.† Ex quibus patet quòd statutum Mantuanum uolens quòd testes quatuor deponentes simpliciter de publica uoce & fama, faciant indicium ad torturam; debet intelligi de fama legitima ac solenni; quia ita debent intelligi uerba statuti correctorii ac exorbitantis; Faciunt ea quæ dixi supra in materia socii criminis, quòd statutum emanans super actu nouo, restringitur de habilitate ut hic; quia fama de iure communi solum non facit indicium ad torturam; igitur cum multum operetur statutum ultra ius commune; debet restringi de habilitate. Nec obstat
45 uerbum, simpliciter; quia † non debet intelligi ad corticem litteræ, scilicet quod deponant de publica uoce & fama; quia illa nō est fama, ex quo nō adest depositio per sensum corporis: opus enim est ꝙ dicant ꝙ est publica uox & fama. & audiuerunt publicè dici à maiori parte populi ut Bar. dat cautelā ī d.l.Labeo, & supra deduxi, alioqui non esset publica uox & fama, & statutum de ea non posset intelligi; debet ergo accipi uerbum, simpliciter; hoc est sine aliis adminiculis. Et quia fama sola facit indicium; in qua interpretatione satis ualidè corrigit ius commune: quo iure communi sola fama simplex sine aliis adminiculis non facit indicium ad torturam: ut per Felyn.& Canon.in d. c.ueniēs, & ita debet intelligi. ultra alias expositiones datas à D. Aduocato. aliàs fama taliter probata non est fama, nec potest de ea intelligi. Et in prædictis sic sentio.

Ludouicus Catus.

CONSILIVM D. IACOPINI RIMINALDI FERRARIENSIS LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæ tempore delicti ad reum non spectabant, sed tempore confiscationis ad eum delata sunt; an ueniant in sententia confiscationis. & nume. 2. cum seq. per tot. consilium.*

2 *Fiscus est loco filij condemnati.*

3 *Debitor nolens adire hæreditatem sibi delatam non dicitur defraudare creditores.*

4 *Hæreditatem non acquirens fiscum fraudare dicitur.*

5 *Emancipans filium ut ipse sibi acquirat hæreditatem, non dicitur fraudare fiscum.*

6 *Ius aliquod uniuersale ubi confiscatur, tunc attenditur tempus sententiæ confiscationis non autem delicti uel accusationis.*

7 *Hæreditas patris filio acquiritur absq; alia immixtione.*

8 *Obligatio ex delicto non trahitur ad futura, sed tantum ad ea quæ extant tempore delicti.*

9 *Limitata causa limitatum parit effectum.*

10 *Obligatio bonorum expressa uel tacita, licet ad futura trahatur, tamen secus in dispositione pœnali, & in qua agitur de transferendo dominio, quia tunc illa non trahitur ad futura.*

11 *Pœna certa quando pro delicto est statuta à lege uel statuto, tunc committens delictum est statim dictæ pœnæ astrictus, quando illud committit.*

12 *Iudicis in potestate sicut non est augere pœnam à lege uel statuto impositam, ita nec tacitè faciendo, quòd illa ad futura trahatur.*

13 *Delictum qui commisit potest hæreditatem sibi delatam non adire uel repudiare; & legatum sibi factum sub alternatione purè, uel sub conditione, conditionaliter acceptare; & iuri adeundi uel se immiscendi renuntiare, nec per hoc dicitur fiscum fraudare, quando fiscus tractat tantum de confiscatione, non autem de aliquo eius credito, & sic de lucro captando, non de damno uitando.*

14 *Fiscus non est loco filij quo ad hoc ut ius siue facultas se immiscendi ad eum transeat.*

15 *Ius pendens de futuro, etiam ex causa de præsenti, non uenit in confiscatione.*

Banni-

16 *Banniti nostri temporis non sunt per omnia similes deportatis.*

17 *Iura condicionalia non transeunt per confiscationem in fiscum, sed bene in hæredes banniti.*

18 *Ius conditionale descendens ex contractu, licet transmittatur etiam ad extraneos hæredes, tamen ius condicionale dependens ex aliqua voluntate non transmittitur etiam ad suos hæredes.*

19 *Ius conditionale non venit in confiscatione, quando est repudiatum vel ad alios deuolutũ.*

20 *Repudians ius quæsibile non autem iam quæsitum, non dicitur aliquem defraudare.*

21 *Delinquens ante publicationem habet liberam rerum suarum administrationem, & potest filium emancipare.*

22 *Sententia condemnatoriæ contra delinquentem non potest in plus eum condemnare, quàm quod erat tempore obligationis, & hoc quando pœna est certa.*

23 *Quando ius vniuersale confiscatur quod habet relationem ad patrimonium existens tempore delicti, non trahitur ad quærenda tempore sententiæ.*

24 *Idem patrimonium potest duplici iure censeri, ita vt extans tempore sententiæ, censeatur diuersum ab extante tempore delicti.*

25 *Delicti pœna quando est certa, tunc frustra queritur an tempus sententiæ an delicti veniat attendendum, nisi succederet mutatio status personæ delinquentis.*

26 *Lex generaliter loquens & per viam regulæ, debet generaliter disponere.*

27 *In publicis iudiciis vt plurimum imponitur pœna confiscationis totius patrimonij vel illius partis.*

28 *Quod aliquid veniat inpublicatione bonorũ requiritur, quod in illis sit ius quæsitum tempore delicti vel reputetur pro quæsito ita quod sentiatur ius vnius patrimonij.*

29 *Fiscus quod sit loco hæredis hoc procedit in bonis quæ ad alium non spectant.*

30 *Intellectus l.eius qui.§.1.ff.de testibus.*

31 *Bona deportati in confiscatione deuoluuntur ad fiscum tanquàm vacantia, quia deportatus non habet hæredem.*

32 *Tempus quando breue est inter delictum & sententiam, præsumitur quod bona fuerint quæsita tempore delicti.*

33 *Pœna arbitraria vbi venit imponenda, tunc iudex potest arbitrari vsque ad mortem.*

34 *Tempus confiscationis quod attendatur, intelligitur de bonis quæ habebat delinquens cum effectu, non ad quæ habebat ius sibi eo tempore delatum.*

35 *Dispositio priuilegij pro filio introducti, si fauet alteri quàm filio, puta fisco, tunc cessat, & priuilegium locum non habet.*

36 *Filius licet quo ad quædam sit hæres mero iure, tamen quo ad commoda & incommoda immediate hæreditaria non est hæres.*

37 *Ius se immiscendi paternæ hæreditatis licet non sit facultas, tamen habet plurimum facti ratione cuius non potest transferri de persona in personam, ita & bono. posse. non agnita.*

38 *Bona paterna obuenta filio delinquenti post delictum non veniunt in confiscatione*

CONSILIVM C.

REDEMPTORIS Nostri inuocato suffragio Præsens casus subtiles habet
1 dubitationes,† Quæritur enim an attendi debeat tempus sententiæ confiscationis late contra A. ita quòd in confiscatione tali veniant bona quæ tempore delicti ad eum non spectabant, sed tempore confiscationis ad eum delata sunt. (ut pote) quia tempore delicti erat filius familiàs, tempore verò confiscationis erat pater familiàs; quia intermedio tempore eius pater mortuus est. & sic sibi delata est hæreditas paterna. nunc verò agentes pro fisco petunt hæreditariam portionem filii in bonis patris, attento quòd tempore sententiæ confiscationis latæ. erat iam delata hęreditas filio delinquenti pro portione sua. Et quidem prima facie videtur dicendum fiscum in talem portionem succedere exclusis filiis delinquentis seu
2 condemnati† Et primò; quia cum fiscus sit loco filii delinquentis, ergo uidetur in omni eius iure et cõditionali succedere l. inter socerũ §.fi.ff.de pact.dotali. ergo omninò videt succedere in hac hæreditate. Secundò quia de hoc videtur casus in l.cum quidam, iuncta l.in fraudem, in prin. vbi
3 Barto.& Alii. ff.de iure.fisci, † nam licet aliàs debitor qui non vult adire hæreditatem

tatem aliquam sibi delatam non dicatur per hoc fraudare creditores, adeò quod nec ipsi poterunt adire.l. qui autem, ff.quæ in
4 frau.credi.† Tamē hoc fallit in fisco, quia fiscus dicitur fraudari non quærendo, vt est casus in d.l.in fraudem, & ibi not. meritò ergo videtur quòd omninò fiscus in casu isto debeat succedere.

Tertiò quia videtur, quòd omninò debeat attendi tempus sententiæ confiscationis; quia de hoc videt casus in d.l.cum qui-
5 dam, iuncta Gloss.ibi. † vbi emancipans filium vt ipse sibi acquirat hæreditatē, non dicitur fraudare ficum; quod intelligit Glos. quando bona nondum erant publicata, sed veniebant publicanda. & ita uidetur punctaliter in casu nostro.

Vltimò pro ista parte videtur decisio Albe. de Rosa.in l.j.ff.de pœnis.& in.iii.par.statu. q.xxvj. vbi expressè uult, quod si uno tempore fuerit commissum maleficium, & alio diuerso facta accusatio, et alio fa-
6 cta condemnatio † certè si bona tempore sententiæ sint multum aucta, attenditur illud tempus, adeò, quòd si pater teneretur ob statutum assignare legitimam filio applicandam fisco, inspiceretur tempus sententiæ latæ in confiscanda quantitate bonorum paternorum. ut ibi per eū qui ex iuribus confirmat hanc sententiā, & uidetur casus in l. eius qui.§.i.ff. de testi.ibi, bona quæ tunc habuit cum damnaretur, publicātur. ex quibus uidetur quòd cum hæc portio hæreditaria sit delata tēpore confiscationis, meritò ea confiscari
7 debent.† Et pro hoc facit, quia hæreditas patris filio acquiritur absquæ alia immixtione.l. in suis. ff. de lib. & posthu. licet quo ad incommoda & lucra non; quia pōt abstinere in l. necessariis. ff. de acqui. hære.& quod habetur.in d.l.in suis, Nec ob.secundum eum illa.l.i.de pœn. cum simili. quia loquitur & procedit ubi pœna erat certa & particularis.adeò, quod non poterat crescere, uel decrescere, puta si est condemnatus quis ad centum, secus ubi totum patrimonium uel aliud ius uniuersale confiscatur, quia tunc cum possit recipere incrementum.iuxta.l.peculium, ff. de pecul.& quod not. in d.l.i.in princi. in materia diffinitionis dotis.ff. sol.ma.ideò illud incrementum venit in cōfiscatione.

Verum prædictis non obstantibus contrarium arbitror de iure uerius, & quod immò in casu nostro attendi debeat tempus delicti.uel & si attendimus tempus cōfiscationis, nihilominus ista portio hæreditaria nullo modo debeatur, sed magis spectet ad filios delinquentis. Et primò quidem hoc probatur ratione, & lege, deinde auctoritatibus Doctorum.

8 Ratione quidem, † quia certum est quod delinquens, per delictum obligatur, & sic tēpore delicti obligatur, cōsensu quoddam suo se obligare videtur. Instit. de furt.in prin.& in l.imperatores, ff.de iure fisci. ergo constat, quod obligatio oritur tempore delicti, cum autem oriatur tempore delicti, & sic statim cōsummat effectum suū,
9 meritò ad futura trahi non potest. † quia limitata causa parit limitatum effectum. l.in agris, ff.de acqui.re. domi. l.cancellauerat. ff.de iis quæ in testamen.delen.
10 Et propinquius † ad hoc bene facit quod not.Glos.Salyce.& alii.in l.fin.C.quæ res pig.obli.poss.quæritur enim ibi, an obligatio bonorum simpliciter contracta extendatur ad futura, & tex.dicit quòd sic.quærit ibi Gloss. quid in obligatione tacita, quæ introducitur à lege, & uacillat Glos. ibi. Saly.tamen & alii dicunt, quod idem est in obligatione tacita, eo, quia tractatur de modico præiudicio, scilicet de obligatione bonorum; secus autem ubi tractaretur de transferendo dominio rerum: quia non uenirent futura, distinguit tamē adhuc Saly.an simus in dispositione generali, uel vniuersali: ut peculium. si in vniuersali ueniunt futura; si in generali, non ueniunt futura nisi esset de natura cōtractus, quòd ad futura extenderentur; vt in societate omnium bonorum; & idem dicebat Cy.Cum ego promitterem satisfacere sub pœna omniū rerū mearū, quia uenirēt ēt res futuræ.sed Saly.damnat hoc, quia cū simus ī pœnalibus nō debet extēdi dispositio ad futura.& Bal.ibi uult, quod cōfiscatio nō trahatur ad bona post quæsita.

Constat ergo, quòd cum tractatur in casu nostro de transferrendo dominium rerū de-

delinquentis, non debet talis odiosa dispositio comprehendere nisi bona quæ sunt tempore obligationis, & sic delicti: bene facit l.si ita,ff.de auro.& argen.lega.
21 Comprobantur † prædicta ex notatis per Bar.& alios in l.i.ff.de pœn.uers. ego putarem. ubi uult q statim commisso delicto dicatur delinquens astrictus pœnæ:& à statuto seu lege pœnam imponente;& per istā rationem,vult ibi expresse, quòd attendatur tempus delicti, & non sententię;per istam eandem rationem idem uult in l.pen.ff.si ex nox.cau.agat.& ante Bar. ista fuit distinctio Ray. ut refert Alberic. de Rosa. in l. pen.ubi etiam ipse Alberic. transit cum ea distinctione, & uult etiam Bart.in l.omnes populi, ff.de iusti.& iure in v.par. prin. uer. iuxta prædicta, quæro quid in delictis,ubi semper uult, & sequūtur cęteri, quòd quando est certa à lege imposita pœna, pro delicto tunc quia statim commisso delicto, ille est astrictus ad pœnam, meritò non attenditur tempus sententiæ,& sic impossibile uidetur quòd hæc hæreditas posteà delata confiscetur.
22 Et † comprobatur hoc ēt,quia cum nō sit in potestate iudicis augere pœnam expresse,puta uolēdo q cōfiscatio trahat ad futura, non debet etiam tacitè hoc posse facere,puta expectādo mortē patris delinquētis,tex.est in l.q si fortè,ff.de cast.pecu.& quod not.in l.si donationē,C.de colla.ergo īpossibile est,q ex hoc q iudex nō habuerit eū pro cōfesso, & nō tolerit sententiā cōfiscationis contra eum, nisi tempore mortis patris,quòd per hoc cōfiscatio,quæ debuit fieri tempore delicti,& sic ante mortem patris trahatur ad bona post delictum, & mortem patris quæsita.

Plus dicitur, & puto q sit mera ueritas
23 † quòd dato ēt quòd attēderetur tempus sentētiæ cōfiscationis ab homine latæ, tamen portio ista bonorū paternorū nō potest dici confiscata neq; in fiscū deuenire postquā non fuit apprehēsa, sed magis repudiata. Nā nulli dubium,q iste cuius ueniunt bona publicanda,potest hæreditatē seu aliā acquisitionē ad se uenientē nolle acquirere,& repudiare,neq; per hoc dicit fiscum fraudare, casus est in l.cum quidā ff.de iure fisci.ubi pater cuius bona erant publicanda, emancipauit filium,ut per eū acquireret hæreditatē, certè per hoc non dicitur fraudasse fiscum,& ita punctaliter fuit factū in casu nostro, quia ibi est tex. de hoc,& q fiat hæc renūtiatio uult.Nel. in tracta,banni.q. ut per eximiū D.Virgilium de Siluestris in eius consi.est uerū quòd huic decisioni uidet obstare multū qui Nel.supponit,quòd ius adeundi sit facultas quædā, & ideò non possit confiscari nam hoc uidetur falsum,quia est ius,& præscriptibile,ut not. Iaso.in l.licet,C.de iure delibe.Secundò uidetur multum obstare tex.in l.in fraudem, ff.eo.de iure fisci, ubi debitor fisci dicitur fiscum fraudare si non uult acquirere,licet aliàs non acquirendo debitor non uideatur fraudare creditorem,in l.qui aūt, ff.quæ in fraud. cred.Sed certè,ut aliàs etiam dixi consulendo in simili casu ille text. non ob.quia ibi fiscus est creditor, ideò fraudari dicit & tractat de damno euitādo,& hic tractat de lucro odioso,neq; remanet debitor cōfiscatis bonis, quæ reperiuntur tēpore delicti, meritò non dicitur fraudare fiscum, & sic potuit iste delinquens repudiare, si quod ius sibi cōpetebat:& hoc uult Bart. in d.l.in fraudē, & tunc consulendo dixi, & refert etiam modo præfactus D. Virg. Sed & ulterius pro hoc allego casum cū ibi not. per Doct.l.non ad ea, ff.de cond. & demon. ubi quādo legatum est factum uni purè, & etiam sub conditione, est in potestate legatarii uelle acquirere;seu habere purè,uel sub cōditiōe,Sed quærit ibi Gl.& Doct.quæ utilitas est huic accipere sub cōditione,& respōdet q utilitas est in hoc, quia si bona legatarii uenirēt cōfiscāda,nō confiscabit tale legatū cōditionale, ecce ergo casus ibi in terminis, q ille,cuius bona sunt cōfiscāda, pōt eligere habere sub conditione & quòd erat utile relinquere seu repudiare,neq; per hoc dicet in fraudem fisci facere,cum utatur iure suo, quanto ergo magis in casu nr̄o, pōt filius repudiare,seu abstinere ab hære. & iuri se imiscēdi renūtiare,cū tale ius dicat oīno q̄reōū,& nō q̄sitū in l.ptia rerū,ff.ad l.Falci.& l.is pōt,ff.de acqui.hære.cum simili.

Non

Non obstat, quod sit ius, & non facultas, quia infra respondebitur dum respondebo ad contraria.

14 Præterea † cum hæc hæreditas non fuerit unquam per istum filium appræhẽsa non potest ad fiscum transire, quia fiscus non est loco filii. ita, quòd ius hoc seu facultas se immiscendi ad eũ transeat & ultra allegata per præfatum. D. Virgilium, dico, quòd de hoc est decisio in terminis Alberi. de Rosa. in iii. par. statu. q. xxiii. habui talem quæstionem de facto. ubi propriè loquitur in filio familiàs bannito, an mortuo patre bona paterna sint confiscanda, & concludit quòd non, ut ibi per eum: & licet loquatur in casu in quo ille erat bannitus, & sic habeatur per mortuo: tamen dico, quòd decisio sua etiam fundatur in hoc, quia hæreditas non adita, non transmittitur, ut ibi per eum, in uersi. item filii etiam debitam hæreditatem non aditam, & ibi. nec obstat si tu diceres fiscus est loco filii, quia hoc est falsum secundum eum, & sic constat clarè & apertè, quòd Albe. uult quòd nullo modo talia bona possint confiscari illa ratione, quia non transmittuntur & sic postquam dixerat, quòd erat bannitus subiungit, prædictam rationem fortiorem, quæ militat etiam in non bannito.

15 † Et bene facit pro hoc quod not. Bar. in l. quoties, ff. de noua. ubi uult, ꝙ ius pendens de futuro, etiam ex causa de præsenti non ueniat in confiscatione, Et per hæc ista pars remanet satis fundata adeo, quòd sola difficultas est respondere obiectis in contrarium.

Non obstat ergo primò, quòd fiscus succedit in iure etiam conditionali, ergo, & in bonis istis per text. in l. inter socerũ, §. finali. ff. de pact. dotali. Quia ad illum,

16 † text. respondet Nellus in dicto tracta. banni. q. xxxi. in prima par. ii. tempo. quòd ibi illud est, quia ille deportatus non poterat habere hæredem. & ideò fiscus occupat ea bona tanquam uacantia: sed banniti nostri temporis, ut ipse dicit, possunt habere hæredes in bonis post quæsitis & sic, Nellus tenet ibi † quòd iura

17 conditionalia nullo modo conficientur, & Angel. in tract. maleficiorum, in uersi. eius bona publicamus.

18 Vel † & aliter melius quàm dicat Nellus, ibi loquitur in iure conditionali ex contractu descendente, quòd ad hæredes transmittitur etiam extraneos. in §. ex conditionali, Insti. de in util. stipul. in l. ii. §. ex iis, ff. de uerbo. oblig. & ideò hoc ius licet conditionale dicitur, tamen esse de præsenti, & considerabile in iure, sed secus est in iure conditionali dependente ex ultima uoluntate: quia tale ius non transmittitur ad hæredes etiam suos, in l. i. §. fin autem sub conditione, C. de cad. toll. & in l. unica in Glos. fin. C. de iis, qui ante aper. tabul. quanto ergo minus transmittitur hæreditas non adita in d. l. i. C. de cadu. toll maximè cum non possit dici nisi ius quærendum d. l. pretia rerum, & d. l. is potest. meritò arguere de iure conditionali ex contractu, quod trãsmittitur ad hæredes extraneos ad ius adeundi, quod non transmittitur, neque in bonis reputatur non procedit argumentum.

19 Vel † & tertiò respondeo, quòd dato, ꝙ aliàs ius conditionale confiscetur, tamen fallit si fuerit ante sententiam confiscationis repudiatum, & ad alios deuolutum ut probant iura, pro contraria parte adducta.

20 Non obstat, quòd fiscus fraudatur, quia negatur hoc, cum iure suo utatur repudians, ut in d. l. nam ad ea, ubi non attenditur ista fraus. Item cum fiscus, neque, ille, cuius loco fiscus succedit, habuerit tale ius penes se, ita ut in bonis suis computaretur, meritò non dicitur fraudari, in l. qui autem, ff. quæ in frau. credi. Nec obstat d. l. in fraudem, quia supra fuit responsum.

21 Non obstat † l. cum quidam, ubi uidetur considerari tempus publicationis, & non delicti, quia respondeo, quòd per hoc non dicit quòd debeat attendi tempus publicationis, quia ut iam dixi oritur obligatio tempore delicti, sed pro tanto considerat tempus ante publicationẽ quia iste interim habet bonorum suorũ

administrationem, saltem quo ad hoc ut posit emancipare, meritò ibi considerátur tempus sententiæ, quia aliàs per damnationem, & sic per capitis diminutionem maximam filius liberatur à patria potestate. Instit. quibus. mod. ius pat. potesta. soluitur.

Præterea attento illo tex. potuit indubitanter iste filius abstinere, neque dicitur in fraudem fisci facere, & sic quomodocunque accipiatur litera optimè facit pro nobis.

Non obstat decisio Alberi à qua onus totius causæ pondere videtur in l. i. ff. de pœnis, quia in primis possum dicere, quod ipse malè loquatur, quia loquitur contra omnes Doctores, ibi. & in l. pen. ff. si ex noxa. cau. agat, ubi etiam ipsemet simpliciter tenet, quòd attendatur tempus delicti, ubi pœna est certa, & hoc habet ra-
22 tionem maximam, † quia cùm sententia hoc caso non veniat, nisi ad declarandum id quod erat in obligatione, non potest obligare ad aliquod de nouo l. in cognitione, ff. ad Sylla. & benefacit l. hæredes palam. §. sed si notam, ff. de testa. & quod habetur de executione sententiæ in l. ab executiõe, C. quo appella. cum similibus. Nec obstat eius ratio, scilicet, quòd agitur de iure quodam uniuersali, quia omnia bona confiscantur, & sic patrimonium potest crescere & decrescere, quia
23 respondeo † quòd ista obligatio est limitata ad patrimonium, quod est tempore delicti, ideò non potest ulterius extendere vires suas, quia limitata causa producit effectum limitatum, ut supra dixi: aliàs sequeretur attẽta hac ratione, quòd patrimonium potest crescere, & quòd bona etiam quæsita post sententiam venirent in confiscatione; quod tamen nemo admittit & ipsemet Albericus negat per not. in d. l. non ad ea, ff. de cond. & de monst.

Præterea non est inconueniens, quòd idem patrimonium diuerso iure censeatur propter diuersas rationes; ut not. in l.
24 i. per omnes. C. de testa. mili. † sicuti etiã videmus respectu loci fieri, quia si delictum committitur in uno territorio fiscus illius loci non succedit nisi in illis bonis, & reputatur unum patrimonium quo ad commoda, & incommoda illius loci; & fiscus alterius territorij reputatur similiter habere aliud patrimonium, in eo loco. ut per Ang. in d. tracta. malefi. in ver. eius bona publicamus; sicut ergo diuersitas locorum, & limitatio diuersificat. & limitat patrimonium, & ius quod erat aliàs quasi uniuersale; non est etiam inconueniens, quòd similiter tempus delicti, & obligationis, quæ ex eo contrahitur limitet, & diuersificet patrimonium, ab eo quod sequitur seu acquiritur post delictum.

Præterà, quòd non sit vera intelligentia Alberici, qui vult, quòd quo ad iura conditionalia, in pœna imponenda attendi debeat tempus delicti, intelligitur, quãdo imponitur pœna certa & specifica puta in centum, & similia patet clarè; quia ubi veniret imponenda pœna, puta centum, certè talis casus nullam haberet prorsus dubitationem, quòd talis pœna particularis non posset crescere, uel decrescere, in l. certum, ff. si certum pet. & in l. ubi autem non apparet. ff. de uerbo. oblig. & quod not. in l. i ff. sol. mat. circa
25 diffinitionem dotis, † & sic nulla caderet dubitatio, an esset imponenda talis pœna, attendere tempus delicti, an sententiæ, & frustra doctores omnes, & Glos. laborarent quærentes, quod tempus debeat attendi, nisi in causa quando mutatus esset status, & aliter puniret seruus, aliter liber iuxta. not. in dicta l i ff. de pœnis: sed extra casum illum res totaliter esset sine dubitatione contra l. Labeo. ff. de Carbonia. & tamen manifestè constat quòd Iurisconsultus voluit ponere regulam generalem in princ. d. l. i. de pœnis.
26 ibi quoties de delicto quæritur. † & sic cum generaliter loquatur per viam regulæ, debet omninò generaliter disponere in l. regula, §. fi. ff de iur. & fac. ignoran. & no. Bar. in l. oẽs populi, in vi. q. prin. versi. quarto si statutum, ff. de iusti. & iure, & quod not. idem Bar. in l. prætor ait, §. eritque hæc differentia. ff. vi bon. rapto. & facit l. i. ff. de reg. iuris. cum similibus.

KK Et

Et quod restrictio ista Alberic. sit contra mentem iuris, & Doctorum omnium patet dum Doctores in d.l.i.ff.de pœnis,& in l.penulti.ff.si ex noxa. causa agat. volētes soluere contrarietatem, quæ est inter eas leges dicunt, quòd lex prima procedit in publicis iudiciis, quod tamen non admittit Bartol. nisi quando in iis publicis iudiciis veniret imponenda pœna certa,quia secundum eum,quandoque in publicis imponitur pœna arbitraria.unde patet, quòd cum loquantur Doctores, &
27 explicent in publicis iudiciis, † certè in eis,ut plurimum imponitur pœna confiscationis totius patrimonii, uel partis ut patet in l. Iulia, ff.de vi publi.& priua.patet ut in adulteriis,& in homicidio, & similibus, ut habetur in illis titulis,& legibus,ut in l.ii.& in l.quoniam. C.ad l. Iul. de ui pub.& in l.pen.ff.eo.& in l. quamuis de adulter. ff.& facit. l.publicorum, ff.de public.iudi.quam etiam allegant Docto. in d.l.i.ff.de pœnis. meritò inconueniens est ,quòd dicta Doctorum restringantur ad casum; quando in publico iudicio imponitur certa pœna pecuniaria,uel corporalis,& quæ rarò imponitur, & non quādo imponitur pœna patrimonii, uel partis, quæ sæpè, & regulariter imponitur, ut supra dixi, facit l.nam ad ea.ff.de legi. cum similibus.

28 Præterea† Alb.loquitur quando patrimonium,de quo veniebat detrahenda legitima erat auctū,& sic loquitur in iure quæsito tempore delicti; uel quod reputatur pro quæsito, cum reputetur pro uno tantum, scilicet augmento; quod quidem sortitur per omnia ius unius patrimonii, quod similiter excrescit, neque enim reputatur per hoc diuersum ius, licet corpora mutentur, vel crescant, aut decrescant. ut, ff.de pecul.l. peculium & ex eo. cum l.sequen.& facit l. proponebatur, ff. de iudi. At nos tractamus de patrimonio filii, cum quo nunquam fuit hæc hæreditas paterna iuncta. & comprobatur hoc clare ex mente eiusdem Alberic. in d. q. xxiiii. dum subdit non obstat quod fiscus
29 sit loco hæredis† quia uerum est in bonis, quæ ad alium non spectant,& est uerū quādo pater decessisset, & filius adiuisset,& sic cōstat clarè ꝙ Alberi.nullo modo uult quòd hæreditas paterna possit per delictum filii confiscari, nisi fuerit per eum adita.quia cùm non est adita,nō est in bonis nostris taliter quòd possit dici ius quæsitum. Item quia ad alium spectat;eo ipso quòd filius abstinet, & sic casus remanet clarus & distinctus ab opinione Alberi.in d.l.i.ff.de pœnis.

30 Non obstat † l.eius qui,§.i.de testi.quia possum dicere, ut dicebat Nellus in dicto tractatu banito. q.xxxi. i. par. secundi tempor. dum respondet ad l. inter socerum,§. fi. ff. de pact. dotali. scilicet quòd loquatur in deportato, qui nullo modo potest habere hæredem in l.i.C. de hære.
31 instit. † Ideò nimirum si eo mortuo bona spectant ad fiscum, uel creditoribus applicantur. ut ibi dicit tex. uel & secundò dico, quòd tempus sententiæ & deportationis seu delicti non probatur ibi
32 † quod distaret per multos annos, uel dies à sententia, adeò quòd bona illa essent quæsita post delictum. Dum ergo loquitur de bonis tempore sententiæ, intelligo, & quæ erant etiam delinquentis tempore delicti per leges supra allegatas, per quas non est inconueniens eam legem suppleri, & intelligi, uel fortè
33 † imposita fuit pœna illa, in casu in quo erat arbitraria pœna,quia saltem usque ad mortem naturalem exclusiuè potest arbitrari, iuxta Glos.in §.in summa,
34 Insti.de iniur. † vel dicimus quòd loquitur in iis quæ delinquens habuit tempore sententiæ, quòd intelligitur . de bonis quæ habebat cum effectu, non autem de iis ad quæ non habebat ius, sed tantum erat sibi delatum quoddam ius, quia habere intelligitur cum effectu.l. nomen filiorum,§. habere, ff. de uerb. significa.& in l.habere,eo.tit.

Nob obstat,quòd filii sint hæredes ipso iure in iis, quæ concernunt commodū eorū,quia primò hoc non concernit eius
35 fauorem† immò ex quo hoc quòd non obstante beneficio abstinendi sit hæres mero iure fuit inductum, & dispositum in eius fauorem, si admittendo hoc fauetur

tur alteri, & non ei, cuius contemplatione fuit inductum priuilegium, certè cessat dispositio, ut multum signanter declarat Aret. in l.i.col.xiii.versi.tu dic circa primum effectum.ff.de vulga. & popil. Cũ ergo hic acquireretur fisco, si priuilegium haberet locum, & non ipsi filio, ideò cessat priuilegium illud.

36 Præterea † licet filius quo ad quædam sit hæres mero iure, puta quòd confirmentur tabulæ pupillares & similia; tamen quo ad commoda & incommoda immediatè hæreditaria non est hęres, ut declarat Bar. in l. necessariis, in fin. quem sequũtur communiter Doctores. ff. de acqui. hære.

37 Non obstat † quòd hoc ius immiscendi non sit facultas, ut dicebat Nellus, quia fateor, sed tantum habet plurimum facti, ratione cuius nõ potest transferri de persona in personam, in §. sed cum factum. Instit. de stipula. seruo. & not. declarat Aretin. in l. Iulianus, ff. de leg. i. & in l. is potest, ff. de acqui. hæde. col. v. & videmus, quod hoc ius non acquiritur per seruum domino, aut patri per filium, in l. cum proponas. C. de hære. institu. & quod habetur in l. cum filio ff. de leg. i. Et ideò hac ratione etiam bonorum possessio non agnita, non transmittitur, ut dicunt Bal. Saly. & alii in l. emancipata, C. qui ad
38 mitri. † Ex quibus constat nullo modo bona ista paterna posse confiscari.

Iacopinus Riminaldus legum Doctor.

CONSILIVM DOMI.

Ioannis Claudij Legum & Decretorum Doctoris, qui dicitur Aprutinus; uel Romanus, Verum & tutum pro amico sine multis allegationibus, quod qui credunt uerũ liberati sunt à morte ignominiosa.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas parta uirtute rerum gestarum plurimos ad inuidiam excitat*

2 *Alcibiades uoluit potius exilium pati, quàm se iudicio suorum ciuium subiicere.*

3 *Omnis imprudentia est mala, sed nulla deterior, quàm ubi licet aufugere, se velle subiicere iudicio hominum.*

4 *Iniquitas hominum tanta est, ut semper uelint uideri boni seuera punitione contra alios homines, qui sunt subiecti uel inferiores.*

5 *Vbicunque agitur de discrimine uitæ, prudentioris consilii est potius fugere, quàm se committere propriæ matris arbitrio.*

6 *Opinio Io. Fabri dum dicit licitum esse interficere minantem, est penitus falsa; & à religione Christiana procul amota.*

7 *Rationes omnes quæ uidetur bonæ in suo præsupposito, & sic accipiuntur sine distinctione æquiuocando, assumunt falsum.*

8 *Inquisitus delicatus & debilis debet cautè aufugere, & prudenter euitare impetum, & seueritatem Iustitiæ, ubi sunt indicia urgentia ad torturam.*

9 *In discrimine purgandi indicia cruciatu tormentorum, melius est fieri auis nemorum & syluarum, quàm trudi in cauea & claudi tetro carcere, torquerique arbitrio & seuitia iudicum.*

10 *Consilium crudelis inimicis est hortari delicatos & debiles uelle se exponere cruciatui tormentorum, in quibus etiam plurimi innocentes defecerunt, & ignominiosè perierunt.*

11 *Contumatia sine aliis euidentibus probationibus non inducit confessionem homicidii & delicti in criminalibus, licet secus posit diti in ciuilibus.*

12 *Contumax si quis fuerit, iudex non debet festinare ad proferrendum sententiam diffinitiuam, sed debet citari, & eius bona annotari.*

13 *Contumax si morietur in contumacia intra annum, transmittit ad hæredem sua bona.*

14 *Contumax, si post annum comparuerit, debet admitti ad confessionem criminis, sed non recuperat bona post annum annotata.*

15 *Confessio debet ratificari per unum diem, post unum noctem post tormenta, aliter non est ratificata, sed metu tormentorum facta dicatur.*

CONSILIVM CI.

ALCIBIADES vir summi ingenij & iudicii, cuius auctoritas, postquam exi-
1 uit ex œphebis, † uirtute rerum gestarum parta. tam maxima extitit, ut plurimos ad inuidiam excitaret, cum falsis obtrectatoribus, ab illis qui eo tempore Athenis Reipublicæ præerant, missus esset in exilium, interrogatus ab amicis,
2 †, qua ratione non consideret Athenas reuerti, & eloquentia qua plurimum ualebat, suam innocentiam defendere, & vellet potius exilium pati, quàm se subiicere iudicio suorum ciuium, qui uiri boni existimabantur; fertur sic respon-
3 disse. † Omnem imprudentiam esse malam, sed nullam deteriorem, quàm ubi licet aufugere, se velle subiicere iudicio
4 hominum, † quorum iniquitas tanta est, ut semper uelint uideri boni, seuera punitione contra alios homines, qui fiunt su-
5 biecti uel inferiores. † propterea ubicũq; agitur de discrimine uitæ, prudentioris consilii est, potius fugere, quàm se committere irato arbitrio etiam propriæ matris. Auctoritate igitur tanti uiri, & pluribus aliis rationibus motus sum, contra opinionem aliquorum aduocatorum consulere. viso processu Philippi Seripandi, qui imputatus est interfecisse Iacobum Domini Nicolai Vicecomitis, qui fuerat minatus ei mortem inferre, ut licet mihi intueri alii aduocati, qui contra opinionem meam consoluerunt illum non debere aufugere, sed comparere, & in iudicio sistere, asserunt tale homicidium procul dubio posse defendi, esse factum
6 ad sui defensionem. † quia qui interficit minautem, non incidit in pœnam homicidii latissimè neq; latioris culpæ: mouentur rationibus, legibus, & iuribus quæ potissimum adducuntur à Io. Fabro Doctore celeberimo, & accutissimo Instit. de iure natura. genti. & ciuili. §. ius autem naturale, sed illam opinionem Io. Fabri memini cum essem Patauii multis euidentissimis rationibus confutasse, & nunc affirmo esse à religione Christiana procul amotam, & esse penitus respuendam, Et capiendo, & considerando, & ponderando omnia illa fundamenta, dico primum fundamentum non concludere, neq; secundum, neq; tertium, neq; quar-
7 tum. † Nam omnes rationes quæ uidentur bonæ in suo præsupposito, si accipiantur sine distinctione æquiuocando assium mũt falsum, ut in primo meo cõsilio plenè probaui superiorib. diebus, ad quod
8 nunc me refero. † Nũc verò viso processu in quo indicia sunt urgentia ad torturam, & inquisitus est delicatus & debilis, motus caritate fideliter consulo debere inquisitum cautè aufugere, & prudenter euitare impetum & seueritatem Iustitiæ, nec debere se exponere periculo crucia-
9 tus tormentorum: † Nam in discrimine purgandi indicia cruciatu tormentorum, melius est fieri auis nemorum & syluarum, quam trudi in cauea & claudi tetro carcere, & torqueri & dilaniari arbi-
10 trio & sæuitia iudicum. † Nam dicitur esse consiliũ crudelis inimici hortari delicatos & debiles velle se exponere cruciatui tormentorum: in quibus etiam plurimi innocentes defecerunt & turpiter ac ignominiosè perierunt.

Sed quo ad secundum dubium dum quæritur an ex contumacia istorum sociorum dicti Philippi, qui noluerunt comparere, neq; ad esse, neq; in iudicio sistere, homicidium habeatur pro confesso, paucis
11 respondeo, † contumaciam sine allis euidentissimis probationibus non inducere confessionem homicidii & delicti in criminalibus, licet secus possit dici in ciuilibus ut l. Cornelia, ff. ad. S. C. Sylla. & C. de requiren. reis l. quicunq;, & ibi Bar. & not. Dyn. & Bar. in l. Dius Adrianus ff. de custo. reo & not. Cyn. & Bar. in l. i. C. de requiren. reis. cuius legis summam
12 ita colligit Bartho. de saly. † Si quis fuerit contumax. iudex non debet festinare, ad proferendam sententiam diffinitiuam sed debet citari & eius bona annotari, & si intra annum venerit recuperabit bo-
13 na, † & ad hæredem ea transmittit, si
14 interim morietur, † sed si post annum comparuerit debet admitti ad confessionem criminis, quamuis bona eius annotata

tata post annum non recuperauerit.

Quo ad tertium dubium secundum Iustitiam & ueritatem breuiter respondeo,

15 † quòd confessio ut sit ratificata, ne uideatur facta metu tormentorum, debet ratificari per vnum diem, post unã noctem, post tormenta aliter dicetur facta metu tormentorum, per ea quæ notant Bart. & Doctor. in l.i.§. Diuus, ff. de quæstion. & Ange. in l. ii. C. de custod. reor. & plenius probat Alexand. in consil. xcix. in iii. uol. quod incip. quoniam per Eccellentissimum supra consulentem, adeò eleganter, &c.

Et ita iuris esse dico & consulo Ego Ioannes Claudius legum & decretorum doctor habitans in ciuitate Venetiarum, postquam discessi ab vrbe Roma, & Abrutio. Laus Deo.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI EQVITIS ET V. I. D. PISIS PROFITENTIS.

SVMMARIVM.

1 *Rector solus gymnasij Pisani in scholares iurisdictionem habet.*

2 *Asserenti se delegatum non creditur, nisi legitimam delegationem ostendat.*

3 *Processus ab incompetenti iudice formatus est nullus.*

4 *Prorogatio non habet locum vbi per inquisitionem ex mero officio proceditur.*

5 *Statutum quod iudex non possit suam iurisdictionem excedere, efficit ut iurisdictio prorogari non posit, etiam si iudex pronuntiet se iudicem competentem ne appelletur.*

6 *Iudex procedens ex mero officio, licet non teneatur dare copiam diffamationis uel indiciorum, debent tamen illa præcedere, adeò quòd si à denegatione copiæ appellat reus asserens non præcedere diffamationem, tenetur iudex inquirens de ea fidem facere coram iudice appellationis.*

7 *Confessio inquisiti ante formatam inquisitionẽ extorta, nulla est cum toto processu.*

8 *Confessio detenti in arctis & secretis carceribus uiolenta dicitur, quo casu carcer et tortura æqui paratur.*

9 *Confessio facta in tormentis legitimis indicij non præcedentibus, etiam ratificata nulla est.*

licet indicia superueniant.

10 *Confessus homicidium fecisse ad sui defensionem non probato aliter de delicto, ordinaria pæna non punitur.*

11 *Creditori non ualenti probare creditum suum, licitum est quocunque ingenio rem sibi debitã seu æquiualentem capere.*

12 *Falsitas, quæ nemini nocet, nec nocere potest, pænam non meretur.*

13 *Præsumptio una tollit aliam.*

14 *Natus ex bona progenie bonus præsumitur.*

15 *Præsumptio delicti, ex bonæ famæ probatione tollitur.*

16 *Indicium sufficiens ad torturam per probationem bonæ uitæ, conditionis & famæ inquisiti eliditur.*

17 *Ex ante acta uita quis iudicari debet.*

18 *Genitus ex bona natione bonus præsumitur.*

19 *Testes singulares singularitate adminiculatiua coadunant.*

20 *Innocentia per testes singulares, ac fratrem probari potest.*

21 *Probatio præsumptiua & per coniecturas sufficit in ijs, quæ sunt difficilis probationis.*

22 *Vnus solus testis sufficit in ijs, quæ sunt difficilis probationis.*

CONSILIVM CII.

ADSIT Deus, & illuminet intellectũ. In causa inquisitionis falsitatis formatæ ex mero officio per Magnificum D. Commiss. Ciuitatis Pisarum contra D. Petrum Curinum legum Scholarem Pũtremulensem principaliter considerandi sunt. Primum quòd † processus uide-
1 tur nullus tanquàm factus à iudice incompetenti, cum iurisdictio in Scholares tam in ciuilibus quàm in criminalibus, attributa sit per statuta uniuersitatis ab Excellentissimo Domino Duce approbata, soli Rectori Gymnasii Pisani, & sic priuatiuè, non cumulatiuè: ita quòd cuilibet alteri iudici adempta est iurisdictio in eos: & Magnificus D. Commissarius specialiter iurauit seruare dicta statuta, prout ex eorum dispositione tenebatur. Et inquisitio simpliciter formata fuit per ipsum

ipsum D. Capitaneum, & Commissarium tanquàm Capitaneum, & Commissariũ Ciuitatis Pisarum, & sic vigore suæ propriæ iurisdictionis, non vigore delegatæ
2 à Principe. † Et si hoc diceretur, pro ut non dicitur, non sufficeret, nisi ostenderetur legitima delegatio per l. primam C. de manda. princip. cum ibi traditis per
3 Doctor. † Constat autem, quòd processus ab incompetenti iudice formatus, est nullus l. i. ii. & fina. C. si à non competent. iudic. Nec super prorogatione iurisdictionis fieri potest fundamentum, non solum, quia ipse Do. Petrus captus, & carceratus protestatus fuit, quòd non intendebat consentire in ipsum D. Commissariũ, per quæcunque actum factum, vel quandocunque faciendum, tanquam in suum
4 iudicem, nisi si & quatenus, &c. † Sed etiã quia ubi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio, prout uoluit Bal. in l. i. C. ad l. Corne. de siccar. & in l. i. in fi. C. ubi de crimin. quem sequitur Nell. in tracta. banni. in secunda q. secundæ partis, primi temporis, & Maria. Sozin. Senior in c. significasti, in v. artic. principali. quæstio. viii. de for. competẽ. Et hanc opin. sequitur & communẽ esse dicit Bartho. Soz. in consi. cviii. supposito statuto, in fi. lib. iiii. Et hanc opi. veriorem & magis communem esse demonstraui in l. i. nu. 86 87. 88. 89 ff. de iud. & eo ma
5 ximè, † quia statutum Florẽtinũ disponẽs, quòd iudex non possit excedere suam iurisdictionem, efficit ut iurisdictio prorogari non possit, etiam si iudex pronunciaret se competentem, nec appellaretur, vt tradit Ias. in l. ii. col. vi. nume. xix. ff. si quis in ius voc. non ier. & Cur. iun. ibi nu. xxii. Deci. in l. fi. nu. xvii. ff. de iur. om. iudic. & latius in consil. xviii. Viso puncto col. ii. in fi. cum seq. ff. de iur. om. iud. vbi mentionem facit de statuto Florentino.
6 Secundò † considerandum est, quòd licet iudex procedens ex mero officio non teneatur dare copiam diffamationis, uel indiciorũ; debet tamẽ ista præcedere, adeò quòd si à denegatione copiæ, reus appellaret asserens non præcedere diffamationem, teneretur iudex inquirens de ea fidẽ facere coram iudice appellationis, vt scribit Gandin. in suo tracta. maleficio. sub rubri. quomodo de male. cogno. per inquisi col. pen. versi. si autem iudex. Practi. Papiẽ. in for. inquisitionis in uer. fama pub. Alex. in consi. cxx. Viso processu. col. ii. in prin. vol. vii. Hypp. in Auerol. in §. constante col. v. cum trib. seq. declarans procedere, etiam si liberum arbitrium concederetur iudici, quicquid inaduertenter dixerit Auge. in tracta. maleficio. in versi. Hæc est quædam inquisitio, ver. quarto, principaliter, ibi quartò, fallit, & Cæpol. in consil. lxvi. decreuit M. V. col. iii. secundum par. impressi. In casu autem nostro nec præcessit, nec præcedere potuit diffamatio ante capturam, cum agentes pro heredibus, vel hæreditate Francisci, vt pote de ipso debito notitiam habentes, soluerint, nec ulla per eos querela mota fuerit, & patet inquisitionem ex officio mero formatam fuisse post intrrrogationes factas Domino Petro per D. Commissarium, postquã per dies viginti, & ultra in arctis, & secretis carceribus retentus fuerat D. Petrus. Patet etiam nihil fuisse pro parte curiæ ꝓbatum, nihilq; aliud adductum † præter
7 confessionem inquisiti, ante formatam inquisitionem, extortam, quo fit, ut inquisitio sit nulla cum toto processu, ut tradit Alexan. in consi. cxx. Viso processu nu. i. lib. vii. Nec ob. † confessio rei, quia
8 ipse prius detentus fuit in carceribus arctis & secretis per dies xx. & ultra. quo casu rectè uerificatur carcerẽ, & torturam, æquiparari secundum Bal. in l. si clericus, col. ii. nume. 6 in fi. C. de episco. aud. tradit Hypp. in Auerol. in §. expedita, nu. 11. 12. 13. & in §. attingam nume. 28. 29. † Con
9 fessio autem facta in tormentis non præcedentibus indiciis, est nulla, ita ꝙ non potest ex ea sequi condemnatio, ut uoluit Barto. in l. pen. num. 1. post Gloss. ibi ff. de quæstion. & ibi Alex. in i. apostil. & latissimè Hyppo. ibidem col. ii. num. 12. cum pluribus col. seq. etiam si ratificetur per ipsum reum, ac etiam si superuenerint indicia Mathesi. sing. lv. Nota ꝙ quotiescunque Roma. consi. clxvii. Antonius accusatus, nu. 5. Plenè Hypp. in d. l. pe. nu. 12

Et

Et profectò graue genus tormenti uidetur detinere iuuenem literarum studiosum in arcto,& secreto carcere, per dies xx. & ultra de mense Iulii,& Augusti,antequàm nulla contra eum formaretur inquisitio, uel daretur ei facultas alloquē di quenquam, & defensiones proponendi.

Tertiò circa merita causæ; præsupposito sine ueritatis præiudicio, confessioni standum esse, non uidetur ex tali confessione condemnari posse de falso, prout formata fuit inquisitio, nec alia pœna pluribus rationibus, & iuribus. Primò
10 † per ea quæ dixit Abb.in c.auditis, colū. pen.ad fin.de præscrip. Moder.in l.ut uim, ff.de iusti.& iur.ubi Ias.col.iii.nu.13.in fi. & latius, ac elegantius Dec.in c.cum uenerabilis,col.x.cum seq.nu.20. de except. in q.de eo, qui confessus fuit homicidiū commisisse ad sui defensionem, si aliter probatum non fuerit delictum, non possit puniri pœna ordinaria homicidii,& ratio fundamentalis est: quia non uidetur constare verè de delicto, sed præsumptiuè, ut eleganter deducit Deci. in c. cum uenerabilis. Et tamen in casu illo confitetur ipse reus occidisse, licet dicat ad sui defensionem, & uerbum occidisse, uel homicidium commisisse,sonat in delictum,In casu autem de quo agitur.Dominus Petrus non confitetur se falsum cōmisisse, sed factum narrat, quod non continet propriè falsum, quinimmo, nec delictum punibile, ut infra demonstrabo.

11 Secundò, † quia creditor, qui creditum suum probare nequit, poterit etiam in foro conscientiæ quocunque ingenio rem sibi debitam capere,& non solum rē suam sed æquiualentem,si suā habere nō possit.ita ī effectu Bal.ī l.i.col.ii.nu. 5.C. de testa.& latius tradit,& explicat Ias. ibi col.v.propè fi.in uersic. Aliam utilitatem & eleganter Alexan.in consi.cxxxv. circa primum,nu.1.2.7.& per totum lib. pri. & uidetur idem consi cum eo, quod habetur in consil.xxvi.Magnifice,& generose, Cæpolæ tradit Hyp. in Auerol.in §.constante,nu.36.37. Nec obstat,quòd Alex. in præalleg.consi.cxxxv.in fi.concedat,ꝙ illo casu possit habere locum pœna extraordinaria pecuniaria, & condemnatio ad restitutionem rei captæ, si petita fuisset,quia id ipse dicit,non quia fuerit furtum,sed quia mulier illa effregerat arcā, & sic uim adhibuerat,& propter statutum Brixiæ. Hic autem nulla uis fuit adhibita nihilque scandali inde processit, & pecuniam permittendam tradiderat D. Petrus Francisco Michaelis, nec alias probationes habebat,& ipse Franciscus fuerat interfectus,ergo nullum delictum commisisse uidetur aliqua pœna dignum.

12 Constat † enim pœnæ falsi locum non esse quando falsitas nemini nocet, nec nocere potest,ut uoluit Glo.ii.in l. Damus, & ibi Docto.C.ad l.Cor.de fal.tradit Angel.in tract.malefic.in uer.fallario,col.22. uer.Habeas tamen pro fundamento uerò, Ale.consi.lxx.uiso processu,nu. 12.13.lib. 1.Parisi.in consi.cli. Paucis agam, nu. 21. cum seq.lib.iiii.ubi citat, inter alia plura consi.Alex.& Corne. & plures decisiones Afflicti. Et ut paucis agam,habemus ī terminis decisionē magnæ sciētiæ,& cōsciētiæ uiri Petri de Anca.in consi. xxiiii. visa inquisitione,ubi,& de confessione, & de meritis causæ in inquisitione falsitatis formata contra eum qui falsos induxerat testes, ad probandum tamen id quod uerum erat, scilicet verum debitum,& ueram æstimationem, sed ipsi testes de iis non habebant scientiam, ut inquisitus condemnari non debeat pœna falsi, & licet fateatur, quòd aliquali extraordinaria pœna sit dignus, aduertendum est, quòd ibi duos corruperat homines, & quòd iureiurando deposuerant, id quod nesciebant, & sic fuit auctor periurii, sed in casu nostro unum tantum scriptorem, qui non iurauit, & ibi potuissent damnū inferre illi duo testes; si verum non fuisset id, quod inscii deponebant,hic autem nō quia erat simplex priuata scriptura, ex qua non poterat condemnari pars aduersa, quæ negasset scriptam manu Francisci, uel saltem ignorare dixisset,nisi aliter notitiam habuisset de ueritate crediti ipsius agentis.

Dicet

Dicet aliquis non constare de ueritate crediti concludenter, & plenè: Dicā ego non constare de asserto delicto, nisi præsumptiuè per confessionem qualificatam inquisiti, ut probaui supra.

13 † Et nō solum plures præsumptiones efficaciores tollunt unam, sed una elidit aliam l. Diuus, versi. Itaque, iuncta Glos. in versi. existimari, ff. de restitu. in integ. & ibi Bar. in secūdo no. nu. 3. Alb. nu. 14. tradit Dec. in cōs. cccclxx. Duo dubia. nu. 10.

Prima aūt præsumptio est pro inquisito resultans ex probatione bonæ conditionis, vitæ, & famæ ipsius inquisiti, &
14 eius patris. † Nam ex bona progenie natus bonus præsumitur l. quod si nolit. §. qui mancipia ff. de ædili. edict. Bar. in trac.
15 de præsump. sub nu. 7. † Probatio enim bonæ famæ excludit præsumptionē delicti, ut tradit Deci. in consi. clxxxix. Letatus sum, col. pen. sub nub. 15. uer. Accedat bona fama, Sozin. in consil. lxxxviii. Circa præsentem, nu. 2. lib. ii. Hypp. in cons. xlix. Circa hanc, nu. 66. & in consi. lxxiiii. In cā Hieronymi. nu. 25. & latissimè in Auerolda in §. diligenter, nu. 196. cum seq. quod saltem procedit, quando non est probata in contrarium mala fama contra delictū de quo ageretur, ut patet ex traditis in locis præallegatis; quæ mala fama proba
16 ta non est; † & probatio bonæ uitæ cōditionis, & famæ inquisiti adeò potens est, ut elidat indicium, quod alias fuisset sufficiens ad torturam, prout voluit Bald. in l. fina. col. penul. in fine cum sequen. C. de probatio. sequitur Alexand. in apostil. ad Barto. in l. fi. ff. de quæstion. in iii. apostill. incip. Si tu Titiū, post med. ubi alleg. Ang. in l. milites, C. de quæstio. id in specie dicentem. Et dixit Bald. in l. ea quidem, col. pen. nu. 65. uersi. Item quæro an infamatus. C. de accusa. secundum Gandi. quem sequitur, infamatum de aliquo speciali crimine probando bonam famam, releuari. Soluitque contrarium illud generi per speciem derogari. refert, & sequitur Comen. in consi. cxxxv. Ad primum, col. pe. uer. amplius dicit Bal. Idem in effectu uoluit Cor. in consi. lviii. Visa inquisitione, col. pen. uersi. & probatio bonæ famæ, litera r. lib. ii. Dec. in præalleg. cōsi. clxxxix. sub nu. 15. Latè Hippo. in d. §. diligenter. nu. 196. cum pluribus sequen. concludens sub nu. 199. hanc opin. procedere non obstante contraria opi. ꝙ probatio in specie
17 præferatur probationi in genere † Constatq; ex ante acta uita quem iudicandū esse l. non omnis. §. A barbaris. ff. de re mili. ibi, & si bonus miles ante æstimatus fuerit propè est, ut affirmationi eius creda-
18 tur, &c. † & ex bona genitum natione bonum præsumi. l. quod si nolit. §. qui mancipia, ff. de ædil. edict. & præter probationem bonæ conditionis, uitæ, & famæ patris Domini Petri, notorium est Blasium Curinum I. V. D. annis ab hinc duobus huius Pisani gymnasii Rectoris munere peregregiè functum, & Rogerium Curinum artium, & medicinæ studiosum uiros probatæ uitæ conditionis, & famæ patrueles esse Domini Petri Curini inquisiti. Concurrit & professio ipsius Domini Petri.

Secunda principalis, & urgentissima præsumptio colligitur ex dictis plurium testium simul iunctis, Nam Lazarinus v3 Sextus testis deponit se mense Martii proximi portasse ex oppido pontremuli tradidisseque Pisis eidem Domino Petro scutos 30. ad rationem grossorum octo monetæ argenteæ, & ꝙ tunc illa moneta non expēdebatur Pisis. Andræas primus testis qui manebat in apotheca Frācisci Michaelis deponit, quòd de mense Febuarii, aut Martii idem D. Petrus emens quasdam res in apotheca Francisci, & uolens pretium soluere in moneta hic accipi prohibita, Franciscus dixit non posse eam accipere propter prohibitionem, & roganti Francisco quantam illius pecuniæ summam haberet, respondisse scutos 37. uoluisseque illi ostendere, & Franciscum noluisse tunc videre propter edicta prohibitoria: quesiuisseque ab eo, ubi diuerteret, quia accederet ad eius habitationem, ut dictæ pecuniæ faceret permutationē, et statim secretè alloquutum fuisse Dominum Petrum, & post discessum Domini Petri dixisse Franciscum ipsi testi, Io lo uoglio accommodare, e poi guadagno sempre

qualche

qualche cosetta, & quòd inde ad duos, uel tres dies audiuit ab eodem Francisco. Io ho accommodato quello scolare di quei danari, & quòd post mortem Frãci ci de mense Aprilis, idem Dominus Petrus attulit ad apothecam eiusdem Francisci Chirographum continens receptionem pecuniarum. Et Ludouicus Pisciensis nummularius Pisis primus testis, attestatur se de Mense Martii fuisse requisitum à dicto Domino Petro an vellet sibi permutare circa scutos triginta dictarum monetarum. Et Saluator bidellus deponit, quòd ante mortem dicti Francisci, Dominus Petrus dixit ei, se habere quandam pecuniarum quantitatem, quam seruandam tradere vellet alicui doctori.

19 Et licet † isti testes sint singulares, tamen non est singularis obstatiua, quæ impedit, sed singularitas adminiculatiua, quæ adiuuat, vt eleganter declarat Bald. in rubri. de controuer. inuestitu. in usi. feud. & in auctẽ. Rogati, C. de testi. & in l. de quibus, col. antepenul. versi. sed nunquid testes, ff. de legi. Cur. in tracta. de testibus. conclu. xlvi.

20 † Et agitur hic de probatione innocentiæ, & exclusiua delicti, per ea, quæ scribit Bald. in l. Parentes, in prima col. circa princip. C. de testib. Saly. ibi nume. 2 circa fin. Stepha. Auffre. in tracta. de reproba. testium in ver. coniunctus, versicu. quinto limita. uolunt enim fratrem admitti ad probandam innocentiam fratris, ueluti, quod fecerit ad sui defensionem, quòd purget eum de hæresi.

21 † Et in iis, quæ occultè fieri solent, & sui natura sunt difficilis probationis; ut sunt ista; propter edicta prohibitoria, sufficit probatio præsumptiua, & per coniecturas Bartolus in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, in viii. quæstion. ff. de no. ope. nunciatio. & ibi Alexand. nume. 22. Ias. nume. 10. Barto. in l. si quis ex argentariis, §. An uerò hæredi, numero 3. ff. de edend. & ibi latè Ias. sub, §. Prætor ait, nu. 18. cum sequen. Alexand. in consil. lxix. Visa facti, per totum lib. ii. Decius in consil. DLxxvii. Viso copioso, numero 12. Sozinus Iun. in cõsil. xxxii. ut præsentis, numero 12. cum sequentib. in secundo uolumine. & in prædictis casibus uidetur sufficiens depositio unius testis secundum Hipp. in consi. lxi. Post redditum. nu. 31.

Et si pertinaciter instaretur aliqualem tamen pœnam mereri istud factum, idque concedendum esset, dicerem satis superque punitum ipsum inquisitum per detentionem in arctissimum, ac secretum carcerem per dies circa quinquaginta, prout detentus fuit, maluisset enim eius professionis iuuenis relegationem tot mensium. Concludo igitur absoluendum esse ab inquisitione, & liberandum.

PETRVS Calæphatus Pisis profitens. Mense Augusti. M D L V I I. More Pisano.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI EQVITIS ET V. I. D. PISIS PROFITENTIS.

SVMMARIVM.

1 *Sanctius est nocentem absoluere quam innocentem condemnare.*

2 *Expedit reipublicæ ne delicta impunita remaneant.*

3 *Factum ob tutelam sui corporis, iure factum æstimatur.*

4 *Vim vi defendere, omnes leges, omniaque iura permittunt.*

5 *Clericus celebrans si ad sui necessariam defensionem aggressorem interficiat, potest statim redire ad altare, & missam perficere.*

6 *Clericum offendere licet ad sui defensionem sine metu excommunicationis.*

7 *Pontificem, quis se defendendo potest impune percutere.*

8 *Filio licet se defendere contra patrem.*

9 *Factum ad necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ quomodo probatur*

10 *Probationes aduersantes ad concordiam reduci debent, uerba impropriando, vel aliquid sub audiendo.*

11 *Aggressus ab æquali fugere non tenetur.*

12 *Coniuncti affines & domestici sunt testes idonei ad probandum defensionem in criminalibus, cum eis non opponitur, & nu. 15.*

13 *Testis attinens utrique parti idoneus est, etiam in causa criminali.*

14 *Frater simul cum fratre non habitans, testis est idoneus ad probandam fratris innocentiam, et quòd ad sui defensionem homicidium commiserit.*

CONSILIVM CIII.

REVERENDI Patres, & Domini Licet Iurisconsulti secundum ea, quæ proponuntur respondere debeant, & mihi solum exhibitæ fuissent duorum testium attestationes, ex quibus factum elicitur im
1 punibile† Sanctiusque esse scriptum sit nocentem absoluere, quàm innocentem cõdemnare. l. absentem, ff. de pœn. quia tamẽ adhuc animus non quiescebat, præsertim ob casus fraternæ cædis horribilitatem, &
2 mihi in mentem ueniret †, expedire rei pup. ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus, circa finem, ff. ad l. Aquil. & impunitatem delictorum præbere peccandi licentiam, & alia poterant extare contra inquisitum, de quibus notitiam non haberem; priusquam iudicium in hac re ꝓmere voluerim, secundas Reueren. Do. vestrarum literas expectare decreui, ut certior fierem, an solum super facto ex dictis attestationibus eliciendo respondẽdum esset: quod cum ita esse cognouerim, ex posterioribus literis uestris nũdius tertius receptis. Visis pluries, & maturè, ac diligenter perspectis, & consideratis attestationibus prædictis; Indiuiduæ Trinitatis inuocato suffragio, refero partes Do. Prætoris vestri fore in pronũciando, ut sequitur, Quia bis constat ex attestationibus testium receptorum, & examinatorum pro parte inquisiti, dictũ inquisitum homicidium prædictum commisisse ad sui necessariam defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ: eundem à dicta inquisitione, & contentis in ea absoluimus, & liberamus, & pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus omni meliori modo, &c.

Et quàmuis non tenerer iura, & rationes adducere, quibus ad sic respondendum moueor; tamen, ut animi mei sinceritas liquido perspici possit ea, siue eas quam breuissimè subiiciam: Indubitatissimum enim est, & naturalissimam defen
3 sionem sui corporis esse permissam. †Nã iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur; ut inquit tex. in l. vt uim, ff. de
4 iusti. & iure.† Vim enim ui defendere omnes leges omniaque iura permittunt, ut Iuriscon. dicit in l. scientiam. §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. accedat l. i. C. unde ui c. significasti, de hom. circa fi. ibi quamuis vim repellere omnes leges, & omnia iura permittant, & c. iii. §. si uerò clericum, de sen. excom. cle. pri. de homi. & no. ꝑ Doc. in dictis iuribus, & maximè in l. ut uim, ubi latè Claud. de Seys. Cor. cõsi. cxxxiii. In causa magistri Pauli, lib. iii. Alex. consi. cix. uisis & ut oportet consideratis, lib. i. D. meus Deci. consi. cccclix. uiso eleganti Hip. de Marsi. latè consi. iiii. de uultu tuo domine, ubi alios de materia loquentes
5 allegat: † Et hoc adeò verum est, ꝙ si clericus celebrans, ad sui necessariam defensionem aggressorem interfecerit, potest statim redire ad altare, & officium perficere; cum impunè, & absque incursione ullius irregularitatis sibi hoc facere licuerit, ut no. uoluit Ioan. de Ligna. in tract. de iusto bello quem refert, & sequitur Ab. in c. clerici, de vi. & hone. cle. Clau. de Seys. in d. l. ut uim, & alii Modern.
6 Et similiter † clericum offendere licet ad sui defensionem sine metu excommunicationis, ut in d. c. iii. §. si uerò clericum, de
7 sentent. excomm. † Quinimmò, & ipsum Pontificem, quis se defendendo potest ꝑcutere impunè, ut scribit Zaba. in clemen.
8 j. in vii. q. de pœn. † & talis defensio est licita filio contra patrem, ut tradit Claud. de Seys. in d. l. ut uim, in Gloss. in pri. par. Glo. ubi declarat dictum Bar.
9 Quòd autem Dominicus inquisitus fecerit

fecerit ad sui necessariam defensionem cū moderamine inculpatæ tutelæ: adeò plenè, & concludenter probant dicti testes, quòd plenius, & concludentius probari, aut articulari posse non credam; dicunt enim quòd inquisitus pluries fuit uerbis prouocatus, postea insultatus, & aggressus cum armis, se retraxit dicens, Fratel mio stà à drieto, & quòd primò fuit percussus, & quòd occisus præparabat se ad percutiendum iterum malo animo, & malis verbis caput inquisiti; & ut uulgo dicunt alla uolta della testa, quando inquisitus aggressori intulit vulnus, ex quo dicitur mortuus, Et super vii. articulo dicunt testes, quòd nisi inquisitus percussisset, & vulnerasset aggressorem, imminebat sibi periculum, ne vulneraretur, & etiam occideretur à dicto aggressore; quia aggressor malo animo, ut supra inferebat contra ipsum, & quòd si inquisitus fugisset, periculum erat ne occideretur; quia aggressor erat velocior, & audacior; & alibi quòd inquisitus non offenderat aggressorem, nec factis, nec uerbis, antequam percuteretur, & contra ipsum instaretur, ut supra, & quod inquisitus fuit, & est bonæ conditionis, & famæ, pacificus quietus, nulli iniuriam facere solitus; aggressor autem conditionis contrariæ. Et super x. articulo testes dicunt, quòd vulnus fuit per inquisitum illatum ad defensionem sui corporis necessariam, & animo se defendendi, & nisi vulnerasset periculum erat, ne ipse vulneraretur, & occideretur ab aggressore; vnde ex iuribus suralleg. & no. in eis, & traditis in dictis consiliis; & per Claud. de Seys. in d.l.ut uim, super Glo. in uer. nam iure. constat quòd perfectissimè probatum est factum ad necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.

10 Nec ob † si diceretur quòd Tognus primus testis dicat super interrogatoriis factis super primo articulo & super iii. & super vii. quòd inquisitus fugere potuisset, &c. quia dico, quod dicta testium sunt concordanda, ut per Alex. consi. clxxx. visis duobus circa fi. lib. v. & probationes prima facie aduersantes reduci debent ad concordiam, impropriando uerba, uel subaudiendo aliquid, ut scribit Cor. consi. clxxxii. In causa, col. fi. lib. iii. faciunt not. per Doct. in l. ii. §. creditum, ff. si cert. pet. verba ergo prædicta ne contrarientur dictis per ipsummet testem super vii. arti. & etiam super x. debent intelligi, quòd inquisitus poterat fugere antequam perueniretur ad consertionem manuum, & seu ad ipsum factum conserendi manus: quòd maximè patet, quia se refert testis ad supradicta per se singula singulis congrue referendo.

11 † Prætereà secundum communem opin. aggressus ab æquali, non tenetur fugere, ut scribit Alex. in d. consi. cix. col. iiii. circa prin. & tradit Ias. in d.l. ut uim, in fi. & præsertim in casu nostro, quia cū aggressus fuerit passus uerba iniuriosa, uerisimiliter poterat credere se placaturum fratrē ne contra ipsum irrueret cum armis, cū se retraxerit, & dixerit, fratel mio stà à drietro: quis enim tam immensam sæuitiam in fratre excogitare potuisset?

Nec obstat, quòd dicti testes non uideantur idonei, quum primus sit patruus secundus uerò colonus inquisiti, ex iis enim, quæ in præfatione dixi patet responsio: quia scilicet mihi transmissæ sunt dictæ attestationes, præsupponendo factū

12 prout in eis. † Nam coniuncti, affines, & domestici non sunt idonei testes cum opponitur, si autem non apponatur, prout in casu nostro (secundū ea quæ mihi trāsmissa sunt) sunt idonei, quia tacitè uidētur approbati, ut tradit Ias. in l. admonendi, col. lxxiiii. nu. 183. ff. de iure iurando.

Prætereà primus testis est patruus tā in-

13 quisiti, quàm occisi † & quando testis pariter attinet utrique parti, est idoneus, ēt in causa criminali, ut scribit Bar. in l. qui testamento, §. quæcunque, in fi. ff. de testa. tradit Stepha. Auffr. in trac. de reprob. testium in ver. cōiunctus, uer. tertiò limita.

14 Prætereà † etiam frater simul nō habitās est idoneus testis pro fratre ad probandū fratris innocentiam, & quod ad sui defensionem commiserit homicidium, ut not. uoluit Bald. in l. parentes, C. de testi. & sequitur ibi Saly. in penul. colū. Ias. in l. sed

& ſiquis, ĩ uer. ſecũdo not. limita, ff. ſiquis cau. Stepha. Auffr. in loco præalleg. in uer ſi. coniunctus, in uer. quintò limita. quod repetit in uer. teſtes. in iii. §. dicens ꝙ tali caſu admittũtur domeſtici, & familiares, 15 fratres. † Et quòd teſtes aliàs non idonei ut domeſtici, & familiares, tali caſu ſint idonei; voluit Io. de Anan. conſil. lix. uiſa inquiſitione, in i. col. alleg. Spec. in titu. de inquiſitio. §. i. ver. ſed nunquid reus, ſequitur Alexan. conſi. xxiiii. animaduerſis, in pen. col. lib. ii. Deci. in d. conſi. ccccliх. Hyppo. de Marſil. in Auerol. in §. oportunè, nu. 15. & ſing. lix. inci. innocentibus, & in l. i. §. ad quæſtionem, nu. 26. ff. de quæſtion. Et hæc in caſu noſtro ſine ſcrupulo procedunt quia alii teſtes haberi non potuerunt, qui prædictam rixam viderint cum alii non interfuerint; & maximè ſi inquiſitus ſponte comparuit, & ſe in carceres cõſtituit, ut ex aliquibus percipere potuit, hoc enim vrgentiſſimum & indubitatum indicium, videretur innocentiæ ſuæ. Valeant Reueren. D. V. quibus me cõmendo. Ex vrbe Piſana x. Kalendas Iulias. M. D. XXXVIII. ſtilo Piſano.

Earundem Domi. veſtra.

Obſeruantiſſ. Petrus Calæphatius V. I. Doctor. & eques.

CONS. EXCEL. COLLEGII PISANI V. I. COMPILATVM A D. PETRO CALAEPHATO. V. I. D. ET EQVITE.

SVMMARIVM.

1 *Raptus pœnalis non dicitur, ubi tractatus matrimonij præceßit.*

2 *Statutum quando vnum præſumit, eius diſpoſitio locum non habet, ſi præſuppoſitum non uerificetur.*

3 *Pœna legis Iuliæ de ui priuata quæ ſit.*

4 *Vis publica per habentẽ arma cõmiſſa dicitur.*

5 *Lata culpa an æquiparetur dolo.*

6 *Iudex aliqua iuſta cauſa concurrente, debet pœnã etiam ſtatutariam minuere.*

7 *Cauſa etiam non iuſta, quam tamen quis iuſtam ex aliquibus putabat, excuſat ſaltem à pœna ordinaria.*

8 *Credens fide digno excuſatur à dolo.*

9 *Excuſatur qui ſibi propria auctoritate ius dixit quando periculum erat in mora.*

10 *Pœna publicationis bonorum an hodie pro raptus pœna imponatur.*

11 *Feudum non confiſcatur confiſcatis bonis.*

CONSILIVM CIIII.

ADSIT Deus, & illuminet intellectũ. Rigoroſa nimis videtur ampliſſimi Senatus Mediolanenſis ſententia contra Comitem Franciſcum Landrianum, quæ in hæc verba fuit prolata. Senatus Cenſuit Comitem Landrianum à pœna ordinaria eſſe abſoluendum. Verùm à toto Mediolanenſi dominio banniendum, omniaque eius bona fiſco addicenda, & confiſcanda eſſe, &c. Abſoluit non ſolum à pœna ordinaria iuris cõis de qua in l. vni. C. de raptu virgi. Sed etiam cõſtitutionis prouincialis diſponentis. Raptores mulierũ honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur, capitali pœna puniendos eſſe, ita quòd moriantur, nec non etiam confiſcationis bonorum.

Quòd aũt nimis fuerit in capite condẽnatorio rigoroſa, paucis agentes, tum quia res agitur in ſacro auditorio Regię Maieſtatis catholicæ, tum quia latius fuit ſcriptũ per Magnificum & Clariſſimum Iuriſcõſultum Domi. Lælium Taurellum, ſic demonſtrari poſſe putamus.

Abſoluit Senatus Mediol. à pœna ordinaria,
1 quo ad primum caput ſtatuit: † quia vbi præceſſit tractatus matrimonii, prout in caſu iſto, raptus non dicitur pœnalis Cano. in c. pen. de rapto. & præſertim Anto. de Butr. in primo not. Abb. in j. not. & nu. 1. in fi. Io. de Anan. in pe. no. Ant. ſic loquitur, ꝙ vir poteſt ſine pœna raptus vxorẽ rapere propria auctoritate Abb. vbi præceſſit tractatus matrimonii, raptus ſubſequutus non dicitur pœnalis. & in caſu illius c. mulier fuit rapta in monaſterio. & quàuis in caſu illo matrimonium fuiſſet conſumatũ, & vxor conſenſerit raptui, vel à principio uel poſtea, ut ſcribit Ioan. de Ana. ibi in j. & ij. no. & ſic loquitur Corn. in conſil.

in consil.lxxx.placet mihi,litera c.d. & e. lib.ii.& multum interesse uideatur an sit, uel nõ sit consumatũ matrimonium: per c.ex publico, cum ibi not.de conuer.coniuga.& per ea quæ scribit Abb.in c.ex parte,nu.24.& 28. de resti.spol.& hic non solum non esset consumatum matrimoniũ, sed dubitabile uideatur, an fuerint contracta sponsalia per uerba de præsenti, & Nobilis Domina Barbara Triulzia inuita reluctansque fuerit è cœnobio monialium abducta, nec posteà consensum adhibuerit, tamen satis esse uidetur quoad euitandam pęnam raptus præcessisse tractatum matrimonii, & sponsalia saltem per uerba de futuro,& quòd non libidinis causa fuerit abducta, prout uolunt Doct. in d.c.pen.de rap.vbi Ioan.de Ana.in ulti. col.versic.ultimo uidi dubitari,Deci.in cõsil.ccxxiiii.in effectu,nu.8.Hyp.in l.unica nu.302.C.de rap. uirgi.Sozi.iun.in consil.v.In præsenti causa,nu.1.lib.iii.Carrerius in sua practi.crimi. in §. Circa quartum,num.277. Ad hæc c.raptus. c.lex illa, xxxvi. q.i.c.si quis uirginem, cum Gloss. xxxvi.quæstion.ii.

Quo ad secundum caput statuti, absoluit Senatus,qui statutum præsupponit libidinis cã uim honestæ mulieri illatam, ut patet
2 ibi,etiam si copula non sequatur.† Quando autem statutum unum præsupponit, non habet locũ eius dispositio, si præsuppositum non verificetur.l.mancipia, cum Gloss.in uer.auocanda,C.de ser.fug. & ibi not.Saly.nu.3.post Iac.but.tradit Deci.in cõsi.xc. Et pro tenui, nu.i.in fi.& nu.2icõ si.cccclxvi.Stante statuto,nu.8. in consil. ccccxl.quæritur,nu.1.Nec ob.quòd statutum dicat etiam non sequutã copula, quia ut diximus,p̃supponit mulieri uim illatam libidinis explendæ causa; quo casu etiam non sequuta copula,cum per eũ non steterit,puniri debet,ut ibi. Sed Comes Landrianus non intulit uim libidinis explendæ causa, & cum potuisset, noluit mulierẽ illam carnaliter cognoscere, sed inuiolatam honestissimè conseruauit.

Cum igitur Senatus ab vtroque capite statuti, & à pœna l.uni.C.de rapt. uirg. absoluerit, & rectè comitem Landrianum, uidetur posteà modum excessisse in con-
3 demnatione quam fecit.† Nam videtur in hac specie agi solum de ui priuata, cuius pœna ordinaria est amissio tertiæ partis bonorum.l.i.ff.ad l.Iul.de ui priua. & relegatio ad tempus secundum Azo.in summa.C.eodem. & Salyce.ibi in rub. & in l. quoniam,nu.2.

4 Nec obstare uidetur † quòd Comes habuerit arma,& sic uis publica dicatur, per ea quę scribit Are.in §.item lex Iulia.nu. 1.insti.de pub.iudi.nam illud uidetur procedere in iis, quibus non licet ferre arma, prout est regulariter l.uni.cum Gloss. C. vt armo.us.lib.xi.aucten.de arm.& quãdo arma talia habuisset quibus per ciuitatem uti solitus non esset,arg.l.j. ff.ad l. Iul. de ui publi.ibi præter vsum,nec etiã dici potest,quòd homines coegisset,quia suis tãtum clientibus erat comitatus, & in minori numero quàm esset solitus.

5 Quod † si quis pertinaciter instaret uim publicam commisisse,& l.Iul.de ui publica locum habere, regulariter etiam citra uerum dolum, & sic lata culpa dolo ęquiparetur,cum ipsa lex simpliciter loqui regulariter uideatur, iux.doctri.Bar.ĩ l. qđ Nerua,col.vii.sub nu.20.& 21. responderetur primò,quòd Barto.loquitur quando simpliciter imponenda esset pœna pecuniaria,& non irrogaretur infamia.

6 † Prætereà ubi concurrit aliqua iusta causa iudex diminuere debet pœnam etiam statutariam,ut tradit Alex.in l.& si sæuerior.C.ex qui.cau.infa.irrog.etiam si quis fuerit in lata culpa.ut ibi per eum.

7 Quinimmò† causa etiam non iusta,quam tamen quis iustam ex aliquibus putabat, excusat saltem à pœna ordinaria,ut tradit Alexan.in consi.cxxvii.Visa inquisitione col.ii.nu.8.& 9.lib.iiii.per l.igitur.§.i.ff.de liber.cau. Declaratur idem Alex. in consi. ciii.Videtur prima, col.pen.ante med.lib. primo Curt.consil. lv. Sub processu, col. vi.numero 12.& prædicta fortius procedunt in casu isto, cum Comes Lãdrianus sit miles per l.fina.circa princip.C. de iur. delib.ibi arma etenim,&c.l.regula.§.si filiusfa.ff.de iur.& fact.igno.

8 Iustam † causam habuit Comes Landrianus

nus, quia credidit Magnifico D. Ioanni Iaco. Triulzio fratri ipsius Dominæ Barbaræ, & aliis bonis viris iuxt. dictum Glosſ. & Bar. nu. i. in l. Titio fundum, de condi. & demonstra. ex quorum verbis, & factis non temerè potuit credere sponsalia de voluntate puellæ fuisse contracta etiam per verba de præsenti; & propterea manus iniectionem sibi competere, per ea quæ scribit Bal. in l. raptores, in fin. C. de epis. & cleri. & per Glos. in præallega. c. si quis virginem, xxxvi. q. ii. & quamuis manus iniectio forte non cōpetat, nisi post consumatum matrimonium, & ad effectum, ut ducatur ad iudi
9 cem, † tamen quia rumor erat periculum esse in mora, & exitus demonstrauit, quia statim postea fuit alteri nupta, excusari debet per ea, quæ tradit Alex. in l. i. §. nunciatio. nu. vi. ff. de no. ope. nunci.
10 Præterea † bonorum omnium confiscationis pœna hodie non imponitur, ut scribit Bar. in l. i. usque ad nu. iiii. ff. de bon. damna. & sumus extrà terminos statuti.
11 † Nec debebāt indistinctè cōprehendi bona feudalia. per ea quæ tradit Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, nu. 21. cum seq. ff. de dam. infect. in cons. xcii. Perspectis, nu. xviii. cum sequen. vol. vi. Deci. consi. ccccxlii. In causa, nu. 29. Goza. in consi. lxxxiiii. Prima facie, nu. 1. Cur. Iun. cōsi. cccxxvii. Habita diligēti. Sozi. iun. in cons. xlix. In causa nobiliū, nu. i. lib. iii. Accedat iustissimus dolor Comitis Landriani, videntis verba sibi dari, & eludi arg. l. si quis adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de adulter.

Ex ijs putamus non esse tam graui pœna puniendum, nec ordinaria pœna siue publicè uis siue priuatè.

Et ita de iure esse arbitramur, & secundum prædicta concurrimus in sententiam Magnifici D. Lelii Taurelli nos Doctores vtriusque iuris collegii Pisani, Catholicæ maiestatis eiusque sacri auditorii, & cuiuscunque rectius sentientis iudicio, semper saluo, mandantes per Bernardum Perignanum Cancellarium nostrum solito nostro sigillo subsignari.

Petrus Calæphatus compilauit.

CONSILIUM D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS.

SUMMARIUM.

1 *In delictis quæ principaliter committuntur in iniuriam & odium alterius; ut est homicidium, non autem principaliter in commodum delinquentis; ut in furto, falsa moneta, & similibus, socius criminis non potest de socio interrogari.*

2 *Assertio socij criminis interrogati, qui interrogari non poterat, non facit indicium ad torturam.*

3 *Inquisitus de se confessus, si sua sponte alium nominat, minimè super eo interrogatur, ne nominatio talis suspecta habeatur.*

4 *Testis sponte se offerens suspectus dicitur.*

5 *Testes duo requiruntur, ut ad torturam indicium faciant, quando sumus in remotis à maleficio.*

6 *Socius criminis in casibus in quibus potest interrogari de socio, non facit indicium sufficiēs ad torturam, nisi contra inculpatum alia præsumptio concurrat.*

7 *Socio criminis sibi contrario non creditur.*

8 *Indefinita in teste, non equipollet vniuersali.*

9 *Probatio dubia & non concludens non releuat.*

10 *Socius criminis aliàs infamis non admittitur contra socium eiusdem criminis, etiam in criminibus exceptis.*

11 *Torqueri quis non potest, indicijs legitimis non præcedentibus.*

12 *A tormentis non est incipiendum.*

13 *Indicia ad torturam, licet contra aliquem pro delicto extent, debet etiam concurrere leuitas uitæ, & sic mala fama ad hoc ut torqueri possit.*

14 *Mandatarius in causa criminali non potest esse testis contra mandantem, de commissione acceptata.*

15 *Indicium ad torturam, minus esse non potest, quàm semiplena probatio.*

16 *Testis ad torturam debet esse omni exceptione maior, quæ qualitas probari debet.*

17 *Senex ætatis decrepitæ torqueri non potest, & confessio ab eo emanata, ac etiam ratificata nulla est, nec ei in aliquo præiudicat.*

Expressa perseuerantia non habet uim spontaneæ confessionis in sene.

Inqui-

28 *Inquisitio formari non potest, nisi legitima præcedant indicia.*

19 *Inquisitio non procedit nec formari potest nisi prius iudex interroget partem offensam an uelit accusare, adeò quòd delictum probatum postea, inquisito non nocet.*

20 *Inquisitio formari non potest ad dictum participis criminis.*

21 *Inquisitioni debet publica diffamatio præcedere.*

22 *Iudici non creditur de fama, nisi ex actis appareat probata.*

23 *Indicia sunt loco diffamationis.*

24 *Infamia non oritur ex indiciis remotis à maleficio.*

25 *Ex dicto unius testis deponentis de maleficio propinquo, non oritur indicium loco diffamationis.*

26 *Dictum socii criminis non est sufficiens ad inquirendum, fama non præcedente.*

27 *Iudice procedente ex officio non ualet inquisitio non præcedente infamia.*

28 *Confesio facta super inquisitione inualida, cæteraq; secuta nulla sunt.*

29 *Ordinaria pœna inquisito imponi non debet, ordine inquisitionis non seruato, sed tutius est reum ab obseruatione iudicii obsoluere.*

30 *Iurisdictio non prorogatur in criminalibus.*

31 *Affinem esse de Cortesiis, non sequitur illum esse de Cortesiis.*

32 *Verba debent intelligi simpliciter, & non secundum quid, in materia stricta & pœnali.*

33 *Appellatione ecclesiarum parochialiū collegiatæ non ueniunt.*

34 *Clericorum appellatione, non ueniunt clerici in dignitate constituti.*

35 *Capitulari & probari debet de ueneno malo, & non simpliciter dici, quem dedisse uenenum, quia in dubio intelligitur de bono admedellam, ut delictum excludatur.*

36 *Condemnatio sequi non potest, quando unum deducitur in inquisitione, & aliud diuersum probatur.*

37 *Confessus omnia & singula in inquisitione contenta uera esse, quæ tamen ad personam sui non inferunt, sibi non præiudicat.*

38 *Mandatum, consilium, persuasio, uel instigatio, quando ex uerbis prolatis præsumatur; & quis mandator, & quis persuasor dicatur.*

39 *Verba quando fiunt gratia eius cui proferūtur, non autem ad satisfactionem uoluntatis proferentis, non resultat mandatum.*

40 *Mandatum efficatius & durius obligat, quam consilium.*

41 *Verba & dili per parte nostra, quomodo intelligantur.*

42 *Inter persuasionem; consilium vel instigationem non est differentia.*

43 *Ex minis præcedentibus de occidi faciendo, quis præsumitur homicidium aliàs fuisse facturus.*

44 *Consulens alias homicidium facturo, non pœna mortis, sed mitiori pœna venit puniendus.*

45 *Pœna mutilationis alicuius membri, æquiparatur pœnæ mortis.*

46 *Pœna vera quando non imponitur, quomodò inquisitus puniatur.*

CONSILIVM. CV.

AD Defensionem Gabriellis Mazzari inquisiti, occurunt multa contra processum formatum contra eum. Primò quoniam ante eius torturam fuit, interrogatus Zoraynus Raualius, qui dixit dictum Gabriellem & quosdam alios quos nominat, sibi ordinasse, ꝙ ipse inueniret Pellatum de Cortesiis, eiq; committeret ut inueniret Bannitos, & eis diceret, ꝙ deberent occidere Martinos, subiungens dictus Zoraynus, ꝙ inuento dicto Pellato, ei ordinauit, ꝙ reperiret dictos Bannitos, & dirli da parte nostra, & sic dicti Gabriellis, aliorum & ipsius Zorayni, ꝙ deberent occidere dictos Martinos, ex hoc enim patet, ꝙ iste facit se socium criminis, & ita patet de eodem homicidio commisso, in personam Euangelistæ Martini, per dictos Bannitos, de quo iste Gabriel inquiritur, esse inquisitum dictum Zoraynum, ex inquisitione transmissa, contra eum formata, quo stante sequitur ad eius solius dictum non potuisse torqueri dict. Gabriel.
1 † Quoniam in delictis quæ committuntur principaliter in iniuriam & odium alterius, ut est homicidium, non autem principaliter in commodum delinquentis, ut est furtum, falsificatio monetæ, & id genus, socius criminis non potest interrogari de socio, ut uoluit Barto. in l.repeti.§.is qui. & ibi

Bal

Bal. & Alex. in apostil. ff. de quæstio. Bal. in c.i.de confess.cum aliis multis per Gramma. in consil.xxi.col.ii. unde sequitur † quòd ipse interrogatus, cum inter-
2 rogari non posset, non potuit facere indicium ad torturam contra Gabrielem, ut per Domini. in c. clericos, de senten. excommunica. in vi. Bal. & Ang. in l. & si certus,in prin.ff. ad Sylla.cum aliis, per Grāma.in d.cō.xxi.col.ii.& iii.Cy. & Alii in l.fi. C. de accusa. cum aliis per Marsil. in l. 1.§. Diuus. nu. 5. ff. de quæstio.& ita propriè arguit Ruin .in consil. cxlvii.col. ii. vol v. Confirmatur tanto magis, quia non uideo quòd in interrogatione sibi facta, quicquam fuerit sibi dictum, de dicta commissione facta sibi per dictum Gabriellem, sed tantum fuit interrogatus, ut dicat ueritatem super aliis delictis & tractatibus, ipse autem cepit dicere de coadunatione, collecta imposita, & de commissione sibi facta, per dictum Gabriellem & alios nominatos per eum,
3 quos ante sequitur,† Quod quando inquisitus de se confessus sua sponte alium nominat, minimè super eo interrogatus, talis nominatio suspecta habetur,ita Moder.Senens. in tracta. de indi. & tortu. quos citat.Gramma.in d. cons. xxi. nu.5.
4 Sicut dicitur † de teste sponte se offerente, qui dicitur suspectus ut per Glo. & Bart.in l. post legatum. §. iis verbis.ff. de iis quib. ut indig.
5 Accedit † quòd iste Zoraynus de comissione tantum sibi facta per Gabriellem deponit, & sic de remotis à maleficio, quo casu non sufficit solus, sed duo testes requiruntur, ut resultet sufficiens indicium ad torturam, ita tradit in termi minis Grammati. in d.consi.xxi num. 14. per Glos. Bar. & Alios in l. fi. C. fa. ercis. latius quod tradit Marsil.in l.i.§.idem Cornelio. ff. de quæstio. & in practi. crimi.§. diligenter,nu. 7. & ibi etiam nu. 39. idem dicit quod Gramma. in d.consi. xxi. & utitur alia ratione numer. 40. de qua etiam per Gramma. quia sequeretur absurdium ut per eos ibi.
8 Quinimò † etiam in casibus in quibus socius criminis potest interrogari de socio, non facit indicium sufficiens ad torturam, nisi concurrat aliqua alia præsumptio contra inculpatum, ita dixit Saly. in d.l.fi. Alex. cons. lxxxix.col.ii.in fi.uol iii.cons. cxxvi. in fi.uol. iiii. cum aliis per Gramma.in d.consi. xxi. nu. 7. Marsil. in practi.cri.§.diligenter nu 60.in sing.ccix. & in d. §. Diuus. nu. 8. Deci. in consil. clxxi col. ii.consil.clxxxix.col. vi.consil. ccclii. col. i.Crauet. cons. ix.col. i. Ruin. in d.consil cxlvii. col. ii.Gozadi,consi.ii. num.21.ergo tanto minus hic, ubi non debuit interrogari.

Insuper obstat huic Zorayno. nam primò dicit talem ordinationem sibi factam intutri à Gabrielle, & aliis quos nominat. & licet dicat se ben me ricorda. tamen secunda vice pro costanti eam affirmat. posteà alia die confrontatus cum dicto Gabrielle, dicit,tamen hoc sibi ordinasse in landata denanzi all'orto. de Antonio Bazara,alla sua torre,& sic non ponit Gabriellem inter eos, qui sibi hoc dixerunt, in turri cuius contrarium primò dixit
7 † unde sibi tanquam contrario & uario non est credendum,ita Rui.in cons.cxlvii. nu. 3.in fin.vol.v.Nec quicquàm obstat,si dicatur ultra Zoraynum extare dictum Pellatum qui interrogatus respondit. D. Commissario dictum Zoraynum sibi dixisse,ꝙ deberet inuenire bannitos, & eis dicere ex parte attinentium, ꝙ deberent occidere Martinos,& qui postmodū subiungit retulisse dicto Zorayno, qualiter fecerat dictam imbasciatam dictis bannitis ex parte attinentium,quoniam hic nil probat,aut indiciū facit,cum ex parte quorum attinentium dixerit hoc Bannitis nō aperit, nec sequitur ex parte attinentiū,
8 ergo omnium. † quoniam indefinita in teste, non æquipollet uniuersali, ut latè per Alex.consi.cx.col.i.uol. i.Dec.consi. ccxxi.nu.9.Riminal. meus, consil. lxxxv.
9 nu.8.Crauet.consil.xxxiii.nu.16. † & sic redditur probatio dubia,& nō concludēs quæ non releuat l.neque natales C.de probationibus.

Præterea est de auditu à dicto Zorayno. non autem, quòd dictus Gabriel hoc sibi commiserit, unde etiam nil probat ex hoc

hoc, sed ultra pro ut mihi supponitur in facto, iste Gabriel nullo consanguinitatis gradu coniunctus erat cum Balaro fratre dicti Zorayni, occiso ab illis de Martinis, ut probabitur, vnde uerba commissionis, eiusq; excutionis non uerificantur in dicto Gabrielle, ut infra circa merita dicam.

10 Quin † etiam concurrit in persona dicti Zorayni, quod est infamis ex aliis delictis per eam commissis & confessatis, ut mihi supponitur in facto; quo stante, etiam quod essemus in criminibus exceptis, tamen eius dicto stari non deberet; quia illa conclusio sane intelligitur in socio criminis alias non infame ex alio delicto, ita Marsil. in cons. lxxiiii. nume. 23. Gramma. in consil. lxi col. ii. in consil. lxxvi. nu. 8. & in cons. xxxviii. nu. 9. & in voto. xxiiii. nu. 9.

11 Hiis ergo stantibus † infero ad torturam, quod ad eam deueniri non potuerit, ut pote non præcedentibus legitimis indiciis l. pen. iuncta Glo. & ibi Bar. & alii. ff. de quæstioni. Marsil. in consi. cxxi. nu. 31. Brun. in tract. de indi. & tort. v. q. ii. par. nu. 50. Gandin. in rub. de quæstio. & tor.

12 nu. 26. cuius ratio esse potest, † quia à tormentis non est incipiendum. l. i. in prin. & ibi Bar. ff. de quæstio. Marsil. in consil. xxvii. col. fi. Franc. Brun. in tract. de indici. & tor. in v. q. ii. par. nu. 2. Pari. de Puteo in tracta syndica. in. §. tortura, in prin. latè Ludo. Carreri. in practi. crimi. in prin. numer. 181. Immò multa præcedere debent, priusquam deueniatur ad eam de qui-

13 bus latè Marsil. in d. l. i. † Et ultra illa requisita, quæ ponit ibi, requiritur vnum aliud ultra indicia, videlicet leuitas uitæ ipsius rei, & sic mala fama, aliàs torqueri non potest, ut uoluit And. de Iser. in consti. regni, si damna clandestina, col. ii. Gramati. consi. xv. nu. 5. & voto. iii. nu 35. quæ in processu constare non uideo.

14 Præterea deuentum fuit. † ad hanc torturam ad dictum dicti Zorayni, qui facit se mandatarium dicti Gabriellis, & de commissione acceptata loquitur, quod fieri non poterat, ut ponit Marsili. in consil. xxii. nu. 28. & pulchrè ponit in simili casu Deci. in consil. clxxxix. nu. 8. post multos quos ibi citat.

15 Accedit insuper, † quod indicium ad torturam minus esse non potest, quàm semi-

16 plena probatio. † & ideò testis habilis ad torturam debet esse omni exceptione maior; quæ qualitas probari debet, ut latè hæc ponit Sozin. iunior. in consi. xxxix. nu. 56. & seq. col. uol. ii. unde hic Zoraynus infamis ex alio delicto & socius criminis, non sufficit ad torturam.

17 Obstat etiam huic torturæ, † quod illata fuit huic Gabrielli maiori annis. lxx. ut mihi supponitur, quo stante non poterat torqueri tanquam senex decrepitæ ætatis, ut tradit Brun. in tract. de indi. & tortu. in iiii. q. prin. nu. 18. post. Odoff. & Gandin. quos citat. & idem Marsil. tradit in. §. expedita. nu. 81. in d. practi. & est Glo. in l. i. §. impubes. ff. ad Sylla. & cum sic ad eam deuentum fuerit, sequitur quod confessio huius Gabriellis occasione eius emanata, & subinde ratificata, fuit & est nulla. nec ei præiudicat in aliquo, ut uoluit Glos. Bart. & Alii. in l. pen. ff. de quæstio. Gandin. in tracta. malefi. in rub. de quæstio. & tormen. cum infinitis aliis per Marsil. in l. i. in prin. nu. 24. ff. de quæst. in consil. xiiii. col. ii. Alex. in cōsil. v. uol. i. copiosè Grammati. consil. xxxvii. col. ii. & iii. & voto vi. col. iii. Capyti. Decisi. cxlv. & licet Paris de Puteo in tracta. syndica. in §. an ex confessione. intellexerit Bar. in d. l. pen. procedere in tacita perseuerantione confessionis, quæ inducitur non approbando nec reuocando confessionem in tormentis factam, secus autem in expressa perseuerantia, quæ per ratificationem inducitur; illa enim habet uim spontaneæ confessionis; ut ibi per eum, quem sequitur ille Carerri. in loco citato. nu. 181. tamen puto utrunq; malè loqui, & in contrarium esse cōmunem opinionem Doctorum, qui loquuntur in confessionè expressè ratificata ad banchum iuris; & sic intelligunt. Bar. et in expressa perseueratione dictæ confessionis, ita enim tenet Alex. in consil. lii. col. ii. uol. iii. Marsil. in d. l. i. Ang. Areti. & ibi Iacius Augustin. de Ari. in ver. fama publica nu. 36. Mar. latè in d. l. pen. quia quo

usq; personaliter detinetur, idem metus durare præsumitur; ut ibi latius per eum, qui dicit plures liberasse à pœna mortis, & plures alios citat Grammati. in d.cons. xxxvii.nu.8. Ias. in cõs.clxxviii.col.i.vers. ergo pari ratione, nec confessio. Idemq; tenet D. Alciat. in c.i. nu.52. de offi.ordi. & Paris in consi. clxiii. in fin. uol. iiii. ex quibus apparet hanc esse magis communem, cessareq; rationem Parid. de Puteo, ꝙ expressa perseuerantia habeat uim confessionis spontaneæ; quia negatur ex ratione Marsil.in d.l. pen.& sequatium quæ fuit Cataldin.in tracta.suo syndi.ut refert Marsil.ibi nu.14.

18 Ex † iis etiam deueniendo ad inquisitionem formatam contra istum Gabriellem, facilis conclusio formari potest,eam corruere:quoniam si non præcesserunt legitim indicia ut supra probatum est. sequitur quòd inquisitio formari non potuit, ut not.Fulgo. in cons.cvii. super eo,cons. cxlix.super inquisione,in fin. cõs.clxxiii. post princi. Cuma. cons. cxxxv. ad primũ Marsil.§.constante, nu.35.in pract. crimina.in cons.ii.nu. 23.

Sed ultra corruit ex alio dicta inquisitio,
19 † quoniam ut iudex posit inquirere contra aliquem debet primò interrogare offensum an uelit accusare delinquentem, nec ne,qui offensus, si erit in mora, uel dixerit se nole accusare, tunc iudex potest ad inquisitionem procedere, aliàs non, immò ea aliter formata sequi debet absolutio, offensus enim qui maius ius habet, meliusq; fundamentum quàm curia præferri debet; ita Bal. in l. senatus. C.qui accusare,latè Marsil. in consi.xxxv. nu.7.cons.xl.nu.9. consil. cxxx. nu. 10. in d.§.constante,nu.39. Grammat.cons.xlii. ad fin.Grat.cons.lvii. nu.22. in ii. uol. hic autẽ nemo quẽ uiderim ex processu trasmisso, fuit interrogatus ergo &c. ꝙ adeò est uerum, ꝙ delictum probatum posteà non nocet inquisito. ita Io. de Arnono
20 soliloquio lxviii. Tertio corruit, † quoniam ad dictum participis criminis inquisitio formari non potest, ut tenet Fulgo. in cons.cxxxvi. col.fi.& consi. cvii.Marsil. cõs.lxxviii.Grãmati.consi.xxxviii. nu.20.

21 Quartò † quoniam ad eam deueniri non potest insi præcedente diffamatione inquisiti de crimine de quo in ea. c. qualiter & quando. ii. de accusa, Gandin. in tracta. de malefi. in rub. quomo. de malefi.cognoscat.Ange.in repeti.l. si uacantia, C. de bo. uacanti.lib. x. Ange. Areti. in uer. fama publica. nu.4. Fulgo.in cons. cxxxvi. in fi. Io.de Ana. in consil.lix.Deci.cons.clxx.col.i.cons. clxxv.col.ii. cons. clxxxix. col.fi. cons. cclvi. col. fi. Marsil. in cons.xxxv.nu.5.cons. xlviii.nu.10. cõs. xlix.nu.7.in d.§.constante, nu.12. Grammati.cons.xlii. Ruy. in consi. cxlvii. in v. uol.Sozin.iunior.in cons. xxxvii. in. prin. vol. ii. De hac autem diffamatione hic
22 non constat, † nec statur in hoc assertioni iudicis inquirentis, sed ex processu constaret debet. Fulgo. cons. cvii. col. ii. Deci.cons. clxx. Marsil. in d. §. si constante nu. 16. Specul. aureum in vi. & vlti.par.prin. in ii. q.nu.20. ubi etiam ponit
23 conclusionem præambulam. Nec † dici potest hic indicia extare loco diffamationis, ut per Ang. & Augustin. in d. ver. fama publica nu.3. non enim extant, ut
24 supra ostendi. † Idq; procedit ubi indicia quæ præcedunt sunt propinqua maleficio.secus si remota; ex eis enim non ori-
25 tur infamia,sed suspicio quædam.† Idem que ubi adest unus tantum testis deponens de maleficio propinquo, ut tradit vtrunq; Marsil. in. d. §. constante nu. 19. hic autem Zoraynus est solus, & quod inquit remotum est à maleficio, ut ostendi supra post Gramma. in d.consil. xxi. & sequaces ibi ergo &c.

26 Prætereà † est socius criminis ut dictum fuit, ergo non sufficens ad inquirendum fama non præcedente, quia fama debet procedere à personis fide dignis, qualis non est socius criminis ita Deci. in cons. clxxxix.col.fin. Specul. aureum vbi supra nu. 23. & ibi Zilettus Venetus in addi.
27 suis. Nec me mouet † quòd in processu judicis ex officio non requiritur diffamatio,ut uoluit Ang. in d.l.si uancantia, per tex. in c. i.da offi. ordina. quoniam contrarium est verius, & communiter receptum, ut tenuit Gandin. in tracta. malefi.

in tit.

in tit.quomo. cognosca. de malefi. per inquisi. Hostié. in sum. de inquisitio. §. & qualiter, Specul. eo.tit.§. nunc tractemus uers. hoc autem scias Io. And.in c.qualiter, & quando. super Glos. magna. de accusa. Butri. in c. ad nostram, de iureiur. Augustin. de Ari. in addi. Ang. de malefi. in uers. hæc est quædam inquisitio, in v. addi.Barba. in d.c i.& post eum Alciat. in Glos.1. qui dicit quòd opi. Augusti.communiter reprobatur. & latè tenet idem Marsil. in. d. §. constante,nu.23. per quatuor columnas respondens ad tex.in d. c. i. idemq; tenet. Specul. aureum in loco præallegato. in x. limita. ubi pari modo damnat illam opinionem Ang. quam salvat tantum casu quo præcederent indicia contra reum; quæ non præcedunt in casu nostro,ut supra ostendi.

Et stante hac inquisitione malè concepta
28 † infero ad confessionem huius Gabriellis inde secutam, quòd sibi nocere non debeat, vbi enim inquisitio ineptè concepta fuit, confessio sequens cæteraque sunt nulla, uenitque reus absoluendus, ut latè prosequitur Barba.in c.at si clerici.de iudi. Marsi.in consi.cxxx.nu.36.uol. ii.Parisi.consi.clxiii.col.pe.ad fi. uolu.iiii.
29 † vel si quam pœnam iudex uult imponere debet extraordinariam inferre, non autem mortis,& sic ordinariam, aut tutius est quòd ab obseruatione iudicii reũ absoluat, & ita Ange.in consi.clxxviii. visis actis, ubi refert de facto Perusii obtinuisse in syndicatu Domi. Raynerii de Pisis. sicq; concludit Deci.in d.c. at si clerici.in vii.limita.& Marsil.in §.secunda quæstio. col.penul.in fi.in practi.crimin. idemque vno uerbo tradit Carreri.in d.pract.i principio.nu.84.& latè idem Augu. de Arimi.in addi.Ange.de malefi.in uer. comparuerũt dicti inquisiti,& confitentur totum. in ij. addi.respondendo contrarijs, ut per eum ibi,& consilium Ange. refert simpliciter Specul. aureum in materia inquisitionis
30 in fin.† nec quicquam facit, quòd ista cõfessio emanauerit coram iudice, cuius iurisdictio prorogari potest, quo casu solet præiudicare confitenti,ut per Ang. in l.i. ff.de confess. quoniam hoc modo procedit in iudicio inquisitionis, in quo prorogatio fieri non potest,secundum Baldum, in l.i.in fi.C.ubi de crimi.Nell. in tracta. Banni.in ii.par.1.tempor.quæst.ii.Deci.in d.c.at si clerici. nume.4.in fin.post prædictos,ita declarãs, & ponit Marf. in l.fi.nu. 202.ff.de iur.om.iud. ubi hanc opi.tenet.

Accedit ulterius quòd inquiritur contra hunc Gabriellem, quòd ordinauerit dicto Zorayno, quòd deberet facere intelligere bannitis ipsorum de Cortesiis, ꝙ deberent occidere Martinos, & quòd dictus Zoraynus in executione dictæ ordinationis misit Pellatũ de Cortesiis ad reperiendum dictos bannitos, & ad eis ordinandum, ꝙ deberent occidere dictos Martinos qui Pellatus ex post inuenit dictos bannitos ac eis ordinauit ex parte p̄dictorũ de Cortesiis,ꝙ deberent occidere dictos Martinos,& subinde ꝙ banniti occiderunt dictum Euangelistam, vnde patet dici in inquisitione, ꝙ executio dictæ commissionis fuit facta dictis bannitis ex parte illorum de Cortesiis,ergo non fuit facta ex parte dicti Gabriellis, qui est de Mazariis non autem de Cortesiis,Cõprobaturq; hoc ex constituto dicti Pellati, ꝙ est de Cortesiis, qui retulit dicto Zorayno fecisse ambasciatam bannitis de parte
31 de li parenti,& sic Cortesiorum,† & licet dici posset illum esse affinem Cortesiorũ non tamen sequitur illum esse de Cortesiis immediatè,prout dicta verba debent intelligi,non autem mediatè l.qui liberis §.hæc verba,& ibi not.ff.de uul. & pupil.
32 † tantoq; magis in materia stricta, & pœnali,de qua agitur,in qua uerba debẽt intelligi simpliciter,& non secundum quid l.hoc legatum,ff.de leg.iii.& habetur in c. statutum,de elect.lib.vi.& per Io.And.ibi
33 ubi † appellatione ecclesiarum parochialiũ non ueniũt parochiales collegiatæ, & p Abb.in rubri.de maiori.& obedien. vbi
34 † ꝙ appellatione clericorum non veniũt clerici in dignitate constituti, quia qualitas alterat ipsum simplex,refert,& sequitur Ruin.in consi.xviii.nu.17.in ii.uol. Sed illi de Mazariis non sunt de Cortesiis simpliciter,sed secundũ quid,quia eorũ fortè attinentes, meritò dicta commissio facta,

bannitis, per Pellatum ex parte Cortesiorum, non potest uerificari in isto Gabrielle, talisque interpretatio admitti debet, ut excludatur delictum, respectu huius Gabrielis ut in similibus tradit Alex. in consil.cciii. super themate col.ii. uol.ii.
35 Gram.consi.xxxvi.nu.6.dicentes † quòd debet capitulari, & probari de ueneno malo, & non simpliciter dici quem dedisse uenenum: quia in dubio intelligeretur de bono ad medelam, ut excludatur delictum. sic ergo ista executio commissionis factæ primò Zorayno, & per Zoraynum Pellato, facta per dictum Pellatum bannitis, ex parte de li parenti, seu de li Cortesi, debet intelligi de li parenti & Cortesi immediatè & simpliciter, non autem secundum quid, & sic excludetur delictum quo ad hunc Gabriellem, quia commissio sua non erit executa, unde esto, quòd esset probatum, uel probaretur ipsum dicto Zorayno commisisse, ut ex parte sua faceret, intelligeretur de bannitis, quòd occiderent Martinos, quia tamen de ipso inquisitio non constat, sed de Cortesiis, nō uideo, quòd
36 sequi posit condemnatio, † quia ubicunque unum deducitur in inquisitione, & aliud diuersum probatur, non potest sequi condemnatio, iuxta decisionem Bal. in l.ob hęc uerba. ff. de iis qui not.infam. Alex.consi.ccxxiiii. uiso processu col.i.in ii.uolum.cum infinitis aliis cumulatis per Marsil.in practi. crimi. §. quoniam nu.lii. cum seq. per tres columnas. Carreri. in dicto §.circa, num.181.& ex hoc datur alia responsio, quòd confessioni huius Gabriellis factæ inquisiti, quia relata ad inquisitionem non probatur ex ea homicidium factum secutum esse ex parte sua, sed illorum de Cortesiis, de quibus ipse non est immediatè, nec simpliciter, sicut illa uerba illorum de Cortesiis de iure debent intelligi, cuius dispositionem ipse sua confessione uariare modo potuit, &
37 proptereà nihil sibi nocet, † quòd confessus fuerit omnia & singula in inquisitione contenta &c. ex quo illa, quo ad personam suam, non inferunt ita in inquisitione & confessione inquisiti ad eā arguit Ange.in consi.xxii.in fi.
38 Sed † ultra esto ꝙ inquisitionis uerba sonarent in istum Gabriellem, omninò tamen aduerti debet, quòd ut mihi supponitur nulla erat inimicitia inter Euangelistam occisum & istum: sed cum Zorayno ob Ballaram eius fratrem à Martinis occisum, quo stante, uerba huius ordinationis prolata per istum Gabriellem erga dictum Zoraynum, non possunt pro mandato reputari, sed pro quadam persuasione, uel instigatione. mandator enim ille dicitur qui mandat delictum committi, propter seipsum mandantem, & ad satisfactionem uoluntatis suæ, qui non est casus noster: cessante dicta inimicitia inter hunc Gabriellem & Martinos, persuasor autem ille dicitur, qui persuadet alicui propter seipsum cui fit persuasio, nec est uis quibus uerbis utatur, siue mando, siue rogo, siue quibuscunque uerbis: si enim hoc fit eius gratia, cui fit mandatum, seu persuasio, istud non dicitur mandatum sed persuasio, consilium aut instigatio. arg.l.ii.ff.manda.quo casu uersamur stante inimicitia inter Zoraynum cui facta est cōmissio & Martinos, ob eius fratrem occisum, ita declarat ad unguem Bar.in l.nō solum. §.si mandato, in princ. ff. de iniur. idemque tradit Alex.in con.cxxv.col.iiii. & in consil.seq.uol.iiii. Corne. in consilio lvii.num.8.uol.iiii. Ange.Aret.de malefi.in uersic. Et Sempronium mandatorem, hoc idem pulchrè tradit Ang. in consilio xxii. nu.3. dicens quòd cum executio uindictæ pertineret ad Brandum non ad Martinum, etiam si Martinus expressè dixisset Brando, uel usus fuisset uerbis imperatiuis, præceptiuis uel mandatariis, non resultasset ex illis mandatum, sed persuasio, consilium & solicitudo, allegat Bar. in d. §. si mandato, quod optimè casum nostrum decidit, & in hoc Ange.rectè loquitur; quia se conformat cum Bar.uolente † quòd ubi uerba fiunt gratia eius, cui
39 proferuntur, non autem ad satisfationem uoluntatis proferentis, non resultat mandatum & idem tenet Grammati. in uoto vi.col.fin.nu. 2.de quo in seq. car. & Ruy. pulchrè in cons.vi.vol.v. Quinimmò etiam

paritas inimicitiæ fuisset inter hunc Gabriellem, & Zoraynum cũ dictis de Martinis, adhuc tamen ista commissio præsumi deberet, consilium non mandatum, & sic
40 in mitiorem partem, † quia efficacius, & durius obligat mandatum quàm consiliũ, ita tradit Bald. in i. col. ii. C. de ser. fugit. Cor. in d. consil. lvii nu. 6. latè Ludo. Carrer. in d. pract. crimi. §. circa, nu. 57. Gramma. in uoto, col. vi. fi. ubi pariter concludit mandatum non esse in cõsideratione, nec mandantem teneri, quando proprium odium vigeret inter mandatarium, & occisum, ut per eum ibi.

Et quod ita sit in casu nostro patet ex constituto dicti Zorayni, qui exequendo cõmissionem sibi factam ut dicit per dictum Gabriellem, & alios nominatos in perso-
41 nam dicti Pellati dicit, † & gli ordinai che douesse ritrouare ditti banditi, & dirli per parte nostra che douessero amazzare dit ti Martini: illa enim uerba per parte nostra, ostendunt istum Zoraynum fuisse coæqualem in uoluntate uindicandi, & sic tanquàm principalem non tanquã mãdatarium locutum fuisse, quod considerat pulchrè Corne. in d. consi. lvii. colum. ii. in princip. & ob id infert ut supra stante pari inimicitia præsumi potius consilium quàm mandatũ, vnde ftãte hac solidissima cõclusione, quòd in casu nostro nõ sit mã-
42 datum † sed persuasio, consilium, uel instigatio, quæ idem sunt, ut per Bart. in d. §. si mandato, in fin. & Cæpol. in consil. xxvii. col. ii. præsumaturque dictum Zoraynum fuisse aliàs dicturum dicto Pellato, vel bãnitis quod dixit, tum propter inimicitiã & odium contractum cum Martinis, ex
43 occisione dicti fratris sui facta p eos, † tũ etiam ex nimis eius præcedentibus ut probabitur de occidi faciendo dictos Martinos, ex quibus præsumitur enim fuisse aliàs hoc facturũ, iuxta decisionem Bal. in d. l. i. col. ii. C. de ser. fugiti. quem sequitur Ias. ibi col. iiii. & Deci. in c. i. nu. 24 de
44 offic. deleg. † quòd de tali consilio, uel instigatione non debet teneri iste Gabriel, prout de homicidio, & sic pœna mortis, immò mitiori arbitrio iudicis; ut post Hostiens. tradit Abb. & Imo. Fely. & Alii in d. c. i. vbi Deci. nu. 12. concludit esse communem opinionem, & idem testatur Felyn. in c. sicut dignum, colum. iii. de homicid. & latè Carrerius in d. §. circa, numero, 163. Quin etiam dico, quòd ex quo p homicidio uel mandato uenit imponenda pœna mortis per statutam; hic autem ex ista causa quòd non est mandatum, sed consilium potius, aut instigatio, uenit mi noranda pœna; vtique dicta pœna non de-
45 bet esse corporis afflictiua, † puta mutilatio alicuius membri, illa enim æquiparatur morti, §. prohibemus, in auct. de collatio. Alexand. in consil. lv. ante fin. uolu.
46 vii. † sed debet imponi pecuniaria, si inquisitus est diues aut potens, uel si pauper exilii, uel carceris ad tempus, ita latè Marsil. in l. si frater tuus, numero. 61. & sequen. col. C. de siccar. & Io. de Arno. soliloquio xxiii. & ita conculdo de iure in hac causa. Laus Deo.

Ita iuris esse conseo. Ego Hippolytus Riminaldus. I. V. D. Ferrariensis, & in almo patriæ meæ gymnasio primam iuris ciuilis ordinariam cathedram de mane regens in quorum fidem manu mea subscripsi, & consueto sigillo meo subarraui.

CONSILIVM D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Receptans scienter res furatas à fure, tenetur pœna furti, etiam furibus imposita per statutum etiam quòd lucro non participauerit.*

2 *Furtum non dicitur committi à præstante auxilium uel fauorem in furto facto per filium patri, quando pater sciuit filium furari in domo sua, & eum tolerabat.*

3 *Præsumptio cessantis doli quando ultra taciturnitatem concurrit, tunc qui per furtum est damnum passus, non habet furti actionẽ contra principalem furantem, nec contra opẽ præstantem.*

4 *Receptans rem furtiuam, non tenetur de furto, si de lucro non participauit, etiam si contra eum ciuiliter agatur.*

5 *Promittens certam sententiam, licet iudicẽ non corrum-*

corrumpat, tamen tenetur vt corruptor, quod tamen non procedit, quando quis etiam corrumpendo non teneretur, tunc enim nec iste promittens certam sententiam tenebitur.

6 *Actio furti vbi cessat in principali, pariter cessat, & in receptatore uel alio opem ferente.*

7 *Receptator rerum furtiuarum, non tenetur ad illarum valorem, nisi probetur quòd sciuerit illas esse furtiuas, cum regulariter ignorantia præsumatur.*

8 *Iudex inquirens criminaliter super delicto, licet incidenter possit condemnare reum ad rei ablatæ restitutionem; id procedit, quando sequitur condemnatio principaliter de delicto, non quando reus absoluitur.*

9 *Receptans rem furtinam, mitius est puniendus quàm fur, & illa pœna debet esse pecuniaria, non corporis afflictiua; & si indebitè fuit tortus, tunc dicitur soluisse pœnam.*

10 *Socio criminis non creditur contra socium, maximè cum sine tortura id deposuerit, quod non nocet etiam in criminibus exceptis, & licet talis depositio releuet quo ad formandam inquisitionem, non tamen quo ad probationem delicti, uel torturam.*

11 *Res furatæ quando traduntur receptatori, tunc ex tali noua contrectatione non fit de nouo furtum, contra Bartolum.*

12 *Statutum puniens opem præstantem sicut furẽ, non locum habet in receptatore rei furtiuæ.*

13 *Scientia receptatoris rei furtiuæ, ei non nocet, quando fur tenetur pœna furti.*

14 *Confessio sæpius non reiterata à reo ei non obest, quia præsumitur meticulosa, & facta metu tormentorum, licet probetur de sola carceratione.*

15 *Licet contra reum variantem possit deueniri ad torturam, tamen si idem reus tam in tormentis, quàm extra delictum, etiam sæpius confessus fuit, easdem tamen confessiones semper reuocauit, ex talibus confessionibus non potest condemnari, sed præstita cautione fideiussoria relaxari debet etiam si præcedentibus indicijs fuisset tortus.*

16 *Res furatas si quis emat clam & minori pretio quàm ualent, licet nunc inducatur præsumpta scientia furti, tamen secus in acceptante res furatas, ut illas post modum uendat & rem gratam furi faciat.*

17 *Bona fama rei probata, tollit præsumptionem delicti.*

18 *Testes patientes plures defectus, etiam in subsidium non probant, & si aliàs venirent admittendi, tunc plenè non probant, etiam si talem qualem facerent probationem.*

CONSILIVM CVI.

FORMATA fuit inquisitio per curiã cõtra Baptistam Verrariam, quòd instigauerit Pirinum de Brachis eique auxilium præstiterit ad furandum res Hier. Bracco patri suo, easque scienter receperit à dicto Pirino, vendideritque participãdo de pretio. vnde dubitatur an iste Baptista pœna furti veniat condemnandus. Et prima consideratione dicendum videtur, ꝙ sic, quoniam receptans res furatas sciẽter à fure tenetur pœna furti, l. eos. & ibi Bar

1 to. Bald. & alij, C. de fur. † vbi Glo. Castrẽsisq; dant exemplum in filio, & vxore furãtibus patri, & marito, & dantibus vicinis, id scientibus, vt teneantur furti dicti recipientes scienter, & hanc conclusionẽ tenet etiam Ang. in tract. melefi. in uerbo, & vestem cœlestem: nu. xxi. vbi etiam dicit, ꝙ talis receptãs rem furatam, dicitur præstare auxilium furi, & furto prout tradit Bart. quem citat in l. furtum. ff. de furtis, nam furtum, licet consumatum sit à fure, tamen adhuc durat, quia fur semper furatur donec rem contrectat, l. inficiando, §. infans. ff. de fur. Ideò recipiendo rem à fure, det opem furto, quia illo tempore cũ furem, vel rem recipit, facit furtum, secũdum Bar. quem ultra Ange. sequitur August. de Arimi. in addi. ad illum loco citato, meritò pœna etiã statuti nostri de comitente furtum locum habere debet. Cũ per aliud statutum extendatur ad mandãtem, & auxilium, aut fauorem dantem, ut habetur in statuto sub rub. Quòd statuta loquentia in personam. At hic constat, ꝙ Baptista res furatas à Pirino sciẽter recepit, ut in secundo & tertio Constituto fatetur, ubi etiam de lucro fatetur. Immò verò etiam si de lucro non constaret, sufficit, ꝙ scienter receperit dictas res à Pirino subtractas, vt tradit Saly. in d. l. eos, in prin. Cõcurritq; dictũ Pirini aduersus

ipsum

ipsum Baptistam; quo scientia sua rerum
furtiuarum detegitur secundum Bar. in l.
in ciuile. C. de fur. & per Imol. in l. fi. quæ.
penul. col. fi. ff. de hære. insti. Demumque
mulieres examinatæ, quæ hanc scientiam
coadiuuat, & licet meretrices sint, tamen
de gestis in domo, uel apotheca suffice-
re debent iux. not. in l. consensu. C. de re-
pu. & c. tertio. loco, de proba.

Istis tamen non obstantibus contrariũ
de iure dicendum est dictumque Baptistã
penitus absoluendum esse primò, quia pro
batum est per duos testes intimatum fuis
se dicto Hieronymo Bracco patri dicti Pi
rini qualiter sciebat vendere bona apo-
thecæ in magna quantitate, & pecunijs
abutebatur. & tamen ipse non fecit super
hoc prouisionem, sed tolerauit eum in
apotheca negociari vendendo, & alia id
genus faciendo. vnde cum sciuerit eum
consumere bona apothecæ de tacito mã
dato seu consensu patris dicitur id fecis-
2 se, † ut in simili quæs. tradit Bal. in l. cum
oportet, in princ. col. iii. C. de bon. quæ li-
ber. de patre, qui sciebat consuetudinem
filii, esse in fœnerando, non dicitur filius
de tacito mandato patris fœnerasse, & in-
terminis idem Bald. hoc tradit in l. si sine,
col. ii. C. ad velleia. versi. tertio quæro, ubi
disputat, an mea taciturnitas habeatur ꝓ
consensu quo ad alterius delinquentis ex
cusationem, & respondet, ꝙ non nisi
alia præsumptio sit iuncta cum taciturni-
tate, vnde subdit surripienti rem meam
non intelligor consentire, nisi forte esset
3 filius, vel alia persona coniuncta, † quia
ratio coniunctionis inducit præsumptio-
nem cessantis doli, ut per eum, quem se-
quitur Alex. in addi. Bar. in l. qui vas. §. ue
tare, ff. de fur. meritò stante dicta scientia,
& tacito mandato seu consensu patris sui,
dictus Pirinus non dicitur furtum comi-
sisse dictas res accipiendo, l. pen. ff. de fur-
tis, vbi est casus. unde cum nomẽ furti nõ
cadat in eo, nec in Baptista, dictas res (li-
cet scienter) recipiente, & postea, uenden
te, ut est tex. in l. si ii, qui §. si tu Titium,
ff. de furt. & ibi clarè tradit Angel. dices, ꝙ
furtum est nomen iuris. vnde si nomen
furti non cadit in principali non contra-
hitur delictum meritò non punitur quis
de auxilio vel fauore, & ita etiam post Dy
num tradit Alberi. & ibi Ang. in l. qui ser-
uo, §. Item placuit, ff. eo. Castr. in d. l. eos,
Secundò principaliter moueor, quia non
apparet legitimè dictum Baptistam ex di-
cta receptatione rerum à Pirino facta lu-
4 crum aliquod habuisse. † Immò verò pa-
tet contrarium, ꝙ ei dabat pecunias re-
dactas ex venditione quas pro eo, & de
consensu suo prout volebat expendebat,
vt sepius in constitutis suis dicit Pirinus,
vt eius dicto standum est pro dicto Bapti
sta licet contra eum secus esset, vt latè po
nit Mar. consi. lxi. col. pen. & fi. sed recepta
tor rerum etiam furtiuarum à fure nõ te
netur pœna furti, si lucrum non est conse
cutus, nec animum lucrandi habuit, ut la-
tè probat Marsil. consi. liii. nu. 29. cum seq.
nam sicut furtum, quòd est principale nõ
committitur nisi fiat animo lucrandi, vt
habetur in diffinitione furti. Ita nec re-
ceptio furti, quæ est accessoria, & depẽ-
dens ab ipso furto debet puniri, nisi fiat
propter lucrum, vel cum animo lucran-
di, ut per eum ibi. & hoc idem tradit Grã
ma. consi. xxxvii. nu. 22. vbi concludit, ꝙ
vltra receptationem furti scienter factã
requiritur etiam, quod interuenerit parti
cipatio de furto, ex quo requiritur ad cõ-
missionem furti animus lucrandi. l. prima,
ff. de fur. & hinc patet Saly. in d. l. eos. sup.
citatum male loqui, quòd receptans rem
gratis, & sine lucro teneatur de furto,
quia taxat eum Marsil. in dicto consi. liii.
& Gramma. pariter tenet oppositum, ut
per eos. Sicut autem ciuiliter de furto
dictus Baptista non põt ex prædictis cõ-
demnari, ita nec criminaliter, stante in-
dulgentia D. Hiero. Brachi facta Pirino
filio suo vigore statuti id sibi conceden-
tis, iuxta cuius statuti formam dictus Pi-
rinus fuit impunè relaxatus ex carceri-
bus, moueor ex doctrina Barto. in l. qui
explicandi. C. de accus. per illum text. ubi
5 est casus, † quòd qui certam alicui pro-
mittit sententiam licet iudicem non cor-
rumpat. tamen sicut corruptor punitur,
ponas enim dicit Bar. quòd ille qui iudi-
cẽ corrumperet nullo modo puniretur, ut
put-

puta in capitali causa. Licet.n.reis redimere sãguine suu et corrũpendo l.i.ff. de bo. eo.an ille qui promisit ei hoc facere puniatur. et respondet quòd nullo modo: quia tex.ibi dicit ꝙ puniř perinde ac si puniretur principalis corruptor. Sed principalis corruptor nullo modo puniretur, ergo nec iste dicit Barto. Et in hanc quoque sententiam transit Castr. in d. l. eos, ubi quærit † quid si principalis non poterat
6 puniri criminaliter, ut quia erat furtũ paruum & domesticum. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœn. Et respondet, ꝙ nec receptans puniatur argumēto. §.si tu Ticium.in l.si is qui, ff. de furt. Sic ergo dicendum est ad unguem in casu nostro: quòd cum Pirinus, qui fuit principalis in hac re, fuerit in casu in quo nullo mõ veniret puniendus de iure, facta sibi paterna indulgētia stante dicto statuto, ita nec iste Baptista receptator rerum puniri possit † Rursus & postremò loco non debet
7 teneri ad valore rerum venditarum; quoniam tex. in d. l. eos, ibi, non tantum de suspectis conuenire. Et alius tex. in d §.si tu Ticium, qui dicit dari actionem in factum in eum qui adduxit. Et sic pariter in receptatorem, loquitur de receptatore sciente, Et in sciēte illum adductum, non etiam illum cui creditor intendebat credere; ergo cessante scientia debet etiam cessare actio in factum prædicta: quia actionis causa cessante, cessat ipsa actio, aut illius persecutio & exercitium; ut tradit Bal.in l.si pro ea.q.viii.C.mand. Et ponit Tiraquell. in tract. cessante causa in.i. parte.nu. 22. at hic in ueritate non constat legitimè de scientia Baptistæ, quòd res sibi datæ per Pirinũ essent subtractæ, seu clam & præter aut contra voluntatē patris acceptæ: prout in tollendis obiectis circa hoc latius dicam. Et clarum est in receptatore requiri sciētiam ut puniatur pœna statuti aut alia: ꝓut tradit Bar. post Glos.in l.i. §. i. ff de recept. Bald.in l. quicunq; in princi. C.de ser.fug. Rom.cõ. cccclxxiii. Carreri.in pract.crimi.in. §.homicidiũ.nu. 32. Et secundum eos igi omnia præsumitur; qua stante in persona dicti Baptistæ in nihilum teneri debet ut per Ioan.de Ana.in c.qui cũm fure, coll. j.de fur.per Afflictum in Constitu.patarenorum, in uerbo. sequitur. Gandin.in tracta.maleficio. in rubric.de recepta.malefi. fur.& latro. Aug.de Ari.in addi.Angel. in verbo dicto maleficio, in addi.antepe Grã ma.consi xxxvii. nume.21.ad fin. Et sic nõ
8 debet teneri etiam ad valore dictarum rerum. † Confirmatur hæc conclusio, quoniam,& si iudex inquirens criminaliter, ut in casu nostro Curia possit incidenter etiam condemnare reum ad restitutionē rerum ablatarum ut declarat Bar. in l.interdum, §.qui furem, ff.de fur.in l.de functo, §.fi.ff.de pub.iudi. in l.ii.§.i. coll.ii. ff. ui bon.rapt. in l.i.col.fi.ff.ad Turpil. Bal.in l.quod euitandi, ad fin. C.de cond. ob tur. causam Fely. in c.cum oporteat, col. fin. de accusatio. Deci.in l.edita, nume.66.C. de eden. Craue.consi.xiiii.col. ii.cum simi lib. Tamen isti Doctores loquuntur quando Iudex condemnauit reum de delicto, super quo principaliter uersabatur inquisitio. Quia facta condemnatione de delicto principaliter, incidenter etiam ciuiliter poterit condemnare ad restitutionē rei. Secus autem quando reus uenit absoluendus à delicto principaliter intentato; non enim potest Iudex eum ad res cõdemnare; nec isto casu loquuntur Doctores: quia ista condemnatio rerum, uenit incidenter ex officio iudicis ut declarat Barto.in d.§.qui furem, & cæteri supra citati: sed hoc officium iudicis cessat ubi cessat principale per absolutionem à delicto: ergo non potest incidens stare, scilicet condemnatio ad rem.l. fi. ff.de eo quod cert.loc. Et ibi, not. Bart. Ias.& alii. ubi facta solutione sortis, cessat solutio usurarum, quando incidenter ueniunt. Et officio iudicis; Ad idem quod tradit Bal. in l.terminato, col.iii.C.de fruct.& lit.ex. uer.& hæc in condemnatoria, ubi dicit, ꝙ absolutoria lata super principali, expensæ peti non possunt, l petitor. in fi.ff.de libe. lega. Ergo nec restitutio rei, cum de uno ad aliud argumentum procedat, ut tradit Bar.in d.l.ii.col ii.ff ui bo.rap.& in l.i colum.fina ff.ad Turpill. & ad hoc subtiliter pondero doctrinã Bal. in l.qui crimē, col.

pen.

col. pen. C. qui accus. de, qua meminit Alex. in addi. ad Bar. in d. §. qui furem, dicit enim Bal. ꝙ si fiscus iuris intellectu aliquo agit. non potest officium iudicis desseruire priuatæ personæ, nisi in restitutione rei ablatæ quando constat de maleficio per confessionem rei inquisiti. ergo loquitur in casu quo ille reus ueniebat condemnandus ad pœnam criminalem delicti, meritò si eo tantum casu officium Iudicis potest deseruire in restitutione rei ablatæ, in contrarium est regula. l. Ius singulare, ff. de legib. & not. in l. i. ff. de reg. iur. Et per consequens ubi reus uenit absoluendus à crimine & eius pœna criminali, non potest condemnari ad restitututionem rerum; at hic Baptista sine dubio uenit absoluendus à pœna fur-
9 ti criminali prout supra deduxi. † Et ultra confirmatur: quia receptans rem furatam casu quo ueniat puniendus, mitius tamen quã fur punitur: ut ponit Gandi. in tract. malefi. in rubr. de furib. & latro. uers. restat uidere. Augusti. de Ari. in addi. Ang. in uerbo dicto maleficio in addi. antepen. & latè Mars. cõsi. xxx. col. ii. & iii. plus sub dens ꝙ hæc mitior pœna debet esse pecuniaria, non autem corporis afflictiua; at hic Baptista ante condemnationem quam uelet curia de illo facere iam reperitur soluisse, & satisfecisse pœnæ plus satisquam pecuniariæ cum sæpius fuerit tortus non præcedentibus legitimis indiciis. l. in seruorum, ff. de pœn. Ergo ultra condemnari non potest criminaliter.

Ita Marsil. arguit in terminis in. d. consil. xxx. in fin. meritò cessante omninò condemnatione criminali in eius persona & ꝙ absoli. debeat à pœna criminali, sine dubio de restitutione rerum agi non potest: sicq́, non potest ad id condemnari. Et tenendo hanc partem non obstant adducta in contrarium & primò, ꝙ agatur hic de furto: quia in primis hoc negatur, tum ex scientia & tollerantia patris ꝙ Pirinus res acciperet, tum etiam quòd non apparet de lucro & participatione dicti Baptistæ: sicut nec de instigatione & persuasione præuia dicti Baptistæ nisi ex
10 constitutis Pirini, † cui tamquàm socio criminis non est credendum contra dictum Baptistam in materia furti, quam curia intentat, ut latè tradit Mars. consil. xxii. nu. xiii. Gramma. consil. xxxvii. num. xiiii. consil. lix. nu. xviii. maximè verò cum sine tortura ea Pirinus dixerit, quo casu non nocet socio socius criminis, etiam in casibus exceptis: ut tradit Fulg. consil. clxxiii. in causa inquisitionis, coll. i. Mars. in d. consil. xxii. nu. 22. consi. lxxviii. nu. 15. Ioan. de Arno. sollilo. ix. & ubi sumus in casu speciali in quo socius potest interrogari, illa interrogatio & depositio releuat tantum quo ad formandam inquisitionem, sed non quo ad probationem delicti, ut illud puniatur; nam tale dictum non facit indicium etiam ad torturam ut not. Ange. in l. & si certus. ff. ad Sylla. Saly. in l. fi. col. fi. C. de accus. Corne. cõs. lviii. col. fi. vol. i. Alex. cons. xc. col. ii. vol. iii. Deci. cons. clxxxix. nu. 10. uers. secundo respondetur, Craue. consil. ix. in prin. cum simil. Sed ut dixi, in furto socius de socio non potest interrogari; meritò nullo modo contra dictum Baptistã probat Pirinus in iis quæ dixit.

Quatenus verò inquiritur de auxilio cooperatiuo receptando scienter res furatas, & eas uendendo, iuxta decisionem Bar. in l. furtum, ff. de furt. Primò dici pos
11 set Bartolum sentire ex noua † contrectatione quæ fit dando res furatas receptatori nouiter furtum fieri: quod & alibi voluit in l. si dominum, ff. de furt. & in l. si abducta, C. eo. sed eius opi. communiter est reprobata ut latè deducit Marsil. consil. xxx. nume. 26. & latius Augusti. de Ari. in addi. Ang. in tract. de malefi. in verbo. & vestem cœlestem. in v. addi. ubi tandem concludit contra Bar. fuisse obseruatum Ferrariæ ipso existente consiliario Iustitiæ.

12 Secundo † dato ꝙ opi. Bar. in. d. l. furtũ procederet, tamen aduerti debet ꝙ Bar. dicit talem recipientem rem à fure non furari, sed opem furto præstare: quam opem clarum est non esse ante maleficium, id enim esset ut præstando ferramenta vel scallam ad furtum commitendum, neque in ipso actu delinquendi; id enim es-

NN set

ser assistendo ut facilius delictum ipsum committatur. Sed est post delictum commissum, non tamen perfectè consumatũ & finitum, sed quando adhuc durat ut inquit Bar. quo casu non potest habere locum pœna statuti de commitẽte furtum, licet extendatur per aliud ad opem & auxilium præstantem; quia tale statutum de opem uel auxilium præstante puniendo sicut faciẽtem, cum sit odiosum & contra Ius; non debet intelligi uniuersaliter de quolibet modo auxiliandi & præstandi opem, sed debet intelligi quando auxilium potuit esse causa delicti & sic primo uel secundo mõ non autem in tertio casu qui est noster, Ita decidit in terminis Salyc. in d. l. i. C. de rap. virgi. coll. pen. uers. ex prædictis, sequitur Mars. con. xxx. col. iii. & Ruin. cons. lxxxii. coll. ii. etiam vol. iiii. qui loquitur propriè in terminis quæstionis nostræ & Rui. in terminis dicti statuti.

13 † Quatenus verò supponitur Baptistam sciuisse res sibi datas à Pirino fuisse per eum patri furatas, si tenemus Pirinum furtum non fecisse, pro ut supra deduxi. patet quòd hæc scientia nihil est, quia non potest quis scire quod non est, cũ nõ entis nullæ sint partes. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. & potius fuisset hæc opinio quædam Bapt. quàm scientia; quę opinio non debuisset veritati præualere, sed è contra sic. §. sed si rem legatarii, inst. de lega. Sed posito quòd respectu Pirini fuisset furtũ, dico quòd scíá dicti Baptistæ

14 nõ iustificatur legitimè, † nam quo ad illã primam suam confessionem in secundo constituto factam, non reperio quòd in eà pluries perseuerauerit ꝑut erat opus; ideò sibi nocere non debet. Cuma. cons. cxxxviii. col. secunda Mars. in practi. crimi. §. post quam, nu. 22. & Ratio esse põt quare perseuerantia requiratur, quia talis confessio facta à carcerato & detento nõ dicitur spontanea, sed potius meticulosa & coacta, cũ carcer sit species torturæ secũdũ Bal. in l. si clericus, co. iii. C. de epis. aud. & in l. i. C. qui ad lib. perue. Ideò sufficit probare detentionem; licet aliter nõ ꝓbetur tortura, ad hoc vt dicatur confessio facta metu tormentorum secũdũ Barba. in c. si constiterit, coll. v. de accus. sequitur Mars. in prac. crim. §. expedita. nu. 12. & 13. & in §. attingam. nu. 28. & sequen. Grammati. cons. lx. coll. ii. & idem

15 tradit Marsil. consil. cxxv. nu. 18 † quo uerò ad alias confessiones factas in tortura de quibus in secundo & tertio cõstituto, posito quòd ꝓpter variationes præãbulas dicti Baptistæ potuisset curia deuenire ad eius torturam, iuxta not. per Bar. & alios in l. fi. ff. de quæst. coll. ii. cũ aliis per Mars. cons. clxxx. nu. 45. & in pratic. crim. §. diligenter, nu. 74. Gram. cons. v. nu. 5. attamen aduerti debet quòd in dictis confessionibus non perseuerauit, sed primã in tertio constituto reuocauit, & licet rursus positus ad torturam iterum confesus fuerit tamen in quarto constituto reuocauit dicẽs, quòd ꝓpter febrem ea dixerat, de qua ẽt duo testes deponũt. Et post modũ semper perseuerauit in negatione etiã in tormentis; unde succedit quòd tales confessiones sibi non noceant, sed ueniat absoluendus & liberandus iuxta dicisionẽ Parid. de Puteo in tract. Syndica. qui, ponit hunc casum de posito ad torturam præcedentibus legitimis indiciis, qui confessus est crimen, & postea ad bãchum illud negauit, & iterum tortus confessus fuit, & rursus ad banchum negauit. inquitit enim quòd finaliter illũ reum absoluit & liberauit cum cautionne fideiussoria; sequitur Mars. in practi. crimi. §. quoniam, nu. 5. Gramma. cõs. xlv nu. 42. Carrer. in practi. crimi. in prin. nu. 193.

Et quæ tradit Bar. in l. in ciuile, C. de furt.

16 procedunt † in emente à fure clam & pro minori pretio, quia sic emens lucratur, & clam emendo, & pro minori pretio inducitur suspicio scientiæ contra ipsum, quòd res esset furtiua: nã cum emptio sit de genere permissorum, si fiat clam præsumitur dolus adesse, ut post Iacob. Buer. tradit Saly. ibi; at secus in casu nostro vbi Baptista non emebat, sed acceptas res aliis vendebat, ut inseruiret Pirino, quod in dubio potius præsumi debet, non quòd dolosè id faceret, ut de delicto & furto participaret, Nam quãdo in aliquo

casu

casu potest duplex intellectus capi; alter qui sonat in delictum, alter non; debemus semper illum capere per quem quis in delictum non cadat Bar.in l.non solū. §.sed ut probari.ff.de ope.no.nun. Roma. consi.lxviii.coll.fi.Abb.in c.in præsentia, de proba.latè Marsi.in l.j.nu.68. C. de sicar.Gramma.consil.xxxi.nu.12.Rui.con-
17 sil.xiiii.coll.ii.vol.v.†Tantòq; magis stante probatione bonæ famæ dicti Baptistæ circa terminos quæstionis nostræ, quæ non parum operatur, vt tradit Bald.in l. ea quidem,coll.pen.C.qui accusa.Cæpo. consi.xl.col.ix.adeò, ꝙ præsumptio delicti per eam tollitur, ut tradit Bald. in l.i. coll.fi.C.loca.sequitur Dec.consi. clxxxix. coll.pe.D.meus Patruus magnus Riminal.consil.vi.nume.21.Marsil.in practi. crimi.§.diligenter,nu. 197.consil.cix. nu. 37.Craue.consi.lxxiii.nu.22. Vnde si qua poterat esse præsumptio delicti seu scientiæ rerum furtiuarum ex receptione clandestina,& uenditione pro minori pretio, dicitur esse sublata ex ꝓbatione bonæ famæ circa prædicta dicti Baptistæ, cum vna præsumptio tollat aliā secundū Doctores præallegatos.

18 †Vltimò quo ad testes adductos per curiam breuiter dicitur, quòd quando testes patiūtur plures defectus,vt hic, quòd sunt singulares meretrices, hebræi, infamesque non admittuntur etiam in subsidium. Ita Barba.consi.lxv.coll.iiii. volu. iiii.Marsil.consi.cii.coll.fi. Gramma.consil.xlv.nu.23. Secundò casu quo admitterentur id non esset ad plenam probationem,sed talem qualem,ut per Butr.cons. xxiiii.Alex.consi.lxiiii.coll.fi.uol.i. Mars. consi.xxxi.Grammat.consi.xlv.nu.25.cōsil.lix.nu.13.meritò nō possunt nocere dicto Baptistæ,cum in criminalibus fortiores probationes requirantur l.fi.C.de ꝓbat.sequitur ergo ꝙ absoluendus sit.

Et ita dico & Consulo ego Hippolytus Riminaldus I. V. D. Ferrariæ in patriæ meæ Gymnasio ordinariam iuris ciuilis de mane priorem sedem Regens, in quorū fidem manu mea subscripsi, & consueto sigillo notaui,Sicq; tandem per curiā ciuitatis Ferrariæ fuit iudicatum.

CONSILIVM D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Opera rusticalia is dicitur facere, qui quotidie stat in rure agri colendi causa,non qui aliquando id agit, frequentius uerò aliud.*

2 *Opera rusticalia is facere dicitur,qui sepius ea reiterauerit,non qui semel tantum id egerit.*

3 *Murator censendus est qui sepius illam artem exercet.*

4 *In casu mixto quis à digniori qualitate potius quā potentiori est denominandus.*

5 *Statutum inducēs publicationē certæ partis bonorum pro exercente opera rusticalia occiso, debet simpliciter intelligi. etiam si minus frequenter talia opera exercebat, & per consequens etiam si aliam artem exercebat.*

6 *Statutum inducens publicationem bonorum pro homicidio,est correctorium iuris communis, et large interpretandum in ea parte in qua minus corrigit ius commune.*

7 *Licet illa interpretatio sit fauorabilis per quam reducimur ad ius antiquum,tamen id procedit quādo ius antiquū non esset correctū ab alio iure communi,licet esset correctū à statuto.*

8 *Interpretatio latè fieri debet in statuto correctorio, ut minus corrigatur ius cōe quàm potest.*

9 *Qualitas rusticitatis in casu dicti statuti dicitur potentior, quia minuit publicationem bonorum,& concordat cum iure communi.*

10 *Versari in agro colendo,quis non dicitur artem exercere.unde statutum loquens de artifice, nō habebit locum in agricola.*

11 *Interpretatio statuti quando fit à iure communi, si per eam deueniamus ab ipso iure communi. tūc verba debent late uel strictè interpretari, vt minus quàm potest talis interpretatio lædat ius commune, & illi nō deroget.*

12 *Qualitas dignior præfertur potētiori quando nō extat qualitas cum iure communi concordans, & vbi illa extat, tunc illa præualet, & semper attenditur.*

13 *Statutū inducens publicationē bonorū æquiualētium bonis occisis tantum dum occiditur exercens opera rusticalia,comprehendit etiam eum qui esset etiā frequētius murator quā agricola.*

CONSILIVM CVII.

STATVTO Ferrariæ sub rubrica pœna rustici occidentis ciuem, & è contra, disponitur; quod si ciuis rusticum occiderit de bonis eius non publicetur nisi quantum reperiuntur valare bona rustici occisi: deinde intelligit rusticum quècunque opera rusticalia facientem. Euenit autem casus, quòd Petrus rusticus quendam occidit qui exercebat opera rusticalia & artē muratoris simul, licet frequentius muros ædificaret.
1 † Vnde dubitatum fuit an Patrus in publicatione bonorum teneretur pœna dicti statuti tātum, an verò omnia eius bona deberēt publicari; per aliud statutum pœna occidentis. Et pro Fisco dicebatur, quòd omnia bona Petri deberēt publicari; nam statutum de quo agitur requirit, quòd occisus opera rusticalia faceret: quæ uerba denotant, quòd quotidie esset in rure agricolendi causa, nōn autem quòd aliquando id ageret, frequētius verò aliud: ita Ioann. de Pla. in l. i. C. ne rusti. ad vllum obse. lib. xi. Et Ripa in tract. de peste. in vlt. parte in rubr. de remed. præserua. nu. 209. unde cum uerba statuti cessent, debet & eius dispositio cessare l. adigere. §. quanuis, ff. de iure patro.
2 † Secundo adducebatur: quia ad hoc, ut quis dicatur rusticus propter opera rusticalia, oportet quod sepius ea reiterauerit, non autem quòd semel id egerit: sicut alibi de mercatore dicit Bar. in l. legatis, ī pri. ff. de leg. iii. per Glo. in l. i. in uers. oēs, ff. de trib. Anch. in c. canonum statuta, uers. quis dicatur, de const. Bald. in rub. C. de const. pec. in fi. Alex. in l. Imperator, nu. 10. ff. ad Treb. Aret. cons. xxix. nu. 14. cū similibus allegatis per Moder. Ancho. in tract. de merca. prima par. nu. 6. Sed talis frequentia non uidebatur probata: ergo pro rustico non erat occisus reputandns.
3 † Tertiò uidebatur accedere frequentius exercitum murandi, secundum quod vt mutator uidebatur censendus, argumento l. quærit, ff. de sta. ho. Aret. in l. ii. in prin. ff. de ver. ob uersi. circa primum. & ibi Alcia. uers. quinta conclusio; statutumq; loquens de exercente opera rusticalia simpliciter uidebatur intelligendū secūdū ius cōmune, uidelicet nisi aliā artem frequen
4 tius ageret. l. ii. C. de noxal. † Quartò cōcurrere videbatur, quòd in casu mixto qualitas dignior potius deberet attendi, quam alia potentior. §. si quis in aliena, inst. de rer. diui. Dec. in l. imperium, nu. 6. ff. de iur. omnium iud. Sed qualitas muratoris est dignior qualitate rusticitatis, ergo uidebatur attendi; & sic occisus pro mutatore censeri uidebatur hocq; statutum cessare, & aliud habere locum quòd publicationē omnium bonorum imponit.
5 Istis tamen non obstantibus † maturius mihi cogitanti contraria sentētia probabilior uisa fuit, & mouebat, quoniā statutum simpliciter loquebatur de exercente opera rusticalia, nec distinguebat, quod frequentius uel minus frequenter; ergo simpliciter ut loquebatur capi debebat l. de pretio. ff. de pub. in rē. act. Secundò nō incongruit quòd habeat locum, & in rustico qui simul aliam artem exerceat. l. seruis urbanis, §. pen. ff. de leg. 3. Alci. in d. l. ii. nu. 7. & Bal. post. Iac. Butr. in §. omnium, inst. de act. ubi statutum loquens de macellario locum habet in macellario
6 & piscatore simul. † Tertio facit nā utrūq; stat. de quibus supra correctorium est iuris communis. quo propter homicidium bona non publicantur auct. Bona damnatorum, C. de bon. proscri. meritò largè capi debent uerba huius statuti, sic ut comprehendant casum nostrum minusque ius commune corrigatur, ut declarat Ias. in l. si mater tua, C. de succ. edi. si enim occisus sub hoc statuto non comperhenderetur, sub alio ueniret quo bona cuncta publicātur, & ita corrigeretur in totum ius commune, quòd si locus sit huic statuto minus ius cōmune corrigetur, quia pro parte tantum. Et si subtiliter diceretur, quòd cum ante auct. Bona damnatorum; ius antiquum puniret homicidam in publicatione bonorum. leg. eiusdem, §. legis, ff. ad leg. Corn. de sicar. meritò debemus in casu nostro facere eam interpretationem per quam re-
7 ducamus ad ius antiquum † quia dicitur esse fauorabilis, ut notat Ias. in l. si unus

§. pactus.

§.pactus,ff.de pact.nu.5.Fely.in c.cum accessissent,coll.iii.de constitu.& idem Ias. ponit in aucten.quas actiones,num.24.C. de sacrosanct.eccle.& in l.si constante,nume.230.ff.solu.matri.& in consi. cxxxvii. nume.13.uolu.iiii.Gozadi.cōsi.cj.nu.24. Grat. consil.clxiii.nume.34.volu.ii. Gramma: confirmans pulchrè decis.xcii. nu.15. vnde hic occisus non debet iudicari tanquam rusticus. Respondetur, quòd illud procederet quando illud ius antiquũ non esset correctum ab alio iure cõmuni : vel esset correctum à statuto tantum ; secus quando reperitur correctum ab alio iure communi, tunc enim ad illud non est recurrendum: ita Fel.in cap.quod super his, col.iii.de maiorita. & obedien. & Crotus in d.l.si constante,col.xxvii.ff.solu.matri. hoc autẽ est in casu nostro, quia lex eiusdem,§.legis,est correcta per aucten. Bona damnatorum, ergo ad tale ius antiquum non est recurrendum.

8 † Non obstant hanc partem tenendo adducta in contrarium,nam ad primum respondetur posito,quòd, illa verba de iure communi eam caperent intelligentiã, tamen in statuto nostro lata fienda est interpretatio, ut minus corrigatur ius cõmune quàm sit possibile ; ut supra dixi: minus autem corrigitur si tantum de bonis ciuis occidentis publicetur quantum habebat occisus, quam si vniuersa bona publicarentur. Ad secundum respondetur quòd immò per testes hæc frequentia exercẽdi opera rusticalia probata est. Ad tertium responderur esto, quòd ars muratoris in hoc occiso frequentior esset,non debet tamen iudicari tanquã potentior;sed qualitas rusticitatis in casu no

9 stro debet iudicari potentior; †& attendi duplici ratione; prima, quia illa dicitur potentior qualitas, quæ est benignior, l. si pupillus,ff.ad l.Fal.Aret.& Alciat. in d. l.ii.Moder.in d.l.imperium,ver.vii.limitat. sed benignior est qualitas rustici,quia minuit publicationẽ bonorum in parte: ergo,&c.Secundò,quia qualitas dicitur potentior, quando concordat cum iure communi: minus verò potens, quando discordat; ita Bald. in l.si quis decurio, C.de fals. Ancharan.in capi.i.de constitu.Areti.& Alcia.in d.l.ii. Vnde Gaspar Valla.in d.l.imperium,num.10.dicit quòd mixtum denominatur ab ea qualitate, q̃ magis consonat iuri communi; sed qualitas rustici concordat cum iure communi, quo bona non publicantur;qualitas verò muratoris operatur contrarium ergo prima debet attendi, & ab ea debet occisus denominari,& per con-

10 sequens hoc statuto comprehendi.†Secũdò, & aliter respondetur, quòd iura. & Barto.in d.§.si vnus, cum similibus,procedunt in exercentibus duplicem artem; secus in exercentibus vnam artem, in quibus concurrat alia qualitas, quæ non sit ars; tunc enim non inspicitur illa maor frequentia ; ita Barto. per illum text. in d.l.seruis vrbanis,§. fi.quod est in casu nostro, nam esse rusticum nõ est ars,ut per Corne.consi.cccxviii.coll.iii.uolu.primo. Tertiò dato, quòd rusticitas esset ars, & quòd alias ars frequentior deberet attẽdi,& quòd statutum deberet interpretari

11 secundum ius commune, † tamen dico, quòd in casu nostro cum faciendo interpretationem dicti statuti secũdum ius cõmune, magis deuiamus à iure communi; quia ueniunt bona publicanda in totum, si iudicamus, hunc occisum, tanquam muratorem. Certè tale statutum non debet interpretari à iure communi, sed capi ut iacet; quia sic minus derogabit iuri communi, & latè rusticus capi debet,posito quòd sit etiam murator;ita Abbas per illum tex. in cap.cum dilectus,nu. 6.de consue.Dec.in c.causam quæ,col. fi. de rescri.consi.cclxviii.col.ii.in fi.

12 † Ad quartum respondetur, quòd illud procedit si non extet qualitas, quæ concordet cum iure communi; tunc enim dignior potius attenditur quàm potentior; sed vbi adest qualitas; conueniens iuri communi, tunc illa præualet; ita in effectu declarat Deci. in d.l.imperium, & Gaspar Valla.nume. 10.vbi postquam dixit, quòd qualitas dignior magis attenditur quàm potentior, facit posteà aliam conclusionem, quòd qualitas, quæ conuenit iuri communi, semper attenditur;

sed

Sed ista rusticitas conuenit magis iuri cōmuni; quia bona minus publicantur, sicut non publicantur de iure communi.

13 Ergo debet attendi, † Et ita cōcludo hūc occisum velut rusticum iudicandum esse, sicque occisorem pœna huius statuti plectendum esse; quæ est in publicatione tot bonorum suorum, quod erant illa occisi, sicque consulo, Et iudicatum hoc modo fuit.

Hippolytus Riminaldus.

CONS. D. IO. BAPT. PLOTI IVRISCONS. PATR. CIVIT. NOVARIAE.

Quo dantur quinquaginta limitationes ad Decretum Mediolani, prohibens sub pœna alienari non subdito.

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis pœnalis Dominij Mediolanensis prohibentis bona alienari non subdito uerba formalia.*
2 *Personæ appellatione nō uenit communitas, nec ecclesia, nec hospitale neque locus.*
3 *Legare personæ aliud est, & aliud loco.*
4 *Ecclesia aliud est, aliud persona in ecclesia.*
5 *Argumentum à correlatiuis ualet etiam in pœnalibus, est communis.*
Prohibita uēditione sub pœna ne fiat per collegium personæ non subditæ, uidetur etiam prohibitum aliud collegium non suditum emere.
6 *Constitutio & statutum pœnale loquens in personam requirit dolum, nec sufficit lata culpa; & infra, nu. 106.*
7 *Verbum, non audeat, quid denotet.*
8 *Constitutio pœnalis Mediolani Dominij, ubi fit alienatio in non subditum puniens non solum contrahentes, sed etiam notarios, intelligitur ubi sit dolus malus, adeò quòd lata culpa non sufficit, & infra, nu. 106.*
9 *Ignorare leges non est dolus.*
10 *Vniuersitates & particulares non subditi contrahentes, quando excusentur ob ignorantiam statuti, & infra, nu. 79.*
11 *Ecclesia, & personæ ecclesiasticæ etiam non subditæ, impunè possunt acquirere, & est cōis.*
12 *Statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam non valent.*
13 *Ecclesia & personæ ecclesiasticæ, tam respectu rerum ecclesiæ, quàm patrimonialium impunè alienant non subdito.*
14 *Cardinalis & episcopus non comprehenditur in dispositione pœnali, nisi in specie nominentur.*
15 *Cardinales sunt pars papæ.*
16 *Dispositio generalis non comprehendit quæ sunt speciali nota digna.*
17 *Forensis non soluens onera alienans alteri forensi, non tenetur ad pœnam, & nu. 18.*
18 *Bona semel dispensata ut alienentur forensi, possunt impune semper alienari forensi.*
19 *Res inalienabilis inter certas personas, semel effecta alienabilis perpetuo durat alienabilis.*
20 *Hypotheca quando possit forensi impune constitui.*
21 *Dotis causa quando impunè bona possint alienari forensi.*
22 *Pœna ob alienationem factam forensi, locum non habet ubi contractus esset aliàs nullus.*
23 *Ex actu nullo & frustratio non causatur pœna.*
24 *Pœna ob alienationem in forensem non procedit, ubi alinatio est facta sub conditione, si Princeps consenserit, est com. opi.*
25 *Feudatarius & emphyteuta alienando sub conditione si domino placuerit à caducitate excusantur.*
26 *Pœna locum non habet in contractu conditionali, ubi non venit conditio, uel si uenit non subditus reperitur tunc subditus.*
27 *Paria sunt, nihil fieri, uel fieri sub conditione, quæ non fuit purificata.*
28 *Bānito potest legari & hereditas relinqui sub conditione si habuerit gratiam.*
29 *Pœna an locum habeat ubi non subditus acquirens fit subditus ante traditionem.*
30 *Pœna cessat ubi forensis acquirit uigore statuti uel edicti.*
31 *Pœna cessat ubi relinquitur forensi, cum hoc ut uendat subdito, & ipse pretium habeat.*
32 *Pœna cessat vbi Princeps dispensat, & infra, nu. 43.*
33 *Mulier subdita nupta non subdito impune acquirit.*
Mulier non subdita nupta subdito, impunè acqui-

Filius

75 Filius nō subditus, filijs subditæ ipunè acquirit.
76 Filius uel filia in prohibitione alienationis non cōprehenditur nisi nominatim de eo dicatur.
77 Statutum, quòd non subditus non acquirat, uel quòd nupta extra iurisdictionem non succedat, quando comprehendat filios, uel filias, & infra, nu. 73. & 74.
78 Filius, ac filia debent nominatim, & in specie exhæredari.
79 Forenses acquirentes quādo excusentur ob ignorantiam statuti & supra, nu. 5.
80 Legatum forensi impunè, quando fieri possit.
81 Forensis acquirens, ut vendat subdito impunè acquirit.
82 Pœna constitutionis, & statuti locum non habet nisi prius probetur eius qualitas, & sic quòd acquirens sit forensis.
83 Studij fauore impunè dari possunt annui reditus non subdito.
84 Alimentorum ratione non subdito relinqui pōt.
85 Causa alimentorum est causa pia.
86 Probare an debeat fiscus, uel alius agens ad pœnam, quòd non subditus acquisiuit absque principis dispensatione, & nu. 87. 88. & 90.
87 Contractus licet regulariter sit prohibitus, in dubio tamen præsumitur ualidus.
88 Matrimonium ubi non debet fieri sub pœna ex forma statuti uel testamenti, nisi cum consensu patris, uel agnatorum, si reperitur factum & agatur ad pœnam, agens ad pœnam, negatiuam probare debet aliàs cum consensu factum præsumitur.
89 Fundans se in lege uel statuto, eius qualitatem probare tenetur.
90 Negatiua quomodo probetur.
91 Notarius matriculatus per libri inspectionem probatur.
92 Principis dispensationes, impossibiles, seu difficiles præsumuntur.
93 Alienatione facta forensi non est pœna, ubi est aliqua iusta causa, uel credulitas etiam fatua; & uide exempla, nu. 98.
94 Credulitas etiam fatua excusat à dolo, & à pœna, & nu. 101.
Dictum vnius excusat à dolo, & à pœna, & ab expensis, & calumnia, & nu. 95. cum sequentibus.
Testis vnius dictum à dolo, & à pœna excusat, & nu. 95. cum seq.
95 Scire pro certo quis dicitur, quando ab uno fide digno audiuit.
96 Testes dicentes se scire illud quod ab homine bonæ famæ audiuerunt, de falso puniri non possunt.
97 Statutum puniens accusatorem non procedit, ubi unum testem habuit.
Decretum Mediolani puniens in expensis duplicatis accusatorem non habet locū, ubi habuit unum testem uel semiplenam probationem, nec vbi esset fama, & infra, nu. 100.
98 Forensi impunè alienatur, ubi erat fama, quòd erat dispensatus à principe, uel vbi reputabatur communiter subditus, uel sic fuisset fama, quòd esset subditus, uel ubi esset fama, quòd homines terræ forensis haberet dispensationem Principis acquirendi.
99 Fama excusat à pœna, expensis & calumnia, & supra, nu. 98.
100 Statutum puniens accusatores non probantes, non procedit, quando semiplenè probarunt, & supra, nu. 93. & 98.
102 Forensibus toleratis possidere, & acquirere, pōt impunè alienari, & nu. 106.
103 Statutum puniens receptantem bannitum, non cōprehendit receptantem bannitum toleratum à Principe.
104 Bannitus, à principe toleratus, non potest impunè offendi.
105 Bona fides etiam ex iniustis causis causata excusat.
107 Dolum malum excusat qualibet causa etiam bestialis, & iniusta.
108 Forensis impunè acquirit, ubi est sibi damnosum & utile ciuitati.
109 Forensis ubi habet solam facti possessionem non tenetur ad pœnam.
110 Forensi alienantur mobilia, & se mouentia, & nomina debitorum, & nu. 114.
111 Statutum loquens de immobili, uidetur excludere mobilia.
112 Statutum de immobili loquens, uel hæreditate, uel de immobili, & annuo redditu. intelligitur de hæreditate, quo ad immobilia tantum, & de annuo redditu quo ad immobilia tantum.
113 Determinatio una respiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare.
114 Statuti Brixiæ, & Nouariæ, quod nupta extra territorium non succedat declaratio, & numero 115.

Mulier

117 *Mulier forensis origine efficit de domicilio viri.*
118 *Mulier donec in uiduitate persistit uiri domicilium retinet.*
119 *Mulier non subdita nupta subdito effecta uidua, & postea nupta non subdito, retinet tam per eam acquisita, dum esset subdita in loco mariti subditi.*
120 *Statutum pœnale usu non receptum, allegari non potest.*
121 *Forensi socio subditi, uel simul cum subdito, an possit impune acquiri.*
122 *Contractus illiciti excusantur à consuetudine quo ad pœnam temporalem.*
Consuetudo etiam mala excusat contrahentes & delinquentes homicidas & falsarios à pœnis temporalibus.

CONSILIVM CVIII.

IESV FILII Dei omnipotentis,& eius Sacratissime Virginis Diuinis nominibus inuocatis. Casus super quo Petitur consilium à me Io. Baptista Ploto Doctore vrbis Nouariæ sic se habet. In Mediolani dominio ad sunt nouæ constitutiones Cæsareæ editæ à Diuo Carolo Quinto Imperatore sub rub. de pœnis. §. collegiis, quibus cauetur in hũc modũ. † Collegiis, uniuersitatibus & deniq; omnibus cuius uis status & conditionis sint, interdictum est, per se uel per personas interpositas directè, nec p indirectum uendere, nec alienare, nec ẽt p quancũq; ultimam uoluntatem expressam, aliquã rẽ immobilẽ alicuius territorii huius dominij, mediatè uel immediatè nobis subditi, nec annuum redditum aut eorũ usumfructum; in personã huic dominio non subditam, sub pœna amissionis rei sic uẽditæ, uel alienatæ, uel pretii eiusdem, bonaq; res & pretium ipso iure & facto in fiscum perueniant, Cõtractus & alienationes non ualeant, sintq; nullius momenti. Notarii contra formam præsentis constitutionis instrumenta rogare non audeant sub eadem pœna; quam si soluendo non erunt, punientur in personã arbitrio Principis uel senatus; per hanc tamen sanctionem non prohibetur quin in contractibus faciendis inter subditum & non subitum hypotheca constituti possit. Non prohibetur etiã non subdito, accipere bona debitoris sui in solutum, uel ab eo, uel à iudice, dummodò intra annum subdito uendat; alioqui fisco applicentur; Si contingat contra uel præter hanc constitutionem per Principem uel Senatum dispensari, hæ dispensationes intra decem dies apud Quæstores extraordinarios registrari debent, aliàs nullius sint momenti. Eo amplius sancitum est, quòd non subditi huic dominio alicui subdito ab intestato succedere non Possint.

Et quia fiscus Mediolani ac Nouariæ in dies agit ad pœnam tam contra notarios rogantes instrumenta contra formam dictæ constitutionis, quàm etiam contra non subditos acquirentes bona contra formam prædictæ constitutionis, & pendent super hoc plures processus criminaliter facti, rogatus fui à prædictis, ut in scriptis ponerem causas quibus à prædictis pœnis criminalibus se tueri possint. Et uolens ego Io. Baptista Plotus. I.V.D. Nouariæ, eisdem morem gerere, dico in casibus infrascriptis dictam constitutionem locum non habere, & per consequens prædictas pœnas non procedere cõtra notarios nec contrahentes.

2 Primò † ipsa constitutio, & eius, pœna locum non habet ubi alienatur in ecclesiam, uel hospitale, aut in pium locum, uel in collegium ecclesiasticum, seu seculare; seu monasterium; seu in aliquam uniuersitatem etiam non subditam & secularem; quia illa uerba constitutionis in personam huic dominio non subditam, non comprehendunt pia loca, nec Communitatem, nec vniuersitatem etiã secularem; quia appellatione personæ, nõ uenit Communitas, nec uniuersitas, nec locus. Deci. in l. si familia, col, ii. nu. 2. vers. sed tamen. ff. de iur. om. iudi. tex. & Doct. in auct. Item nulla Cõitas. C. de episco. & cleri. Bal. in rub. C. ad Trebel. Roma. in cons. cxcv. in casu, & cons. cccc. quæritur, sic & statutum Pontisterii, siue Pontestinere Comitatus Burguudiæ, uolens sub pœna non alienari in personam non subditam, nec in personam, quæ non

soluat onera, nec posse ei legti, non compræhendit ecclesiam, nec hospitale, nec loca similia, quæ non ueniunt appellatione personæ; & ita consuluit Bald. consil. cxxxii. casus, quidam uocatus, col. ii. uersi.
3 primò quia, uolu. iii.† Aliud enim est legare personæ, aliud loco, l. annua à Titio, ff. de annui. lega. l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. caus. & not. in c. i. de sepultu. & in clemen. dudum, §. uerum, de sepul. Persona enim dicitur eo, quod per se sonet, & sic est res animata, & persona est animata substantia; locus verò, & Communitas non est res animata, & Communitas non dicitur habere animam; unde propriè loquendo uacante sede nō deest ecclesia, sed persona; sic & mulier dicitur vacans, quæ est sine marito, tamen in se proprium esse habet, l. qui cætu. §. qui uacantem, ff. ad legem, Iul. de ui,
4 † & aliud est ecclesia, aliud persona in ecclesia, c. requisiuisti, de testamen. l. sicut
5 §. fi. ff. quod quisque uni. no.† Et licet credam de iure stante dicta constitutione Dominij Mediolani, prohibente collegiis & uniuersitatibus ne alienent in personā non subditam compræhendi etiam collegia, & uniuersitates, & communitates seculares non subditas, ut eis non possit alianari; non quia ueniant appellatione personæ, sed ratione correlationis; quia ꝓhibitis collegiis, & uniuersitatibus ne alienent, uidentur etiam prohibita collegia & uniuersitates seculares non subditæ ne acquirant; & hoc propter naturam correlatiuorum; quia militat eadem ratio constitutionis fauoris publici, ne bona eant in non subditos. Barto. Ioan. de Platea, & alii Doctor. in l. i. C. de cupres. lib. xi. & hæc est cōmunis opinio, licet de emptore non fiat mentio; quòd prohibito collegio uendente, uel alio uenditore, quòd censetur prohibitum collegiū emens, & alius emptor, licet de eo nō fiat mentio; Do. Nicola. Eueraldus in loco lxxvi. ibi locus à correlatiuis; Abbas Panor. c. quia clerici, de iur. patro. Fabia de Monte, S. Sabini, in tracta. de empt. & uendi. in q. ii. princi. Ias. & Docto. in l. fina. C. de indicta uidu. tollen. Bald. in l. cōuenticula, C. de episcop. & cleric. tex. & Docto. in l. fin. C. de acceptil. & dixi latè in repe. l. si quando, nu. 203. uersicu. & si-
6 cuti, C. unde ui, † tamen adhuc dico quòd licet contractus factus cum uniuersitate non subdita, & loco non subdito, in quā & in quem fiat alienatio non ualeat, stante dicta constitutione ex argumento correlatiuorum, quòd nihilominus notarii rogantes dicta instrumenta, & dictæ uniuersitates excusantur à pœnis prædictis: quia dicta constitutio loquitur per uerbum notarii contra formam præsentis constitutionis instrumenta rogare non
7 audeant. † Et uerbum, audeant, denotat dolum malum, & contemptum, Innocen. & Doctor. in cap. cum medicinalis, de sentent. excommunic. Doctor in l. si quis in tantam furoris audaciam, C. unde ui. Ioann. Bertahi. in repe. in uerb. audeat.
8 † Item dicta constitutio loquitur in personam, dum dicit notarii contra formam præsentis constitutionis instrumenta rogare non audeant, quo casu lex uel statutum loquens in personam ponendo pœnam, intelligitur ubi fit dolo malo, adeò quòd non sufficit lata culpa. Bar. l. i. §. nō autem, col. ii. nu. 2. uersicu. iuxta hoc quæro, & versi. ideò putarem, ff. si quis testa. libe. esse ius fue. Ioan. Pet. de Ferra. in forma lib. pro turba. poss in Gloss. uersi. & in ea nititur, nume. 2. uersi pone quòd statuto. Barto. & Docto. in l. sed & si lege, §. scire, ff. de peti. hære. & in l. cum lex, ff. de fideiusso. & in capi cum contingat, de iure iurand. & dixi in d. l. si quando, numero 331. uersi. & pro prædicta, C. vnde ui. Ergo notarii Dominii Mediolani rogantes instrumenta alienationum factarum per subditos Dominii Mediolani, uniuersitatibus, & communitatibus, & locis nō subditis Dominii Mediolani, excusantur à prædictis pœnis: ex quo dum decretum & constitutio prohibet alienationes in personam non subditam, potuerunt probabiliter credere quòd appellatione personæ non comprehenderetur communitas, & uniuersitas. Deci. in d. l. si familia, numero 2. uersicu. sed tamen, ff. de iurisdi. omniū iudi. & dixi supra latè, Et licet notarii,

tarii ignorauerint dictum argumentum à correlatiuis; excusantur; quia per hoc non dicuntur fuisse in dolo, nec fecisse, nec rogasse in contemptum; cum non sit dolus ignorare argumentum prædictum à correlatiuis, maximè cum super eo di-
9 sputent Doctores; † quia ignorare leges non est dolus. Alciat præceptor meus in tracta. præsumptio. in iii. reg. prin. præsumptio. in præsump. xxxi. nu. 6. uersicu. & an ignorans. Iaco. But. Bart. & Bald. in l. leges sacratissimæ, C. de legi. Doctor. in l. lata culpa, ff. de verbo. signific. & dixi in d. l. si quando, nu. cclvii. uersi & licet, C. unde ui. Hoc tamen vltimum censeo limitandum iuxta per me tradita in l. si quando nume. 258. uersicu. primò quotiescunque
10 ignoratur, &c. cum sequen. † Dictæ autẽ uniuersitates uel communitates non subditæ acquirentes excusantur etiam à prædictis pœnis, ex quo cum sint forenses præsumuntur ignorasse dictas constitutiones, & de eis habere probabilẽ ignorantiam, Cur. seni. consi. xxvii. Magnificus nume. 18. uersi. restat, ibi secundo præmitto, Roma. consil. ccxxviii. pro plena, col. vii. nu. 2. uer primò quià, & consi. ccli. clarissime, nu. 3. uersi. solus. Dec. consil. xix. & pro tenui, col. ii. ibi licet in delictis. Barto. l. cunctos populos, colũ. vii. nu. 21. uersi. secundò quæro, in fi. ibi, aut nòn est ita generaliter, & ibi not. Ias. nu. 67. uersi. secunda principalis, C. de summa Trinit. text. in l. fi. C. de decre. ab ord. facien. & dixi latè in d. l. si quando, nu. 332. uers. hinc infertur, C. unde ui.

11 Secundò † dicta constitutio & eius pœna locum non habet si alienetur in ecclesiam, uel in personam ecclesiasticã, ẽt non subditam, uel in hospitale, uel in locũ piũ, etiam non subditum; quia ecclesia & personæ ecclesiasticæ possunt acquirere non obstante dicta constitutione, & non ob-
12 stante quolibet alio statuto: † ex quo ecclesia, & clerici, & ꝑsonæ ecclesiasticæ eis nõ subiacent, nec eis ligãtur; & essent statuta, & cõstitutiones contra libertatẽ ecclesiasticam, quæ non ualerent, & est cõmunis opinio. text. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, ubi Fely. nume. 88. uersicu. nonò quæro, & ibi Alii Doctor. & in c. quæ in ecclesiarum, de constitution. l. filius familiàs, §. diui, ubi Ripa, nume. 81. & 83. & ibi Alii Docto. ff. de leg. 1. Bal. d consi. cxxxii. casus, uolum. iii. Ioann. Andr. in cap. fin. & ibi Domi. & Alii Docto. de immuni. ecclesiæ. in vi. Bar. d. §. diui, col. iii. uers. secũdum punctum, & ibi Angel. & Imol. per Barto. in l. fi. prope fin. uer. ex hoc concludit, C. de sacrosanct. eccle. & in l. dudum, C. de contrahen. emptio. & in l. fina. C. de exact. lib. x. Abb. Pan. in c. relatum, el. i. nu. 5. de testa. Ange. in consil. xlviii. quidam Franciscus, Abb. Panor. consi. xxvi. quidã officiales, col. ii. Federi. consi. xlv. statuto. D. Ant. in c. tua nuper, per illud text. de decim. D. Abb. in c. à nobis, el i. de sent. exc. & hæc est communis opin vt dicit Fely. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nume. 88. versicu. nonò quæro, de constit. Deci. consil. cxiiii. diuino, & col. pen.

13 Tertiò † dicta constitutio & eius pœna locum non habet ubi clericus Dominii Mediolani uel ecclesia alienaret non subdito, siue decretum, & constitutio loquatur in rem, siue in personam; quia statuta laicorum non ligant clericos ex defectu auctoritatis, & potestatis; non enim datum est ius recuperandi illis, quos obsequendi manet necessitas c. bene quidem, xcvi. dist. c. cum laicis, de reb. eccles. non alie. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. & istud dicit in terminis Ripa lib. i. responso, sub rubri. de legi. & long. consuetu. in ii. respon. c ii. incip. clerici, col. i. in fi. ibi præmissis, & Sozi. consi. lvi. Dominus labia, &c. uiso decreto, uolum i. Et hoc procedit etiam in clerico primæ tonsuræ, & non solum in bonis ecclesiarum, sed etiam in bonis patrimonialibus. Ias. consi. cxxi. Dominus Petrus de Canibus nu. 1. & ii. uol. i. Ripa dicto respon. ii. num. 7. uersic. quintò quòd statuta, cum seq. Alex. in l. cunctos populos, in v. q. Bart. C. de sum. Trini. Ripa in d. §. Diui, numero 83. in fin. & in tracta. de peste in titu. de ꝑser. remed. contra pestem in parte quæ incip. deuenio nunc ad modum, nu. 122. in xiiii. q. dixi in d. l. si quando, numero 189. uersic. è conuerso uenditor. C.

unde vi facit d.c. ecclesia Sanctæ Mariæ, & c. quæ in ecclesiarum, de cōstit. & tot. tit. extra de immuni. eccle. & tot. tit. extra de fo. competen. & illud sacræ scriptu-
14 ræ Nolite tangere Christos meos. † & ista maximà procedunt in clerico Cardinali alienante, quia non censetur comprehensus in d. constitutione nec statuto prohibente alienationem in non subditum; & sic ipse poterit alienare non subdito, Ripa d. respon. ii. nu. 3. uers. secun-
15 do quia. † Sunt enim cardinales pars Papæ, tex. in c. felicis, de pœnis, in vi. & ibi
16 Archid. †. Et quę sunt speciali nota digna nunquàm comprehenduntur in generali dispositione l. item apud, §. hoc edictum, ff. de iniur. & est decisum in c. quia periculosum, de senten. excom. in vi. Et pari ratione etiam non censetur comprehensus Episcopus, Ripa d. ver. secundo, quia tex. d. c. quia pericolosum, & demum dico quòd etiam clericus simplicis tonsuræ, etiam respectu bonorū patrimonialium non censetur comprehensus, siue in rem, siue in personam loquatur constitutio & statutum, etiam quòd dicat cuius uis status. &c. Ripa d. Respon. ii. incip. clerici. in i. lib. de leg. & longa con.

17 Quartò † dicta constitutio & eius pœna locum non habet in forense & non subdito non sustinente onera, alienantem in alium non subditum & forensen, quia tūc cessat ratio constitutionis & statuti & publicæ utilitatis, cui tunc non uidetur derogatum Ripa. d. respon. ii. incip. clerici. nu. 11. uer. sed iis, in i. lib. responso. de legi. & long. consue. statutum enim prohibens forenses emere bona immobilia, existentia interritorio non intelligitur prohibere forensi uendere; quia cessat ratio statuti & constitutionis, ita inquit Bar. in l. multum, ff. de ver. oblig. si tamen forensis & non subditus habuisset bona in solutum à subdito uel iudice tenetur infra annum subdito vendere ad formam dictæ constitutionis, quæ est seruanda l. cunctos populos, Et ibi Doctor. C. de sum. Trinita.

18 Quintò † dicta constitutio & eius pœna locum non habet in bonis immobilibus; ad quæ acquirenda fuisset habilitatus & dispensatus forensis & non subditus; quia respectu dictorum bonorum omnes personæ eiusdem generis, & sic omnes forenses, & non subditi, ad illa acquirenda habilitati & dispensati censentur. Ripa d. respon. ii. incip. clerici nu. 13 uers. quòd res in alienabilis, in lib. 1. de
19 legib. & longa consuet. † Res enim inalienabilis maximè inter certas personas. si semel effecta sit alienabilis durat perpetuò alienabilis l. pater filium, §. quindecim. ff. de leg. iii. & ibi tex. & not. Bar. Ias l filius familiàs, §. diui, col. vii. ff. de leg. i. D. Bart. Cassene, in consuetu. Burgundiæ in rub. ix. Des mainsmortes, rub. ix. Lhomē de mainmorte nu. 47. uers. septimò limita: faciunt not. per Deci. in cons. lxxxviii. col. pen. & finali.

20 Sextò † dicta constitutio & eius pœna locum non habet, ut ipsamet expressè excipit, ubi tantum constitueretur hypotheca non subdito in bonis, & idem de iure communi; quia per hyppothecam non dicitur res alienari, tot. tit. ff. de pigno. & hyppothe. Ias. l. cum dubitatur, nu. 83. C. de iure emphytheu. Fallit tamen vbi constitueretur hyppotheca, pro tanto quantum valent bona, quia tunc non potest non subdito constitui dicta hyppotheca in bonis; & tunc est locus dictæ constitutioni, & eius pœnæ; cum non sit spes luitionis. l. qui habebat, vbi Bart. & Nicola. de Neapo. per illum tex. ff. de leg. iii. Iacobin. de S. Gerorgi. in tracta. de roidis siue operis num. 60. uers. item subditi, & nu. 61. uers. & Nicolaus. Bart. l. rem lagatam, ff. de adimē. & transf. leg. & in l. legata, §. fin. ff. de supel. leg. Bal. l. voluntas, C. de fideicom. & in l. fi. C. de reb. alie. non alien. & in l. manumissiones, ff. de iusti. & iur. Ias. latè in l. sciendum, §. possessor, num. 4. & 5. ff. qui satisda. cogan. Bar. in l. in quorum. ff. de pignori. Ias. d. l. cum dubitatur, nu. 83.

21 Septimò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubi fieret alienatio in non subditum ex causa dotis; ex quo non prohibet expressè alienationem etiā ex causa dotis, prohibita alienatione

in forensem, uel non subditum, non uidetur prohibita vbi sit ex causa dotis, nisi expressè prohiberetur etiam ex causa do tis. Ripa in d.l.filiusfami.§.Diui,nu.71.ubi alii Moder.& ibi Do.Opizon.nu.93. ff.de leg.i.Ias. l.i.in iii.not. & ibi alii Moder.ff. solu.matr. Afflict.decisio.cxi.ver. fuit dubitatũ,latè sequitur Cur.seni.consil.xxvi. magnificus,nu.8.uer.capio.& nu.11.versi. verum istis, cum seq. vsque ad fin. Anto. de But.consil.xxxv.uisa forma,D.Hiero. Tortus inter consil.Curt.iunior. consil. xxviii. licet, & ita seruatur in dominio Mediolani, & est etiam ita de iure. Cotta Memora.ver.forensis prohibitus. Cassen.in consue. Burgun.in rub.ix. numero, 49.versi.pro complemento fol. 314.si tamẽ statutum ꝓhiberet etiam ex causa do tis alienationem, prout facit statutum Nouariæ; possent non subdito vbi non sint alia bona in subsidium immobilia dari in dotem.Cur.seni. d.consil.xxvii. magnificus,arg.auct.res quæ, C. commu. de legat.

22 Octauò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubi aliàs contractus factus cum non subdito ex alia causa esset nullus; etiam si ex dicto contractu nullo facta fuisset traditio non subdito. Ripa c. ii.incip.clerici,nume.22.vers.& ex actu.in i.lib.responso. sub rub.de leg.& longa cõ

23 suetu.† ex actu enim nullo, & frustratorio non causatur pœna, Barto.in l.vbi pactum.C.de transa.tex. in l.filium.§.si quis contra tabulas, & ibi not. Barto. ff.de lega.præstand.Bald.in l.ea quidem,per illũ text.C.si manc.ita fue.alie.faciunt notatà per me in l.si quando, nume.718.vers.fal sus.C.vnde ui.

24 Nonò † dicta constitutio,& eius pœna locum non habet, ubi alienatur non subdito sub conditione, si Princeps consenserit,& ratificauerit derogando dictæ constitutioni, & non aliter, nec alio modo; tunc enim etiam si non subdito bonorum fuisset facta traditio, non est locus dictæ pœnæ; siue Princeps consentiat, siue non consentiat, dummodo bona ipsa non essent difficilis recuperationis, puta castrũ

25 munitum fossa & aggeribus. † Nam & emphyteuta,& feudatarius alienans modo,& conditione prædictis rem emphyteuticam,uel feudalem, etiam si sequeretur traditio excusatur ab omni pœna caducitatis, ubi res non est difficilis recuperationis, & est communis opin. ita inquit Curti.seni.consi.viii. viso Ripa.c.cũ M.Ferrariensis,nu.80. versi.tertiò ex ista, de constitu.Bald.in c.Cumana.ver.& prædicta.extra de electio.& in c.i.§.hoc quoque,vers.sed pone,in titu.de success. feu. Abb.Panor.c.fi. versi.hic quæro, extra de feu.& quòd ubi non subdito fit alienatio sub prædicta conditione, quòd non sit locus pœnæ tenet Ripa d.c.ii.nu.23.ver.nec statutum.

26 Decimò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet vbi fieret alienatio non subdito sub conditione; puta si fieret sub ditus, uel sub alia quauis conditione; nã si interim pendente conditione fiat subditus non est locus alicui pœnæ Ripa. d.c. ii.incip.clerici,nume.24.vers. nec statutũ, l.cætera,in prin.& ibi D.Ias.in vii.not. ff. de leg.1.& facit tex.in l.si rem meam,ff.de verb.obliga.

27 † Paria enim sunt nihil fieri, vel fieri subconditione, quæ non fuit purificata l. pecuniã,ff.si cer. peta.vnde si alieno foren si si Gaudentius,uel Titius ratificabit. eo non ratificante non est locus dictæ pœnæ Ripa d c.ii.numero.23.uersi.cum paria.

28 † Nam,& bannito potest legari, & hæreditas relinqui sub conditione si habuerit gratiam. Cæpol.cautel.lxxv. Cotta memora.uersi.testamentum in quo.

29 Vndecimò † dicta constitutio,& eius pœna locum non habet ubi non subditus, & forẽsis,qui acquisiuit efficiatur ante traditionem ciuis,& subditus, nam etiã in præiudicium communis,& fisci cui bona deberent confiscari conualidabitur contractus per l.1.in fi.ff.de bonor.pos. ex testa. mil.Ripa in d.c.ii.incip.clerici,nu. 25.ver. sed fortius.per text.in l.siue patronus, ff. de iure patro. Restitutus enim recuperat bona etiam tertio acquisita ex solo banno,& delicto; secus si ex contractu principis l.Gallus,§ & quid si tãtum, ubi Cy. Ang.Alex.Aret.& Doct.ff.de lib.& posth.

Abb.

Abb.consi.cxcii.in quæstione hæredum. Sed hoc non habet locum in Dominio Mediolani ex quo ipso iure, & facto publicantur bona uendita non subdito Tiraquel.in tracta.de retractu.in Glo.ii.nu.50. uersi.& hæc Bar.in l.multum, & ibi Mod ff.de uerb.obliga.

30 Duodecimò † dicta constitutio,& eius pœna locum non habet, ubi alia constitutio daret præmium bonorum immobilium alicui, puta delatori bonorum spectantium ad fiscum, vel uellet maritum ob adulterium vxoris lucrari bona, ubi mulier commisit adulterium in loco constitutionis vel statuti prohibentis bona alienari in forensem, nam tunc forensis non censetur prohibitus;& ita in casu statuti Taruisii consuluit Ale.in consi.cxxiii. incip.scripsit.col.iii.nu.22.ver. & ponit ēt. uolu.iiii.Pet.de Anchar.in cap.statutum, §.cum autem,de rescrip.in vi.quia species derogat generi.l.sanctio legum, ff.de pœnis. Sed tu considera quòd forensis non potest gaudere beneficio dicti statuti Paulus de Cast. in l.oēs populi,in fi.ff.de iusti.& iure, credo tamen forensem, & notarium excusari à pœnis, etiam quòd forensis non posset habere eo in casu dicta bona. ex quo ex auctoritate Alexan. & Ancha. videntur habuisse iustam caussam credendi se non teneri ad pœnam,& se posse facere ipsum contractum per l.i. §.fi.& ibi Glo.ff.de abige.& per l. igitur, §.fi.de liber.cau.

31 Tertiodecimò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet,ubi non subditis, uel forensibus non relinquuntur, nec alienantur, nec denotantur eis simpliciter bona; sed eis relinquuntur, uel donantur,aut alienantur, & ipsi non subditi, & forenses habeant pretium. Nam, & fratribus minoribus non potest relinqui aliquid de immobilibus,& tamen eis possunt relinqui,ut ea uendant,& habeāt pretium. Decius in consi. ccccclxix.in casu,col.ii nu.4.Bald.l.cum quæstio, in fine versi.& scias,C.de legat.Glo.in c.i. uersi. domum, de relig.domi. in vi. Facit quòd voluit Alber.de Rosa.in ii. par. stat.quæstio.ii.& Bar.in l.filiusfamilias, §.diui, de leg.i.Barb.consil.xliii.præclarè,nu.24.versicu.& ideò dicitur,uolu.i.Cassen.in consue.Burgun.in rubri. ix.nume.27.fol.313. Fallit vbi statutum prout est statutū Ferrariæ nollet forensi acquiri etiam æstimationem, quia tunc tale statutum debet seruari, Barba.d.consil. xliii.versicul. & ideò dicit.

32 Quartodecimò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, ubi non subditus fuisset factus ciuis, uel vicinus, aut terrerius à communi loci, & istud à Principe confirmatum fuisset Bal. consil.cccx. ad euidentiam,col.i.nume. 2.versi.sed hic occurrit,uol.iii.per l.sed si accepto.ff.de iure fisci.

33 Quinto decimò† dicta constitutio, & eius pœna locum non habet in muliere subdita; puta Mediolanensi nupta non subdito; puta Florentino, aut Bononiēsi vel Vercellensi, quia dicitur etiam subdita & Mediolanēsis Bal.cōsil.cccx.ad euidentiam,col.fi.nume.7.ver.item dicitur, quòd domina Agnes,col.iii.Cur.seni.cōsil.xxvii.magnificus, nu.25. cum seq.Barto.l.Imperatores,§. item rescripserunt, nu.5.ff.ad municip.Paul.de Castr. consil. cccxl.uidetur quòd dcta sententia, col.fi. Bal.cōs.ccxxvi.in Christi.uol.v.quia quo ad bona mulier retinet propriam originem,l.i.C.de mulier.& in quo loco.

34 Sexto decimò † dicta constitutio,& dicta pœna locum non habet,vbi fauor publicus suaderet fieri contrarium, & ideò præposito edicto, quòd quicunque cœperit tale castrum occupatum ab inimicis, uel bannitum,habeat tale præmiū, etiam nō subditus habebit ipsum præmiū, quia fauore publico inhabilis censetur habilis Bal.in l.si quis in graui,§.hii quoque, per illum text.ff.ad Sylla.Barb.consi.xx.illud nume.27.uer.unde dixit,uol.ii. Salyce. in

35 l.ii.C.de noxa.† In quacunque enim dispositione semper intelligitur excepta publica vtilitas l.iubemus, C.de sacrosanct. eccle.& l.iubemus,C.de nauib.non excusa. lib.xi.& l.nullus, C.de cur.pub.lib.xii. l.si uenditor,§. constat,ff.commu.prædio. c.non minus,de immun.eccle.l.in prouinciali,§.fin.cum l.sequen.ff.de ope.no. nūc.

Barba.

Barba.d.cōsil.xx.numero,27.

36 Decimo septimò † dicta constitutio, & eius pœna locū nō habet si alienetur. uel relinquatur nō subdito ualde disciplinato, uel excellentissimo; quia propter hominis excellentiam receditur ab omni iure, & ab omnibus statutis, & decretis, ac constitutionibus, l.sed, & reprobari, ibi, ualde disciplinatos. & ibi not.Bald.per illum text.ff.de excusatio.tutor.Ias.in l.iubemus,col.iii.nu.5.uersi.decimò facit,C. de iudi.Roma.Alex.& alii in l.cum quid, ff.si cer.pe.Cotta Memora. incip. statuto cauetur in multis ciuitatibus.

37 † Sic, & Bononiæ, licet extet statutum, ꝙ nullus forensis possit legere de mane, tamen dictum statutum non habuit locum in Ioanne de Imola, quia fuit eminentis sciētiæ, quia legit Bononiæ de mane Gomesi.in §.fuerat,nu.11.in fi.versi.uel quòd hoc factum fuerit. Institu.de action.Barba.in c.cum vigesimum,col.vii.de off.delega.& in procœ.cle.in ix.& x.fol. & in tracta.de præstan.Car.i.q.i.par.col.xv. facit, l.ad bestias,ff.de pœn. & l.i.C. ubi sena.

38 uel clarissi.† Sic, & statutum collegii nostri dominorum iudicum, & iurisperitorum ciuitatis Nouariæ, ac etiam statutū collegii artium, & medicinæ doctorum ciuitatis Nouariæ factum sub magnifico, & excellentissimo artium, & medicinæ Doctore Domino Nicolao de Plotis fratre Magnifici. Domini Benedicti de Plotis abaui mei prothomedico Ducis Mediolani tunc priore dicti collegii anno Christi M cccc lxxxi & statuta aliarum ciuitatum quibus cauetur, ꝙ nemo admittatur ad dictum collegiū nisi sit oriundus, & de antiqua, & nobili parentela urbis Nouariæ, prout est familia Tornelliorum. Catiorum. Brusatorum, Plotorum, qui vulgari lingua Piotti dicūtur, Cattaneorum, Nibiorum, Aduocatorū, qui Aduogadri lingua vernacula appellātur, & similium; non habet locum in ualde disciplinato, vel excellenti, qui non obstante dicto statuto debet admitti etiā si non habeat qualitates statuti, Cotta memor a.uersi.statuto cauetur in multis ciuitatibus in fine.Fely.c.i,col.xviii.uersi. fallit septimò, de constit. & in rub.de maioritate, & obedien.col.ii.uersi.scholaris, & in c.clerici; col.pen.de iudi.Alex. l.quid ergo, §.pœna grauior, in addit.ff.de iis, qui not.infam.Ias.in auct.iubemus, col.ii.& sequen.C.de iudic.Alc.& Roma.l.cum quid col.ii.ff.si cert.peta.facit, c.nisi essent, ubi tex.Gloss.& Docto.extra de præben.& faciunt per me superius notata super versi. xiii.dicta constitutio.

39 Decimo octauò † dicta constitutio, & eius pœna, non habet locum, ubi alienatur non subdito ratione originis, puta Mediolanēsi originario, etiam si habitaret in loco non subdito, puta Romæ, aut Venetiis, & item dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, ubi alienatur habenti domicilium, aut incolatum in loco constitutionis statuti, & bonorum, etiam si non sit originarius, adeò, quod habēs domicilium in dominio Mediolani, licet ex eius origine sit Romanus, Hispanus, Venetus, Ianuensis, Germanus, aut Gallus, poterit acquirere; quia ratione domicilii dicitur subditus, & ciuis, uel uicinus, siue terrerius, & non forensis, Alex. consil. xvi.domini redemptoris, col.ii.in fin.uer. nec ad hæc obstat, & col.iii. in prin. nu. 6. uer.præterea etiam dictum, uol.v. text.in c.statutum, §.cum verò, in uersi.eiusdē ciuitatis, descrip.in vi.& ibi no.D. Gemi.

40 † Vbi infert, ꝙ licet sit statutum Bononiæ, ꝙ nemo possit habere officium, nisi sit ciuis Bononiæ; ꝙ habens domicilium licet aliunde traxerit originē, poterit hr̄e dictum officium; nisi statutum exprimat de qua ciuilitate intelligat, Alex. d.consi. xvi.domini redemptoris, col.iii.nu. 6.ver. præterea ēt dicitur, uolu.i. Ancha.in c.canonum statuta, in xiiii.q.versi. sed pone, ꝙ aliquis, est factus ciuis, de consti.ubi al-

41 legat Bal.ita uoluisse, † Subditus enim etiam propriè loquendo dicitur, qui ratione solius domicilii est subditus cle.i.§.eisdem etiā episcopis, ubi Glo.uer.subditos, de foro competen.& ibi Docto.no.l.i, ubi Cacialupus, numero, 116.& Ias.nu.12. C.

42 de sum.Trini. † Ciuilitas tamen contracta ratione domicilii, seu incolatus facti ꝑ patrem non transit ad filios, nec descendentes

dentes, nisi perseuerent in dicto eodem domicilio, & incolatu. Alex.d.consi.xvi. domini redemptoris,nu.8.ver.talis, uolu. v.l.assumptio,§.i.& l.libertus,§. patris,ff. ad municipal. Ciuilitas etiam contracta ratione originis, licet transeat ad filios non tamen transit ad eius nepotes, qui non perseuerant in eodem originis pater næ loco. Alex.d.consi. xvi. redemptoris, nu.5.versi.tamen illa ciuilitas originis. vo lu.v.& de materia per Sozi.iun. consilio, vii.uol.ii.

43 Decimononò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubi. Princeps con firmasset contractum factum non subdito, non ualet tamen talis confirmatio nisi in precibus statuta,& decreta,& ipsa cõstitutio, & omnes qualitates nullitatis exprimantur, & talis confirmatio dicitur contra bonum publicum, Barba. cõsil.xliii.præclarè,nu.31.ver. & si quispiam dixerit,quòd posito, &c. cum sequen.& nume.34.uersi.& est etiam aduertendum, uolu.i.Bal.l.eam quam,col.xii.C.de fidei com.& ubi esset quæsitum ius tertio talis confirmatio non ualeret,latè Barba.d.cõsil.xliii.nu.35.uersi.prætereà faciat. in uolumine primo.

44 Vigesimò † dicta conctitutio, & eius pœna non procedit ubi forensis, & non subditus haberet in dominio beneficium uel prælaturam,quia efficitur per illud, uel illam ciuis, & commitatiuus,capi.nullus de tempo.ordin.in vi. Ange.consi.xxiiii. nulla persona,in fi.ergo. dato casu, & nõ concesso, ꝙ persona forensis, & non subdita ecclesiastica. puta Romanus, non posset acquirere, tamen tunc poterit acquirere,quia per illud beneficium aut prælaturam dicitur ciuis. Ang.d.consil.xxiiii.nulla.

45 Vigesimo primò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, ut ipsa dicit, ubi per subditum, uel iudicem dantur bona in solutum nõ subdito, quia tunc supra plus pretium bonorum,potest donari, uel uendi non subdito, cum hoc ꝙ in

46 fra annum uendat subdito, quia talis casus dicitur casus mixtus, qui non comprehenditur sub simplici prohibitione uẽditionis, uel donationis Alberi. de Rosa. in ii.par.statu.q.clxxviii.Io.And.in addi. Specul.in rub.de rerum permuta.Ioan.de Imo.in l.si fundum,in prin.ff.ad l. Falcid. Roma.in l.si sibi,in princ.ff.si cer.pet.Ioã. de Imo.& Alex. in l.si dignum,ff.ad l.Fal. D.Andreas Alcia.præceptor meus,in l.ii. in princ.nu.12.& ibi Moder.ff.de uerb.obliga.Barba. in rub. de reb. eccle.non alienan. Mod. in l.filiusfamil.§.diui.ubi Ioã. Crot.nu.82.ff.de leg.i.D.Hipp.Riminal. insti.de dona.in prin.nu.596.in uer.quartò mouetur,& nu.606.uer.ad quartum,&

47 nu 607.uer.preterea. cum seq. † Vbi per hoc inferunt Doctores prædicti, ꝙ ubi statutum solum prohibet alienari forensi, inter uiuos, ꝙ si hæres ex præcepto testatoris forensi vendat, quòd excusatur, & ualet uenditio,nõ obstante dicto statuto; quia quãuis concurrat causa uenditionis, quæ est prohibita per statutum, tamẽ cõcurrit etiam cã ultimæ uolũtatis, quæ est permissa; ideò sufficit alteram ex dictis causis subesse, §.affinitatis, insti. de nup. & ita dicunt Docto.superius relati, maximè,quia casus mixtus non comprehenditur sub simplici. Doct.d.l.ii.ff.de ver. obli.

48 Vigesimo secundò † dicta constitutio, & eius pœna locum non haberet, ubi quis uenderet forensi, & non subdito ex causa magnæ necessitatis Do. Hippo. Riminal.insti.quibus.alie.lic.uel nõ.nu.166.cũ seq.& nu.16.& nu.157.Moder.in l.filiusfa

49 mil.§.diui,de leg.i.† Nam solet uulgò dici,necessitas non habet legem. Alber. de Rosa.in ii.par.stat.q.ii.nu.2.Ias.l. cætera, §.sed si parauerit, nu. 12.de leg.i. Mod. d. §.diui.Tu tamen tene, ꝙ etiam ex causa magnæ necessitatis, non potest alienari non subdito, ex quo dicta constitutio ꝓhibet,ne fiat alienatio directè, nec per indirectum non subdito, sicuti statutum dicens, ꝙ forensi non possit alienari quomodo intelligitur uelle, quòd etiam ex causa necessitatis alienatio fieri non possit,arg.tex.in l.quidã in testamento,iũcta Glo.ff.de fideicõ.lib.Barb.in rub. de reb. eccle.non alie.nu.62.D.Ambro. de Opizo.in d.l.filiusfa.§.diui,nu.37.in lxi.limit. ff.de le.i.credo tamẽ notariũ,& ꝑtes excu

sari

sari à pęna ubi alienatio facta fuit ex magna necessitate in non subditum, etiam si non ualeret alienatio ex quo habuerũt iustam causam credēdi eam posse fieri ob necessitatem, cum uulgò dicatur, quòd
50 necessitas non habeat legem. † & quælibet causa, & credulitas etiam fatua excusat à dolo, & à pæna.l.i.§.fi.& ibi Glos. & Doct.ff.de abige.l.igitur.§.i.ff.de lib.cau. & hæc est communis opin.Cur.Iun. consil.xxiiii.sacratissimæ,col.fi.nu.9. uersi. sed dato,cũ seq.in pri.par.iusta enim causa credendi excusat à pœna etiam si plenè non probaretur Alex.in consil. cxv.uiso themate, col.pen.vol.j. Cur.d.uersic. sed dato, & hoc procedit etiam in iis quæ sunt de genere prohibitorum Cur.d.uers. sed dato, Ange in l.plagii. C. de plagiar. Glo.in l.i.in fi.Glo.magnæ,et ibi Ias. ff.si quis ius dicen.non obtemperaue.
51 Vigesimo tertiò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet,ubi à principe donatur vel alienatur forensi, uel non subdito,quia censetur tacitè cum eo Princeps dispensare, ita, quòd etiam insinuatio,uel registratio apud quæstores fieri non debeat de ipsa dispensatione,nec alienatione,& ita in Bernabone Vicecomite uiro illustrissimo Vicario Imperiali, & Mediolani Domino consuluit Bald.cons. cccclvi.recolo,uol.v. facit l. omniũ, & ibi Doct.C.de testa. & l.Sācimus.§.exceptis, & ibi Glo.uersi.propriam maiestatem. C. de donatio. Tiraquel. tracta.de retract. in Gloss.xiii.de retraict.lignagier.§.i.lachepteur, nu. 38.uer.postremo illud, Cardin. Floren. consi.xi. circa statutum.Fely. c.i. col.x.uer. quarta declaratio, de constitu.
52 Vigesimo quartò, † Constitutio pdicta, & eius pœna non trahitur ad præterita, & sic ad contractus factos ante prohibitionē alienationis in non subditum, etiam si constitutio, uel statutum illud diceret. Curt. senio.d.consi. xxvii. magnificus, numero 18. cum sequen.Ang. in cōsil.cxxxv.uisis,nec ad contractum factum post statutum, ante tamen publicationem eius; ut dixi, in l.si quando, numero.858. C.unde ui.Alexand. consil.lxxiii. in causa,uol.iiii.

53 Vigesimo quintò, † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubi forensis & non subditus non acquirit sibi sed alii: quia licet non possit sibi acquirere, tamē potest alii acquirere & promittere: Cur. sen.d.consi. xxvii.magnificus,nume.27.& consi.xxviii. Bar.& Doct.in l.multum interest, ff.de uerb.obliga.
54 Vigesimo sextò, † dicta constitutio, & eius pœna locum nō habet, ubi alienatur forensi, uel nō subdito res, quæ fuit eius maiorum per text.in l.qui officii,ff.de cōtrahen. emp. Fabia.de Monte S. Sabini in trac.emptio.& uenditio. in xxxi. q.i. par. prin.Ias.l.principalibus,uer.quintò limita.ff.si cer.pet. Glo.in l.i.C.quib. ad conduct. præd. fisci, ac non lic. lib.xi. D.Stephan.de Federicis de Brixia in tract. de legum interpreta.in par.ii.uersi. item quæritur. Tiraquel.uir diuini ingenii.in trac. de retract. in Glo.ix.de retraict.lignagier.
55 §.i. nu.164.uer.Et facit † Nam, & statutũ Veronæ prohibens extraneos acquirere non impedit acquisitionem leg. lem, Rapha.Fulg.cōs.cxi.præsumptio,col.fi. † Tu
56 tamen tene dictam constitutionem impedire ēt acquisitionem legalem, & acquisitionem rerum maiorum suorum, ex quo uult. non subditum non posse succedere ex testamento,nec ab intestato, iuxta notata in l.filiusfamilias,§.diui,& ibi Domi Ferdi. Loacius.nu.157.ver.secundò singulariter limitatur, ff.de lega.i. Ias.in l.si ita quis promiserit,§.ea lege, col.fi.uer.limita decisionē.ff.de uer.obl.Bar.in l.uentre, uer.tertius casus,& ibi Ang.ff.de acquirē. hær.& ibi Franc.Are.col.x.uer.circa tertiā
57 † Teneo tamen,ꝙ notarius, & non subditus,& cũ eo contrahens, ꝙ excusentur à prædictis pœnis, ubi res erant maioris non subditi,etiam si acquisitio non ualeret: per d.l.i.§.fi.ubi Glo.fi.ff.de abige. & l.igitur,§.i.ff.de lib.cau. & dixi supra uer. uigesimo secundò,dicta constitutio, in fi
58 Vigesimo nonò, † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubi forensi, uel non subdito nō alienantur,sed locantur bona;quia nō dicũtur alienari ex quo cōductor nō habet dominiũ, nec possessionē,nec dicitur possidere l.malè agitur,

P P C.de

C.de præscript.xxx. uel xl. anno. cum ibi not.per Doct.tex.& Gloss.in l. codicillis, §.instituto,.ff.de leg.ii.& ibi no. Bart. & ita expresse inquit Cassen. in consuetu.
59 Burgun.in rub.ix.nu. 35.fol. 313. † Fallit vbi locatio fit ad longum tempus, id est, ad decennium,quia per locationẽ ad decẽnium transfertur utile dominium, & talis locatio facta non subdito censetur prohibita,& est cõis opinio Barba. rub. de reb. eccle.non alienã.Ioan.Bertachi. in tract. de Gabel.in iii.memb.viii.par.prin.de Gabellis contractuum incip.videndo, nu 6. uer.nec omitto. Alexan. consil. i.uol.iiii. Bal.auct.ei,qui C.de bon.auctori.iud.pos. Card.cle.1.§.fi.de reb.eccle.non alie.& est cõis opinio Barb.in rub de reb. eccle.non
60 alie.nu.31.† Nã,& emphyteuta cum non possit rem vendere irrequisito domino aliàs cadit.sic ẽt eo irrequisito non poterit rem ad longum tempus locare, aliàs cadit in pęnam caducitatis. Alexan.consi. cxix.visis,col.pen.in fin.uol.iii.& Ioan.de Imo.c.potuit,in Glo.iii. & ibi alii Doct. extra loca.Spec.titu.loca.§. nunc aliqua, versi.123.Alex.latè d.consi.cxix. Cassen. in consue.Burgundiæ in rub.ix.nu.35.fol.
61 313.† Et ꝙ prohibita venditione, uel alienatione censeatur etiam prohibita locatio ad longum tempus,& sic ad decenniũ. latè docet Tiraquel.in trac.de retractu in Gl.xiiii. ĩ §.i.de retraict.lignagier. §.i.ou, equipollent à uente. num.81. uersi. & ita quidem ubi allegat multa,& maximè Gl. in l.fi.& ibi Bald & alios, C.de pact. pign. & Glo.in cle.i.uers.locationes,& ibi Car. uer.ulti.de reb.eccle.non alienand. Dyn. Bar.Bal.Imo.& omnes in l.pen.§. institu tuto,contra Glo.ibi,ff. de leg.ii. Bal. in c. i.in prin.col.iiii.uersi.& an nomine,in tit. qui feu.dare pos.& in c.i.§.at si libellario, in fin.titu.quibus mod.feud. amitta.& cõsil.ccclvii reuerendus vol.i.Alexã.latè in l.si filio,§.si vir in quinquennium,col. fi. & ibi alii Doct.ff.sol.ma.& in l.si domus, §.si fundus,col.fi.ff.de leg.i. Barba in rep. rub.de reb.eccle.non alien.col.xxx. uersi. ubi autem fieret,de const. Dec.cõsi. clxii. an, & quando alienatio, col. ii.uersic. sed
62 prædictis. † Fllit in casu, l.fi. C.de præd. lib.x. Et amplia, quòd locatio facta non subdito ad decennium,erit nulla etiam respectu primi, & secundi anni, & aliorum annorum sequentium. Sicuti etiam locatio rerum ecclesiæ facta ultra triennium non ualet, etiam respectu triennii,ex quo facta fuit contra formam iuris, & sic contra extrauagantem Pauli II. Pontificis Maximi in rubric. de rebus eccle. non alienan. Bal.in l.quicunque, C. de bonis quæ liber. Alexan.consi.ccccciii. viso instrumento locationis,uol.ii. Ias.in l. certi condictio,§.quoniam,col.iiii.ff si cer.pet. D.Io.de Arnono cautel.xliii.incip. in sin
63 gularibus. † Fallit ubi locatio fieret in non subditum vltra decennium, cũ clausula,quòd per talem locationem non intelligatur esse translatum dominium utile; tunc enim ualet ipsa locatio; nec est locus pœnæ: Ioan.de Arn. d cautel. xliii. incip. in singularibus,& in sing. lxxii. incip.quia supra.Bal.c.quæ in ecclesiarum, de constitu. Imol.c. audientiam, de rebus eccle.non alie. Fely.d.c. quæ in ecclesiarum,col. xxx.ibi,sexta declaratio, sed uidetur hoc non procedere, ubi alienatio esset ita longa, quod eius finis esset nimis longus, puta ad annos xx. uel xxx. argumen.eorum, quæ dixi superius in uersi.vi.dicta constitutio. Nec ualeret locatio facta non subdito de nouẽnio ad aliud nouennium:sicuti nec ualet locatio rei ecclesiasticæ de triennio ad triennium, ex quo præsumitur factum in fraudem; & eadem ratione teneo non posse non subdito locari bona ultra nouennium etiam cum clausula, quòd non censeatur translatum dominium; quia hæc uidentur facta in fraudem. Cardi.Zabarel.cle.i.§.fin. in pen.q.de reb.eccle.non alienã. Moder. l.manumissiones,ff.de iusti.& iur.Felyn.d. c.quæ in ecclesiarũ,col.xxx.in prin. Ioan. de Arno.sing. lxvi.vulgata est.
64 Trigesimò † dicta constitutio, & pœna locum non habet ubi alienatio facta subdito fuit momentanea, puta, quia non subditus statim alienauit subdito Calca. consi cxxvi. In Christi nomine,col. fi. Fely.cap.cum in præsentia,nu.51.de probat.
65 † sicuti pœna iuris cõis, & priuati carceris

serls non procedit, ubi inclusio fuit momentanea, Hippol. de Marsi.cōsi.cxxxvi. consului,nu.7.uersi.item etiam alia ratio-
66 ne,†quia communiter momentanea non puniuntur, nec sunt in consideratione Gloss.ubi Bald.in c.1.§.quia etiam, in titu.Episcop. uel Abb.Ias.in l. inter stipulantem,§.sacram,col.ix. ff.de uerb. oblig. per tex.in l.si quis ita legauerit, dū uxor, ff.de cond.& demon.& in l.fi.§.fi.C.de bonis quælibet. Bal.in l.1. §. ī nouissimo,C. de cadu.tollen.& in l.si pater.q. viii.C.de insti.& substi.Momentaneum enim dominum nō infringit regulam mēdicantium Bald.in c.cum causa,de re iudic.Hippo.d. consi.cxxxvi.consului,nu.10.uer. & facit.
67 † Sic & statutum disponens, quòd ad talem locum sub pœna non possit conduci vinum, bladum, nec sal: non procedit, ubi conducuntur ad illum locum, ut ad alium locum transferantur,Gloss.Cyn.in l.si quis post hac,C.de ædifi. priua. Ioan. And.in addi.Specu.in ti.de constit. §. i. in addi.incip.Guido de Suza.Bar. & Ang.in l. cætera,§.sed si quis,ff.de leg.i.Anch. & Imo.in c.i.de cleri. non residē. Alexand.
68 consil. lxxxvi.visa, uolumi.iiii. † Sic, & emphyteutā licet redimendo rem alienatam absq; domini consensu non euitet pœnam Doct.l.iii.C.de iure emphy. Hipp.d. consi.cxxxvi.consului,nu.17.vers. confirmatur. tamen ubi emphyteuta alienauit cum pacto ꝙ incontinenti retro sibi uenderetur seu incontinenti deberet sibi restitui euitat pœnam. Hippoly.d.uersi.cōfirmatur Ange.& Roma.l.sequitur, §. itē Labeo, ff.de vsucap.D. Ant.c.potuit, col.
69 i.in fi.locati.† Sic, & prohibitus alienare extra familiam potest alienare cum pacto ꝙ incontinēti debeat restitui familiæ, Angel l.uoluntas,in fi C.de fideicom Hipp. l.fi.nume.144.ff.de iur.om.iudi.facit l.qui sic,ff.de solutio.
70 Trigesimo primò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet in subdito origine paterna, puta Mediolanensi. licet ipse sit Bononiensis,quia talis dicitur subditus, & potest acquirere Bulgar. de Bulgari.in repeti.l.i.nu.26.ff solut. matri. per not.in l.assumptio.ff.ad municipal.
71 Trigesimo secundò † dicta constitutio, & pœna locum non habet in non subdito effecto subdito, uel ciue ex priuilegio Principis, Pau. de Cast.consi.ccccxxiii. ad primum quæsitum respondetur, quòd statutum, col.fina nu.2.uer.circa tertium volu.ii.Faciunt no.per Doct.in l.i.ff.de lega.i.& in l.1.ff.ad municip.
72 Trigesimo tertiò, † dicta constitutio, & pœna non habet locum ubi forēsi, uel nō subdito alienatur res modica; puta tugurium, uel domuncula;aut prædiolum:siue ortus paruus; siue capanna; siue modicus reditus, Rom.consi.cccxxxi. hodie quidam, Hippoly.sing.cclxxvi. parum & nihil æquiparantur, tex.in l. Senatus, §. Marcellus,ubi etiam Angel.& Imol.ff.de leg.i.Ias.l.sciendum,col.iii.nu.10. uersicu. tertiò facit,ff qui satisda.cogant.Bald c.si duo fratres,de duob.fratrib.de nouo benē. inuest Barba.rub.de reb.eccle.non alien.
73 † Sic & statutum uolens denuntiari maleficia, seu vulnera. non comprehendit vulnusculum, nec paruum maleficium; quia illud non debet denuntiari Ias. d.l. sciendum,col.iiii. nu.13.uer. sextò facit,
74 ff.qui satisda.cog.†Sic & statutum imponens pœnam comburenti domum nō habet locum contra comburentem domunculam, Bald.l.i.§.de exercitoria,per illum tex.ff.naut.caup. stabu. Ias.l. Senatus, §. Marcellus,& ibi Ang.ff.ad Trebell. Ias.in c.i.in princ.col.vii.qui feud.dar.pos.Iason in d.l.sciendum.
75 Trigesimo quartò † dicta constitutio & eius pœna, & omnis dispositio, & omnē statutum disponens, quòd non alienetur non subdito; & eidem nihil possit relinqui; & quòd non subditus tam ex testamento, quàm ab intestato succedere non possit; & ꝙ mulier nupta extra dominium, & iurisdictionem non succedat;prout est Nouariæ simile statutum. non habebit locū præmissa contra filiū,uel filiam subditi,seu subditæ,etiam si filius uel filia non essent subditi. Sicuti nec habent locū si relinquātur ecclesiæ, Bal.cons.ccliii. casus talis est,quidam de ciuitate Lucana
76 col.fi.uer.de eo aūt,ꝙ relinquitur, †quia in ꝓhibitione alienatiōis nō cōprehēdit

filius nec filia, nisi nominatim de eo dicatur, l.i. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. Bal.
77 d. col. fi. † Sic, & statutum simpliciter dicẽs prout dicit statutum Nouariæ, ꝙ mulier nupta extra iurisdictionem Principis Nouariæ non succedat ex testamẽto, nec abintestato; non procedit cõtra filiã etiã nuptam extra ipsam iurisdictionem, quæ non uidetur exclusa ab hereditate eius patris, & matris, etiam sibi delata post nuptias ipsas, ex quo de ea in specie non fit
78 mentio in statuto: † cum filius ac filia debeant nominatim seu in specie exhæredari Io. de Imo. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de uerbo. obli. Bertach. in reper. uersi. forensis prohibitus acquirere, ibi, forensis etiam filia, & licet Iacob. de Nigris teneat hoc casu ẽt filium, & filiã comprehẽdi ut ꝑ eũ in l. i. nu. 15. ff. si cer. pet. est tamẽ clarum, ꝙ notarius, & contrahentes, puta matres alienantes filio non subdito nato ex marito non subdito, ꝙ excusantur à dictis pœnis cõstitutionis, l. i. §. fi. & ibi Glo. ff. de abigeis.
79 Trigesimo quintò, † dicta constitutio, & eius pœna locũ non habet contra forensem, & non subditũ; nec contra notarium forensem, & non subditũ: ex quo præsumuntur ignorare statutũ, & constitutionem secus si sciebant, uel erant in crassa ignorantia Calcan. consi. cxxvi. in Christi nomine amen. quantũ, col. fi. nu. 5. uer. sed posito, & nu. 6. uer. & licet, tex. & Gloss. in c. cognoscentes, de constitu. & in c. ut animarum, de constitu. & in l. fi. ff. de decret. ab ordi. facien. & ibi no. Bar. & idem Bar. in l. cunctos populos, nu. 21. & ibi Ias. nu. 27. C. de sum. Trinita. ubi alij Doctor. oẽs per Cur. sen. in terminis, consil. xxvii. magnificus, nume. 18. uersi. secundo præmitto. Roma. in consi. ccxxviii. pro plena. col. vii. nu. 2. uer. primò quia, & consi. ccli. clarissime, nu. 3. uer. solus. Dec. consi. xix. & pro tenui, col. ii. ibi, licet in delictis, & dixi in d. l. si quando, nu. 332. uersi. hinc infertur, C. unde ui. ubi dixi non parci forensi diu uersato in dominio, quia non põt allegare ignorantiam constitutionis.
80 Trigesimo sextò, † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, ubi legatur res immobilis non subdito, cum hoc, ꝙ teneatur uendere subdito, & habeat pretium pro se Glos. c. i. uersic. domum, & ibi Doct. de relig. domi. in vi. Fel. d. c. in præsentia, nu. 51. de probat. & Dec. cõsi. dlix. in casu, nu. 4. Cald. cõsi. xvi. an bona. Bal. l. cum quæstio, C. de lega.
81 Trigesimo septimò † locum non habet dicta constitutio, & pœna. ubi non subditus acquirit ut uendat subdito. & ita uendit, incontinenti uel parum post. Calcan. d. consil. cxxvi. in Christi nomine amen. quantum, facit l. qui sic, ff. de sol. Gloss. d. c. i. ver. domum, & ibi Docto. de relig. domi. in vi. nec habet locum quando dono, uel lego non subdito, ut uendat subdito, & habebat pretium, Cassen. in consuetu. Burgun. in rub. ix. §. x. nu. 27. Bald. l. cum quæstio, C. de lega.
82 Trigesimo octauò † constitutio, & pœna locum non habet, nisi prius probetur qualitas constitutionis, & statuti, puta, ꝙ acquirens sit non subditus, uel sit forensis, Deci. consi. dclxi. in casu, col. i. nu. 4. uersi. est ergo uidendum, Barto. in l. i. §. ait prętor, ff. ne quid in flum. publi. Io. And. in c. 1. de homi. in vi. Corne. consi. viii. uolu. iii. & dixi latè in l. si quando, nu. 335. uer. pro ista, C. unde ui. Facit tex. in l. cum is status §. pœnitentia, ff. de dona. inter uir. & uxo. Eques Albanus consi. viii. nu. 14.
83 Trigesimo nonò † constitutio, & pœna locum non habet, ubi datur annuus redditus uel vsusfructus immobilium non subdito in subsidium studii. Abba. Panor. in consi. lxiii. quædam domina. Fely c. cũ dilecta, col. xxvii. in vi. fallen. de rescript. Feder. de Petruciis de senis consi. xii. fratres. Ioannes de Arnono soliloquio vi. in
84 cip. fratres. † Ratione etiam alimentorũ non subdito impunè potest relinqui. Car
85 di. Zaba. consi. lxvi. in fi. ii. col. 4. Nam causa alimentorum, est causa pia. Bal. consi. l. viso, in ultimo lib. Cotta. memor. in uer. alimentorum.
86 Quadragesimò † dicta constitutio, & pœna locum non habet, nisi fiscus uel alius agens ad pœnam probauerit sine principis licentia, & sine dispensatione principis factã fuisse alienationẽ non subdito

87 dito, † quia in dubio uenditio licet dicatur facta forensi & non subdito. tamen in dubio debet declarari ualida, sicuti donatio inter uirum & uxorem. text. in l. cum is status, §. pœnitentiam, ff. de dona. inter uirum & uxorem, & ita in pulchro casu in simili consuluit Illustris. Iurisconsultus, & eques Do. Ioan. Hieronymus Albanus patritius Bergomi, & Serenissimi Domini Venetiarum Collateralis generalis dignissimus. in consil. viii. incipien. Deo optimo maximo inuocato. doleo quòd
88 causa, nu. 14. uer. postremò etiam. † Sic et stante constitutione Mediolani, ac etiam stante dispositione testatoris, quòd matrimonium sub pœna fieri non possit absque consensu, & licētia patris, & matris; & in eorum defectum duorum agnatorum, uel absq; consensu Titii: si reperitur factum matrimonium præsumitur factum cum consensu; & licentia præmissorum, nisi fiscus uel alius agens ad pœnam probauerit negatiuam, quòd factum fuerit sine præmissorum consensu, ac licentia: D. Aymo. Craue. consi. i. Gulielmeta. nu. 7. uer. uenio ad tertiā. Corn. cōs. ccl. uiso, ī fi. in uol. i. & consi. xi. pro decisione col. pen. uer. item aliàs, & cons. xlii. in hac nu. 11. col. ii. & consi. lxxxix. uiso, col. iiii. ad fin. uer. quod & tertiò, uol. iii. & consil. cxlv. in suprascripto, col. fi. uer. item regula, uolu. iiii. & consil. xlii. uisis, uol. i. text. in l. ab ea parte, ff. de proba.. Grat. consil. xlii. uisis. nu. 15. & 16. uol. i. & dixi latè in l. quando, nu. 354. uers. perpetuò notabis, & nn. 355. uersi pro ista. C. unde ui. & faciunt per me dicta supra uers. trigesimo
89 octauò † Fundans enim se lege uel statuto seu constitutione debet probare eius qualitatem, l. i. §. ait prætor, ubi Bart. ff. ne quid in loco publi. & dixi latè in d. uer.
90 pro ista. † Negatiua autem ipsa quòd nō sit dispensatio, nec licentia Principis probatur eo ipso, quòd non reperiatur registrata apud quæstores, ut requirit dicta constitutio, uel eo ipso, quòd non reperitur originale apud secretarium Principis uel Senatus, uel eo ipso, quòd non reperitur registrata apud ipsum notariū, in instrumento alienationis, ubi consuetudo loci erat registrandi dictam dispensationem, & licentiam Principis in dicto
91 instrumento. † Nam & quòd notarius uel alius non sit matriculatus probatur per inspectionem libri in quo alii describuntur Barto. l. Titiæ textores. in princip. ff. de leg. i. Barto. Ias. Ripa, & Doctor. in l. in illa, ff. de uerb. oblig. Barto. in
92 l. ab ea parte, ff. de probatio. † Sed quia ea quæ dependent ex principis uoluntate, & sic dispensationes præsumuntur de iure impossibiles seu difficiles iuxta not. per Barto. & Doctor. in l. apud Iulianum, §. fina. per illum text. ff. de leg. i. teneo forensem, & notarium teneri probare Principis licentiam, & dispensationem si non plenè saltem semiplenè ad hoc ut possit excusari à dolo, & à pœna. Alexan. consi. xv. uiso themate uol. Cur. Iuni. consi. xxiiii. sacratissime, col. fi. nume. 9. uers. sed dato. Ex possessione tamen decēnii pacificè facta per non subditum præsumitur, quòd habuerit dispensationem, & licentiam à Principe acquirendi. Barbat. consilio xxvi. nu. 12. uol. ii. Ias. l. qui in aliena, nu. 4. ff. de acquiren. hæred. Docto. in l. sciendum, ff. de uerb. oblig.

93 Quadragesimo primò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet ubicunque sub esset aliqua iusta causa, uel credulitas etiam fatua, excusandi notarium & contrahentes, puta simus ex contrahentibus uel alius dixisset notario adesse Principis licentiam, & dispensationem; quòd non subditus possit acquirere, uel si nō subditus uel alius dixisset subdito adesse dictam licentiam, uel si aliquis dixit subdito facta fuit tibi licentia, & dispensatio, quæ etiam fuit registrata. Nam etiam quòd diligenter non inuestigasset de ea, sed simpliciter credidisset, excusatur à dicta pœna. licet contractus non ualeat non constito de dispen
94 satione. † quia credulitas etiam fatua excusat à dolo, & à multa, & à pœna. maximè quando ille uidebatur fide dignus. Gloss. l. Titio fundus. & ibi Bart. ff. de conditio. & demon. l i. & ibi Ias. latè. col. iii. nume. 17. & nu. 18. cum sequen. ff. de eo per quē fact. erit. Bal. l. nō solùm. §. morte

morte, circa colum. xvi. ff. de oper. no. nũcia. Alber. Bald. Roma. & alii in d. l. i. ff. de eo per quem fact. erit. Facit text. in l. i. §. fin. & ibi Glos. ff. de abige. & in l. igitur, §.
95 i. ff. de lib cau. † Nam quis dicitur pro certo scire, quando est certificatus ab uno fide digno, & probo, seu qui uidebatur
96 probus. † adeò quòd testes non possunt puniri de falso qui dixerunt se scire illud quòd ab homine bonæ famæ audiuerũt. Ias. d. l. i. nu. 20. uer. item diligenter nota, ff. de eo per quem fact. erit Ancha. consil. xxiii. uisa inquisitione, col. penulti. Do. Gemi. in c. de capitulis, per illum tex. x. di
97 stinct. Hippoly. singul xlvii. in ore † Sic etiam accusator excusatur à pœna talionis, & à pœna calumniæ, & ab expensis iuris communis, & constitutionum Mediolani sub rub de accusatio, §. si quis quépiam, quibus cauetur, quòd calumniator puniatur in duplicatis expensis, ubi ipse accusator habuit unum testem in eius fauorem, quia tunc non debet condemnari, sed absolui, ex quo non dicitur in dolo, nec in culpa, nec in calumnia. Hippoly. de Marsil. sing. xlvii. incip. in ore, Tho. Grā. cōs. liiii. col. iii. uers. i primis dico. Abba. Panor. in c. fi. col. pe. uers. item fallit, extra de calumniato & ibi Ioan de Ana. colum. iiii. nu. 10. uersi. Bal. uerò, ibi ad excusandum accusatorem à calumnia, & à pœnis, & ab expensis uolunt sufficere unum testem uel aliam semiplenam probationem.

98 Quadragesimo secundò † dicta constitutio, & pœna locum non habet ubi erat fama quòd non subditus esset à Principe dispensatus ut posset acquirere; uel esset fama, quòd non subditus esset subditus; uel ubi communiter reputabatur pro subdito; uel ubi homines alicuius ciuitatis ex fama publica reputantur habere licentiam Principis acquirẽdi, prout sunt ciues Vercellenses, in Nouariensi: qui communi opinione existimantur habere licentiam, & dispensationem acquirendi
99 in ciuitate, & districtu Nouariensi. † Nā talis fama publica licet esset falsa, & erronea excusat notarium, & contrahentes à prædictis pœnis, licet contractus non ualeat. quia fama publica excusat eum qui fuit credulus tex. in l. cum quidam, §. quod
100 dicitur, ff. de acquiren. hære. † Et per istum text. dicit Bart. ibidem quòd si ego accusaui aliquem de maleficio, uel denũciaui iudici de delicto. de quo erat publica fama; quod non possum puniri, pœna, quæ imponitur proponenti falsam accusationem. Et eadem ratione dico ego, quòd accusator qui probauit famam esse, quòd persona per eum accusata, uel denunciata delinquerit. quòd excusatur à pœnis duplicatarum expensarum, quæ ponuntur contra calumniosè accusantes, uel denunciantes; ex forma nouarum constitutionum sub rub. de accusatio. sub. §. si quis quempiam, &c. & hoc per doctrinam Barto. in d. §. quod dicitur, & per text. in l. fi. & ibi not. Bar. & Doctor. ff. de hære. insti. & per not. per Ias. in d. l. i. col. iii. nume. 23. uersi. quintò limita, ff. de eo per quem factum erit, Bar. in l. fi. C. si ser. aut lib. lib. x. & in l. miles, §. miles, ff. de adulteriis.
101 † Credulitas enim etiam fatua excusat à dolo, Ias. d. l. i. nu. 14. ff. de eo. per quem fact. erit. Hoc tamen limitant Bart. & Doctor. in d. l. fi. C. si ser. aut lib. & fama etiam si plenè non probetur excusat. Cur. Iun. consi. xxxiiii. col. ii.
102 Quadragesimo tertiò † dicta cōstitutio, & pœna locum non habet ubicunque illi non subditi, & forenses fuissent tolerati possidere immobilia in loco subdito cōstitutioni, & statuto prohibitiuo, per aliquod tempus à Principe, uel ab aliis; quia tunc alienans dictis non subditis, & notarius rogans instrumenta non tenetur ad pœnam, prout nobiles Vercellenses tolerantur in dies possidere, & acquirere immobilia in opidis Bulgari, ac Villatæ, & Casalis Voloni, quæ sunt opida districtus Nouariæ. Nam pœna statutorum Nouariæ, & pœnæ dictę constitutionis locum non habent contra dictos ciues Vercellenses toleratos, etiam si acquirant de nouo. nec contra notarios rogantes instrumenta, licet ipsa instrumenta tanquàm facta in fauorem non subditorum non ualeant. Et hoc
103 exemplo eius quod dicitur. † quòd statutum

tutum puniens receptantem bannitum, locum non habeat, ubi talis bannitus fuisset toleratus à Principe, uel officialibus habentibus merum, & mixtum imperium,
104 † qui etiam nō potest impunè offendi. Nellus tracta. bannito. Nam & ille communis error tollerantiæ, excusat præmissos omnes l.fina. vbi Doctor. per illum text. ff. de hæredi. insti. & ex ipsa tolerantia, quòd per Vercellenses acquirunt, & per eos acquisita possident pacificè, causatur saltem bona fides, quo ad notarium, & quoad alienantem Vercel-
105 lensi non subdito. † cum bona fides causetur etiam ex iniustis causis, Bald. post Gloss. in l.i.C.ubi cau.status. Alexan.cōsil.cxxvii.colum.iii.uolumi.iiii.Cur. Iun. consil.xxxiiii. sacratissime,col.fina. uersi. sed dato, tex.in l.i.§. fi.& ibi Glo.ff.de abi
106 ge.& in l. igitur,§.i.ff.de lib.cau. † Adeò quòd notarius & subditus contrahens cum non subdito tolerato possidere bona immobilia, non obstante statuto, & nō obstante constitutione, & etiam ipse non subditus toleratus, dicitur carere dolo malo, & sic non potest condemnari ad pœnam aliquam; ex quo constitutio loquitur in personam, dicendo, Collegiis, vniuersitatibus, & denique omnibus cuius uis status, &c. interdictum est, &c. alienare, &c. in personam huic dominio non subditam. Notarii contra formam præsentis constitutionis instrumenta non audeant rogare, &c. quo casu ubi lex, statutum, decretum, aut constitutio loquitur in personam ponendo pœnam, siue pecuniariam, siue corporalē; non habet locum dicta pœna nisi contrafacientes sint in dolo malo. adeò quòd
107 non sufficit lata culpa. † & quælibet causa excusat à dolo malo, etiam si esset causa iniusta, & bestialis, & fatua. Bart. l.i.§.non autem,col.ii nu. 2. versic. iuxta hoc quæro,& ver.ideò putarem,ff.si quis testa.lib esse ius.fue. Io.Petr. de Ferra. in forma libelli pro turba.possessio.in Gloss. uer.& in ea nititur,nu.2.uer. pone quòd statuto; & dixi in d.l.si quando, nu. 331. uer.& pro præd ct i. C. unde ui. & dixi superius uersi. primò ipsa ...

108 Quadragesimo quartò, † dicta constitutio & pœna locum non habet ubi illa acquisitio esset inutilis, & damnosa subdito Barbat.rubri. de rebus ecclef. non alienand.colum.iii.nume.15. versi. secundò limita, per l.si exhæredatus,§. sub cliuo,ff.ad Syllania.& per text.in l. actione, §.item si societatem,ff.pro socio, Et item locum non haberet pœna, nec constitutio vbi acquisitio rei immobilis, facta forensi resultaret ad commodum ciuitatis, Barbat.d.rubri.de reb.eccle.non alienand. colum.iii.uersicu.tertiò limita, per tex. in l. si quis in graui,§. hii quoque.ff.ad Sylla.
109 † Et item cessat pœna ubi non uenditur, nec alienatur res immobilis, nec usus fructus, nec annuus reditus, sed solum transfertur nuda tenuta, uel nuda possessio facti Barbat. rubric.de reb. eccles non alie.col.ii.uersi.& limita. Bal. in l.ii. ff.de iur. omnium iudi.per text. in l.i. §. si uir vxori,ff.de acqui possess. si tamen forensis remaneret in longa possessione facti præsumeretur fraus.l.non dubium, C.de legi.l.oratio,ff.de sponsalibus.
110 Quadragesimo quintò, † dicta constitutio & eius pœna locum non habet respectu bonorum mobilium; & hoc patet: quia expresse prohibet alienari rem immobilem non subdito,& annuum reditū, aut eorum usumfructum; ergo uidetur cō-
111 cedere † ꝙ res mobilis possit alienari non subdito, quia negando īmobilia alienari, uidetur cōcedere, posse mobilia alienari, l.cum prætor, ff de iudi. Cur. Iun.in consil. cv. sacratissimæ, nume. vii. uersicu. quinimmò indubitanter in secunda par.& dum ipsa constitutio prohibet rem immobilem alienari nō subdito, per illud uerbum immobilem, uidetur concedere posse alienari rem mobilē, & ab ipsa prohibitione uidetur excludere rem mobilem.
112 Ita etiam, & pariformiter, dum ipsa cō stitutio interdicit alienari, non subdito rem immobilem, & annuum reditum, aut eorum usumfructum, intelligitur de annuo reditu immobilium, & de vsufructu īmobiliū maximè stāte dicto uerbo eorū; quia quemadmodū ex illo uerbo rē īmobilem excluditur ab ipsa prohibitione res mobilis,

mobilis, ita etiam dum constitutio loquitur de annuo reditu, & usufructu, intelligitur prohibere tãtum quo ad annuum reditum immobilium, & quo ad usumfructum immobilium; non autem quo ad
113 mobilium, † quia una determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare, l.nã hoc iure, ff. de uul. & pupil.sub. & ita inquit Curt.Iun.consil. cv.sacratissimæ, nu.7.uersi. quinimmò in-
114 dubitanter, in ii.par. vbi † uult, ꝙ Statutum Brixiæ uolens, ꝙ mulier nupta extra iurisdictionem communis Brixiæ nõ possit transferre bona immobilia, nec hæreditatem, nec eorum pretium, sed talia bona remaneant penes illos qui primã causam successionis tenent, &c. quòd dictum statutum intelligatur solum de immobilibus, & quòd illud uerbum hæreditatem restringatur quo ad immobilia tantum, & non habeat locum, quo ad mobilia, ob illud verbum præcedens bona immobilia, ut per Cur.Iunio.d.uer.quinimmò indubitanter, ergo respectu bonorum mobilium, & se mouentium, & nominũ debitorum, & nummorum, non subditus poterit impunè contrahere, & cum eo poterit impunè per subditum contrahi, & ẽt non subdito bona mobilia, & se mouentia, & nomina debitorum poterũt per ultimam uoluntatem relinqui per subditum; & in hoc impunè fieri instrumenta per notarios poterunt, ut inquit Cur.iun.d.cõsil.cv.sacratissimæ, nu. 7.uersi. quinimmò, indubitanter, in ii.par.per d.l.nam hoc iure, ff.de uulgar.& l.quamuis, C.de impub. & ali.substi.

115 Quadragesimo sextò, † in omnem casum dicta constitutio, & eius pœna locũ non habet si mater subdita relinquat legitimam filiæ non subditæ, natæ ex marito non subdito, quia respectu dictæ legitimæ tam ex testamento quàm ab intestato ipsa filia succedet matri, & poterunt impunè, tam in ultima uoluntate, quàm ex cõtractu inter uiuos fieri, & rogari instrumẽta per notarios, & per subditos in fauorẽ dictæ filiæ non subditæ, etiam de immobilibus, ex quo ipsa constitutio non loquitur expresse de legitima. nam & statutum Brixiæ, Nouariæ, ac Landæ, quòd mulier nupta extra iurisdictionem non succedat; non procedit contra filiam nuptam extra iurisdictionem, quin possit succedere saltem in legitima eius parentibus, ex quo expresse statuta nõ loquũtur de legitima. Cur. Iun.d.consi.cv.sacratissimæ, nume.8.uersi. postremò, quando. Rapha.de Raymundis Comensis consil. cxxvi. visa copia testamenti, in fi.& cõsil. clxxxviii.spectabilis Oldr.de Ponte Laudens, consi.cvii.

116 Quadragesimo septimò † si sit mulier non subdita, puta Romana, seu Veneta, quæ sit nupta subdito, puta Mediolanẽsi, aut Nouariensi, etiam si sit effecta uidua, dicitur effecta subdita loci mariti, & illi potest impunè, & ualide ex ultima uoluntate, & ex contracta relinqui, & alienari, Sozi.consil.lxxxi.inci.non est dubiũ, uo-
117 lu.3. † Nam mulier licet sit forensis origine, tamen efficitur de domicilio uiri Gloss.est singularis in l.origine, C. de municip.& origi.lib.x.Barto. & Doctor. in l. cum quædam puella, ff.de iurisdi.om. iud.
118 † & donec persistit in uiduitate retinet domicilium uiri l.filii, §.uidua, ff.ad municipal.& ita tenet Bar. in §.idem rescripserunt, ff.ad municip.
119 Et ampla, † quòd si talis mulier non subdita nupta subdito efficiatur uidua, & postea nubat non subdito, ꝙ retinet iam per eam acquisita, dum esset subdita in loco mariti subditi, & dicta constitutio eidem non obstat. Quia qualitas inhabilitatis superueniens, non tollit ius antea quæsitum ipsi mulieri forensi dum esset habilis, & sic nupta subdito, licet postea efficiatur inhabilis, et sic sit nupta secundo loco non subdito, Sozyn. in d.consil. lxxxi. non est dubium, uol.iii.per tex.in l. sciendum, §. fi.ff. qui satisda.cogan.et ibi not. Ang.& in l. eum qui, in fi.& ibi Ang. ff.de publ.iudi.l.ii.§.non solum, in vi. quæstio. ff.de excusa.tuto.Bald. in l. si uiua matre, C.de suis, & legiti.
120 Quadragesimo octauò † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, quotiescunque in loco contractus, & bonorum ipsa constitutio usu non fuisset

sancitum est in capitulis annum, mensem,& diem,& locum loci protestationis exprimi debere; & vbi ex dictis testium, superinde producendorum, de loco & tépore copulatiuè non appareat, dicta testium sint nulla, si verò appareat, ex dictis testium de loco & tempore vt supra, id antequàm processus publicetur, parti aduersæ edi debeat, ut suas probationes exinde facere possit.

2 Dubitatum † fuit an prædicta constitutio habeat locum solùm in causis ciuilibus, an verò etiam in criminalibus; quia testes examinati pro fisco, contra Magnificum D. Gaudentium, de Plotis ciuem Nouariæ. deponunt quòd viderunt dictum D. Gaudentium de Plotis dum vulneraret Gottofredum militem grauioris armaturæ. Sed quòd non recordantur de die, qua viderunt vulnerari dictum militem ab ipso D. Gaudentio Ploto. ad cuius bonorum etiam publicationem, agit fiscus, pro eo, quia dictus Gottifredus asseratur mortuus ex vulneribus contra eum illatis per dictum D. Gaudentium Plotum, & accusatores non exprimunt diem. Et magnifici Aduocati fiscales dicunt prædictam constitutionem solùm procedere in causis ciuilibus, non autem in criminalibus ob illud verbum, in iudiciis producebantur capitula, cum verbũ iudicium, conueniat potius ciuilibus causis, quàm criminalibus, ut patet ex diuersitate rubricarum ff & C. de iudi. & ff. & C. de accusa. & dicta constitutio vt dicũt Magnifici Aduocati fiscales loquitur solùm ubi quis vult probare quem aliquid confessum fuisse, vel habuisse dicere & protestari, ergo non procedit vbi quis vult probare factum alterius, puta homicidium, uulnus illatum, uel contractum factum per aliquem, aut traditionẽ; quia tunc non continetur factum, ex illis verbis quem aliquem confessum fuisse, vel habuisse dicere & protestari. cum facta differant à verbis: ergo testes ipsi probant factum, & sic illationem vulnerum, & homicidium, licèt non recordentur de die.

3 Præmissis † tamen non obstantibus dico ꝙ dicta constitutio debet intelligi generaliter tam in causis ciuilibus quam in criminalibus, siue agatur de probando factum, delictum, aut contractum: siue agatur solùm de probando verba, & sic confessionem, dictum, uel protestationem: & per consequens dico ꝙ testes ipsi non recordantes de die non probant tam inspecto iure communi quam etiam attenta dicta noua constitutione Dominii Mediolani. in d. §. & quia plerunque.

4 Primò † quia de iure communi res est clara, ꝙ licet accusator vel fiscus in causis criminalibus non cogatur exprimere diem in accusatione, sed sufficiat solùm exprimere locum, annum & mensem delicti. l. libellorum, ff. de accusa. l. in causis, C. de accu. vbi tex. & Doct. & licet etiam in causis ciuilibus actor non teneatur exprimere diem contractus, nec diem confessionis, dicti vel protestationis, nec dié rogitus notarii, sed sufficiat exprimere solum annum & mensem absque die. l. i. §. editiones. ff. de edend. ubi text. Glos. & Doctor. tamen ubi reus in criminalibus petit per accusatorem vel fiscum, aut delatorem, siue denuntiatorem, seu inquirentem exprimi diem delicti prætensi, pro quo molestatur; vel diem confessionis, seu protestationis, vel eius dicti. pro quo etiam molestatur dicẽdo velle diem in præmissis exprimi ad sui defensionem, & pro sui defensione, quia uult probare se illa die quę nominabitur se alibi fuisse, puta Venetiis, aut Romæ, uel uult probare testes contra eum deponentes illa die fuisse alibi, puta Bononiæ; uel vult, redarguere de falso indicia, & probationes quæ contra eum allegantur. tunc accusator, denuntians, delator, & inquirens, & testes tenentur exprimere diem præcisum, & locum loci, ad hoc ut possit probari contrarium: nam ubicunque omisio loci vel diei esset damnosa reo, & ei auferret defensionem, tunc debet exprimi locus loci, & dies certus, alioquinon ualet actus contra eum nec probatio, tex. & ibi not. Bar. in l. arbitraria,

§.si quis Ephesi, ubi not. Bar. per illum tex.& ibi Bal. & Ang. ff.de eo quod certo loco, & hoc idem not. Bart.in l.is,qui reus,col.pen.nu.10. versic. sed quæro ibi uidi. ff. de publi. iudi. & in l.libellorum, col .iii. nu. 12.uersi.circa tempus,in fi.ibi eo tamẽ, ff.de accu.Et licet hæc sit magis communis opinio,à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum,

5 † maximè quia in criminalibus est tenenda opinio, quæ tendit ad absoluendum reum. ita dicit Ias.ĩ d.l.arbitraria.§. si quis Ephesi,col.i.nu.1.versi.extra Glo. & col.fi.uer. breuiter teneas,ff. de eo quod certo loco. & idem in ciuilibus in quibus debet exprimi dies,ubi petitur dies exprimi, quia intendit petens exprimi diem redarguere de falso, contra eum allegata uel probata.Doctor. in d. l. i. §. editiones, & ibi Gloss.uersi. die. & Ias.col.i.uers. secundò limita,& col.ii.num.9.uer. in eadem Glo. ibi secundo casu,idem.ff. de eden. l.|si. ubi tex.& Doctor.C.de fide instrum. institu.

6 † Nam & stante statuto, quòd credatur iuramento damnum passi, si reus accusatus petat exprimi diem per damnum passum, quia intendit illum redarguere de falso,& probare ipsum damnum passum, uel accusatorem fuisse alibi, debet exprimi dies per damnum passum,alioqni eius iuramento non creditur Bal. in l.1. in fin. C.de iudici.Ias. d. §.si quis Ephesi, col.fi. uersi.breuiter teneas, dixi in l.si quando, nu.824.uer.xxvi.limita.C.unde vi.& cum hæc sit magis communis opi. non debet ab ea recedi, ut inquit Ias. in d. uer. breuiter teneas, Ergo cum D. Gaudentius Plotus petierit diem exprimi, quia intẽdit redarguere testes de falso, & non exprimatur debet absolui, & non solùm non potest condemnari, immò nec torqueri. ex quo dicta dies non exprimitur Ias.d.uersi.breuiter teneas,

7 † Et pro hoc facit quia testes non sunt sufficientes ad torqueri faciendum aliquẽ, nisi sint omni exceptione maiores. l. i. §. idem Cornelio,|ubi Bar. & Hippoly. ff. de quæstio. dixi in d.l.si quando, nu.879.uer.primum C.unde ui.

8 Secundò † quia dicta costitutio uolens exprimi diem; procedit non solum in ciuilibus,uerum etiam in criminalibus. primò quia loquitur generaliter, ergo debet generaliter intelligi.l.non distinguemus,ff.de arbit. l. i. ff. de lega.præstan.secundo quia siue simus in ciuilibus, siue in criminalibus,militat semper eadem ratio constitutionis, quæ uult diem exprimi ad tollendas falsitates, & ne oriantur falsitates,& ne sit sublata facultas probandi contrarium, ergo debet militare idem ius ex quo militat eadem ratio l.à Titio, ubi Glo. & Ias. ff. de uer. oblig. immò in criminalibus militat maior ratio exprimendi diem, ex quo causa est grauior. Ergo si debet exprimi dies in ciuilibus, debet etiam exprimi, & quidem multo magis in criminalibus auct. multo magis C.de sacrosanct.eccle. Tertiò etiam quia in criminalibus proceditur sicuti in ciuilibus,

9 † & ualet argumentum de ciuilibus ad criminalia, & è contra. tex. ubi Doct.in l.absentem,ff.de pœn. Nico. Eueraldus in loco lxxvii. incip. locus à ciuilibus ad criminalia, Bar.l. quæsitum, ff. ad Turpillian. & iudicium dicitur siue sit ciuile, siue criminale. c.forus, ubi Doct. de verb. signi. Nam sicuti in ciuilibus factum propositum cum qualitatibus debet probari, cum illis qualitatibus alioqui sucumbit ille qui proposuit dictum factum tex. in l. habebat, in prin. & ibi Doct.ff.de instito.ita etiam est in criminalib.tex.in l. denuntiasse, §. quid tamen, & ibi Bar. & Doctor. ff.ad l.Iuli de adul.

10 † & uidemus etiam quòd ualet argumentum à contractibus ad delicta, & è contra.l.omne delictum ,ff. de iudi.auct. qua in prouincia, C. ubi de cri.agi apor. c. fin. de foro compet. Nicola. Euaral. in loco xx. incip. locus à contractibus ad delicta & è contra. ergo sicuti in ciuilibus debet seruari dicta constitutio exprimendo locum, & locum loci. annum, mensem ac diem; ita etiam debet fieri in criminalibus, siue agatur ad probãdum, uel iudicandum delictum, puta homicidium furtum,uerbera,uiolentiã, vulnera illata, aut robariam, siue agatur ad probandum confessionem, dictum, uel protestationem,

let recepta, & sic non fuit in obseruantia moribus utentium approbata, quia lex usu non recepta, & statutum usu non receptum non potest allegari Ias. in terminis in consi.cxii.redemptoris &c. viso. col.iii. versi.item cum tale statutum, vol. iiii.c.i.ubi Gloss. & Doct. de treuga & pa. Bar. l. fi. §. sed cum antiquitas, C. de cur. fur. D. Ant. & Abb. in c. quia circa. de con sangui. & affini. Ias. l. rem non nouam, col. fi. nu. 5. ver. facit optimè. C. de iudi. & dixi in l. si quādo. nu. 321. versi. primò, quotiescunque lex, C. unde vi.

121 Quadragesimo nonò, † dicta constitutio, & eius pœna locum non habet, ubi relinquitur vel alienatur subdito & non subdito; quia in tali relicto, vel acquisitione dicuntur socii. l. ii. ff. commu. diui. Ias. d. consi. cxii. col. iii. versi. item illud statutum Callii, uol. iiii. vnde propter socium subditum, forensis, & non subditus etiam redditur capax dicti relicti, & acquisitionis per tex. in l. si is qui duos, & ibi Bar. in fi. ff. de lib. lega. facit tex in l. si cōmumem, ff. quemadmo. seruit. amittat & in l. i. C. si unus ex pluri apel. & ita in specie inquit Ias. in d. uersi. item illud statutum Callii. Ego tamen teneo non subditum non esse capacem immobilium, nec annui reditus eorum, nec ipsorum ususfructus; ex quo dicta constitutio dicit, quòd non subdito non possit alienari directè, nec per indirectum, ergo nec per socium subditum, c. cum quid una uia, ubi tex. Gloss. & Doctor de reg. iuri. in vi.

122 Quinquagesimò & ultimo, † dicta constitutio & eius pœna locum non habet, ubicunque esset consuetudo, ꝙ non subditi acquirerent, quia si consuetudo etiā mala & iniqua, puta ludendi ad lapides, excusat homicidam à pœna temporali, si ludendo ad lapides homo occidatur, quāto magis si sit consuetudo, ꝙ non subditi acquirant debent non subditi, & subditus simul contrahentes & notarius excusari à prædictis pœnis, Bar. l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, per illum textum, & ibi Alex. & Moder. in apostil. ff. de ædili. edic. Deci. consi. clxx. uiso, col. pen. versi. & dato, & consi. clxxv. in causa, col. vi. versi. tertio hoc idem, Alex. cōsi. lxx. viso, & consi. cxxxii. visa, uol. i. Ias. l. de quibus, col. ii. nu. 9. uersi. confirmo. ff. de legibus. Franciscus Cremensis sing. cxlix. mos. Roma. sing. xix. an consuetu. Gloss & Doctor. in cap. cum venerabilis, de consuetudi. sic, & consuetudo etiam mala excusat notarios à pœna falsi. Ias. d. uersiculo. confirmo. Decius consilio clxxv. in causa col. vii. uersi. tertio hoc idē Ias. d. l. singularia, col. pen. ff. si certū pet. Alex. consil. lxx. viso, & consi. cxxxii. visa, uol. primo, & contractus qui sunt illiciti, tamen communiter, & de consuetudine reputantur liciti, & fiunt tanquam liciti. licet in veritate sint illiciti, nulli, & dolosi, excusant tamen à pœna criminali ordinaria, & extraordinaria huius seculi. Deci. consi. clxx. Viso, col. penultima versic. & dato, & consi. clxxv. in causa, col. vii. uersi. tertio hoc idem. Bart. d. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, ff. de ædil. edic. & dixi latissimè in d. l. si quando, nu. 324. versi. iiii. quotiescunque contractus. C. unde ui. & licet consuetudo plenè non probetur tamen excusat à pœnis. Curti. Inni. d. consi. xxxiiii. sacratissimæ col. fin. nume. 9. versi. & dato. Et hæc sunt; quæ consului in fauorem notariorum, & non subditorum, & cum eis contrahentium ad requisitionem Dominorum notariorum Mediolani, ac Nouariæ. Laus Deo.

Ego Ioannes Baptista de Ploris I.V.D. venerandi Collegii Magnificorum Dominorum Iudicum, & Iurisperitorum Ciuitatis Nouariæ, dico, & consulo, prout suprascriptum est iuris esse.

CONS. D. IO. BAPT. DE PLOTIS IVRISCONS. ET PATRITIS CIVITATIS NOVARIAE.

SVMMARIVM.

1 Constitutionis Dominii Mediolani requirētis diem exprimi uerba formalia.

2 Statutum, & constitutio requirens exprimi diem procedit in causis ciuilibus, & criminalibus, & nu. 3. 4. 5. & 6. cum sequen. usque in fi. consilij.

4 Locus, annus, & mensis delicti est exprimendus.

Dies delicti, contractus, aut confessionis, uel dicti, aut protestationis, quando exprimendus de iure communi in ciuilibus, & criminalib. & nu. 6.

5 Opinio illa est tenenda in criminalibus, quæ tēdit ad absoluendum reum.

6 Statutum ubi uult credi damnum passo; non creditur ubi petitur diem exprimi, & non exprimitur.

7 Testes, ut sint sufficientes ad torqueri faciendum aliquem, omni exceptione maiores esse debent.

8 Indicium ad torturam, aut capturam, an faciant testes, ubi non exprimitur dies, & infra nu. 11. & 13.

9 Argumentum de ciuilibus ad criminalia valet, & è contra.

10 Factum propositum cum qualitatibus sicuti in ciuilibus probari debet cum illis qualitatibus sicuti ita in criminalibus.

12 Nullorum nullus est effectus.

14 Negatiua uniuersalis requirit, quòd omnia negatiuè concurrant.

15 Testes, qui non debent examinari, examinati an faciant indicium.

Testium dicta ex forma statuti nulla, an faciāt indicium.

16 Statutum puniens aliquem in amputatione dextræ manus, si illam non habet, uel habet aridam debet alio modo puniri.

17 Ratio ubi est dicto generalior, attenditur ratio, & nu. 18. in fi. & nu. 20.

18 Statutum, & constitutio requirens exprimi diem, dicitur factum ob publicam utilitatem, & illi non potest renuntiari, & debet extendi.

19 Statutum, & constitutio requirens exprimi diem, ubi quis uult probare dictum, protestationem aut confessionem; procedit etiam, ubi quis uult probare factum, puta maleficium aut contractum; puta depositum seu traditionem.

21 Torqueri non potest, qui est, uel fuit decurio, siue commissarius ciuitatis, nec eius posteritas.

22 Positi in dignitate, vel præeminentia, & eorum liberi usque ad pronepotes torqueri non possunt.

23 Torqueri non potest comes nec posteritas eius.

24 Testes idonei non sunt blasphematores, nec lusores, nec concubinarii.

25 Testes idonei non sunt ubi parte citata non deponunt, & ad confrontationem non veniunt.

26 Clericus etiam simplicis tonsuræ non potest conueniri in ciuilibus nec in criminalibus coram laico, etiam Principe, etiam si non incedat in habitu, & est communis opinio.

27 Clericus simplicis tonsuræ non beneficiatus non tenetur incedere in habitu clericali, & tamen gaudet priuilegio claricali.

CONSILIVM CIX.

IESV Regis regū immortalis, ac sacratissimæ eius Virginis Mariæ Diuino nomine inuocato; Diuus Carolus Quintus Romanorum Imperator Cæsar Augustus in Mediolani Dominio condidit constitutionem sub rub. de probationibus. §. & quia plerunque, tenoris infrascripti, videlicet.

1 † Et quia plerunque in iudiciis producebantur capitula per testes probanda, quibus continebatur quem aliquid confessum fuisse, uel habuisse dicere, & protestari; non expressis loco, & etiam tempore præcisè, & unde, & plurimæ, difficultates oriebantur sublataque erat facultas contrarium probandi. Ideò

san-

agatur de probando factum, puta depositum, traditionē, uerberationē, contractū, testamentum, ultimā uoluntatē, homicidium. dānum datum. aut uulnera illata, &
20 similia. & alia maleficia. † quia ubi ratio est generalior dicto. attenditur semper rō. l. cū pater, §. dulcissimis, ubi tex. Glos. & Docto. ff. de lega. ii. Pau. de Cast. d. cōs. cclxi. uisis & cōsideratis, uol. ii. & hoc maximè procedit quia dicta constitutio tanquam fauorabilis debet extendi, & latè intelligi ut dixi supra in tertio fundamēto.
21 Quintò † quia idem Do. Gaudentius Plotus est nobilis Decurio, & consiliarius ciuitatis Nouariæ ergo non potest torqueri tex. in d. l. decuriones, C. de quæstio. & ibi Deci. Nā de iure non solū decuriones seu consiliarii ciuitatū, ēt stantibus indiciis non debent torqueri nisi sit crimē læsæ maiestatis, Immmò ipsorum decurionū liberi non possunt torqueri. text. in l. Diuo Marco, C. de quæstio. est aūt clarū, ꝙ Cōsiliarii ciuitatū sunt decuriones, seu eorū loco, adeò, ꝙ eorum gaudēt priuilegiis Glo. Bar. & Doc. in rub. C. de decu. li. x. & hoc procedit non solū in eo qui est de præsenti decurio. sed ēt in eo qui fuit decurio, & non est tpe, quo est torquendus, quia non poterit torqueri text. ubi Bal. & Doct. in l. nihil, ff. de decur. Io. Bertachi. reper. uer. decurio. ibi decurio non posset torqueri, in fin. unde cum ipse D. Gaudētius nō solū sit decurio, uerū ēt sit filius Decurionis, hoc est Mag. D. Bernardini Ploti Decurionis Nouariæ, est clarū ꝙ nō pōt torqueri d. l. Diuo Marco, in fi.
22 C. de qō. † Accedat ꝙ positi in dignitate uel præheminentia, & eorū liberi usq, ad pronepotes non possunt torqueri ēt stantibus indiciis text. in d. l. Diuo Marco, C.
23 de qō. † sed ipse D. Gaudentius Plotus habuit eius abauum cui nomen erat D. Francischinus de Plotis, qui erat Comes, & habebat merum, & mixtum imperium in tribus opidis sibi datis in feudum à Principe, ergo dictus Dominus Gaudentius Plotus, non potest torqueri, cum positi in dignitate, & eorum liberi usque ad pro ne potes non possint torqueri tex & Docto. in d. l. Diuo Marco, C. de quæstio.

24 Sextò † etiam dicitur quòd; testes examinati contra dictum Dominum Gaudentium de Plotis sunt Lusores, & blasphematores, ergo non probant nec faciunt indicium. Nam basphematores, non sunt testes omni exceptione maiores, Ripa. l. admonendi, numero, 180. uer. Item in blasphematore, & ibi Docto. ff. de iure iuran. Fely. c. ii. in fi. de exceptionibus, & dixi in l. si quando, nu. 803. uersi. blasphematores, C. unde ui. Et idem in lusoribus. cum ludus sit crimen. Moder. d. l. admonendi. Item est probatum ꝙ dicti testes, sunt concubinarii, ergo nō sunt testes idonei capitu. testimonium, ubi Abb. & Felyn. col. iii. uersi. & ex istis de testi. & dixi in d. l. si quando, num. 802.
25 uersi. Concubinarii. C. unde ui. † Et ulterius testes ipsi deposuerunt, ipso Domin. Gaudentio Ploto non citato, & non se confrontarunt cum dicto Domino Gaudentio Ploto, ergo non probant, nec faciunt indicium ad torturam Barto. l. maritus. col. ii. uersi. quandoq; testis non debet examinari rōne ordinis, ff. de quæst. l. si quis adulterium, ff de adulter. l. si quando, C. de testib. l. fi. ubi Bar. & Docto. ff. de quæstio. facit cle. pastoralis, de re iudic. & l. de uno quoq; , ff. de re iudica.
26 Septimò ēt dicitur † ꝙ dictus Do. Gaud. Plot. est clericus, & licet resignauerit abbatiā; siue cōmēdā eius fratri tamen remanet clericus saltē simplicis tonsuræ, cū caracter clericatus nūquā eximatur ab aliquo, ubi idē fuit semel datus ordo clericatus. adeò ꝙ gaudet priuilegio clericali, ut in ciuilib. & criminalibus nō possit cōuenıri corā Impatore, Rege Senatu præterea, nec quolibet iudice seculari etiam ꝙ nō incedat in habitu, & ēt ꝙ sit clericus primæ tōsuræ tm̄, & ēt ꝙ nō habeat bñficia, & ēt si se immissēret in delictis enormibus. & hæc est cōis opi. nisi fuerit à prælato suo siue episcopo trina admonitione monitus, ut à prædictis desistat, & habitum reassumat Alex. consil. viii. incip. quidam Henricus, & aliàs incip. redēptoris nostri inuocato suffragio, uidetur uolu. i. Dec. cōsi. ccxli. inci. scripsi, & in c. ecclesia scāæ Mariæ, col. ii. n. 6. uer. secūdo pricipaliter

præmitto, de constitu. Sozi. consi. xiii. in cip. insignis Docto. nume. 11. & 12. & 30. volu. iiii. & consil. xii. colũ. v. & vi. vol. primo. Alciatus in rubr. extra de iudi. Alexã. consi. lxi. incip. quia sæpissimè. volum. iiii. Aret. consi. clxiii. incip. sicut, nu. 16. Tho. Gram. voto xxxiii.
27 † Immò clericus simplicis tonsuræ non beneficiatus non tenetur incedere in habitu, & tamẽ gaudet priuilegio fori clericalis Sum. Tabiena fratris Ioan. de Tabia. in uersi. clericus, num. 16. ver. iuxta no. in §. præcedenti quæruntur quædam, &c. arg. c. Io. de cler. coniug. & c. Io. eo. titu. in vi. Glossi. c. fi. l. dist. facit c. i. de bigam. in vi. & per proclama generale, quòd omnes clerici reassumant habitum, aliàs, quòd priuantur priuilegio clerici. non priuatur clericus dicto priuilegio clericali, nisi trina monitione præcedente personaliter moneatur, & citetur Do. Anto. Rubeus præceptor meus, consil. lxxvj. nu. 2. Abb. & Doct. in c. fi. de uita, & honesta. cleri. Hyppol. singu. ccxcv. generalis, & sic concludo, quòd prædictus Domi. Gaudentius Plotus debet absolui, & liberari.

Ego Io. Baptista de Plotis I. V. D. Collegii Magnificorum Dominorum Iudicum & Iurisperitorum Ciuitatis Nouariæ, dico prout supra scriptum est iuris esse, & in fidem præmissorum me subscripsi.

CONS. D. IO. BAPT. PLOTI IVRISCONS. ET PATR. Ciuitat. Nouariæ.

In quo dantur decem limitationes ad statutum criminale, & ciuile requirens exprimi diem.

SVMMARIVM:

1 *Dictum offensi in fauorem inculpati, tollit indicia si qua sunt contra eum.*

2 *Inquisitio quæ fit de Principis consensu, quando requirat, uel non requirat indicia, & solẽnia, & nu. 3.*

4 *Defensiones etiam coram Imperatore tolli non possunt.*

5 *Falsi suspicio est, ubi testis, uel pars dicit non recordari de die, uel alijs, ubi debet uerisimiliter recordari.*

6 *Principis assertioni solæ, quòd aliquis deliquerit non creditur ad condemnandum.*

7 *Statutum prohibens in ciuilibus, & criminalibus per testes probari, ubi dies non exprimitur non procedit, si quinque testes producuntur.*

8 *Statutũ prohibens probari debitum per testes, non procedit ubi producuntur quinque testes.*

9 *Testium numerus supplet, quod in fide deficit.*

10 *Falsi suspicio est ubi testes, & pars lapso decẽnio deponunt de die, sed fallit, ut infra nu. 13. Obliuio præsumitur lapso decennio.*

11 *Dispositio nulla est tam generalis, quæ trahi debeat ad ea de quibus non est uerisimile disponentem cogitasse.*

12 *Statutum, uel lex non censetur obligare ad impossibile.*

14 *Statutum uolens exprimi diẽ per testes, uel prohibens probari per testes non habet locũ, ubi simul cum scriptura producũtur testes, fallit, ut in numero. 16.*

15 *Casus mixtus non comprehenditur sub simplici & nume. 16.*

17 *Testibus probantibus potest iudex ex causa non credere, & non probantibus ex causa credere.*

18 *Statutum uolens exprimi diem non procedit, ubi pars & testes sunt ualde probi.*

19 *Statutũ uolens exprimi diem non procedit, ubi pars cõtraria fuit cõuicta in aliquo mendacio.*

20 *Testes si disponunt de numeratione, & nesciũt quantitatem creditur iuramento partis super quantitate.*

21 *Argumentum de re ad tempus ualet, et è cõtra.*

22 *Statutum requirens expri diem, non habet locũ ubi testes deponunt uerisimilia, uel iuris præsumptionem pro se habent.*

23 *Statutum requirens exprimi diem non habet locum ubi agitur de probando aliquid à iure priuilegiatum secundum quod suff. ciunt leuiores probationes, puta innocentiam rei, testamentum inter liberos, dotem, & numero. 25. 26. & 27.*

24 *Iura limitatoria, et specialia, per legem, aut statutum nunquã sublata uidentur.*

25 *Innocẽtia rei est priuilegiata, ut per testes, aliàs inhabiles probari possit.*

28 *Statutum requirens exprimi diem, intelligitur à parte accusante, adeò, quòd non est necesse illam exprimi per testes.*

Dies

nem, aut contractum in ciuilibus, uel in criminalibus per d.l.absentem, ff. de pœn. cum ualeat argumentum de ciuilibus ad criminalia. & è contra d. l.absentem, & ualeat argumentum de contractibus ad delicta, & è contra. ut dixi superius per d. capitu.fina.de foro competen. d. auctten.
11 qua in prouincia, d.l.omne delictum.† Et cum testes ipsi dicant non recordari diē, & in capitulis, & accusa, & denuntia non specificetur dies asserti delicti, sequitur ut inquit constitutio ipsa, quòd dicta testium sunt nulla. ergo non probant nec faciunt indicium ad capturam, nec torturam, nec ad condemnationem in ciuilibus
12 nec criminalibus.† quia nullorum nullus est effectus. Ludouic. Gomesi, in regula cācellariæ de publicat.resignat.q.xi.per totum in l.iii.§.condemnatum, & ibi Doct.
13 ff.de re iud. † Ipsa enim uniuersalis negatiua constitutionis qua dicitur dicta testium sint nulla, operatur quòd dicta testium deponentium, sine loco, & tempore, & sic sine die, quòd nō faciant plenam, nec semiplenam probationem, nec indicium. Fran.de Acoltis de Aret.in c. causam quæ, col.iiii.& seq. de testib.in consi. clxiiii.sicut Ioannes in Apocalypsi, colū. iiii.per l.nam & postea, §.fina.ver.nihil potest, & in l.sed & si possessori, uer. nihil, ff.
14 de iure iur.† nam vniuersalis negatiua requirit quòd omnia negatiuè concurrant, l.si quis ita stipulatus fuerit decem, ibi, idem in contrarium dare spondes, ff. de uerbo.obliga. Anchar.consil.xxi.pro solutione dubiorum, col.iii.nu.8.ver. secundò pondera. Docto.l.si is qui ducentum, § cū ita, ff.de reb. dub. Debuit enim iudex ex officio examinando testes siue in ciuilibus, siue in criminalibus interrogare de die, pro obseruatione dictæ constitutionis, etiam si pars non petiisset in criminalibus exprimi, & interrogari super die, l.si non defendantur, ff.de pœnis. ubi tex. & Doctor. & idem in ciuilibus ut iudex sciret quanta fides testibus esset adhibenda. & qua uoce deponerent. l.iii.per totū, ff.de testib. ergo cum ordo dictæ constitutionis non sit seruatus in interrogādo, & petendo à testibus de die, et ex dict.s testiū non constet de die. sequitur ꝙ ipsi testes nec probant, nec faciunt indicium ad
15 torturam. † quia ubi testes non debent examinari nisi ordine seruato, & examinantur ordine nō seruato, non faciunt indicium. Barto.l.maritus, colum. ii.uersi. quandoq; testis non debet examinari ratione ordinis, ff.de quæstio.per illū text. & per l.si quis adulterium, ff.de adulter.& l.si quando, in fi.C.de test. Nec obstat dicere, quòd ubi testes examinantur ex officio, uel super querela, aut denuntia, ꝙ non conueniunt illa uerba constitutionis volentia in capitulis exprimi debere locum loci, & diem ex quo tunc non ꝓducuntur capitula, quia respondetur, ꝙ denuntia, querela, & examen testium, & alia quæ fiunt ex officio succedunt loco capitulorum, & libelli, siue accusationis, ergo debet in denuntijs, querelis & examine testium quæ fiunt ex officio, exprimi dies & locus loci, sicuti in capitulis, ex quo præmissa succedunt loco capitulorum, §. fuerat. Institu. de action. ubi dicitur quòd subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, & accedit etiam, quia militat eadē ratio, ne oriātur falsitates, & ut non sit sublata facultas probandi contrarium, ergo debet militare idē ius, ut exprimatur dies, etiam si nō producerentur capitula, sed procederetur per querelam, aut denuntiam, uel ex officio, ad examen testium. l. a Titio, ubi Gloss. & Ias. ff.de uerbo.obli.ubi dicitur, ꝙ ubi militat eadem ratio, debet militare idem ius.ut per Gloss.& Ias.in d. l.à Titio, ff. de verbo.obliga.& ita uerisimiliter expressè dixissent statuentes si fuissent interrogati, ergo hoc habetur pro statuto. l. tale pactum, §. fin. ubi Gloss.& Ias.ff.de
16 pact. † Et facit in simili, quia ubi statutū punit aliquem, puta falsarium in amputationem manus dextræ, si non habet manum dextram, uel habeat illam aridam, iudex ex officio debet permutare in manū sinistram, uel aliud membrum, ne delictum remaneat impunitum. Ergo ubi non sunt capitula iudex ex officio debet interrogare de die, ne fiant falsitates, & ne sit sublata facultas contrarium probandi.

bandi.per tex.in l. nouerint, ubi Cyn. & Bald. & alii. Doctor. C.,si intra cert. tēp. facit d.l.si non defendantur, ff.de pœnis.

17 † Et hoc idem probatur, quia decreti ratio vt expeimatur annus, mensis, locus, & locus loci, & dies ne oriantur falsitates, & ne sit sublata facultas probandi cōtrarium est generalis,& generalior dicto. ergo debet intelligi generaliter etiam in causis in quibus non producuntur capitula quia vbi ratio est generalior dicto,attenditur ratio,& ita in specie in casu simi lis statuti inquit Pau.de Cast.in consi.cclxi.uisis,& consideratis,col.ii.nu.2. uersi. capio nunc aliud,uol.ii.facit l.cum pater, §.dulcissimis,ff.de lega.ii.ubi tex. Glos.& Docto.& ubi est eadem ratio ne sit sublata facultas probandi contrarium, & ne oriantur falsitates, & exprimantur dies, debet militare idem ius. Etiam si non ꝑducantur capitula l.à Titio,ubi Gl.& Ias. ff.de verbo.obligat. & pro hac opinione faciunt hic inferius per me dicenda. in tertio fundamento in fine.

18 Tertiò † quia dicta constitutio uolens exprimi annum, mensem, locum loci. & diē ne oriantur falsitates,& ut non sit sublata facultas probandi contrarium. fuit facta ob publicam vtilitatem; quæ est ut falsitates non remaneant celatæ, & ut nō remaneant impunitæ,& ut non sit sublata defensio, adeò, quòd dictæ constitutioni non posset cum partium consensu, & cum iuramento renuntiari. Bald.consi. cccIxxxii.pro parte cuiusdam nomine Nicolutiæ,colum. fina. numer. 4.uersi. unde cum per statutum, uolumi.iii.l.ius publicum,ubi tex.& Doctor.ff.de pact.et l. ita uulneratus, ff. ad l.Aquil.l.si non defendantur, ff.de pœnis. ergo debet dicta cōstitutio tanquam cōcernēs publicam utilitatem latissimè intelligi, non solùm in ciuilibus,uerum etiam in criminalibus, et mixtis Pau.de Cast.d.consi.cclxi.uisis, et consideratis, uol.ii.l.fi.ubi Doctor. ff. de constitu.princi.tot.tit.C. si contra ius uel utilita. public. vbicunq; enim ratio legis, uel canonis, aut statuti est amplior, uel generalior dicto, seu disposito; tunc ad amplitudinem,et extēsionem rationis extenditur ipsa dispositio l.regula, §.fi. et ibi Barto. et Bald. ff.de iur.et fact. ignor. et in l. ii.§.si mater,ff.ad Tertul.et in l.nomen debitoris,§. fi.ff.de leg.iii.Eueral. in loco, xxxv. uersicu. locus à ratione legis, larga.

19 Quartò † quia dicta constitutio licet dicat annum, mense, locum, et locū loci.et diem debere exprimi. ubi quis uult probare quem aliquid confessum fuisse, uel habuisse dicere, et protestari. tamen hoc procedit etiam ubi quis vult probare nō protestationē, nec confessionem, nec dictum,sed uult probare factum, id est, homicidium vel uulnus illatum,aut uiolentiam factam,uel contractum factum, aut ultimam uoluntatem,uel aliud delictum. uel aliquem dedisse alicui aliquid indepositum; uel aliquid uendidisse,seu tradidisse. primò quia militat semper eadem ratio exprimendi annum, mensem, diem et locum loci, ne oriantur falsitates, et ne sit sublata facultas probandi contrarium;ergo debet militare idem ius.ut præmissa debeant exprimi. etiam si agatur de probando factum. puta homicidium, uel uulnus. aut aliud delictum seu maleficiū quodlibet, uel depositum. contractum alium,aut ultimam uoluntatem.l.à Titio, ubi Glos.et Ias.ff.de uer.obliga. secundò quia idem etiam est de iure communi, ut debeat exprimi dies in præmissis factis, delictis aut contractibus probandis. ut ꝑ Ias.in d.l.arbitrariam,§.si quis Ephesi,ubi dicit ꝙ est com.opin.ff.de eo. ꝙ cer.loco, ergo debet ipsa const.intelligi secundum ius commune,ut procedat ēt si agatur de probando factū,delictū,depositū, maleficium,aut aliū contractū,uel ultimam uoluntatem,l.sed,et posteriores, ubi text.et Doct.ff. de legi.l.sciendū,ubi Glo.in princip.et Doc.ff.qui sat.cogan.l.ii. ubi Doct. per illum tex.C.de noxali. actio. Tertiò, quia rō dictę cōstitutionis,ne oriātur falsitates, et ut non sit sublata facultas probandi cōtrariū.est generalior dicto.in uer. quē aliquid confessum fuisse uel habuisse dicere,et protestari,ergo debet attendi rō generalior dicto.ut annus,mensis, locus, et locus loci,et dies debeat exprimi, ēt si

agatur

Dies de necessitate debet exprimi per accusatorem, sed non per testes.

29 *Dies ubi non exprimitur quomodò probetur contrarium.*

CONSILIVM CX.

IESV Omnipotentis & Sacræ Deiparæ Virginis Mariæ nominibus inuocatis: In causa Comitis Francisci de Plotis † qua
1 agitur ad probandum dictum defuncti vulnerati quòd non fuerit offensus ab ipso Illust. Comite, per quod dictum offensi & eius exculpationem tollūtur omnia indicia si qua sunt contra ipsum Illust. Comitem & est communis opi. ut per Ias. in l.i.col.fi.nu.10.uer.extra Gloss. & ibi Bal. C.com.delega. & fid. per l.Pau. §.i.ff.de bo.lib. Opus est uia iuris tollere seu effugere constitutionem Dominii Mediolani. sub rub. de probationibus, §. & qui plerunque, qua disponitur, quòd vbi quis vult probare quòd aliquis habuit dicere & protestari seu confiteri ꝙ debent exprimere diem, alioqui quòd dicta testium sint nulla, & hoc intelligitur tam in ciuilibus quàm in criminalibus prout aliàs per me fuit consultum. Ex quo testes ipsi dicunt se audiuisse dictam exculpationem factam à defuncto dum viueret sed nescire diem, seu de ea nō re
2 cordari.† Et primò dico quòd cum causa ipsa sit coram Principe agitata quòd non est necesse solēnitas dici, quia coram Papa & Principe non est necesse ponere in accusatione locum nec tempus, nec formam, l.libellorum, ff.de accusa. ergo minus erit seruanda de necessitate coram Principe solennitas d.§.& quia plerunq;. vt per Saly. in l.i.col.iiij.nu.20.versi.secūdo facit. & ante eum ibidem Bal. not.ff. de eden. sic & vbi inquisitio formatur de consensu Principis non est necesse quòd indicia præcedant, iuxta c.qualiter & quādo, extra de accusa. ita dicit Ias. in d.versi. secundo facit. Bal. l.nullus. C.ad l.Iuli. ma
3 iesta. † Sed ego non approbo, quia cum requiratur expressio diei, ne oriantur falsitates, & vt non sit sublata facultas contrarium probandi, & vt possint fieri defensiones, debet etiam si causa esset corā Imperatore aut senatu exprimi dies certus. & locus loci. vbi petitur illum exprimi, ne sit sublata facultas probandi con-
4 trarium. † Cum etiam coram Imperatore non possint tolli defensiones cle. pastoralis. vbi Docto. per illum tex. de re iudi. facit. c.indicas Hermanum, iii.q.ix & faciunt not. per Rom. in sing. DCCVII. incip. an Papa vel Imperator, & faciūt not. per me latissimè in l.si quando. nu.762. versi.
5 & quod plus est dico, C.vnde vi. † Est enim testis suspectus de falso, qui dicit se non recordari de die, vel dicit se non recordari de aliis super quibus interrogatur vbi verisimiliter potest recordari, & idem in parte vel reo se dicente non recordari. Corneus consi.lvi. videtur, col.fi. versi. restat. vol.i. Crauet. consi.ix. accusatur. nu.9. vol.i. dixi in d.l.si quando. num.
6 823.† Et absque indiciis etiam de consensu Principis non potest formari inquisitio, nisi Princeps dicat sibi constare de delicto Deci. consi.clxxv. in causa falsitatis. nu.3. Alex. consi.clxxix. in causa. uol.ii.& ex solius Principis dicto solo etiam tunc non potest sequi condemnatio, etiam si Princeps diceret se uidisse per talem delictum committi. Deci. consil.ccccx. in causa. col.ii. uersi. tertio principaliter, dixi in d.l. si quando, nu.762. uersi.& quod.

Secundò etiam dicitur quòd in isto casu tam ciuili quàm criminali simul intentato non requiritur quòd exprimatur
7 dies,† quia Illust. Comes Franciscus Plotus probat eius intentionem per quinq; testes, maximè nobiles ex familia Catiorum. Torniellorum & Plotorum quo casu per ipsos quinque testes dicitur probare eius intentionem etiam ꝙ dicant se nō recordari, de die non obstante dicta constitutione, requirente nominari debere diem in capitulis & dictis testium, quibus dicunt aliquem dixisse, uel cōfessum
8 fuisse, aut protestasse. † quia vbicunque lex aut statutum seu cōstitutio prohibet aliquid probari per testes. puta debitum, vel mandatum, aut sententiam, uel aliud simile: uel prohibet capitulari, & probari ubi non petitur dies, immò non habet lo-

cum si producantur, quinque testes, quia etiam stante statuto quòd debitum non possit probari per testes, sed debeat probari per instrumentum, hoc locum non habet ubi loco instrumenti producuntur quinq; testes l. testeum, ubi tex. & Doct. C. de testib. Abb. Panor. c. sicut, in fi. ubi Alii Doctor. de proba. Brun. in tracta. statuto. in ver. testes ibi testes quinque
9 † & est regula generalis quòd numerus testium suplet quod deficit in fide. l. iii. uer. numerus. & ibi tex. Glo. Alex. & Doctor. ff. de testibus.

10 Tertiò † quia lapsum est decennium, ergo ad probandum dictum uel factũ iam elapso decennio, non est necesse diem exprimere, cum iura præsumãt obliuionem, ubi est lapsum decennium Bar. l. qui fundum, §. seruus meus, ff. pro emptore Glo. l. i. ubi Bar. & Ang. & Ias. in fi. C. de ser. fugi. Doctor l. peregre, ff. de acqui. poss. Ias. l. ii. § ex contrariorum, num. 52. ff. de uer. oblig. immò tunc testes deponentes de die, tunc præsumuntur suspecti de falso. cum illud quod non est uerisimile habeat imaginem falsitatis, cum non sit uerisimile quòd recordantur de die, ex quo lex præsumit obliuionem ubi sit lapsum decennium. l. peregre. ubi tex. & Doctor. ff. de acqui. possessio. Bar. l. qui fundum, §. seruus ff. pro empto. Bal. l. i. col. iii. C. de confess. vbicunque enim propter antiquitatem uel tempus longum uerisimiliter non potest haberi memoria temporis, & sic diei, tunc non est necesse exprimere
11 diem † quia nulla est dispositio tam generalis, & quæ trahi debeat ad ea de quibus non est uerisimile disponentem cogitasse Ang. consi. ccxlviii. Philippus ciuis. Hippoly. sing. cccxliii. uer. similitudo. Ias. l. si extraneus, col. ii. ff. de condi. cau.
12 da. non se, † nec enim censetur constitutio obligare ad impossibilia. Roma. cons.
13 ccccx. omnipotentis. † Fallit ubi esset dies notabilis, uel famosus, puta dies natiuitatis Domini uel dies mortis Papæ, aut Imperatoris, uel factũ esset notabile. tũc enim testes doponentes de die, lapso iam decennio non prasumuntur suspecti, arg. not. per Ias. in l. si res obligata. num. 37. ff. de leg. i. sed an tunc debeat de necessitate dies exprimi puto pendere ex iudicis arbitrio l. i. ff. de iure del. l. iii. uer. tu magis scire potes ff. de testib.

14 Quartò † etiam quia dicta constitutio prohibet per testes probare dictam confessionem, aut protestationem, uel factum, ubi dies in capitulis & dictis testium non exprimitur. ergo non habet locum in casu isto, etiam quòd testes essent solum duo, & non quinque etiã si ipsi duo testes non recordentur de die, ex quo simul cum dictis duorum testium nescien-
15 tium de die producitur scriptura. † quia iste reperitur casus mixtus testium, & scripturæ, qui non comprenditur in dicta constitutione simpliter loquente de testibus, seu testium probatione, cum casus mixtus non comprehendatur sub simplici. Et ideò ubi statutum prohibet probari debitum per testes, non habet locum si cum testibus producatur scriptura, siue plenam, siue semiplenam, uel aliqualem fidem faceret scriptara, etiam si non faceret plenam, nec semiplenam probationem, quia tunc admittuntur testes, ad probandum debitum, etiam si facerẽt probationem principalem. Ergo etiam in casu dictæ constitutionis, debent admitti testes ad probandum; & faciendum probationem principalem, etiam si non recordentur de die, ex quo cum dictis testium concurrit instrumentum, siue scriptura faciens aliqualem probationem, licet non plenam, nec semiplenam. l. certi conditio. §. quoniam, ubi Deci. col. fi. nu. 8. uer. secunda ratio principalis, & ibi Bal. circa fin. ver. secundo quæro, & Al. & alii Doctor. ff. si cert. pet. tex. & Doc. in §. sed et si quis, in auct. de instru. caute. tex. & ibi Aret. & alii Doctor. in c. series, de testi. Alex. consil lviii. in præsenti causa, in fin. uol. iiii. Bal. in consi. clxxvij uisa petitione, uol. iiii. Alex. consil. xxxvi. uiso processu, uol. v. nam & publicatis attestationibus testium, non possunt testes amplius produci & hoc non habet locũ. ubi cum testibus producitur instrumentum D. Ant. de But. Imo. & Doct. in d. c. se. ries, Fely in c. fraternitatis, col. quin.

versi.

versi.item limita in casu,& ibi alii Doct.
16 de testib. † & prædicta intellige quando instrumentum, uel scriptura facit aliqualem fidem, licet non plenam nec semiplenam. ita quod probatio dicatur mixta. prout loquuntur Bald. & Deci. in d. §. quoniam, ubi Deci.nu. 8.Alex.de consil. xxxvi.uiso processu. uol. quinto secus si instrumentum, uel scripturam nullam faceret fidem, quia tunc non dicitur probatio mixta, & probatio esset in testibus, & de facili posset fieri fraus, & sic tunc non posset probari testibus in casu dictæ constitutionis, ubi non recordantur de die, nec posset probari debitum per testes in casu dicti statuti Deci. d.§. quoniam, col.fi. nu.8.uersi. secunda ratio principalis, in fi. Alex.d.consi.xxxvi.uiso, uol.v.

17 Quintò † etiam quia de iure potest iudex credere testibus etiam deponentibus, sine loco, & die, ubi iudici ita uideatur ex causa, & eius arbitrio: cum omnis probatio sit arbitraria, quia si potest eis non credere ex causa, etiam quòd probent. ergo potest ex causa eis credere, etiam quòd non probent, cum contrariorum eadem sit disciplina. Bar.in l.Lucius in fi.ff.de iis quæ not.infa.Deci.cõsi. DCL. incip.in causa ut uulgo dicitur charitatis Nouariæ col.1.cũ seq.tex.in l.iii.ibi tu magis scire potes. ff. de testibus dixi in d.l.si quando.nu.354

18 Sextò † quia dicta constitutio non habet locum in casu nostro in quo testes sunt nobiles & ualde probi; & persona producens est ualde nobilis, & ualde proba. quo casu testes etiam quòd non recordẽtur de die, & etiam si non essent nisi duo probant, quia ob bonam personarum qualitatem receditur à regulis, maximè ubi ex testibus aliqui sunt, prout in casus nostro, religiosi & senatores per tex. in c. nisi essent, ubi Gloss. Abb.& Doctor. per illum tex. de præben. & per tex. in c. nobilissimus. xcvii. dist. ubi ob personæ nobilitatem creditur simplici uerbo legati sine ostensione literarum Principis. & per not. per Hippoly. sing. cclxxiii. notissimnm, ibi limitto tamen, & per tex. in l. iii. uer. dignatas & auctoritas, & ibi Gloss. versi. dignatus, ff. de testi.l.sed & reprobari.uer.ualde disciplinatos.ff.de excusa.tuto.

19 Septimò † quia etiam dicitur, quòd dicta constitutio locum non habet, ubi licet testes nesciant diem, tamen pars contraria fuit conuicta in aliquo mendatio, nã tunc respectu dici debet stari iuramento producentis ipsos testes. Bar.l.admonendi.nu.40. uer. quæro quid si testis deficiat in dicto, & ibi alii Doctor. ff.de iureiur.dixi in l.si quando, nu. 658 uer. trigesimosextò amplia. & nu. 659 uer. si quis negauerit. & nu.660.uer.ergo si reus. C. un
20 de ui.† si hoc est in rebus & rerum quantitate, ut contra negantem debitum conuinctum de mandatio credatur iuramento producentis testes super rerum quantitate, ubi testes dixerũt uidisse numerari sed nescire quantitatem, ut per Bar. d. l. admonendi. nu. 40 ff. de iureiur.ergo idẽ
21 debet esse in emptore, † cum de rebus ad tempus ualeat argumentum, & è contra l. uinum, ff.si cert.pet.vbi Doctor. tex. in l. miles, ita §. quia diximus, & ibi Bar. ff. de test.limi.Eueral.in loco xxxix.

22 Octauò † quia dicta constitutio locum non habet ubicunq; testes deponunt prout in casu nostro uerisimilia, uel habent iuris præsumptionẽ pro se, quia tunc etiã quòd non recordentur de die probant. cum & tunc omnes alii testes etiam non idonei admittantur. Hipp. sing. cccxliii. uerisimilitudo, & singul. cccccli. decreui. Alex.l.si duo patroni, in prin. col.ii. ff. de iureiur.l.ob carmen.§.fi. ff. de testib.c.in nostra, ubi Doctor. per illum tex. extra de testi. Eueral.in loco v. uer. locus à uerisimili. Nam & dicta testium sine citatione non ualent, & tamen si eorum depositio sit uerisimilis concludunt apud bonos & graues uiros, qui inspecta sola ueritate procedunt Bal. l. solam in fin. C. de testi. Hippoly.de Marsil.sing.cccxliii.uerisimilitudo, in fi.

Nonò etiam dicitur quòd dicta constitutio locum non habet in casu isto,
23 † quia licet constitutio velit exprimi locum loci & diem in capitulis & testium

qui dictis& licet quodlibet aliud statutū requirat in ciuilibus,& criminalibus aliquam solennitatem circa modum probādi,uel aliquem numerum testium maiorē quàm requirant iura communia. tamen dicta constitutio,& dictum statutum non habet locum in casibus specialibus, nec in casibus limitatoriis,quibus de iure sufficiunt probationes leuiores, uel indicia. ita expressè inquit Do.Marian.Sozin.iunior præceptor meus in cōsi. ccxliiii. vol.
24 ii. † Iura enim limitatoria seu essentialia nunquam videntur sublata per legem nouam, nec per decretum nouum, nec per constitutionem nouam,nec per statutum nouum,etiam,si in eis essent clausulæ non obstantibus legibus, statutis, aut decretis, auctenti. de hæredib. ab intesta. vbi Gloss.uersic. vacantibus. & ibi Doctor.l. sciendum,vbi Gloss. uers. non compelli. ibi,secundo an sit, & ibi Alexand. & alii Doctor. omnes,ff.qui satisda. cogan. Roman.consi.xl.uisis, & consi.cccxxii. in casu. & consil.cccxcix.ut præsens, col.iii.& dixi latè super cōstitutione Dominii Mediolani in titu.de feudis in prin. ius enim alicui competens specialiter nunquam uidetur sublatum, & est communis opinio. l. decurionibus. ubi tex. Glo. & Doctor. C.de silentiar. lib.xii. & Gloss. communiter approbata in §. prætereà si quis infeudatus.& ibi Gloss. uers. annis. ubi Bal. Iser. Aluarot. Præposi.& alii Docto. de ꝓhibi.feu.alie.per Freder.Fely.in c.i.col.vi. ver.declara,de rescrip. Ias.l.sicut certi colum.fina.C.de rescrip.Ias. l.quod dicitur. in ii.not.ff.de uerb.oblig.& in l.i.in iii.notab.ff.sol. matri. Cotta memora. uer.dos
25 habet. † Sed in casu nostro agitur de ꝓbanda innocentia rei accusati. id est,de ꝓbando dictum offensi,quo dixit se nō fuisse offensum ab ipso reo accusato, ergo testes probant etiam si essent solum duo licet non recordentur de die; qua ita dici audiuerunt ab offenso,ex quo de iure innocentia rei est priuilegiata ut leuioribus probationibus probari possit. puta etiam per testes domesticos, parentes, & aliàs inhabiles, nisi sint alii testes cōtra eos. Hippoly. sing. lix. innocentibus. Alex. consil. xxiiii.animaduersis,col.pen. numero 45.uersi.& ad probandum,uol.ii. & cōsil.v. in casu.col.pen. nu.5.uol.i.Tho.Grā. consi.xii.in causa istorum, nu.19.uersicu. quintò quo ad c.manifeste,& cap.seq.ubi Archid.xi i.q.i.Ias.& Deci.l.ut uim, ff.de iusti. & iur.& dixi latè, l.si quando. num. 141. uersic.ex hoc infertur in fi.ibi, sic, &
26 innocentia rei, C.unde ui. † Et propterea aliàs cōsului pro Magnifico D.Paulo Boxio nobile ciuitatis Vigleuani exhæredato à Do. Vicentio Boxio eius patre per testamentum rogatum per D. Scipionem de Puteo notarium in quo frater eius erat insolidum institutus,cui nomē est D. Io.Antonius Boxius quod cum per testes idem D.Io.Paulus probasset eius patrem reuocasse dictam exhæredationem, & instituisset dictum D.Io.Paulum & D. Io.Antonium hæredes eius uniuersales, ꝗ testes ipsi probabant dictam reuocationem exhæredationis, & institutionem æqualem factam interdictos filios, etiam quòd dixissent se non recordari de die, quia ad probandum patris testamentum seu uoluntatem inter filios, sufficiunt leuiores probationes, & sic etiam indicia per duos testes solum habita text. & ibi Glos.& Doctor. in l.fina.C.fami.ercisc. Ias.& Doctor.l. hac consultissima. §. ex imperfecto.C.de testa.& hoc procedit ēt si testes solum duo deponerent etiam ad reuocationem prioris testamenti inter liberos dicentes se non recordari de mense nec die,quia probant non obstante dicta constitutione, per notata per Sozin. iunior.d.consi.cxliiii.vol.ii.& ita per Excellentissimū Mediolani Senatum uiso meo consilio fuit iudicatum in fauorem dicti D.Io.Pauli, cuius portio hæreditatis paternæ est valoris quinquaginta mil
27 le aureorum,& ultra. † Dico etiam eadē ratione,quòd si agitur de probanda dotis promissione uel traditione, quòd dicta constitutio requirens diem, locum non habet, & sic potest probari per testes deponentes se non recordari de die ex quo constitutio expressè non loquitur etiam in causa dotis, quæ est iure priuilegiata, prout stante statuto quòd instrumenta publica

publica non probent nisi sint registrata in memorialibus archiuii publici, nõ habet locum in instrumẽtis dotalibus. Ias.in l.i. in iii.not.& ibi alii Doct.ff.sol.mat.& idẽ Ias.in l.quod dicitur, in ii.no.ff.de uer.ob. Dec.consi.v.incip.in cã D.Mariæ.Saly.in l.fi.in i.no. C.de iur.dot.D.Catellia.Cotta in memorali.ver.dos habet. Ad probandum ẽt dictum vel factũ, aut cãm ex quibus vult excusari à dolo,& à pœna criminali sufficiunt leuiores probationes etiã non plenæ,& sic tunc non est necesse diẽ exprimere.Cur.Iuni.consi. xxxiiii.sacratissimæ,col.fi.ver.sed dato, Ale.consi.cxv. viso,col.pen.vol.iiii.

28 Decimo,† quia Comes Franciscus Plotus capitulauit defunctum,dum viueret dixisse verba de quibus agitur die.iii. Augusti, & hoc sufficit licet testes non deponant de die,quia expresso die in capitulis non est sublata facultas probandi contrarium, & sic tunc esset ratio constitutionis,quia actor,uel accusator, uel reus volens agere, accusare, excipere,uel probare cogitur de iure communi in libello, accusatione,& capitulis exprimere diem, siue agatur de probando factum siue de ꝓbando verba tantum,siue deprobando verba & facta,ad hoc,ut pars contraria possit probare contrarium,& non sit eidem sublata defensio,non tamen actor, uel accusator, uel reus cogitur probare diem per testes, licet illum teneatur exprimere,& declarare in libello, vel accusatione, seu in capitulis ad petitionem partis contrariæ,& sit sibi facultas probandi contrariũ, & ita iudex coget partem ad exprimendũ tunc ipsum diem.licet non teneatur postea illum testibus probare, sed solum exprimere,& declarare, ut alteri parti non sit sublata defensio. Bar. l.libellorum,col. iii.nu.12.uer.circa tempus, in fi.ibi eo tamen casu.ff.de accusa.& tunc debet poni dies certus,& limitatus, nec sufficit dicere diem certum cum clausula,& prout de veriori tempore constabit Alexan. consi. lxxii.inspecto diligenter.col.iii.uol. i.Andræ. de Poma.in apostil. ad Bart.in d.l.libellorum, in litera h in apostil.ver. circa tẽpus vide, ff.de accus.& constito ex capitulis productis ꝑ comitẽ Franc. Plotũ de nomine diei certi,ac limitati dicitur probasse eius intentionẽ,licet testes nesciant diem præcisum,ex quo sufficit nominari diem in capitulis,licet testes de eo nõ recordentur Bart.d.l.libellorum nu. 12.uer. circa tẽpus in fin.ibi,eo tamen casu, ff.de accu.& dicta constitutio dum dicit,& ubi ex dictis testium superinde producendorum de loco,& tempore copulatiuè non, appareat dicta testium sint nulla, &c.intelligitur secundum ius cõe, id est ubi in capitulis nõ fuisset expressus dies, nec locus.licet fuisset petitum, ꝙ exprimeretur uel ubi ex dictis testium non constaret de mense, nec anno,nec loco, quo casu dicta testium sunt nulla,de l.libellorum,ubi Bar.non aũt debet intelligi dicta constitutio,vbi dies & locus fuisset expressus in capitulis, & testes deponerent se de eis nõ scire, quia probant testes ipsi ubi in aliis rectè concludunt, licet nesciant diẽ, nec locum,de iure cõi Bar. in d. l.libellorum, nu.12.uer. circa tẽpus in fi. ibi, eo tamen casu,ff.de accu.Ergo secundum ipsum ius cõe debet intelligi,& restringi dicta constitutio,l.ii.C.de nox.actio. vbi Doct.per illum tex.quia cessante ratione constitutionis debet cessare constitutio,l.adigere §.quamuis,ff.de iure ꝑpatro.

29 † Et quid ubi per partem, nec per testes exprimitur dies,nec locus quomodò probabitur de iure cõi contrarium,ponit Barto.in l.is qui reus, col.pen. nu.10. ver.sed quæro in fi. ibi, sinautem iudex accusatorem,nollet cogere, ff.de publi.iudi. & sic concludo dictum Comitem Franciscum de Plotis debere absolui non attẽta dicta constitutione,præsertim cum causa sit coram Principe,qui non ligatur eius solennitate Doct.in l.digna uox.C.de legibus.

Ego Io.Baptista de Plotis. I. V. D. venerãdi Collegii Mag. Dominorum Iudicum, & Iurisperitorũ Ciuitatis Nouariæ,dico, & consulo, prout suprascriptum est iuris esse. Laus Deo.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR.

Omnes sunt Duerni.

VENETIIS
EX OFFICINA IORDANI ZILETTI.
M D LXII.

CRIMINALIVM

CONSILIORVM, SEV RESPONSORVM,

EX CLARISS. IVRISCON. TAM VETERIBVS, quàm modernis collectorum, quorum nomina tertia post hanc pagina indicant;

NVNC PRIMVM A IO. BAPTISTA ZILETTO VENETO I.V.D. in lucem emissorum, cum eiusdem Summarijs diligentissimis, rerumq; omnium, ac materiarum Indice locupletissimo.

ADDITIS XII. DECISIONIBVS CRIM. ROTAE SENENSIS, per D. *Petrum Calæphatum Iurisconsultum celeberrimum, & equitem editis.*

SECVNDVM VOLVMEN.



VENETIIS,

Ex Officina Iordani Ziletti, ad signum Stellæ.

M D LX.

CVM PRIVILEGIIS.

ILLVSTRISS. D. IO. IACOBO DE LEONARDIS, IVRECONS. CLARISS. AC COMITI MONTIS ABBATIS,

IO. BAPTISTA ZILETTVS I. V. D. VENETVS.

S. P. D.

NVLLA mihi eſse antiquior cura poteſt,
Io. Iacobe, uir præſtantiſsime, quàm, ut
nobilibus noſtris, quoad poſsũ, iuriſpru
dentiæ ſtudijs, proſim. Hoc cum alij mei la
bores huius rei cauſsa ſuſcepti, tum maxi
me proximum de uariis criminalibus re-
ſponſis colligendis conſilium meum perſpicue poteſt oſten
dere. Quorum uolumen cum paulo ante conſcripſerim,
atque in communem omnium uſum publicarim, incredi-
bile dictu eſt, quàm ualde eius rei perſequendæ ſtudio ſim
incenſus. Itaque quod uix initio fieri poſse credideram,
tam multos eorum commentarios diligenti mea, atque
amicorum meorum conquiſitione comparaui, ut, ſi pu-
blicentur omnes, facile inertem deterrere lectorem poſ-
ſint, adeo uero eruditos, ac nobiles, ut mirabili quadam
etiam unumquenque inflammare legendi cupiditate que-
ant. Quare gratum me omnibus, qui his ſtudiis dediti
ſunt, facturum exiſtimaui, ſi eorum partem in ſecundum
uolumen contuliſsem, eamque ad commune omnium
commodum in lucem prodidiſsem. Neque uero cum hoc
animo agitarem, alienum quicquam à ſumma dignitate
tua, & mea erga te uetere obſeruantia facturum putaui,
ſi id, quidquid eſset, quod meo labore partum eſset, in
tuo nomine ederem. Nam ſi perſonæ auctoritatem quæ-
rerem, nulla alia grauior occurrebat, quàm quæ in mul-
tis Illuſtriſsimorum Principum negotiis tractandis, atque
honorificentiſsimis apud principes legationibus obeũdis,

ita se gesisset, ut apud omnes incredibilis cuiusdam prudentiæ, consilij, uirtutis, & comitatis testimonium illustrissimum reliquisset. Si eam, cui hæc, quæ collegissem, cognita esse possent, quam aliam eligere aptiorem poteram, quàm eius, qui & hac scientia, summorum uirorum iudicio, omnibus antecelleret, & ipse etiam eiusmodi responsa grauia, & prudentia multa scripsisset? Neque uero dubitabam, si amicum mihi, aut beneuolum hominem poscerem, quin te omnibus anteponerem. Etenim tua domus Venetijs, ubi diu Legatus Vrbinatium Ducis cum tua summa laude fuisti, atque omnis conueniendi, & alloquendi tui copia mihi semper ita patuit, ut quas alij ædes, consilii, ac prudentiæ tuæ, quam exquirerent, eas ego amoris ac beneuolentiæ tuæ erga me, qua eram uehementer incensus: perpetuas testes habuerim. Quare hoc mihi ad te criminalium Consiliorum uolumẽ mittendum duxi. Quod meum factum, si tu uel gratiæ, uel iudicij caussa probaueris, dici non potest, quàm me & ad te colendum, & ad eiusmodi studia adiuuanda excitaturus sis. Vale.

Venetijs, Pridie Non. Maii. M D L X.

INDEX CONSILIORVM QVAE IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

Petri

DECISIONES ROTAE SENENSIS PER D. PETRVM Calæphatum Iuriſconſultum excellentiſſimum,& equitem,compilatæ.

FINIS.

INDEX SENTENTIARVM, ET OMNIVM MEMORABILIVM RERVM

In Secundum Volumen consiliorum seu responsorum causarum criminalium, Tam ex ueteribus quàm iunioribus Iurisconsultis nouissime collectorum per D. Ioan. Baptistam Zilettum Venetum. V. I. D. Editus feliciter incipit.

C

Caupo

Currens

Delicta

de

Famam

Fides

Ignorantia

L

Nuptiæ,

O

promis-

R

Statu-

Testi

Vnitas

LAVS DEO.

CRIMINALIVM CONSILIORVM SEV RESPONSORVM, TAM EX ANTIQVIS QVAM MODERNIS VTRAQVE CENSVRA Clariss. Iurisconsultis collectorum.

Nunc primum opera & studio D. Io. Baptistæ Ziletti Veneti V. I. D. *editorum, additis per eundem summarijs ac repertorio.*

SECVNDVM VOLVMEN.

CONSIL. D. ODOFREDI BENEVENTANI. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 LICITVM *in suo principio non illicitatur ex superuenienti admixtione illiciti.*

2 *Actus exercendi possibilitas aquè ex præfinito tempore sicut ex loci determinatione finitur.*

3 *Opposita paris sunt uirtutis in opere et effectu.*

4 *In omnibus, quæ constant ex pluribus, quod est in iis potentius, id alterũ ad se trahit, quod intellige, ut infra nu. 26.*

5 *Excusatio in iudicio delictorum, & in moderatione pœnarum, & moderamen cõtrahendarum obligationũ primò, & principaliter ad se posteriora allicit, nõ alliciuntur ab ipsis.*

6 *Omne delictum procedit à dolo ex lege positiua.*

7 *Errore quis à dolo excusatur.*

8 *Quando rei principiũ suadet legis licet ordinariæ beneficium concedi, finis autem suadeat denegari, attento principio, legis beneficium conceditur.*

9 *In incertis non certis locus est coniecturis.*

10 *Casus statuti sicut legis nullam requirit causæ cognitionem.*

11 *In cõmißione eius, quod nocet, & prodest, magis quod nocet, attẽditur, quàm quod prodest.*

12 *Rei finis & effectus ad principium rei, respectu temporis & loci iudicatur non ex principio, sed ex fine & effectu, cum limitatione tamen, de qua infra nu. 38.*

13 *Licitum ab illicito, & delictum à non delicto ex animo attenditur, nisi in contrarium trahant probabiles cõiecturæ, ut infra nu. 39.*

14 *Facta attenduntur, ut ex eorum qualitate animus deprehendatur.*

15 *Finis & cõsumatio actus, licet principiũ sit licitũ, distinguitur mutatiõe loci, uel tẽporis, uel cuiuscũque essẽtiæ superuenictis, neque ex principio licito assumũt, sed ut per se, & de se illicita iudicantur, & infra nu. 40.*

16 *Facultas & possibilitas persequẽdi, altero nõ apprehendente, ante finem facti tolleratur.*

17 *Quoties alicui aliquid limitatum cõceditur, si excedit limites iam concessum non facit, sed aliud. & infra nu. 42.*

18 *Idem non potest esse causa immediata pœnæ & præmii.*

19 *Finis, & principium, quando recipiunt mutationem, unumquodque per se consideratur, ut ratione connexitatis primum ad extremum non trahatur.*

20 *Stipulatio præcedens, & mutatio, quæ causa complendæ præcedentis stipulationis sequitur, unum tantum contractum constituit.*

21 *Excessus in modo, & excessus in loco pares sunt & infra nu. 44.*

22 *Excessus in modo punibilis est.*

23 *Intellectus ad l. i. §. idem. ff. de aqua quoti. & estiua.*

24 *Vsucapio & præscriptio sunt actus mere legales, qui perficiuntur ex quo inchoati sunt absque hominis facto aut scientia.*

25 *Intellectus ad l. in bello. §. codicilli. ff. de capt. & postl. reuers.*

27 *In rei productæ qualitatiua cognitione, magis finis attenditur quàm principium.*

28 *Principium rei est pars rei.*

29 *Actus præparatorius alicuius, necessariò aliquid esse dicitur extra id, cuius est præparatorius.*

30 *Intellectus ad l. i. de priua. delict.*

Finis, an principiũ in delictis attendatur.

31 *Intellectus ad l. Pomponius in negotiis. ff. de negot. gest.*

32 *Pœnam euitare, & præmium consequi non sunt paria.*

33 *Intellectus ad l. iii. §. seio. ff. de min.*

34 *Intellectus ad l. capite quinto §. quid ergo. ff. ad l. iul. de adulte.*

35 *Intellectus ad l. quod ait lex. ff. ad l. iul. de adulteriis.*

36 *Licitè inchoatum non prohibetur perfici ex superuenienti prohibito.*

37 *Multa licitè consumãtur, quæ non licitè inchoantur.*

41 *Præoccupatio unius impedit noui iuris acquisitionem alteri faciendam.*

44 *Postulare cõcessũ est ei, cui eligere cõceditur.*

45 *Quãdo aliquid sine pœna inchoatur, si ad statum de sui natura punibilẽ adducatur, punitur inchoans, si persistat, si sine facti difficultate, & iuris posteà desistere potuerit.*

46 *Intellectus ad l. quid sit fugitiuus. §. idem celius. ff. ad ædilit. edicti.*

CONSILIVM I.

IN CHRISTI nomine Amen. Duo sunt statuta in ciuitate Paduę, quorum uno cauetur, quòd qui pręsentauerit bannitum ad mortem, habeat à Communi Paduæ cẽtum libras. Altero statuto cauetur, quòd nullus uadat in alterius territorium uel districtum ad aliquem capiẽdum sub pœna certa. accidit quod G. bannitus, & cõdemnatus per potestatem Paduę ob maleficium, pro quo, si quo tempore peruenerit in fortiam potestatis & Communis Paduæ, debet suspendi; Habitabat dictus G. in confinibus Cõmunis Paduæ. M. iuit, ut eũ caperet, qui G. uiso M. arripuit fugam, & in territorio Veronẽsi aufugit, quem M. semper insecutus est, & eum cepit in dicto territorio Veronensi, & in fortiam Cõmunis Paduæ deduxit. modo quæritur, an deducens in fortiam potestatis ciuitatis Paduę, ex primo statuto præmium mereatur, An ex secundo pœnam incurrat, Tertio respondebo ad argumẽta ꝑ prima parte adducta, Quartò respondebo ad argumenta pro secunda parte adducta, Quintò eligam id, quod mihi iustum uidebitur.

Faciunt itaq; pro prima parte, scilicet quòd non incidat in pœnam capiens, sed præmium mereatur, septẽ principaliter, nam primò facit firmitas licitorũ, secundò paritas temporum & locorum, tertiò eadem potentia contrariorum, quartò natura ex pluribus productorum, quinto uirtus principiorum, sextò excusatio delictorum, septimò & ultimò incõuincibilitas casuum expressorum.

1 Ex primo sic arguitur †, quod est in suo principio licitũ, non illicitatur ex superuenienti admixtione illiciti. ff. de itiner. actuq; priu. l. j. §. fi. & l. nec enim, de acq. re. domi. & l. bonæ fidei. §. in contrarium. de acqu. posses. l. clã possidere circa prin. de usucap. transfer. l. j. §. hoc tantum modo. Sed excessus ad capiẽdum hominem in territorio Paduæ fuit à principio licitum, quia lege municipali permittitur ut C. de admi. tuto. l. scimus. & de adulte. l. Gracchus, ergo &c.

2 Secundò sic. † actus exercendi possibilitas, æquè ex præfinito tempore, sicut ex loci determinatione, finitur, ut probatur ex coniunctione legũ. ff. de tutel. l. si arrogati. de testa. tute. l. tutor datus. de administra. tuto. l. si plures. de curator. bono. dan. l. ii. §. si plures. de legatis. i. l. nemo, si cert. petat. l. uinum, de tritica. l. in hac. Sed in mutatione, quæ contigit ex tempore ita est, quòd actus ĩcohatus ex tempore licito, si perficiatur tempore quo illud inchoari non licet, ex uirtute principij tenet, ut ff. de capt. & postlimi. reuer. l. in bello. §. codicilli, de leg. ii. l. cũ filius §. hæres, ergo sic erit in locorũ mutatione, ergo &c.

3 Ex tertio sic, † opposita paris sunt uirtutis in opere & effectu. ff. de legat. iii. l. nãne. C. de sena. l. fin. circa fi. arg. ff. de adimen. lega. l. iii. §. fi. & l. seq. & l. legata inutiliter. §. fi. de legat. i. Sed constat, quòd bonum principium & malum sunt opposita,

ſita, ergo, quantam uirtutem habet unũ in efficiendo ſequentia, tantum debet habere & reliquum, ſed malum initium ſic ſequẽtia efficit, quòd cauſata illicita reddat, licet aliquid ſuperueniat, propter quod aliquid ſui natura liceret, ut ff. de diuer. & temporali præſcrip. l. cũ hæres. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ii. C. de ſuſcepto. & archar. l. pen. de uſuc. l. fi. & not. ff. de publicia. l. ſi ego. §. partus. ext. de electio. c. dudum. ergo principium licitũ ſic ſequentia licita faciet, etiam ſi ſui natura licita non ſint, quaſi ea ad ſe trahat, cum fiant ſine aliquo interuallo, ſcilicet ex quadam conſequentia & continuatione actus liciti inchoati, ut C. ad uelleya. l. ſi mulier, & ff. de libera. lega. l. ſi is qui duos; nam in iis duobus, quæ ratione cõtinuationis fiunt, unum poſterius ad primum trahitur, aut tollitur, ut patet in biſeſto, ut. ff. de minori. l. iii. §. i. & not. in Gloſ. extra de æta. & quali. c. literas.

4 Ex quarto ſic. † in omnibus. quæ cõſtant ex pluribus, id alterum ad ſe trahit, quod eſt ijs potẽtius. ff. de aur. & arg. lega. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. & de acqui. re. dom. l. quicquid. §. fi. de ſtatu homi. l. quæritur. & de teſtib. l. repetundarum. poſt prin. Sed cuiuſq; rei ex fine in principio exiſtente, potentiſsima pars principium eſt, ut ff. de origi. iur. l. i. ergo nulla alia æquè potens, quia in re minus potenti magis cedit principio, quàm principium fini. arg. ad l. aquil. l. huic ſcripturę. §. fin. & l. ait lex. de dam. infect. l. damnũ. §. Sabinus. & nõ minus leges fingunt circa loca quàm circa tẽpora, ut de ſer. exportã. l. Titius. de captiu. l. nihil. de legat. iii. l. quæſitum. §. fin. & §. ſi ita quis, ſi eſt ita, & principium in hac captione fuit licitum, ergo finem ad ſe & ſuum locum ad ſe trahet, ut de tempore dictum eſt, & ſic totus actus licitus remanebit, ſi licitus, ergo &c.

5 Ex quinto ſic. † excuſatio in iudicio delictorum, & in moderatione pœnarum, & moderamen contrahendarum obligationum primò & principaliter ad ſe poſteriora alliciunt, non alliciuntur ab ipſis, ut l. ſed in hoc iudicio. C. ad l. Iul. de ui publi. l. quoniam. ff. de pœn. de iniur. l. iniuriarum extimatio. de nego. geſt. l. Pomponius in negociis. cum ergo actũ captionis huius fuerit principium licitum, finis allicitus, allicitur ab ipſo, ut ſecundum ipſum iudicetur in commiſsionem liciti. ergo & quod de iure non licet, ut pote magis dignum illicitum ad ſe trahit, & totum licito cedit, ut ff. de contrahen. emptio. fundus. communi. prędio. l. proximum, & quib. ad liberta. proclama. non li. l. fi. & ibi not. Sic ergo ex principio licito, capiens ad ſtatuti præmium admitteretur.

6 Ex ſexto ſic oſtẽditur. † lex poſitiua nil facit eſſe delictum, niſi ex dolo, & illud principaliter in puniendo conſiderat. ut ff. de abige. l. i. §. pen. & fin. & ad l. Corne. de ſicar. l. in lege Cornel. & ad Syllania. l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans, ſed iſte inſequens non fuit in dolo, ergo &c.

7 Quòd nõ fuerit in dolo, probatur †, quia à dolo quis excuſatur errore, ut ff. ui bono. rapto. l. ij. §. i. in. l. ſi publicam. & ex liciti uelamine et colore, etiam ſi liciti fines excedat. ut ff. ad l. Iuli. pecul. l. ſacrilegi capi. §. i. & de publica. l. ſi multi publicani. & de adulter. l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. i. uerſi. nonnunquàm ergo, de adminiſtra. tuto. l. tres tutores. & ibi notatur. Sed hoc fuit uelamen initii liciti, & probabilitas erroris; ergo excuſatur à dolo, & per conſequens à ſecundo ſtatuto. ut ff. de furt. l. in furti actione. §. rectè & ibi not. ſi excuſatur à ſecundo, ergo remanet ſub primo, arg. ff. de admi. tu. l. ſi is, qui tres. ſi ſub primo, ergo ex eo ad primum admittitur. Septimò uidetur ca

8 ſus. † quia ſi rei principium ſuadeat legis etiam ordinariæ beneficium concedi, finis autem ſuadeat denegari, attento principio legis beneficium conceditur: ſed ſic eſt in propoſito ergo &c Item hoc legitur. ff. de minori. l. iij. §. ſcio. & uidetur expreſsè determinari quæſtio. ff. de adult. l. quod ait lex. in fi. & l. capite quinto. uer. quid ergo ſi euaſerit.

In contrarium, quòd ſtatuti ſecundi pœnam incurrat, faciunt alia ſeptem. nam primò facit uerborum proprietas; ſecun-

dò finis & effectus nobilitas; tertiò facti qualitas; quartò principii, & finis deformitas; quintò uirtus præoccupationis; sextò limitatio cõcessionis; septimò paritas in modo & loco transgressionis.

9 Ex primò arguitur sic † in incertis non certis locus est coniecturis, ut ff. de uerb. ob. l. cõtinuus. §. cum ita de leg. iii. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. sed hoc ad sensum apparet: quòd contra uerba statuti fecit, quia in alienum territorium ad capien um hominem iuit. rg. ne quid in lo. publi. l. i. §. si quis cloacam. ergo & c.

10 unde † cum sit casus statuti, eius uerbis deseruire oportet, ut ff. de exercito. l. i. §. si is, qui nauem, & de leg. iii. l non aliter. ideò nulla uidetur esse iur s quæstio. C. de furt. l. ancillæ. Et si dicatur principium icitum excusat eum. Respondeo

11 hoc nõ est uerum, † quia in cõmissione eius, quod nocet & prodest, magis quod nocet attenditur quam quod prodest. ut ff. ad sylla. l. si quis in graui. §. fin. & l. qui posthumos. & ff. quib. ex cau. in possess. ea. l. Fulcinius. §. quid sit latitare & C. de caduc. tollen. l. i.

12 Ex secundò sic arguitur. † sicut se habet rei finis, & effectus ad principium rei, ut respectu temporis & loci iudicetur non ex principio, sed ex fine & effectu, ut de principio. probatur ff. de dona. inter uir. & uxor. l. quia in hoc. & de hære. instit. l. in tẽpus. & de manumis. test. l. stichus. de secũdo probatur. ff. de bo. au. iudi. pos. l. iii. & de action. & obliga. l. contraxisse. de iudi. l. ii. § fin. & ibi not. Sed hic effectus facti secutus est in loco prohibito, ergo ad illum locum rei principium trahitur, & ibi inchoatus dicitur. & sic tanquam ex loco illicit pœnam incurrit secundi statuti.

13 Ex tertiò sic. † licitum ab illicito, & delictum non delicto ex animo attenditur ut ff. de fur. l. uerum. & l. si quis ex domo. & de iniur. l. illud. ad l. Corne. de sicar. l.

14 Diuus. † facta autem attenduntur, ut ex eorum qualitate animus deprehẽdatur, ut de iniur. l. si non conuicii. ad. l. Corne. de sica. l. ff. i. de homi lib. exhibẽ. l. i. cum ergo factum ipsum, scilicet hominem capere in al eno territorio, sit lege municipali prohibitum, & factum delictum oportet ipsum, qui commisit, probare, q sic delinquere non gerebat in animo. ut in superioribus legibus patet, immò ex effectu delicti animus delinquentis præsumitur, ut ff. ad macedonian. l. sed & Iulianus. §. sed si ab initio. & de ui & ui ar. l. iii. §. i. & §. si quis autẽ uisis armatis. & ibi not. sed hic secutus est effectus in loco prohibito, ergo eo aĩo ad id. uenisse uidetũ à toto principio. si est ita. ergo & c.

15 Ex quarto sic. † finis & cõsumatio actus licet principium sit licitum, distinguitur mutatione loci uel temporis, uel cuiuscunq; alterius essentiæ superuenientis; neq; ex principio licito assumitur, sed ut per se, & de se illicita iudicantur, de primo probatur. ff. si seruit. uend. l. sicuti. §. Aristo. ad l. aquil. l. quemadmodũ. §. i. de seruitutibus l. seruitutes, §. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. fin. de secundo probatur in l. secũda. §. igitur. ff. de bono. poss. secun. tab. de doli exceptio. l. ii. §. generalite . de incestis nupti. l. qui contra decretum. de usucapio. l. nõ solum. §. quod uulgo. pro suo l. si ancillã. de acq . pos. l. iii. §. illud, sed hic finis illicitus distinguiĩ à principio licito loci mutatione, ergo ut de se, & per se illicito iudicabitur & n n secundum naturã principii, & sic incidit in pœnam secundi statuti.

16 Ex quinto † sic. cessat & tolleraĩ facultas persequẽdi, & possibilitas persequẽdi altero non apprehendente ante finem facti, ut de primo probaĩ. ff. de acq. rer. domi. l. naturalem. § i. & l. in laqueũ. & not. de acqui. possess. l. i. circa prin. de secundo probatur. ff. de noxali. l. si quis à multis. de pecu. l. si uerò; sed par uidetur præoccupatio ex loco & persona contingens, sicut diceretur de ea, quę uenit intra præsidia nostra. quia sic dicitur postliminio reuersus, sicuti esset ab hostibus recuperatus. ut ff. de captiu. l. postliminii ius. & de offi. procur. Cæsar. l. fin. ergo bannitu , si intra aliquod præsidiũ conferatur, statim finita est persecutionis facultas, si est talis, ergo & c.

17 Ex sexto sic. † Quoties alicui cõceditur aliquid

aliquid limitatum, si excedit limites, iã concessum non facit, sed aliud. ut ff. ad trebellia. l. sed si ante. ff. quemadmo. seruit. amit. l. si communē. §. i. mandati. l. si diligēter. de rebus eo. l. si pupillorum. §. si præter. Sed ad capiendum sunt limites terminati, scilicet inter territorium. qui ergo excedit, aliud facit, & si aliud, & illud aliud est prohibitum, ergo nulli dubium est, quòd quantumcunq; bonus effectus captionis sit, puniendus est. ut ff. de re mili. l. iii. §. in bello. & de neg. gest. l. fin. C. & per consequens est repellen-
18 dus à præmio primi statuti, quia † idem non potest esse causa immediata pœnæ & premii. ut ff. de neg. gest. l. siue hæreditaria & de interdict. & relegat. l. relegato rum. §. fin. & per hoc, quia præmium deferentem non habet, cuius delatio ex delicto deferente causaretur, ut ff. de iure fis. l. edicto. §. pen. & de iis quib. ut indig. l. post legatum. §. fin. & ibi in Glos. dum dicit innoxii. ergo deferens hunc habet præmium. ergo & c. Et pro hoc ff. manda. l. alia. §. eleganter.
19 Nec obstat, † si dicas principium fuit licitū, quia in talibus mutationibus unūquodque per se consideratur, ut ratione connexitatis primū ad extremum nō trahatur, ut ff. de admini. tuto. l. tutores qui tutelam, & l. cum actum, de nego. gest.
20 Ex septimo uidetur expressum, † stipulatio præcedens, & numeratio, quæ causa implendæ præcedentis stipulationis sequitur, unum tantum contractum constituit, ut ff. de nouatio l. si ita. §. fin. & l. cū enim, & dicit in stipulatione inchoari, & in numeratione impleri; nunquid ergo, si tempore, quo licebat mutuum cō trahere, stipulatur, demum tempore quo non licebat mutuum contrahere, numeretur, consideramus tempus initiati contractus & stipulationis, & sic totus contractus licitus iudicetur; an tempus impletionis, idest numerationis, & sic totus iudicetur illicitus? & certè lex dicit, tempus numerationis considerari, & sic totus iudicetur illicitus, & reddit rationē, quia tunc expletur substantia obligationis. sic in proposito. in loco prohibito, impletur actus captionis, ergo secundum id iudicetur totum illicitum, ut hic loquitur. ff. ad macedo. l. si filius. §. fin. & pro hoc. ff. de li- era. cau. l. libertis. §. secun-
21 do responso. † Amplius sic ostenditur, pares sunt excessus in modo, & excessus in loco, ut Instit. de actio. § huic autem,
22 † sed excessus in modo punibilis est, ut C. vnde ui l. i. ergo & c. hoc est, quod lex dicit, quòd magis punitur, qui plus facit, quàm qui facit quod facere nō debuit, ut hæc leguntur. ff. de adult. l. si adulterium cum incestu. §. imperator.
23 Ad contraria † pro prima parte adducta patet responsio, & primò ad primū cum dicitur actio in sui principio. & c. respondeo ueritatē habet oppositio de actu perfecto & consumato, ut not. in præallega. l. i. §. si. de itine. actuq; priua. secundū H. licet aliud ibi senserit Azo. secus est in actu non cōsumato, ut ff. de seruitu. l. pro parte. & l. ut pomū. §. i. ad l. falci. l. uerbis & de leg. ii. l. debitor, & hoc modo intelligitur de aqua quoti. & esti. l. i. §. idem.
24 Non obstāt † leges, quæ de usucapionibus & præscriptionibus loquuntur, in quibus sufficit bona fides ab initio; quia usucapio & præscriptio sunt actus merè legal. ut Instit. de usu & habita. §. si. qui perficiuntur, ex quo inchoati sunt absq; hominis facto, aut sciētia. ff. ut de usuca. l. nunquā. §. uacuum. & l. cæptam, & ideò non pōt permutata usucapientis opinio infringere usucapionem, cū possit absq; eius mente impleri; sicut apparet in re quęsita per seruum ex causa peculiari, in qua; quia usucapiendi conditio quęritur domino ignoranti. ut l. ij. pro so & l. peregrè. § qua situm. de acqui. poss. qualitas scientiæ eius circa rem necessariam dicitur. ut ff. de cōtrahen. emptio. l. in huiusmodi. & ff. de ædili. edic. l. si mancipiū. & ibi not. & l. ii. §. si seruus. ff. pro empto. ut dixi proximè cuius nō est necessaria scientia in usucapiendo; & eius fidei qualitas non attenditur in impediendo, sed in perficiendo usucapionē iam inchoatam, mens siue factum hominis nō requiritur ut est probatū, igitur eius fidei qualitas superueniens post usucapionem ante initium

tium nihil operatur. quare patet, quod leges adductæ in suo casu loquuntur, qui casus multum est à quæstione nostra extraneus, & per cõsequẽs propositio per eos probata ad propositum non accedit. Ad secundũ cũ dicitur possibilitas exercendi &c. concedo. cum autem assumitur, sed in mutatione quæ cõtingit in tẽpore nego, quia contrarium probatur in
25 determinatione: † Ad. §. codicilli respondeo, quod ibi dicitur non est uerum ex uirtute nuncij, sed ex fictione postliminij, ut ibi dicitur in litera, quo iure oĩa iura ciuitatis in suspenso retinẽtur, non tollũtur. de hære. insti. l. illa institutio. §. fin. & post redditum fingitur tempore in ciuitate fuisse. ut ff. de capti. & postlimi. reuers. l. retro cum simili: & probatur secundum §. ff. de manu. testa. l. ij. §. hæres perseuerauit uirtute principij idest debita substãtia semper regulariter permanẽte, sed solus actionis titulus est mutatus, hoc autem uirtute principij non durauit quia de opposito in oppositum, & de licito in illicitum pertransiuit, & sic argumẽtum non concludit.

Ad tertiũ patet responsio, per responsionem ad primum, quia argumentũ illud, quantum ad materiam propositam, fundatur in usucapione & pręscriptione, quarum materia ad propositum non facit, ut est ostensum.

26 Ad quartum † dum dicitur in omnibus, quæ cõstant ex pluribus &c. fateor cum assumitur, sed principium est potentissima pars &c. respondeo uerum est in productione, quia sine principio nihil, arg. de aqua plu. arcen. l. sed si interdum. & de leg. i. l. si fundum. §. qui fundũ, sed sine fine multa, quæ inchoata sũt, imꝑfecta relinquuntur, de au. & argen. leg. l. & si non sint. §. quid ergo.

27 † Sed rei productę qualitatiua cognitione, magis finis attenditur, quam principium: quia unumquodq; tale iudicatur ex fine, ut C. de iudi. l. rem nõ nouam in fi. ff. de reg. iur. l. cuius effectus, sed in quęstione nostra quæritur cognitio actus ꝓducti, idest de captione, utrũ sit licita uel illicita, iudicatur ergo quod magis finis, quam principium debet attendi. Leges notatæ in argumen. simpliciter adductæ nil faciunt, quia loquuntur de actu perfecto & cõsumato impunito, ex quo tamẽ ex postfacto aliquid oritur, immò uerius dicendum est, quòd dilatatur effectus puta de illato uulnere, ex quo pœna sine nouo facto mortis sequitur, Nos uerò loquimur de actu in uno loco, & licito & inchoato, & posteà, scilicet per continuationem actus, temporis, in alio loco cõsumato, in quo uidetur, quòd mutata cõditio ante finem facti, rem subducat à uirtute principij. ut de uerbo. obliga. l. inter stipulãtẽ. §. sacram. arg. ff. sol. matrimo. l. si mulier diuerterit. & rerũ amo. l. si. de carbo. l. iii. §. puberi, cũ similibus. & sic ad propositum non accedit.

Ad quintum, dum dicit in discreto iudicio &c. respondeo, quia si dicta propositio intelligatur de uero principio, nõ facit ad propositum, quia ire ad capiẽdum non est uerum principium captionis, sed est actus quidã præambulus, & sequẽtis neccessitatis præparatiuus, quod sic ostẽ
28 ditur. † principium rei est pars rei, ut l. i. ff. de origi. iuri. sed pars rei, nil dicitur esse extra rem. ut ff. de excep. rei iudi. l. si quis cum totum. in prin. ubi in toto pars
29 continetur. † Actus autem præparatiuus alicuius, necessario aliquid esse dicitur extra id, cuius est præparatorius, sicut parando librum ad cantandum, uel aliquid aliud, & de eis tanquã de diuersis iudicãtur, ut patet ex eo, quod notãt ff. de inof. testa. l. qui de inofficioso. & C. de tempori. in integ. restitu. l. superuacuã. & ideò leges, quæ de uero alicuius principio loquuntur, ad quæstionem istam adducendæ non sunt. Leges uerò singulæ in argumentũ adductæ non concludunt, quia uerum est, si de personis delinquentium agatur, actorem principalis delicti teneri de omnibus, quæ sequuntur, ut dicunt leges in hoc inductæ & l. quoniã multa. Tamen propter cõsiderationẽ talis principij, alij qui delictũ perpetrant nõ sunt excusati, ut not. in d. l. quoniã multa, & sic, est finis sub principio tali ĩ ordine malæ factionis contẽtiue, sicut quidam effe

ctus

ctus in causis, cóclu siuè in principijs, nó autem est sub principio defensiuè, ut propter principiũ defendatur, sic est alias talis finis illicitus, siue principium sit licitum, ut ff. ad turpillian. l. i. §. pe. & de accusa. l. non solum cum simili. siue ilicitũ arg. ff de ui & ui arma l. cum fundum.

30 Ad † l. i. de priua. delict. potest responderi. quòd illa loquitur í priuatis delictis, & nos de publico loquimur, in quo contrariũ statuitur, ut ff. si ex noxa. cau. agat. l. pen. & ibi not. uel potest dici communiter ad l. primam & ad l. iniuriarũ, quia aliud est aliquid quærere, an sit illicitum, uel delictum, sicut in quæstione nr̃a quæritur, tunc semper finis attẽditur ut. ff. ad l. Corneli. de fals. l. impuberem. §. i. ad. l. Corneli. de sicar. l. & eiusdem. §. sed si senatus. Aliud est quærere, qualiter delictum consumatũ debeat puniri, quia tũc tempus commissi delicti attenditur, non autem quod ex postfacto contingit, ut in allega. l. & habetur expresse ff. de reg. iur. l. omnis hæreditas. §. nunquam. & ibi notat. hæc solutio.

31 Ad † l. Pomponius, potest responderi, quòd ibi facta est mutatio solum in persona illius, cuius negocia gerebantur, secus si fieret in administratione, & tunc unusquisq; actus per se consideraretur, ut ff. de adm. tut. l. tutores, qui tutelã. & de tut. & rat. distra. l. si filius. & ff. pro suo l. si id quod §. filius. Si ergo unius tãtũ mutatio, ut administrationis, faciat quodlibet tẽpus per se cõsiderari, ergo multo fortius mutatio utriusque, sed hęc in utroque facta est mutatio, inter cogitatam persecutionem, & finem captionis, ergo de unoquoque per se iudicatur. mutationem autẽ factã esse constat, quia affigens terminos territorij, prohibet exitum extra illud, & per consequens facultatem capiẽdi, ex consequenti admisso. ff. de adult. l. si adulterium cum incestu. §. ideò. C. ad l. Cornel. de fal. l. si falsis. de crimi. stell. l. i. de re mili. l. milites prohibentur.

32 Ad sextum respondetur, † quòd in illa. l. agitur de pœna uitanda, hic aũt de præmio consequendo, quæ non sunt paria. ff. de condi. & demonst. l. titio. §. j. Præterea omnes illæ leges loquuntur de officialibus, excepta illa l. si adulterium cum incestu, quæ loquitur in casibus specialibus, ut patet in tit. de mune. & hono.

33 Ad septimum, & ultimum respondeo, † q in §. seio. pro tanto spectatur initium, & aditionis tempus, quia ex ipso causatur, ut eo uirtualiter continetur illud ius, qđ posteà fuit in executione deductum, hic autem actus captionis non ius capiendi causatur ex itinere ad capiendum, quod continetur sub eo, licet ad ipsum sine ipso præãbulo perueniri non posit, ut ostẽsum est supra proximè in solutione contrarij argumenti, uel præterea ibi finis & exactio celebrata tempore maioris ætatis sic pendet à principio, quòd non potest se sua propria lege censeri, sed aditione sublata se quoque tolli necesse est, ut in reg. iuris. cum principalis, hic autẽ finis illicitus, à tali licito principio non dependet.

34 Ad † l. capite quinto. §. quid ergo. respondeo, quòd ibi fugientem reducit ad locum adulterii commisi, quia fugit ad locum in quo, si à toto principio eum deprehendisset, capere potuisset, ut eadem l. §. sed si in domo. unde ibi locus per fugam mutatur, & sic loci qualitas temporis, aliàs iure ij de manibus euasissent, sed in quæstione nostra mutatus est locus, & qualitas siue ius loci, quia in secundo loco, idest in territorio Veronensi, si à principio eum inuenisset, non liceret ei capere, & ratio l. illa non uidetur multũ facere ad propositum.

35 Ad † l. quod ait lex similiter, respondeo, quia non est determinatus locus, in quo possit occidi filia adultera, sed determinatus est locus, in quo si deprehendatur in reb9 uenereis pót occidi, ibique sine interuallo. ut in ea. l. pater. & l. quod ait.

Ad allegationes secundæ partis, sic breuiter respondetur & primò. †

36 Ad primum dum dicitur, quòd est casus statuti, dico quòd non est ita. quia statutum loquitur de eo quod ex proposito à toto principio præconcepto uadit in territorium alienũ ad capiendũ, nó de illo qui licitè inchoat in suo, & per factũ aduersarij trahitur in alienum

alienum, ut ff. de excusatio. tuto l. si cum ipse. & C. de adulter. l. fina. & ex quo licitè inchoauit, non prohibetur perficere ex superuenienti prohibito, ut ff. de publi. iudi. l. is qui reus, ibi inchoatas, planè & c. Et si dicatur in commissione liciti, & illiciti, magis attenditur quod nocet, quàm quod prodest, Respōdeo quia argumentum de pluribus commissis, quorum unumquodq; esset plus per se considerabile, in quibus, si fiat commissio, seruatur distinctio, quæ consueuit fieri in commissione utili cum inutili; quādo uerò quęritur de uno & eodem actu in uno loco inchoato, & per continuationem alibi confirmato, inter hæc est

37 differentia. † quia multa licitè consumātur, quæ non licitè inchoantur, ut ff. pro so. l. hęres socii. & de hęredi. insti. l. i. de bon. li. l. cum maior. ii. respon. & in talibus scribitur in iure, nihil refert quo tempore consumentur, sed quo tempore inchoentur. & hæc leguntur. ff. de neg. gest. l. nam seruum. §. fin. quare argumentum ad propositum non accedit.

38 Ad secundum argumentum † cum dicitur, sicut se habet finis & effectus rei ad principium &c. respondeo, uerum est de loco & tempore, in quo uel quod à toto principio ipse actus, confertur destinatione animi facientis, ut probāt leges in argumentum deductæ, secus autem, quando præter animi destinationem, & propositum, & quando accidentaliter, sicut in quæstione nostra huiusmodi talia inter se certè paria non sunt, ut ff. de iniur. l. eum qui nocentem. §. & si iniuria. &. §. fin. & de pub. l. Cæsar. nam continuatio talis uidetur ex calore & temerariè. quàmq̃ licitè inchoatæ persecutionis, de quo scribitur in iure, inconsultum calorem nullam pœnā subire debere ut ff. ad turpil. l. i. §. i. & C. de abolit. l. ii.

39 Ad tertium. † patet responsio, quia argumentum illud fundatur, quòd ex effectu secuto præsumitur animus præcessisse, hoc argumentum ueritatem non habet, quia in contrarium trahunt probabiles coniecturæ, ut C. ad l. Corneli. de sicar. l. i. hic autem est in contrarium probabilis coniectura, quæ resultat ex principio licito, ut dictum est.

40 Ad contrarium. † dum dicitur, quòd finis distinguitur à principio mutatione loci uel temporis &c. hoc uerùm est, si de eo fine, propter quem non est principium principaliter cogitatum, uel est talis qui in initio pręconceptus ipsum principiū uitiosum reddit, ut apparet de immissione aquæ & fumi, uel quando extrinsecus superueniēs est talis, quòd præcedentis uirtutem uacuat, & uideri facit secum principium illicitum extitisse, uel detegit principij uitium, quod latebat: ut apparet ex discursu legum in argumētum deductarum, quarum nulla ad quæstionem nostram accedit.

41 Ad quintū. † quòd super præoccupatione fundatur sic respondeo. præoccupatio unius impedit noui iuris acquisitionem alteri faciendam, ut patet in l. naturale & in l. in laqueum de acquir. re. domi. & in iuribus pluribus quæ in eo quādam pręlationem inducūt, ut patet in legibus in argumētum adductis, sed ubi unum ius quæsitum iam exequitur, alter autē uult nouum ius quærere, uel exequentem impedire, tunc loci mutatio, ex quo qualisqualis præoccupatio inducitur, primum inquietantem iure executionis non impedit arg. ff. ad municipal. l. incola. & de iur. omn. iud. l. cum quędam. & de iudici. l. si quis postquam, sed sic erat in proposito, & cuilibet de populo quæsita erat manus iniectio in hunc bannitū habitātē in loco prohibito, ius istud non tollitur per aliqualem præoccupationem alterius, prius ius suum exequentis, sicut dicimus in seruo uendito, ne aliquo certo loco moretur, reseruata manus iniectione, si cōtrarium facit, nam ad quemcunq; transeat, quicunq; occupat, nō tollitur ius primo quæsitum, ut ff. de ser. export. l. titius. & C. e. ti. l. i. & ibi notatur.

42 Ad sextum cùm dicitur. † quoties conceditur aliquod limitatum, &c. respōdeo, & concedo, quòd facit aliud à concesso, sed facturus concessum secundo uidetur facere posse cum cōcesso æqua conditione, ut ff. iudi. sol. l. iam tamen. §. quid tamen.

men, & de fur.l. inficiandę primo respon
43 so.† & ideò dicunt Canonistæ quod cui conceditur eligere, est concessum & postulare, quia licet sit aliud, est tamen iuxta concessum,ut extra de election. c. in causis.& de renun.c.post translationem.

44 Ad Septimum.† cum dicitur pares sunt excessus in loco & modo &c. respondeo uerum est,ubi talis excessus in loco & tẽpore sit rationabilis,sicut hic,consonum enim est,ut qui excedit suos terminos, sicut bannitus ueniens ad locum prohibitum à nõ suis terminis excedatur. ut C. de edic.diui Adria.tollen.l.fi.in fi.

His itaque pro utraq; parte adductis uidetur ipsum capiẽtem in pœnã incidisse : & hoc per argumenta secũdo loco adducta & hoc sic ulterius declarãt per mutationem interuenientem aliquo fugiente,cõtra ipsum fugientem, in eius commodũ iuris dispositio uariat. ff.de fur. l. si quis in seruitute.in tantum quòd perpetrato facinore nõ põt noua qualitas superaddi,ergo nec alicuius rei substantia prioris actus cõmutatione nouiter induci,cũ facilius iam inducta qualitas adducatur, quàm de nouo aliud inducatur,ut probatur ex coniunctione duarum legum delegat.i. l.si mihi & tibi.§. fi. primo respon. & l.legata inutiliter.ii. respon. & not.in Glos.eo.tit.in l.talis scriptura.

45 Secundò sic.†quando aliquid sine pœna inchoatur,si ad statum de sui natura punibilem adducatur punitur inchoans si persistat, si sine facti difficultate & iuris posteà desistere potuerit, sed sic fuit in proposito,ergo &c. ut hęc leguntur.ff.de bonis liber.l.qui cum maior.uers. certe si abolitione.

46 Tertiò.† uidetur casus. ff. de ædil.edic. l. quid sit fugitiuus. §. idem Cælius. Cum enim à principio eiusdẽ legis usq; ad.§.idẽ autem,tractauerit de eo, qui fugã cõsumauit,incipit tractare de eo qui est in actu fugiendi,& dicitur,quòd si nõ potest dominum sequentem euadere,nõ est fugitiuus,in.§.idem Cęlius, quem allego dicitur, quãdo potest seruus in ipso actu fugiendi existens dominum sequentem euadere,& dicitur quod est propter facti difficultatem, uel impossibilitatẽ, ut quia ad inimicos domini se contulit, uel propter ius loci, dicit Glos.ut Ferrariæ. Sic erat in casu proposito si in territorio Veronensi & hanc opinionem bene confirmat allegata.l.si filius.§.i.ff. ad macedonianum.

Ad contraria uerò ex superioribus patet responsio seu solutio. hæc sub compendio secundum mihi occurrentia scripsi. salua semper opinione cuius libet melius sentientis.

Odofredus.

CONSIL. D. MARTINI DE FANO LEGVM DOCTORIS per uiam allegationum.

SVMARIVM.

1 *Statutum quòd bladum non extrahatur de aliquo loco,an comprǽhendat repertum in itinere cum blado euntem uersus confines loci etiam non prohibiti, ita ut teneatur, per totum consilium.*
2 *Prohibitam rem facere in dubio quis non præsumitur.*
3 *Factũ dubium in melius esse est interpretãdũ.*
4 *Culpa ubi nulla est, ibi nulla pœna.*
5 *Ambulans cum telo ad occidendum, punitur ac si occidisset.*
6 *Lupus exiuit syluam,idest in actu exeundi.*
7 *Factum in uia uersus domum,habetur ac si in domo fieret.*
8 *Reputatur peruenisse in metallum, etiam qui non est ad locum perductus.*
9 *pro facto habetur quod est de proximo faciẽdũ.*
10 *Delinquens quilibet,licet non excusetur ab ordinaria pœna, potest tamen extra ordinem puniri.*
11 *Affectus non punitur in leuibus, nisi equatur effectus.*

CONSILIVM II.

1 CAVETVR.† Statuto ꝙ bladũ non extrahatur de ciuitate,uel districtu, uel castri districtu, accidit, quòd officialis curiæ inuenit quendam cum fomento onerato blado per uiam rectam uersus

fus confines, uel propè, nunquid punietur. Et uidetur quòd non. Constat enim quòd non extraxit, poterat enim ad aliũ locum non prohibitum ire, ergo in dubio absoluendus est, ut l. absentem ff. de
2 Pœnis. † Et in dubio præsumendum est quem non facere rẽ prohibitam, sed permissam, ut ff. de iure fisc. l. non intelligitur. §. si quis palàm; quia prohibendum
3 est malum, & eligere bonum. † Et factũ dubium est interpretandum in melius esse. ff. de reg. iur. l. quoties. §. palàm, aliàs de rebus dubijs, & dubia in meliorẽ par-
4 tem interprætanda sunt. extra eo. c. ij. † si ergo non præsumitur culpa non est pœna inferrenda; quia ubi nulla culpa, ibi nulla pœna. ff. de bon. damnato. l. cũ rem. C. de lib. præteri. l. maximum uitium. Econtra uidetur quòd puniatur in itinere deprehensus. C. de seru. fugiti. l. si fugi-
5 tiui. † Nam & qui ambulat cum telo ad occidendum, punitur, ac si occidisset, ut C. de sicar. l. is qui cum telo. & nisi ostendat se ire ad locum permissum, puniẽdus est. cum inueniatur in extrahendo actu præparatorio arg. ff. de bon. possessio. ex
9 testa. milit. l. unica. † Sicut dicitur lupus exiuit Syluam, idest in actu exeundi. ut
7 not. ff. de usufruc. l. arboribus. † Quod. n. fit in uia uersus domum, perinde habetur, ac si fieret in domo, ut. C. de dona.
8 ante nupti. l. cum te. † Et reputatur peruenisse in metallum etiam qui nõ est ad locum perductus, ad hoc ff. de publi. l. in
9 seruorum. §. j. † Quia pro facto habetur quod est de proximo faciendum. ff. de testa. mil. l. j. & de fideiusso. l. si quis pro eo §. si nummos, ergo uidetur uerius, ut prædictus puniatur. Quidam tamen dicunt, quòd minori pœna est puniendus quàm si confinia excessisset per d. l. si fugitiui. scilicet ut puniatur in amissione rerum, & non in alia pœna pecuniaria secundũ ubertum de bobio, & pro eo facit xc. distin. si monachus & de incendio rui. nau.
10 l. Pedius. † Ad quod est, quilibet delinquens non excusatur ab ordinaria pœna: tamen est extra ordinem puniendus. C. ad l. Cor. de sica. l. fi. Et de materia huius quæstionis uide Alber. de Rosa. in opere statutorum. Contra supradictam determinationem facit l. j. ff. quod quisq; iur.
11 Quia † in leuibus non punitur affectus nisi sequatur effectus, &c.

Martinus de Fano allegauit.

CONSIL. D. IACOBI DE BELVISIO BONONIENSIS legum doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Loca uulnerum dant speciem & formam delicto.*
2 *Delictum commißum in totum, sicut est punibile respectu totius, sic si committatur in parte respectu partis.*
3 *Quoties in delicto mutantur termini constituitur pluralitas delictorum.*
4 *Effectus attenditur in delictis.*
5 *Pluralitas uulnerum constituit percußiones & accusationes ex eorum demonstratiua enumeratione.*
6 *Eiusdem facti uaria demonstratio plura crimina ostendit.*
7 *Diuisio & alteratio uulnerum, diuersitatem inducit percußionum.*
8 *Offensio diuersorum membrorum corporis ostendit diuersitatem percußionum.*
9 *Diuersitas morborum inducit diuersas accusationes.*
10 *Rerũ pluralitas, plures accusationes cõstituit.*
11 *Veritas præferenda est opinioni, etiam in delictis.*
12 *Delicti continuatio & iterata demonstratio, auget pœnam.*
13 *Si plures uno ictu percutiantur, plures inducuntur accusationes.*
14 *Delinquendi occasio tolli debet.*
15 *Delictorum qualitas attenditur.*
16 *Quodlibet materiatum & causatum, formam specificam respicit.*
17 *Iunctura geminæ arboris, cùm non apparet, tot arbores sunt, quot species earum demonstrantur.*
18 *Vulneris unitas attenditur.*
19 *Vnitas temporis, & loci, significat unum tantum esse delictum.*
20 *Delictum censetur unum & una pœna puniẽdum, quando corpus, in quod est cõmissum, uno*

uno spiritu, & elementatione consistit.

21 *Actus immediata continuatio, facit uideri unum tantum esse delictum.*

22 *Vnitas uulnerum plurium procedentium simul ex uno ictu, constituit tantum unũ delictum & per consequens unam accusationem, & unicam pœnam.*

23 *Separatio temporis sicut non auget pœnam, ita & multo magis unitas.*

24 *Origo criminis attenditur in delictis, etiam quo ad pœnam infligendam.*

25 *Voluntas nocendi attenditur in delictis, etiam respectu pœnæ.*

26 *De eiusdem hominis delicto pluries non est quærendum.*

27 *Quoties ex necessitate interuenit aliqua separatio in actu, non propterea inducitur pluralitas actuum siue rei.*

28 *Qualitatis mutatio non facit nouam speciem accusationis, nec immutat formam delicti.*

29 *Respectu pœnæ, idemptitas causæ efficientis attenditur.*

30 *Singulæ causæ singulas pœnas irrogant.*

31 *Si seruitus uiæ imponatur, licet ea locũ hẽat in plurib. fundis, tamẽ unica erit seruitus.*

32 *Statutum loquens simpliciter de percussione, et percussionis pœna intelligi debet de una, non de pluribus, cum de pluribus non loquatur.*

33 *Argumentum à minori ad maius ualidũ est, etiam in pœnalibus.*

34 *In delictis attenditur unitas formæ.*

35 *Quoties mutantur termini in delicto, & resultat aliqua uarietas plura sunt delicta.*

36 *Percussio est unus actus iniuriosus in uno membro, multiplicabilis à diuersitate membrorum percussorum.*

37 *Delictũ quando perfectũ est sui origine, tũc originem spectamus, aliàs uerò effectum.*

38 *Voluntas ab effectu demonstratur.*

CONSILIVM III.

IN CHRISTI nomine Amen. Casus est, Lucius cum ense percussit Petrum uno solo ictu, simul & semel in capite & in manu; & in loco contingentię facti extant duo statuta; Primum quod qui aliquem percusserit cõdemnetur in centum; Item aliud, quo cauetur, quòd qui aliquem percusserit in capite condẽnetur in centum; Quæritur modo an iste percussor ueniat condemnandus in centum tantum, an uerò in ducentis.

Et uidetur quòd duplici pęna debeat con-
1 demnari, † Primò uulnerum loca separata sunt, scilicet capitis & manus, quæ dare uidentur speciem & formam delicto. ut ff. de iniur. l. uulneris; & Instit. de iniur. §. atrox. ergo duplici pęna debet puniri, una pro capite, & alia pro manu. Secundò probatur per argumentum par-
2 tis ad totum † ut sicut punitur delictum commissum in totum; sed & si committatur in parte, quo ad partem. ut ff. arbo. furt. cesa. l. furtim. §. & si. & ad syllania. l. iij. §. si quis tabulas. & de ædi. edic. l. i. §. sed sciendum; ergo cum in duabus partibus corporis sit facta percusio, debet duplici pœna puniri.
3 Tertiò à † terminorum mutatione, nam quoties in delicto mutatur terminus, constituitur pluralitas delictorum ex uarietate terminorum, ut ff. de iniur. l. i. §. fi. & l. eum qui. §. ii. cum igitur alius sit terminus in percusione capitis, & alius in percusione manus. ergo debet duplici pœna puniri.
4 Quartò † ab effectu, qui attenditur in delictis, ut ff. de iniur. l. eũ qui. §. si iniuria. & de pœnis l. aut facta. §. euentus. & de iniur. l. illud sed cum ex effectu demonstrantur duo uulnera, ergo pro duplici percusione debet puniri.
5 Quintò à diuersorum † uulnerum pluralitate, quæ constituit percusiones & accusationes, ex eorum demõstratiua enumeratione, sicut contingit in rerum enumeratione. arg. ff. de don. ca. mort. l. senatus. §. fi. & de uerbo. obligat. l. scire. & l. pluribus in prin. & §. i. & l. iii. § fi. de duobus reis. & de leg. ii. l. ii. ergo &c.
6 Sextò † à facti eiusdem uaria demonstratione, duo crimina ostendente, & ideò de utroq; potest accusari. ut. ff. de adulte. l. si adulterium cum incestu in prin. & §. i. & C. de rapt. uir. l. i. §. quæ multo. & ad l. fa. de plag. l. i. & de accusat. l. qui de crimine. & de priuat. delict. l. nunquàm in prin. & §. i. & extra de eo, qui cogno. con

 sangui-

sanguine.uxor. c. ii. igitur duplici pœna debet puniri.

7 Septimò † diuisio & alteratio uulnerũ, quæ diuersitatem inducit percussionum. arg.ff.de legi.i.l.quod in rerum.§.pen.& de uulg.substit.l.cũ ex filio.§.ii.ergo &c.

8 Octauò † diuersorum membrorum tactus pariens diuersas percussiones, arg. ff.de furt.l.uulgaris in prin.ergo &c.

9 Nono † morborum diuersitas constituentium diuersos dolores, medicamenta & expensas, & per consequens diuersas accusationes inducentium.arg.ff.de ædilic. edic.l.qui clauum. Et si quadrup.pau. fecis.di.l.ex hac.& de iis qui deie.uel effu. l.fin.ergo &c.

10 Decimò† à rerum pluralitate,quæ constituunt plures accusationes, sicut dicitur de furto plurimum rerum simul commisso.ut ff.de furt.l. si quis ex bonis.§.j. & de iniurijs pluribus . ut ff. de iniur. l. prætor §.si mihi plures ergo &c.

11 Vndecimò † ueritas, quæ præferenda est opinioni etiã in delictis.ut.ff.ad l.aquili. l.scientiam.§.pen.& l.eum qui. §. si iniuria. de iniur. sed cum ueritas demonstret plura uulnera.ergo &c.

12 Duodecimò † delicti continuatio, atq; iterata demonstratio, quæ auget pœnã. ut.ff.de pœn.l.si diutino.& l. relegati. & C.ad l.Iul.de vi.l.si seruus,& de ser.fugi. l.quicquàm.& de priua.delic.l. nũquàm. in prin.& §.i.igitur &c.

13 Tertiodecimò†argumẽtando a similib. nam certum est, quòd uno ictu pluribus percussis, plures inducuntur accusationes,ut ff.de iniur.l.i.§.fi.& de furt.l.inter omnes.§.i.ergo idem in uno corpore pluribus uulneribus factis, quia quot sunt uulnera,tot censentur esse percussiones.

14 Quartodecimo † delinquendi occasio tolli debet,arg.C. de indict.uidui.l.ii.& ff.de rei uendi.l.in fundo.& C.de furt. l. si quis seruo,aliàs nisi pro quolibet puniretur, posset quis quærere arma aliqua, quæ haberent in se, & possent inferre plures feritas & dolores ergo &c.

15 Quintodecimo † attenditur delictorũ qualitas.arg.ff.de offi.præ.l. Diuus in fi. ergo &c.

16 Sexto decimo† prætereà aliud est materia,aliud materiatum, & aliud causa, & aliud causatum;Sed cõstat quòd materiatum & causatum, recipit formam specificam,quæ dat esse rei.ut ff.de pigno.act. l.si conuenerit.§.si quis.& ad l. Iul.l.lat. in l. hæres. §. i. sed cum in nostro casu uulnera capitis & manus separata ab inuicem recipiant nouam speciem uulneris, & habeant quælibet suam formam specificam causatam ab ictu. ergo quot sunt uulnera,tot resultant percussiones, sicut si ex una arbore fierent duæ species & formæ. igitur duæ pœnæ debent imponi.

17 Decimoseptimò,itẽ quoties † iunctura arboris geminæ nõ apparet,tot arbores sunt,quot species earum demonstrãtur supra terram.ut ff.arbor.furt.cesa. l. si gemina.ii.responso. cum igitur iunctura non appareat in uulneribus. ergo tot dicuntur esse percussiones, quot species uulnerum demonstrantur.

18 Econtrario uidet,† quòd pœna una debeat condemnari.Primò ictus unitas,qui contemplandus est,ut. ff.ad l. Corn. de sicar.l.fin.

16 Secundò† idemptitas temporis & loci debent attendi, quæ etiam denotare & significare uidetur unum esse delictum tantum modo.ut ff.de accusa. l. libellorum.& quod ui aut clam.l.qui aliter.§.i.

20 Tertiò† inspici debet corporis & substãtiæ unitas uno spiritu & elementatione consistentis,propter quod unum esse uidetur delictum,& una pœna imponenda sicut in gemina arbore cuius iunctura apparet supra terram incisa, ut ff. arbo. fur.cesa.l.si gemina.i.respon. nam in corporalibus,quæ cõtinẽtur uno spiritu,uel quæ consistunt ex cohærentibus rebus, non inspiciuntur singulæ res uel partes, ut ff.de usucapio.l.eum qui ædes.& l.rerum mixtura.& ad l.Aquil.l.illud.§.fin. ergo una pœna tanquàm pro una percussione debet imponi.

21 Quartò† facit actus immediata continuatio, quo casu non augetur pœna, sicut patet in adulterio continuato. & in furto repetito ut ff. de furt. l. ei qui in prin.&

prin.& not.ff.de iureiur.l. eum qui. §. in popularibus,& de fur.l.uulgaris in prin. cum igitur sit unus ictus. & una continuatio.ergo una pœna.

22 Quintò † uulnerum præcedẽtium simul ex uno ictu unitas, constituere uidetur unum delictum, sicut in furto plurium rerum simul acto, ut ff. de furt.l. eũ qui §.idem dicit & l. uulgaris, ergo actio & pœna est una in casu nostro, nam actionum, accusationum, pœnarumque diuersitas procedentium ex uno ictu, non propterea inducunt plures pœnas. ut ff. de iureiurand.l.duobus.§. exceptio. &. §. colonus,& l.senatus,de accusa. ergo &c.

23 Sextò † sicut separatio temporis non auget pœnam.ut ff.de fur.l.inficiando.§. infans,ergo multo magis,ubi est unitas, probatur, per ar.à maiori.

24 Septimò † facit origo criminis, quæ cõsideratur in delictis ut ff.de furt.l.si quis in seruitute,& de adulte.l.si adulterium. §.i. sed cũ uulnera continuata traxerint originem,ab uno ictu, ergo una pœna.

25 Octauò † probat uolũtas nocendi,nam cum unus fuerit ictus, uidetur ergo uoluntas faciendi fuisse unam percussionem.ergo una erit pęna.ut ff.de iis quib. ut indig.l. rescriptum.& l. hæres. & de furt.l.qui iniuriæ in prin.cum similibus.

26 Nonò † hominis delictum pluries non est quærendũ.ut ff.nau.caupo. stabula.l. licet.§.fi.cum igitur sit ictus unus tantũ, non debet sępius quæri de ipso ictu.

27 Decimò † facit necessaria separatio,nã quoties ex necessitate interuenit aliqua separatio in actu,non propterea inducitur pluralitas actuum siue rei,ut arg.C. de testa.l. cum antiquitas. & de uerb.ob. l.continuus,& de duobus reis l.duos.sed cum uulnera sint separata, neccessariò propter ictum unum.ergo una pœna.

28 Vndecimò† qualitatis mutatio nõ facit nouam speciem accusationis, nec immutat formam delicti.ut ff.de noxali.l.in delictis. §. si detracta. ergo nec uulnerum prouenientium ex uno ictu mutatio, inducet diuersas species & formas, ergo una pœna.

29 Duodecimo † causæ unius efficientis idemptitas,id est unius ictus hoc probat. cum igitur sit una causa, ergo una pœna

30 nam † ex singulis causis singulæ pœnæ irrogãtur.ut ff.ad turpillia. l. in senatus. circa princip.

31 Prætereà † una est uia, & si per plures fundos imponatur,quia una est causa efficiens,id est una seruitus. ut ff. de seruit. rustico.prædio.l.una est uia. ergo &c.

32 Tertiodecimò† statuti prohibita interpretatio hoc operatur. ut ff.ad munici.l. constituti. & l. quod constitutum. ff. de testa. milit.nam statutum imponit pœnam pro percussione, sed cum ictus sit unus,ergo una percussio.ergo una pœna.

33 Quartodecimo † argumentando à minori. quia si id de quo minus &c.sed constat quòd ubi sunt plures ictus & percussiones atq; uulnera, & homicidium, una imponitur pœna.ut d.l. illud.§. fin. ergo multo magis in casu nostro, ubi est unus ictus,licet sint plura uulnera, una debet esse pœna.

34 Quintodecimo† unitas formæ, dat esse rei.ut ff.ad exhiben.l.Iulianus.§. sed & si quis.& de acqu.re.do.l.adeò,§. insula in fi.§. cum igitur sit una forma,quia una manus,unus ensis,& unus ictus,& una admenatio; ergo unum delictum. igitur una pœna.

Solutio duplici pœna debet puniri, per iura primitus allegata.

Ad contraria potest generaliter responderi,quia cum plura demonstrentur uulnera & separata loco & qualitate, & diuersas contineant species, & formas, ac diuersos pariant effectus,atq; dolores & medicamenta, patet ꝙ plures sunt percussiones, & per consequens plura delicta,licet sit unus ictus,& una admenatio.

Potest,& particulariter, ad singula responderi.

Non ob.prima ratio, quia ibi contemplatur ictus,ut cognoscatur effectus.& sic facit pro hac parte.

Non ob. secunda quia hic manifestè ostenduntur duo uulnera.

Non ob.tertia, quia id ius seruatur hic in parte quo ad partem,quo in toto, ut supra dixi.

Non

Non ob. quarta. quia ibi non demonstrantur plures species separatæ & diuersæ delictorum, uel dic. ut nota. in d.l. si diutino.

Non ob. quinta ratio, nã ibi est unũ furtũ, quia unica est species & forma delicti, licet contineantur in furto plures res; est enim ibi unica subtractio & contractatio, sed hic representantur plures species, & formæ & percussiones, licet sit unica admenatio.

Præterea ibi punitur pro qualibet re, ut ibi apparet, & eo.ti. si quis ex bo.i.§. sed hic si diceremus esse unum delictum, & unã percussionem, ergo tantũ puniretur pro duobus uulneribus sicut pro uno, quod
35 esset absurdum: uel dic.† ꝙ quoties mutantur termini in delicto, & resultat aliqua uarietas, plura sunt delicta. ut d.l. si adulterum, cum concordanti. & sic est in casu nostro: sed non in furto.

Præterea statutum non punit admenationem, sed percussiones; Sed cum plura facta siue uulnera. ergo plures percussio-
36 nes.† cum una percussio sit unus tactus iniuriosus in uno membro, ergo duo tactus in duobus membris erunt duæ percussiones.

Non ob. sexta, quia ibi non mutatur species delicti, ut d.l. ei qui.

Non ob. septima. quia hic inspecta origine, & effectu plura sint uulnera, & plures
37 percussiones. ut dixi.† uel dic, quod quãdo delictum est perfectum à sui origine, tunc spectamus originem, aliàs spectamus effectum ut d.§. euentus, cum concordantibus.

38 Non † ob. octaua. quia uoluntas demonstratur ab effectu. ut d.l. illud. & C. ad l. iuli. de sicar. l.i.

Non ob. nona. quia licet plura delicta, ut dixi.

Non ob. decima quia hic delictum procedit à uoluntate, & non à necessitate.

Non ob. undecima, quia hic mutatur species & forma. ibi non sic.

Non ob. duodecima, quia hic sunt plures causæ, idest plures percussiones, ut dixi.

Itẽ nõ ob. l. una est uia, quia ibi põt dici eẽ plures uias. ut ibi not. & sic facit ꝓ & non contra.

Non ob. tertia decima, quia hic ueraciter, sunt plures percussiones & non una.

Nõ ob. quartadecima, quia ibi resultat unus effectus, ut ibi no. & d.l. unquã plura.

Nõ ob. xv. quia hic sunt plures percussiones, & sic sunt plures spẽs & formę. Ita iuris esse uidetur, saluo iure &c.

Ego Iacobus de Beluisio de Bononia legum Doctor.

CONS. INCERTI AVCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus quod percussit & sanguis exiuit, si plures testes deponunt, quod ex percussione sanguis exiuit, & plures dicunt quod non, an sit absoluendus.*

2 *Testibus pluribus numero, & magis uero proximiora deponentibus creditur.*

3 *Testes sunt semper ad concordiam reducendi.*

4 *Non probat hoc esse &c.*

5 *Testibus ab eadem parte productis, & quibus sit magis standum & nu. 7.*

8 *Veritas præsumitur, ubi maior est testium numerus.*

8 *Testes non sunt admittendi in negatiua facti, secus in negatiua coarctata, quæ cadit in usum.*

Testes producti ab una parte debent dicere uerum pro utraque parte, sic esse, uel non esse, & quomodo sciunt, & super toto negocio producti esse intelliguntur.

10 *In declaratione testis non exigitur iuramẽtũ.*

CONSILIVM IIII.

1 Elimosina † accusauit Pellolum dicens, ꝙ ipse Pellolus omisit & neglexit denuntiare percussionem factam per Colam in facie, dictæ Elimosinæ, ita quod sanguis exiuit, dicto Pellolo existẽte syndico uillæ; super qua accusatione Elimosina accusatrix ꝑduxit decẽ testes & ultra contra dictũ Pellolũ; quorũ testium duo iurati dixerunt, quòd uiderunt dictum Colam percutere Elimosinã cum manu in facie, ita quòd sanguis exiuit de naso dictæ Elimosinæ tempore &

re & loco in accusa contentis; Alii autē testes iurati super dicta accusatione deponunt eorum iuramento, quòd uiderūt dictum Colam loco & tempore contentis in accusa percutere dictā Elimosinā in facie, dicentes, quòd non exiuit sanguis, & quòd si exiuisset occasione dictæ percussionis, quòd bene uidissent, quia non potuisset exire loco & tempore prædictis, quin uidissent, quia præsentes erant, & aliud dixerunt se nescire. Sunt & alii plures testes per dictam Elimosinam inducti, qui dicūt quòd dictus Cola percussit dictam Elimosinā, & sanguinem non uiderunt. Modo quæritur an dictus Pellolus accusatus ueniat condemnandus occasione dictæ accusæ. Et uidetur de iure dicendum dictum Pellolum debere absolui, cum per maiorem partem dictorum testium probatum sit percussionem fuisse sine sanguine, quibus testibus numero pluribus in loco: est credendum & standum in hac parte, rationibus & iuribus infrascriptis.

2 Primò † cum dicti testes prædicta probātes sint plures numero. & magis uero proximiora deponere uideātur, quod patet ex eo quod constat esse probatū prædictam percussionem, per iocum & solacium factam fuisse per plures testes dictæ Elimosinæ, sicut & per neminem de prædictis deponitur quod irato animo
3 fuerit facta, ergo per iocū. † cū testes sint semper ad concordiam reducendi extra de testi.c.cum causam, & de pœn.dis. j.c.periculose, & no.iiij. q.iij.c. si testes. Si per iocum sequitur quod magis uerisimile est quòd sanguis nō exiuerit, quàm quòd exiuerit, cum iura non aggrauent sed alleuient facta per iocum.

Præterea non apparet, nec est probatum, quòd percussio facta sit in naso. sequitur quòd fieri potuit in alia parte faciei, non procliua de facili ad effusionem sangui-
4 nis. † quia non probat hoc esse & c.l. Non hoc C. unde legiti.

5 Præterea. † ubi non reperitur quòd pauciores præponderēt dignitate uel fama, uel in dicendo uero proximiora, semper testibus ab eadē parte productis, inuicem contradicentibus, statur numero plurium, & illi præualent, & illorum depositio est sequēda, siue affirmatiue, siue negatiuè deponāt. per l.iii.§.qui id quod in fi.ff.de testib.& not.extra de testi.c.in nostra.& iiii.q.iii.§. si testes. & C. de fi. instru.l. scripturæ, & ibi not.per Iac. de
6 Are.& in l.in exercēdis eo.tit.† quia ubi maior est numerus, præsumitur ueritas extra de electio.c.ecclesia.& facit. ff. de arb.l.diem plures.& in auct. de hære. & falci.§.si uerò quidam.ponit Iac.de Are. in l.i.ff.de uen.inspi.

7 Non ob.† quod no.in d.§.si plures, quia illud uerum quando pauciores deponerent magis uerò proximiora, uel eorum fama præponderaret uel dignitas. Bal.in l.actor.C.de proba. & ita secundum ueram opinionem intelligitur dicta Glos.

8 Non † ob. quod negatiua non probatur, nec quòd super ea sunt testes admittendi, sed tāquàm suspecti repellendi, quia illud est uerum in negatiua facti; Sed negatiua coarctata, quæ cadit in uisū testis potest probari. ut not.per Glos.in l.pen. C.de reb.cre.& Insti.de excep.§. æquè si debitori, & ff.de iti. actuq; priu.l.i.§.i.in fi.magnę Glo.& solet notari.in l.ii.C.de erro. aduo. & ibi uide per Cy.& l. actor C.de proba.

9 Non ob.† quod dici posset, ꝙ ipsi testes numero plures super negatiua uidentur deponere non iurati, cum super illa non fuerint producti: Item cum ad interrogationem iudicis prædicta dixerint & deposuerint. quia hoc est falsum.& quia super illa dicūtur producti. quia testes producti ab una parte debent dicere uerum pro utraq; parte, ergo sup sic esse, uel nō esse, debent dicere ueritatem, quomodo sciunt, ergo super hoc toto producti esse intelligūtur & iurati. per auct. sed iudex C.de epis.& cleri.

10 Præterea. † si testis ad interrogationē iudicis dictum suum declaret, non uidetur sup declaratione facta deponere nō iuratus, sed iuratus, cum ipsa declaratio sit de primo dicto & ad ipsum referatur. extra de test.c.cum clamor.per Bar.in l. hæredes palam. §. sed si notā.ff.de testa.

&

& facit quod not. in autē. de testib. §. & licet col.vii.arg. ad hoc.ff.de test.l.hære des palam.§.sed si notam. & ibi per Bar. Aliàs sequeretur absurdum, si testis interrogaret de ratione sui dicti, & rationem redderet nullā, nihilominus ualet dictū eius, tanquàm super rationem deposuerit nō iuratus, quod est falsum & inconueniens, quare non obstat: Cōclusio est ergo, quòd cum dicti testes producti fuerint per actorem, Item cū in dubiis prōptiores debemus esse ad liberandum, & absoluendum, quàm ad condemnandum quòd dictus Pellolus ueniat à dicta accusatione absoluendus. Et ita mihi uidetur Et ita obtinui.

Et super hoc etiam consuluit Cy. ut infra patet.

CONSILIVM. D. CYNI DE PISTORIO.

Super eodem facto.

SVMMARIVM.

1 *Testibus in facti accidentia sibi inuicem cōtra dicentibus, cæteris paribus statur numero maiori.*

2 *Testibus affirmātibus an plus credatur quàm negantibus.*

3 *Negatiua quando est talis quæ potest uerisimiliter cadere in scientia testis, ita probatur sicut affirmatiua.*

4 *Quādo accidētia facti & nō facti pōt sciri propter coartctationem loci & temporis, potest per testes factum non esse probari.*

5 *Quod non est, non potest directè probari.*

CONSILIVM V.

1 NON EST † dubium quòd quādo testes in facti accidentia contradicunt sibi inuicem, quòd cæteris paribus maiori numero statur. ut l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. & dixi plenè in l. in exercēdis. C. de fi. instrumen.

2 Sed dubitari potest, † quia duo testes deponunt affirmādo, quod sanguis exiuit & plures alij deponūt negādo, quod sāguis non exiuit, & sunt omnes isti testes producti ab eadem parte, unde dubitatur an maior numerus testium negantium præualeat minori numero affirmantium, & dicunt quidam, quòd affirmātibus creditur plus si sunt duo, quàm centum negantibus. sequendo quod not. in l. diem. §. si plures. ff. de arbi. Sed certè hoc nō est ue-

3 rum. † Nā quando negatiua est talis, quæ potest uerisimiliter cadere in scientia testis, ita probatur negatiua, sicut affirmatiua. ut patet in negatiua artis siue imperitiæ, quia hoc pōt artifex uel peritus scire, cū tale quòd habeat genus & differētias, & rationes, & sic probatur quòd nō est mulier prægnans. ut ff. de uent. inspi.

4 l.i. in prin. † Sic quando accidentia facti & nō facti pōt sciri, propter coarctationē loci & temporis, optimè potest probari per testes factum non esse, ut plenè explicaui in l. actor, in lectura. C. de proba. ita loquit Glos. de itine. actuq; priu. l.i. §.i. Nec dicat aliquis quòd Dyn. præceptor meus reprobet, quia non est uerū, quòd reprobet, nisi quando factum non potest habere coarctationē, ut puta quia testis erat in domo, & quis fuit uisus in itinere uel alibi, sed quando poneretur factum illa determinatio per locum & tempus quòd testis potest scire, optime potest probari ut Dyn. dicit in l. actor. & multi Doctor. sequuntur, & Glos. l. ultima. C. de reb. cred. & ita intelligitur. C. de erro. aduo. l. ii. Et hoc tenet Io. And. & super hoc solennem notulam fecit, uerum est quod aliqui Doctores dicūt, quod nō probatur

5 directo, † quia quod non est, non potest directo probari, sed probatur per euacuationem, uel carentiam, quia manus est uacua à pomo, uel ab arbore, uel uulnus à sanguine uel loco. Tamen quod probatio non ualeat nullus sani capitis diceret. Concludo ergo & dico ego Cynus de Pistorio, quòd cæteris aliis paribus, cōsiderato solo numero maiori, & aliis rationibus, quòd dictus Pellolus ueniat absoluendus. & hoc tenet Iac. de Are. & Oldra. in d. titu. de uen. inspi. & ego notaui in d. §. si plures.

Cynus de Pistorio.

CON-

CONSILIVM D. GRIFOLI DE MONTE POLICIANO.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio in qua dicitur tales uulnerauerunt talem pluribus uulneribus, & ad praedicta committenda, unus alteri, & alter alteri dedit auxilium consilium, & fauorem, an procedat, & an possint cōdēnari ut principales, & auxiliatores & fauorizatores.*

2 *Legitimè non citato, licet comparente & se excusante, si sententia contra eum feratur, ipso iure nulla.*

3 *Indicia solennia quando ex statuti forma debent praecedere citationem, illis non praecedentibus, licet citata parte feratur sententia, illa dicitur manifestè iniqua.*

4 *Fideiussor pro eodem, & principalis esse non potest.*

5 *Res eadem non potest duplici iure censeri.*

6 *Inter criminis reos & fraudis participes multum interest.*

7 *Quando plures uulnerauerunt, & ex ictu unius perit, is, cuius ictu periit de occiso tenetur, alii autem non ut auxilium praebentes occisori, sed de uulnerato tantū tenētur.*

8 *Animus et propositum delinquentis, non exitus in delictis spectatur.*

9 *Fauor & auxilium tunc impenditur, quando quis non principaliter deliquit.*

10 *Opem praebens furto non est fur, licet furti teneatur.*

11 *Ius accusandi ubi non competit, si illud opponatur, et in accusatione deducatur nō nocet.*

12 *Auxilii species & fauoris exprimenda est in sententia uel accusa.*

13 *Is enim qui frustratoriè & ambiguè ac obscure proponit, habetur pro non proponente.*

14 *Ambigua & dubia probatio contra producentem interpretatur.*

15 *Testes deponentes in genere de auxilio & fauore praestito in homicidio, deponunt de eo, quod est iuris et non facti, et sic concludenter non probant.*

16 *Statuta reducenda sunt ad intellectum iuris communis.*

17 *Aliud est ferire, aliud percutere.*

18 *Ordo iuris cū per statutū remittitur, citatio ad audiendā sententiam non censetur remissa, quia tunc illa non est de iuris ordine, sed de solennitatibus, & sic sentētia redditur nulla, si citatio omittatur.*

CONSILIVM VI.

1 ACCVSAVI † Tres quod percusserunt & uulnerauerunt Titium pluribus uulneribus pro quolibet, ita quod mortuus est, & ad praedicta committenda dixi quod unus alteri, & alter alteri dedit auxilium, consilium, & fauorem: isti comparuerunt & condemnati fuerunt ut principales, & ut dantes auxilium & fauorem. qui appellauerunt, quęritur de uiribus dictae sententię, quia dicunt quòd non citati ad sententiam fuerunt condemnati.

2 Et uidetur de iure dicendum † quòd praemissa sententia quantum ad omnes accusatos qui comparuerunt & se excusauerunt fuit ipso iure nulla. ut l. ea quidem C. quomo. & quan. iud. ff. de re iudi. l. de unoquoque ff. de appella. l. ex consensu, §. eum. & quae sen. sine appel. res. l. j. §. itē

3 cū ex edicto. † Et ubi constaret eos legitimè citatos, uel sententiam ferri posse non praecedentibus solēnibus indicijs citationem ex forma legis municipalis, tunc iniquitas dictae sententiae manifestè ostenditur, ratio est, quia ex serie accusationis apparet, eos ut reos principales accusatos, & sic non possunt intelligi accusati, ut auxilium & fauorem praebentes, nam super eodem facto quis non potest esse reus principalis & auxiliator & fauo

4 rizator, uidetur, Nam † nemo potest esse reus principalis & fideiussor pro eodē delicto. ut ff. ad uelleya. l. tutor. & de fideiusso. l. habere. §. seruo. & l. ueterani cum prin.

5 Item † eadem res non potest duplici iure censeri, ut ff. de usuca. l. eum qui aedes,

6 nam † inter criminis reos, & fraudis participes multum interest, ut ff. de publi. l. si multi publicani in fi. Cum ergo obiecta dictis accusatis propter circūscriptionem loci & temporis, & propter continuationem dicatur unum factum. & unū structū siue machinatio de eis ut de prin

 cipa-

cipaliori est intelligendum in iudicium deductũ, ut ff. de mino. l. iii. §. i. sed ibi totum hoc structum, & ff. ad l. aqui. l. illud.
7 §. fi. & ibi not. Præterea † uidetur casus in l. item mela. §. si plures. eo. tit. Plures uulnerant, & ex uulnere unus uulneratus periit, quod is cuius ictu perit, tenetur de occiso, cæteri autem non de occiso, uel auxilium occisori præbentes, sed duntaxat de uulnerato tenentur, ut ff. ad l. Cornel. de sicari. l. fin. Cum ergo in actione proponatur omnes principales fuisse reos, & defensores, non potest dici alter alterius auxiliator fuisse; Ratio
8 est, † quia in delictis spectatur animus, & propositum delinquentis non exitus. ut ff. de furt. l. qui in iure. in prin. & de sicar. l. i. §. eius. Sed ex lectura accusationis apparet, quantum ad accusationem, omnes pariter insultasse, & sicut principales rei & directò offensores accusati fuerunt, igitur non potuerunt deferri, ut auxiliatores & fauoris impensores, cum omnis fauor actusque factus transfundatur in principale delictum. ut d. l. illud in fi. & not. C. de accusa. l. qui de cri-
9 mine † tunc sanè fauor & auxilium impenditur, quando quis non principaliter deliquit.
10 Nam † qui præbet opem furi non est fur licet furti teneatur. l. is qui opem ff. de furt. & l. furti. §. ope. & l. si quis uxori in
11 prin. & l. pignore §. qui ferramenta. † Et sic patet, quòd ex eo capite quo accusantur de auxilio & fauore nõ competit ius accusandi, ut probatũ est, & sic de facto non nocet; nam quod non competit, & si oppositum fuerit, non nocet, ut ff. de excep. rei iud. l. si in iudicio in prin.

Porrò uidetur posse admitti talis accusatio; tamen in proposito dicta sententia non minus est, & fuit iniqua & iniusta.
12 Ratio † est quia accusator non expressit in ipsa aliquas species auxilii uel fauoris, sed in genere fuit uagatus, & sic talis accusator nõ pergit ad uigorem iudicij. ut ff. de dolo l. idem exigit. & de iniuri. l. prætor edixit in prin. §. quod autem prætor. Sed constat quòd multæ sunt opes, auxilia & fauores, ut Insti. de oblig. quæ ex delict. nas. §. ope. & d. l. pignore §. qui ferramẽta. ff. ad sylla. l. iii. §. excusantur.
13 & l. cum dominus. † Is enim qui frustratoriè & ambiguè & obscure proponit, habetur pro nõ proponente ut ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. scire & ibi notatur. Cæterum & testium depositiones in hoc sunt obscuræ & ambiguæ, nullam fauoris, uel auxilii seu iuuaminis speciem declarantes, & sic ex eis non potuerunt ac-
14 cusati damnari. † Nam dubiam & ambiguam probationem, interpretamur contra eum, qui probare uoluit. ut extra de proba. c. in præsentia. & ibi not.
15 Præterea † testes debent factum seu gestum in specie referre, & iudex ex tali facto in specie relato iudicat. Nam non debet testis dicere Titius præscripsit uel usucepit, quia ista sunt iuris non facti. sed debet dicere Titius possedit; & sic in proposito casu, testes deposuerunt super iure & iudicis partes assumsperũt dicendo quòd accusati præstiterunt auxiliũ. quod esse non debet. ut ff. de uerb. oblig. l. stipulatio ista. §. ii. quoq;. & ibi not. & per Innoc. extra de testi. c. cum causam circa fin. primæ columnæ.

Nec puto prædictis obstare statutum loquens de pœna præstantis auxiliũ &c. quia illud statutum intelligitur quando species fauoris & auxilii exprimitur &
16 probatur. † Sẽper enim statuta municipalia reducenda sunt ad intellectum iuris communis ut ff. de uulg. & pupil. l. ex facto in prin. & de muneri. & hono. l. ut gradatim. §. sed si lege. Item prouisio dicti statuti habet locum quando auxiliũ præstatur. ferienti, sed prædicti non probantur nec arguuntur præstitisse auxi-
17 lium ferienti sed percutiẽti, † nam aliud est ferire, & aliud est percutere in sua specie. tunc enim dicimus uulnus & feritam quando cutis scinditur & sanguis effunditur. secundum Cirurgicos & secũdum communem modum loquendi. qui præcipue in talibus debet attendi. ut. ff. de leg. iij. l. seruis legatis. §. omnibus. & de uerb. signifi. l. anniculus, cum similib.

Non obstat ad primam partem qua dicitur sententia nulla ex omissis citationibus

nibus, per quod statutum quo proponitur caueri quòd in aliis cognoscendis, puniendis & terminandis non seruetur ordo iuris dummodò & de maleficio constet &c. quia citationes ad ipsam sententiam audiendum non sunt de iuris ordi-
1 ne in processu, sed sunt de solénitatibus ut probatur. C. de sen. l. prolatam. Credo enim iuris esse ut ibi not. Ex præmissis concluditur quòd præmissa sententia est nulla ꝓpter omissas citationes, & ubi subsisteret, potestas statuti est iniqua quantum, ad præfatos. Et ita respondi de facto consultus Ego Grifolus.

CONSIL. D. FRANCISCI TIGRINI DE PISIS.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum carens in subscriptione notarii loco unde ipse est, non uitiatur.*
2 *Talis quis præsumitur, qualem habitũ gerit.*
3 *Producens instrumentum non debet probare se notarium, sed opponens.*

CONSILIVM VII.

1 FACTVM tale est, † Quidam coram iudice produxit quoddam instrumentum, in quo notarius, qui scripsit non posuit locum, unde notarius est, & dicitur in instrumento, actum Romæ, instrumentum producitur in curia ducatus, Quæritur an ex hoc defectu instrumentum reddatur uitiosum uel nullum. Item quæritur utrum hæc exceptio, quòd non sit notarius, ueniat probanda per opponentem, an per producentem instrumentum: Quo ad primum dico quòd quàmuis tabellio non ponat locum unde est, si alias habet solẽnitates, non propterea redditur nullũ uel uitiosum; Primò quia nulla lege reperitur cautum quòd hoc sit de substantialibus instrumenti quæ ponũtur in l. generali. C. de tabular. lib. x. Et si dicitur, quòd saltem ex ea parte quòd debet opponi nominis qualitas per quam ĩcertitudo redditur eius, quod nominatur ut l. hac consultisima. C. qui testa. face. poss. uersi. deinde exprimitur, & quod ibi not. Respondeo, primo ponat nomen & nomen patris, & satis redditur instrumentum certum, ex quo tamen nõ constat, quòd notarius sit aliunde quàm de loco ubi instrumentum est confectum, & cùm nõ probetur de alibi fuisse, præsumitur de loco in quo reperi-
2 tur arg. l. moueor. ff. de ser. exportã. † qua ratione lex pręsumit me talem qualem habitum gero. ut in c. si iudex. extra de senten. excom. lib. vi. & l. Item apud Labeonem. §. si quis uirginem. ff. de iniur. & l. si quis. ingorans. ff. loca. & tamẽ possibile est me alium habitum gessisse, contrarium quàm nunc gero, & nihilominus lex præsumit talem in quali habitu me inuenit: Sic & quamuis possibile sit quod notarius qui Romæ instrumẽtum confecit fuisse de alibi & aliunde in dubio tamen præsumitur esse de illo loco in quo tunc tẽporis reperitur. Ex iis est responsum ad id quòd in contrarium opponitur, quòd potest esse alius Nicolaus Philippi, quia ex quo alius Nicolaus Philippi non reperitur in loco prędicto, Nec alium Nicolaum Philippi ibi esse constat, procedunt, quæ dixi. si autem cõstaret, esset necesse probare, quòd scribens fuerit ille Nicolaus Philippi.
3 Ad secundum quæsitum † utrum exceptio quòd non sit notarius nec in possessione notariatus debeat probari per opponentem an per producentem instrumentum quòd sit notarius, dic quòd opponens probare debebit. hanc opi. tenet Azo in sum. in auct. de fi. instru. maximè quando homo producens instrumentum est homo bonæ famæ & conditionis, nec est consuetus circa talia maliciosè uersari. Et licet super hoc puncto plures opi. teneantur, tamen si aliud teneremus esset in infinitum procedere, quia si produceretur imperialis auctoritas uel Papalis de tabelionatu, posset opponi, quòd qui scripsit non est notarius, & sic de singulis. Et sic consulo, Nec curo de eo quod scripsit spe. in tit. de instr. edi. §. restat. uers. sed quid si producatur. per Cyn. in l. cõparatones. C. de fi. instr.

Franciscus Tigrini de Pisis.

CONSILIVM. D. BARTOLI DE SAXOFERRATO.

SVMMARIVM.

1 *Testis in causa productus filius sororis producentis, qui interrogatus, si erat affinis uel consanguineus producentis, respondit, quòd non, potest de falso puniri.*

2 *Filius sororis carnalis non dicitur nec consanguineus nec affinis, sed cognatus uel coniunctus.*

CONSILIVM VIII.

1 TESTIS † In causa productus & filius sororis carnalis producentis interrogatus fuit, si erat affinis, uel consanguineus producentis, respondit, quòd non. Modo quæritur an talis testis deposuerit falsum, & dicendum est, quòd nõ, quia dixit ueritatem quoniam consanguineus non est, quia certè agnati uel cognati, præter fratres ex eodem patre natos non dicuntur consanguinei, ut insti. de legiti. agnato. succesio. in prin. & ibi Glos. & ff. de suis & legiti. l. ii. in prin. & instit. de succesio. agnato. §. uulgo. & l. inter. ff. unde le. Item nõ dicuntur affines. ut ff. de gradi. l. non facile. §. affines,

2 Item apparet quòd uerum dixit, quia nec consanguineus, nec affinis, sed cognatus uel attinens, quod non fuit per dictum testem negatum. Nulla ergo pœna imponenda est ex prędictis, ut probant iura prædicta.

Bartolus de Saxoferrato, &
Ioannes de Riccijs de Florentia.

CONSIL. D. RICARDI DE SALYCETO BONONIEN. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Verba qualitatiua uel etiam substantiua iuncta cuicunq; uerbo temporis præsentis, uel præteriti aut futuri, significant, exigunt, & requirunt, & sufficit qualitatem adesse, uel substantiam secundum tempus uerbi cui adiungitur.*

2 *Statutum quòd bannito ius non reddatur, intelligitur etiam ex iudicis officio, & nume. 3. 4. & 5.*

3 *Exceptio banni superueniens impedit processum inchoatum.*

4 *Argumentari licet à rubricis.*

5 *Qui nullum dicit, omnia excludit.*

6 *Commune aut ciuitas uel collegium, repræsentat personam, & loco personæ habetur.*

7 *A quo remouetur genus, & qualibet eius species.*

8 *Statutum quòd in bannito uel condemnato nulli fiat ius, nec communi, nec ciuitati, nec priuatæ personæ, potest aliquod ius fieri, & nu. 9.*

9 *Denegatum directò non debet per obliquum concedi.*

10 *Statuta prohibentia ius reddi bannitis, & eos posse impunè offendi, quare facta sunt.*

CONSILIVM IX.

IN CHRISTI nomine Amen; In quæstione & pũto supra præmisso clarũ uidetur & apertum, quòd processus nullus & inquisitio nulla posit fieri contra dictũ D. Masiam. quod sic manifeste ostẽ-
1 ditur. † quia uerba qualitatiua uel etiam substantiua iuncta cuicunq; uerbo temporis præsentis, uel pręteriti, uel futuri exigunt & requirunt, & sufficit qualitatem adesse, uel substantiam secundũ tempus uerbi; cui adiungitur, ut ff. de sta. homi. l. in seruorũ. §. i. de pecu. l. quoti s in taberna. §. pen. & quod iussu l. ii. in fi. &
2 de noxali. l. in delictis, §. i. † Modo cũ statutum dicat, quòd bannito, uel condemnato ius non fiat, sufficit qualitatem uel substantiam esse, uel fuisse tempore, quo petitur de bannito ius fieri, quodcũq; ius & in quacunq; parte iudicii debeat fieri. unde etiam si factus esset totus processus ante bannum præter sententiam, non potest sententia ferri. & idem si in quacũq;
3 parte procesus bannitus superueniret, † hæc enim est natura exceptionum, quæ impediunt processum ut quãdocunq; superueniant, impediant illum procesum, ut ff. de cõdi. indebi. l. eleganter. §. si post. & si quis cautioni. l. ii. §. in prin. & in l. i.

C. de

C.de satisda. Quòd autem exceptio ista impediat processum tex.est clarus.C. de ijs qui ad eccle.confugi.l.si seruus in fi.& C.de ijs qui potentio. nomi. tit. præ. affig.l.unica. parum ante fi.ibi nec repetendæ actionis,etiam si eis probabilis negocii merita suffragantur, habeant facultatem.& ut nemo priua.prædi. suis uel aliimponat l.ij.§.fi. Quinimmò iudices tales processus admittentes puniuntur ut
4 ibi. Secūdò patet hoc fortius.† quia a rubricis licet argumentari, eo quod ponūt summam intentionis,ut ff.si.cert.pet.l.i. Nunc ad propositum dicit rubrica statuti quod non fiat ius in bannito uel condēnato,& quantū ad personam banniti uel condēnatione statuti est personale,quātum uerò ex parte eius, qui debet ius facere,uel contra quem debet ius fieri, statutum est reale, & in rem conceptum, Item ex illa parte nulli nec ab aliquo debet,uel potest fieri ius in bannitis, ut ff. quod met.cau.l.metum.§. animaduertēdum, & quod ui aut clam.l. qui aliter §. fi.cum ergo in personalibus sic loquatur,ius non fiat,nec dicit,à quo,nec dicit contra quem,debet intelligi,quòd ei nullo iudice,nec ad petitionem alicuius de facto banniti,debeat ius fieri, etiam iudicis, uel communis,uel collegij.ad quod multū benefacit.ff. de aleato.l.j.§. quod autem ait prætor. unde nullum ius debet esse de isto.

Probatur fortius & tertio per tex. statuti,quod dicit,quòd nulli, & hic debet
5 esse pūctus,† & qui nullum dicit, omnia excludit ff.de reb.dub.l.si is qui.eo.§. utrum.& ff.de reg.iur.l.nemo. & extra de
6 reg.iur.c.nullus lib.vi. † commune autē ciuitas uel collegium repræsentat personā,& habetur loco personę,ut ff. quod cuiusque uni.no.l.j.& ij.& ff. de fideiuss. l.mortuo,ut ff.de leg.j.l.ciuitatibus,& l. ciuitas,& l.pen.eo.tit.Igitur nec ciuitate, nec communi pro uindicando banni
7 to debet ius reddi nec fieri, † nam à quo remouetur genus, & quælibet eius species.ut not.C.de transl.l. si causa cogni-
8 ta;sed statutū sic in genere dicit, † quòd in bannito uel condēnato nulli fiat ius, igitur nec communi,nec ciuitati,nec priuatæ psonę, pōt in hoc aliquod ius fieri. Patet quartò,† quia quod denegatur di-
9 recto, nō debet concedi per obliquum ut l.quod dictum.ff. de pact.si quis cautio.l.si is. At hic statutum denegat subsequenter in bannito uel condemnato nulli ius fieri,igitur nec cōmuni pro offensa cōmunis potest ius aliquod reddi, quia sic per consequens bannitus consequeretur,& per obliquum, quòd ei directo est denegatum; uidetur enim per consequētiam quandam commune causam uindictę ab ipso bannito, uel off nso habere cum ex eius persona,uel delicto in eo cōmisso commune actionem,uel inquisitionem incendit.ff.quod quisque iur.l.iij.§. si filius meus.

10 Patet ultimò ex ratione, † quia talia statuta prohibentia ius reddi bannitis, & eos posse impune offendi, sunt facta ad terrorem delinquentium & delictorum,ne homines faciliter cadant ad delicta,& custodiant se ab eis;maximè probat hoc huiusmodi statutum in principio sui.hęc autem ratio habet locū quandocunque superuenerit bannum, ut in pœna banniti ius non debeat reddi de ipso,nec pro ipso.prout fertur. ergo &c.

Et sic dico & consulo, Ego Ricardus Salyceto legum Doctor.

CONSILIVM D FRANCISCI DE ALBERGOTIS DE ARETIO Legum Doctoris.in casu præcedenti.

SVMARIVM.

1 *Exceptio banni superuenientis reliquum processum impedit,per tot.concilium.*

2 *Exceptio dilatoria seu emergēs licet proponatur in initio causæ, si tamē n n cōpetit sed superueniat,pendente iudicio opponi pōt ad excludendum reliquæ partis processum.*

3 *Verba,ius non fiat,in statuto apposita, quos actus causæ respiciant.*

4 *Iudex debet ius reddere in quocunque actu processus.*

5 *A uerbis statuti non est recedendum, cùm nō constet de contraria mente statuentium.*

Exce-

6 *Exceptiones impedientes processum respicientes inhabilitates personæ ad agẽdum, ut exceptio excommunicationis, & exceptio banni, nõ purgantur ẽt per litis contestationẽ.*

7 *Intellectus ad l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & nu. 8. & 9.*

10 *Impediuntur facilius contrahenda, quàm iam contracta, & facilius inchoãda, quàm inchoata.*

11 *Iudex qui locum tenet accusatoris, an possit ex officio procedere de offensa facta illi, cui non potest ius reddi & nu. 12.*

CONSILIVM X.

1 NEc debet reuocari in dubium † utrum exceptio banni superuenientis pendente iudicio impediat reliquũ processum. & sic uidetur clarũ & bene de iure consultum per D. Ricardũ præsuppositis uerbis dicti statuti, quòd non fiat ius in bannito uel condemnato &c. licet in hac quæstione uariæ sint doctorum modernorum opiniones & contrariæ sententiæ, & in ea uariauit D. Dyn. qui unũ tenuit in l. uranius. ff. de fid iussori. & ibi uidetur tenere partẽ negat uã, per l. is qui reus. ff. de publi. iud. Sed contrariũ tenuit in l. post finitã. ff. de suspe. tuto. & istam opi. tenet Ray. uidelicet quòd exceptio impediat residuũ processus, sicut habuisset impedire totũ processum, ac si ab initio competijsset, quia res deuenit ad casum à quo non posset inchoare seu incipere, ut d. l. post finitã. & l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. de accusa. l. iij. §. pen. de liber. agnos. multo ergo fortius in prosequente competit quando in principio, cum prosecutio sit principij accessoria seu prosecutoria.

Hoc probatur alia ratione magis efficaci,

2 nã † licet de natu a dilatoriæ, seu emergentis exceptionis sit, ut proponatur in initio causæ, tamen si etiam non competebat, sed superuenit pẽdente iudicio, opponi potest ad exclusionem reliquæ partis processus, ut C. de consorti. eiusdem lit. l. ij. & ibi not. & insti. de pœna teme. litigan §. fi. Sed in proposito ista exceptio superuenit quę ab initio nõ competit, ergo non serò opponitur ut extra de except. c. i. libro. vi.

3 Tertia ratio est, † quia uerba statuti ita trahi possunt ad querelam propositam, sicut ad proponẽdam, quia illa uerba ius non fiat, respiciunt singulos actus cau-

4 sæ, † quia iudex debet reddere ius in quocunq; actu processus. ut in l j. §. j. ff. si quis

5 ius di. non obtempera. † Ergo ab eis non est recedendum cùm non constet de mẽte contraria. ut l. non aliter. ff. de leg. iii.

6 Quarta ratio est, † quia exceptiones impedientes processum, respicientes inhabilitates personę ad agendum, ut est exceptio excommunicationis, & exceptio bãni non purgati, etiam per litis contestationem reddunt personam inhabilem ad prosequendum, sicut ad inchoandum, & ideò in istis iura distinguunt, aut post contestationem opponuntur contra iam gesta, & non possunt opponi, aut contra gerenda, & possunt opponi ut extra de exceptio. c. j. lib. vi. & extra de exceptio. c. exceptionem.

7 Non obstat † prædictæ. l. is qui reus. de publi. iudi. per quam motus fuit. Dy. in l. uranius. de fideiusso. & D. Bar. post eum ad tenendum contrariũ, quia illa non uidetur repugnare duplici ratione. Primò quia uerba iuris communis prohibentis damnatum de publico iudicio accusare, non sunt concepta, ut concernant singulos actus causæ, sed initium iudicij excludũt, uidelicet actus accusandi, merito ergo impedimentum superueniens non impedit prosecutionem causæ, sed initiũ prohibet inchoari, & non inchoatum finiri. arg. ff. de iur. om. iud. l. cum quædam puella, sed impedimentum bãni propter uerba statuti, quę respiciunt singulos actus causæ, est talis, quòd ita impedit inchoata prosequi, sicut impedit inchoari. quia ad omnes actus iudicij reddunt bannitum inhabilem; igitur ita excludit prosecutionem sicut initium causæ ut l. nõ distinguemus. §. si arbiter. ff. de arbit. & d. l. post finitam. ff. de suspe. tuto.

8 Alia respõso est † ad d. l. quia ibi loquitur de exceptione infamiæ, in qua mẽs legis est certa, quia lex ultra processit, nos uero

ro loquimur de exceptione banni, in qua mens legis est incerta & dubia, quia statutum non ultra processit; ideò non est recedendum à uerbis.

6 Tertia responsio est, † quia illa l. loquitur quando impedimentum superuenit post litis contestationem, & sic iudicio iam firmato. ibi dum dicit inchoatū, &c. & ita exponit ibi Iacob. de Are. Sed exceptio banni in casu proposito superuenit re integra, & antequam reus compareret in communi. ergo casus sunt dissimiles,
10 quia † facilius impediuntur contrahēda quàm iam contracta, & facilius inchoanda quàm inchoata, i d. l. cū quędā puella.

Non obstat prædictis, si dicatur, quòd hic procedit iudex, & non insistit bannitus, quia satis dici potest, quòd bannitus insi
11 stat, ex quo iudex, † qui tenet locū accusatoris, ut extra de accus. c. inquisitionis, & C. de euictio. l. si ob causam, inquirendo insistit pro eo, & ad eius utilitatē, uidelicet ad uindicandum iniuriam sibi fa
12 ctam. † igitur sicut repellitur bānitus ita iudex, qui loco sui causam prosequitur, ut l. qui bona. §. qui alieno. de dā. infec. & de obsequiis l. honori. cum similib. Et hoc tenuit Iacob. but. disputando, & etiā scripsit. C. de transactio. l. trāsigere. & C. de abolitio. l. ii. Ex quibus concluditur apertè quòd dicta exceptio banni superueniens debet impedire reliquas partes processus, quia ius fieret bannito, etiam si superesset sola sententia ferenda, ut in consilio superiori est plenè allegatum.

Laus Deo.

Ego Franciscus de Albergotis de Aretio consulo prout suprascriptū est, propria manu me subscripsi. & signo mei nominis signaui, &c.

ADDITIO INCERTI AVCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Bānito si ex forma statuti ius reddi nō debet, si quis porrigat libellum accusationis contra alium deinde banniatur, poterit si post bannum manserit in loco statuti, per se dictam accusationem prosequi, aut si locum exiuerit, per procuratorem.*

2 *Qualitas accusatoris attenditur tēpore libelli producti, quod non procedit in sententia excommunicationis, quia excommunicatus in quacunq; parte litis repellitur.*

SCITIS tamen, quòd D. Bal. in l. j. C. qui accus. non pos. in iii. q. tenet, quòd
1 ubi statutū † dicit, quòd bannito nō reddatur ius, modo quidam obtulit libellū accusationis, demum fuit bānitus, quòd banno nō obstante super illa accusationi procedetur, & ita dicit ibi Cy. consuluisse. Adeò quod si talis bannitus abijt de ciuitate propter dictum bannum, quo ad merita causæ constituit procuratorem: si autem est solum condemnatus & bannitus, non tamen recessit de ciuitate per seipsum prosequitur in dicta causa. pro hoc, l. Papinianus exuli. ff. de minorib. facit quod not. in l. is qui reus. ff. de publi.
2 iudi. Inspicitur enim † conditio & qualitas accusatoris tempore libelli producti, sicut tunc inspicitur conditio iudicis primo aditi. ff. de liber. cau. l. igitur. §. i. ī fi. Ista sunt sua uerba in d. l. i. C. qui accus. non poss. pro hoc glos. in l. i. C. de dela. lib. x. & ibi per Ang. & D. Cōt. Secus tamen est, dicit ipse, in exceptione excommunicationis, quæ in quacunq; parte iudicii superueniat, potest opponi, extra de exceptio. c. pia lib. vj. & per Inno. eo. tit. in antiquis. c. exceptionem. ratio est in prōptu, si recte consideras, quia ibi posset esset participatio cum excommunicatis. &c.

CONSIL. D. LVDOVICI D. FRAN. DE ALBERGOTIS DE ARETIO.

In casu ante scripto.

SVMMARIVM.

1 *Excluso principali offenso à iure accusandi, an eius pater & alii, quibus propter coniunctionem ius accusandi competit excludantur, & nu. 3. 4. 5.*

2 *Bannitus reipublicæ rebellis reputatur.*

3 *Consequi per alium quis non potest, quod per ipsum consequi non ualet.*

Ius

Ius bannito reddi dicitur, cùm offensio sibi facta punitur.

6 *Iudex an possit inquirere de offensa facta illi cui non debet ius reddi.*

7 *Bannum superueniens in personam offensi, an impediat processum etiã inchoatum, quando ex forma statuti bãnito ius reddi nõ dẽt.*

8 *Defectus superueniens ante negocium consumatum, præstat impedimentum, sicut si à principio fuisset.*

9 *Intellectus ad l. is qui reus ff. de pub. iudi.*

10 *Intellectus ad l. cum quadam puella. ff. de iurisdi. om. iudi.*

11 *Præuentus dicitur, cùm quis est in iudicium uocatus, & ipsa in iudicium uocatio perficit actum præuentionis.*

CONSILIVM XI.

IN DEI nomine Amen. Pro decisione quæstionis prædictæ duo sunt uidẽda. Primò nunquid excluso principali offenso à iure accusandi, excludantur pater & alii, quibus propter coniunctionem cõpetit ius accusandi; Secundò nunquid tale impedimentum superueniens pendente processu impediat processum. Circa quæ quia multum diffusè est allegatum, tangam solum ueritatem sine multitudine allegationum.

1 Et ad primũ dicẽdũ est. † ꝙ aut offensus repellit̃ ab accusando propter sui odiũ puta quia bannitus, propter quod non debet audiri, nec debet ius reddi ex dispositione statuti, & etiam ex disposi-
2 tione iuris communis, † quia bannitus reputatur rebellis rei publicæ, eo quòd non paruit ius dicẽti, in quo respublica repræsentatur. ut l. fi. C. de decret. ab ordi. facien. & tũc sicut ipse excluditur, ita excluditur pater, & omnes alij, qui pro tali offensa ad accusandum admittebantur, quia qui non potest per se admitti
3 ratione sui odij, † non potest per alium consequi, quod non potest consequi per se ipsum C. de hæred. insti. l. neq; ff. de usuc. l. Labeo ult. respõ. ff. de hære. inst. l. non minus. & est Glos. not. ff. de acqui. hære. l. Antistius. in fine.
4 † Sed per talem accusationem seu condemnationem, quę inde sequeretur, talis offensus consequeretur satisfationem iniuriæ suæ, quia pœnæ impositio est satisfactio offensi. ut l. sed si unus. §. prætor ait. ff. de iniur. igitur ad talem actum per nullum procedi potest; & ita est in
5 proposito. † Aut offensus repellitur ab accusando non propter sui odium, uel propter sui delictum, sed propter aliam qualitatem personæ suæ, & tunc licet ipse repellatur, non repelluntur alii, quibus pro tali offensa competeret ius accu
6 sandi. † Nec etiam iudex ab inquirẽdo. C. de fals. l. falsi, & quod ibi not. in Glos. sup uerbo metu, arg. d. l. Antistius in fi. & quod ibi not. in Glos. quæ facit istam differentiam. & per Dy. in c. quod alicui de reg. iur. Et per hanc distinctionem saluatur determinatio Iaco. Butri. in quæstione, quam disputaui. nunquid iudex possit per inquisitionem procedere de offensa facta illi cui nõ debet ius reddi, quam sequitur Bart. in l. non solum. §. quanquam. ff. de iniur. & tolluntur multæ obiectiones, quæ contra suam determinationẽ fieri possent, & est ipsa ueritas & seruat̃ in practica ĩ ista ciuitate Floren. Et procedit prædicta distinctio quando criminaliter agit̃, quo casu ꝓ delicto unica pęna imponit̃, licet plures ad accusandũ admittãtur l. senatus. ff. de accus. & l. quòd Senatus. ff. de iniur. Sed si pro iniuria ageretur ciuiliter tunc cum patri sit quæsita actio, pro examinatione propriæ offensæ: quam accepit ex persona filii, non priuaretur tali iure quomodocunque filius excluderetur, quia quo ad ciuilẽ æstimationem habentur, ut diuersæ in iure. & una per aliam non consumitur ut ff. de iniur. l. i. §. fi. & l. eũ qui nocentem. §. si nupta eo. ti.

7 Quo ad secundum † puto quòd bannũ superueniens in persona offensa impediat processum etiam inchoatum, cum dictum statutum prohibet ius reddi bannito, uendicat sibi locum in quacunq; parte iudicij, quia respicit singulos actus causæ, nam in quolibet actu ius redditur. C. de iudi. l. iudices. Vnde super quouis actu antequam ius reddatur, potest

oppo-

opponi, siue ante competierit & sit omissa quo ad unum actum, quia potest opponi ad alium. l. uoluntariæ. C. de excusa. tuto. siue posteà superuenerit, quia cùm de nouo superuenerit, de nouo potest opponi, ut not. in l. ii. C. de consort. eiusd. lit. C. de re iud. l. i. Dicitur autem ius reddi bannito, cum punitur offensio sibi facta ut supra circa principium est dictum, & plenissimè probatur per Iaco. in dicta sua disputatione.

8 Præterea. † defectus superueniens ante negotium consumatum præstat impedimentum, sicut si à principio fuisset. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Et ita est in proposito, quia iudicio adhuc pendente non est res perfecta. ff. de iudi. l. iudex, iuncta l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui, uel alie. iur. & probatur. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. eo autem tempore.

9 Non † obstat. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. per quã motus est D. Bar. ad tenendum oppositũ in l. Vranius. ff. de fideiussori. quia ibi lex prohibet damnatas accusatiões inchoare, ut ibi dicit tex. ideò legis prohibitio non comprehendebat prosecutionem inchoatarum, hic autem statutum prohibet bannito ius reddi, quæ prohibitio respicit quamcunq; partem iudicii & ipsam ponit in positionibus seu comdemnatione, ut supra est dictũ, ideò casus sunt diuersi. Præterea ibi dicitur, quòd si condemnatio esset talis per quam perderetur ciuitas, tunc non procederetur super iudicio inchoato nisi supersederetur in executione, ut ibi not. in præalle. Glos. Sed per bannum perditur ciuitas, ut d. l. fin. ff. de decret. ab ordi. faci. & probatur ex effectu dicti statuti, ergo &c. Nec in hac executione potest supersederi, ex quo bãnitus est per eum, quia ista executio fit à iure absq; aliquo ministerio hominis, ideò in ea ministerium hominis nihil habet operari. l. quæ sub conditione. §. fin. ff. de cõdi. instit. propter enim ex quo bannitus est, habet locum lex disponens, quòd bannito ius non reddatur, & si daretur sibi licentia standi in ciuitate, & sic d. l. is qui reus cum sua Glos. facit potius contra determinationem Bar. si bene considere: ꝓsupposito statuto in supradicta forma.

10 Non †. ob. l. cum quędam puella. de iur. omni. iudi. per quam etiã motus est Bar. quia illa loquitur quo ad sortiendum forum seu iudicium, ubi ista inchoatio perficit actum, & dicitur negocium, quo ad illum effectum consumatum, per litis contestationem, uel ẽt per solam citatio-

11 nem, † quia dicitur quis præuẽtus cum est in iudicium uocatus, & ipsa in iudiciũ uocatio, perficit actum præuentionis. l. si quis posteà & ibi no. ff. de iudi. sicut sola contestatio perficit præoccupationem, & præfert alterum par ius habentium. l. ex duobus. ff. de duob. reis. cum simil. & sic ibi præuentio perficit præuentionem fori, adeò quòd quicquid deinde contingit, contingit re consumata seu perfecta. In proposito autem loquitur quo ad iuris redditionem, quod quãcunq; partem iudicii respicit. ut supra est dictum, ideò defectus superueniens pendente iudicio dicitur superuenire re integra & ante negocium consumatum, & sic dicta lex nõ facit ad propositum. Et ideò forte not. Bar. posuit in dicta quæstione in d. l. uranius, quòd statutum dicebat quoquo modo ex banniti non audiantur, quæ uerba respiciunt ipsum initium causæ ante lit. cõtesta. C. fini. regun. l. iii. & ibi no. Glo. & puto quòd Bar. secus dixisset in termi nis dicti statuti.

Ludouicus Domi. Francisci de Albergotis de Aretio.

CONS. D. LVDOVICI D. FRANC. DE ALBERGOTIS DE ARETIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præscriptionis potest opponi ad processum, etiam in uim peremptoriæ post litis contestationem.*

2 *Exceptio anomala non opposita ante litem cõtestatam, potest post litem contestatam usque ad sententiam quandocunque opponi.*

3 *Diffessio statutaria quãdo est prohibitiua & dirigitur ad certam personam, ei renũtiari*

non potest.

4 *Iurisdictio si nõ est cõcessa, nõ tamẽ prohibita, tunc prorogari potest, secus si fuerit inhibita.*

5 *Intellectus ad dicta Bart. in l. a sentem in fin. ff. de pœn.*

6 *Ignorantia non curatur in præscriptionibus.*

7 *Omnia tempora legalia sunt continua nisi aliud à lege disponatur, & per cõsequens ignorantibus currunt.*

8 *Actio quando datur ex contingentia certi tẽporis, tunc ratione ignorantiæ non recedimus à limitatione facta per legem.*

9 *Illam opinionem dicitur tenere doctor, licet non firmet, pro qua ultimo loco allegat.*

10 *Delictum quando non est occultũ, licet ignoretur, quis illud commiserit, tamen labitur tempus statuti, & obstat præscriptio non obstante tali ignorantia.*

11 *Inuestigare & inuenire quid sint.*

CONSILIVM XII.

IN DEI nomine Amen. Consultus in infrascriptis dubiis uidelicet. Primò cũ dictus cancellarius respondendo dictæ inquisitioni fuerit confessus delictum in dicta inquisitione deductum non adiecta dicta exceptione præscriptionis, an ex hoc uideatur iurisdictionem dicti Domini Capitanei prorogasse, & beneficiũ dictæ præscriptiõis amisisse totaliter, quòd condemnari ac puniri posſit, non obstante statuto prædicto, Secundò cum dictũ delictum per dictum Cancellarium commissum, fuerit occultum, an per hoc tollatur effectus dictæ præscriptionis, ut nõ obstante lapsu temporis in dicto statuto præfixo, cognosci & ꝓcedi posſit, necne. Ad primum dico quòd per dictam cõfessionem non uidetur iurisdictio prorogata, nec dictæ exceptioni renuntiatum,
1 pluribus rationibus, & primò, † quia exceptio præscriptionis potest opponi ad processum. & etiam in uim perẽptoriæ post litis contestationem. C. de præscrip. lon. tempo. l. emptor, & ibi Gloss. & Iacob. de Aret. Cyn. & per Bar. in l. fin. ff. pro suo, igitur, licet ad processum non fuerit opposita, non tollitur, quin post litis contestationem posſit opponi ad impediendũ condemnatoriam, & consequendam absolutoriam, quia peremptoriè potest opponi usq; ad sententiam l. peremptorias.
2 C. senten. rescin. non posſ. † Et ideò exceptio anomala, quæ in uim dilatoriæ, & peremptoriæ potest opponi, si in uim dilatoriæ non fuerit obiecta, potest post litis contestationem; in uim peremptoriæ opponi, ut not. per Glos. in l. ii. ff. de exceptio. in ulti. Gloss. & ibi per Bartol. & per Cyn. in l. exceptionem. C. de probatio. & hoc expresſè uoluit dictum statutum dũ dicit. quod nõ posſint cognoscere, inquirere, uel punire, quasi dicat posito quòd cognosceretur, non posſit punire, & sic ad ipsam condemnationem & punitionẽ uoluit dictam exceptionẽ opponi posse si non fuit opposita ad processum, si enim contigit in huiusmodi exceptionibus, quæ tam processum quàm punitionẽ impediunt ut scribit Cyn. in l. reos. C. de accusatio. & Bar. in l. pen. § ad crimen. ff. de public. iudic.
3 Secundò, † quia dispositio dicti statuti est prohibitiua, cui renuntiari nõ potest. dicit enim non posſit cognoscere &c. ff. de postula. l. quos ꝓhibet. ff. de pact. l. cõtra iura in prin. & l. ius publicum. & præcipuè quando prohibitio dirigitur ad personam, ut plenè scribit Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. In proposito autẽ dirigitur ad personã. Videlicet potestas & capitaneus non posſint &c.
4 Tertio † quia tũc est locus prorogationi quando iurisdictio non est concessa, non tamen est prohibita, sed quando iurisdictio est inhibita per legem, tunc prorogari non potest. ff. de iudi. l. ii. §. si iudex. In proposito autem non solùm non est concessa, sed est expresſè prohibita per dictum statutum, ergo &c. hoc tamen de prorogatione modicum est curandum, quia cum dictum statutum prohibet congnitionem & punitionem, ut supra dixi, sequitur, quòd licet sit prorogata iurisdictio, & cognosci posſit, seu licet uigore prorogationis posſit cognosci, tamen nõ poterit puniri, & poterit dispositio dicti statuti allegari ad impediendam cõdemnationem & punitionem, quia lex post lapsum

lapſum illius tẽporis illud delictum impunibile facit, ergo abſolui debet l. Gracchus. C. de adulte. & l. iii. C. de iis qui ad eccle. confug. cum ſimili. † Et per hoc apparet eſſe reſponſum ad ea, quæ ſcribit Barto. in l. abſente. in fi. ff. de pœn. quia loquitur, cùm ſtatutum non facit delictum eſſe punibile; ſecus eſt, cùm facit non eſſe punibile, ut ipſe idem ibidem dicit, in propoſito autẽ poſt lapſum dicti temporis, dictum ſtatutum facit delictum non eſſe punibile, cùm dicit, quòd puniri non poſsit; Ideò licet reus paſſus fuerit contra ſe procedi, & delictum fuerit confeſſus, tamen ex diſpoſitione dicti ſtatuti, põt opponere, ꝙ puniri nõ poſsit.

5

Præterea Bar. ibi. dum loquitur de eo, qui poterat iuuari exceptione præſcriptionis, loquitur in contumace, qui non comparet ad opponendum exceptionem, iſte autem eſt præſens, & licet fuerit confeſſus delictum, tamen nunc opponit, exceptionem præſcriptionis in uim peremptoriæ, quod poteſt, ut ſupra dixi, & potiſsimè in propoſito, cum noſtrum ſtatutum faciat impunibile poſt lapſum temporis, ut ex prædictis apparet.

Hæc etiam roborantur ex alio ſtatuto poſito ſub rub. de officio iudicis maleficiorum, quod diſponit, quòd exceptiones, & defenſiones intelligantur eſſe reo reſeruatæ, ac ſi eas nominatim oppoſuiſſet & expreſsiſſet, per quod etiam tollitur omnis dubitatio.

6 Quo ad ſecundum† dicendum eſt nõ poſſe contra dictum cancellarium ad condẽnationem procedi, ex eo quia dicatur dictum delictum fuiſſe occultum, quia in præſcrptionibus ignorantia non curatur l. fi. ad fi. C. de præſcrip. long. tempo.

7 & † quia regulariter omnia tempora legalia ſunt cõtinua, niſi aliud in lege ſpecialiter ſit expreſſum, & per conſequens ignorantibus currunt. ut not. Gloſ. in l. i.

8 ff. de diuer. & tempor. præſcrip. † Et quia quando actio datur ex contingentia certi temporis, hoc eſt ſi infra certum tempus contigerit tale quid fieri, tunc ratione ignorantiæ non recedimus à limitatione facta per legem, & ſub qua actio conceditur, caſus eſt in l. pen. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fuer. coniuncta. l. i. §. hanc itaq; eo. ti. In propoſito autẽ ita demum conceditur capitaneo & poteſtati facultas procedendi ſuper delicto, ſi cõtingat illud eſſe commiſſum infra menſem ante initium ſui officii uel poſteà, igitur ſi ante ſit commiſſum licet allegetur ignorãtia, non competit ius procedendi uel puniendi, quia non uerificantur uerba legis deſcribentis caſum, in quo cõceſſa eſt facultas procedẽdi & hoc uoluit tex. in d.

9 l. pen. & ibi hoc ſcribit Barto. † quia licet ſe non firmet, tamen hanc partem uidetur tenere, quia pro ea ultimo allegat.

10 Dubitatio tamen illa procedit† ubi delictum eſt omninò occultum, uidelicet, non ſolùm quis eum commiſerit, ſed etiam ipſum delictum, ut in exemplo ibi per eum poſito, uidelicet in inſtrumento falſo, quod in notitiam non deuenitur, niſi poſt tempus præfixum, & ſic ipſum delictum, ignorabatur, nam tunc procedit dubium, ſed quando delictum non fuit occultum, licet ignoretur, quis eum commiſerit, tunc nulli dubium, quod tempus labitur non obſtante tali ignorantia, quia imputari poteſt ei, ad quem pertinet, quare non perquiſiuit, quis tale delictum commiſerit, uel committi fecerit, & præcluſa uia per lapſum temporis offenſo, eſt præcluſa iudici inquirenti, ut ſcribit Bart. in l. querela C. de falſ. Igitur in propoſito, cum delictum fuerit notum, uidelicet homicidium, perquiri potuit, non ſolùm de committentibus, ſed etiam de committi facientibus. Elapſo tempore non poteſt perquiri, uel inueſtigari, uel procedi. & hoc ſonant uerba dicti ſtatuti dum dicunt quòd non poſsint inueſtigare inqui-

11 rere. † Quid. n. eſt aliud inueſtigare niſi quærere ueritatem de eo, quod notum non eſt, & inuenire, eſt reperire illud, qđ primò ignotum erat, quæ omnia per dictum ſtatutum prohibentur, & ſic dicta ignorantia non opitulatur quo ad facultatem procedendi, maximè attentis uerbis dicti ſtatuti: ſi autem tractaretur de

puniendo eum qui non processit, uel nõ detulit quasi uegligens fuerit, tunc ex ignorãtia bene excusaretur à pœna l. si de eo. C. de his quib. ut indig. L Deo. Ludouicus D. Francisci de Albergotis de Aretio.

CONSIL. D. LVDOVI. D. FRAN. DE ALEBERGOTIS DE ARETIO.

SVMMARIVM.

1 *Tempus præfixum per statutum in expedienda accusatione alicuius delicti, non currit antequam quis accusari possit.*

2 *Verbum petitionis à lege uel statuto prolatũ non uerificatur, nisi deueniatur ad sententiam, secus si proferatur ab homine.*

3 *Statutum imponens pœnam excipienti, intelligitur de proponente exceptionem & perseuerante in ea usque ad sententiam.*

4 *In delictis leuibus requiritur continuatio delicti cum effectu.*

5 *Statutum si imponat pœnam petenti debitum solutũ, licet fuerit porrecta petitio, & perempta sit instantia, ac etiam pronuntiatum super peremptione, tamen locum non habet contra sic petentem.*

6 *Sententia super peremptione instantia est interlocutoria.*

CONSILIVM XIII.

IN DEI nomine amen. Obmissa superfluitate allegationum, solum ueniam ad ueras decisiones dictorum quæ-
1 sitorum. † & circa primum quæsitũ dicẽdum est, dictã exceptionem incompetentiæ propter lapsum temporis non obstare, etiam si uerum sit, ꝙ dicto statuto tẽpus cognitioni criminũ præfigenti, quo ad terminos propositos nõ sit derogatũ per reformationem posteà editam. nam cum delictum, de quo in dicta accusatione fit mentio, nõ possit dici commissum ex sola petitione, sed requiritur perseuerantia usq; ad sentẽtiam, ut statim dicam super secundo quæsito, ridiculum esset dicere, quòd antecederet tẽpus præfixũ ad accusandum, quia ante commissum delictum non potest accusari, & antequàm possit accusari non currunt tempora, ut l. i. in fi. C. de annua excep. & l. annus. de calumnia.

2 Ad secundũ quæsitum dicendum est † dictum accusatum absoluendum esse, nam dictum statutum imponens pęnam petẽti debitum iam solutum non uendicat sibi locũ, nisi in petitione perseueret, usq; ad sententiam, quia uerbum petitionis à lege prolatum non uerificatur nisi deueniatur ad sententiam. l. qui cùm maior. §. accusasse. & l. in seruitute. §. petijsse. de bon. liberto. & not. per Dyn. & Bar in l. amplius. ff. rem rat. habe. & hoc uirtute sermonis, uel saltem ex mẽte legislatoris, ut not. in l. eum. §. patronum. §. fin. ff. de iure patr. in Glo. & per Doct. Et idem est, cum dictum uerbum proferatur à statuto, quia debet intelligi, prout intelligitur à iure communi, quando à iure communi profertur, ut no. Gl. in l. si gemina. ff. arbo. fur. cæ. & quia ea, quæ subaudiuntur in dispositione iuris communis uel eam limitant, illa eadem subaudiũtur, & limitant dispositionem statutariam ut l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de muneri. & honor. cũ simi. & quod no. Gl. in l. si unus §. in cõputatione. C. de iure delib. Secus tamẽ est, cum dictum uerbum profertur ab homine, ut d. l. amplius. & ibi Dyn. & Barto. Fallit etiam hoc in l. i. C. de plus peti. ubi sufficit deuenisse ad litis contestationem & illud in odium committẽtis duplex delictũ, uidelicet tam in exactione cautionis quàm ĩ petitione, ut ibi habetur. & per Bar. in d. l. amplius nõ peti, sed regulariter requiritur, ut deueniatur ad sententiam, ut prius dixi. † Et idẽ
3 cùm statutum imponit pœnam excipienti, uidelicet proponenti certã exceptionem, quia non incidit in pœnam proponens talem exceptionem, nisi super ea ꝓnuntietur, ut no. ꝑ Bar. in d. l. cũ patronũ ff. de iure pat. & per hoc. ff. de iniu. l. item
4 apud. §. abduxisse, † & quia in delictis tã leuibus requiritur cõsumatio delicti cũ effectu l. i. §. fina. ff. quod quisq; iur. &c. Simile uidemus in matre, cui iungitur petitio tutoris filio, & inteligitur cum effectu,

effectu, nec satisfacit per solã petitionẽ nisi etiam post dationẽ tutoris petat ipsum cogi administrare, si administrare cessat ut l.ii.§.si mater.uers.sed si non cõ
5 pulit.ff.ad Tertul.† Ex quibus rectè concluditur, quòd cũ in proposito super petitione dicti Antonii accusati non fuerit lata sententia, sed sua negligentia & desertione fuerit peremptã instantia, & ita pronunciatum fuerit, non incurrit pęnam dicti statuti imponentis pœnam petentis debitum iam solutum, quia requirit, quòd super petitione feratur senten
6 tia, ut supra dixi. † Sententia autem per quam iudicatum est instantiam esse peremptam, nõ est lata super petitis, sed est interlocutio, per quam partes absoluũtur ab obseruatione iudicii. l. properandum.§.ille proculdubio.C.de iudic.cum similibus. Laus Deo.

Ludouicus D. Frãcisci de Albergotis de Aretio. I. V. D.

Nicolaus D. Francisci de Cambionibus. I. V. Doct.

CONS. D. BALDI DE VBALDIS SENIORIS PERVSINI V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus uel denuntiatus de adulterio, qui fuit contumax an possit se tueri in causa appellationis ex quo non constat probatũ matrimonium, stante statuto quòd non audiatur contumax & condemnari ualeat, ac si de malefitio plenè constaret.*

CONSILIVM XIIII.

QVAERITVR an excusatio facta per Millianum uel eius procuratorem in causa appellationis, in qua negauit maleficium, transtulit onus probandi parti Communis Eugubii, an ne ꝓpter statutũ, quod disponit, quòd cõtumax post decẽ dies non audiatur, sed possit inde puniri de maleficio, plenè constaret, & in quo tempore reponatur seu reposita fuerit talis causa per appellationẽ, quia pars aduersa dicit, quòd non incumbit Cõmuni aliter probare nisi per processum & cõtumaciã ipsius Milliani.
1 IN NOMINE Domini amen. † Dico ꝙ accusatus uel ĩquisitus de adulterio liquidò intelligitur probare matrimoniũ non fuisse, eo ipso quòd non ꝓbatur contrarium; hoc probatur ex cõiunctione canonum & legum, nam canon dicit quòd non præsumetur matrimonium, sed illicitꝰ amplexus ut not.xxxij.q.v.c.aliter, & lex dicit quòd ubi incũbit aliquid alicui liquidò & manifestè probandi, sufficit ei, si per se habet præsumptionem Canonicam & legalem, & legum probationes sunt liquidissimę.ff.de lega.j.l.licet, & not.C.de pericu.tut.l.si tutor. quanq̃ ergo bãnum oneret contumacem in one re probandi, tamẽ satis sufficit legum & canonum præsumptio, sequitur igitur, ꝙ matrimonio nõ probato, crimen adulterij esse est impossibile, & nemo de impossibili potest cõdemnari, nec in hac re delinquendi opus inspicitur, ut.ff.de furt.l. inter omnes.§. recte. & l.fi.ff. de crim.expilla. hæredita. Debet ergo absolui non obstante statuto, quod dicit, quòd ulterius non admittatur, quia cõcedo in causa prima ei obstante termino statuti, sed in causa appellationis, non est præclusa probãdi uia, sicut nec appellandi, unde licet contumacia concludat in causa quo ad primam causam tantum, non tamen quo ad causam appellationis, in qua constitutio causæ dat aliam formam. facit ad prædicta l.ita demum.C.de procur. & in l.qui ad ciuilia.C.de appella.& c.ut debitus.extra de appella.& eo.ti.c.i.lib.vi.facit, quod dicunt not. Doctor.in l.i.C.de sum.trini.& fide cat.dum dicunt de statuto facto ad ordinationẽ causæ, & de consti.c.i.lib.vi.C.quæ sit lõg.cõsu.l.i.ff. de iuris.om.iudi.l.extra territoriũ.extra de test.c.fraternitatis.ff.de cust.re.l. dimisi. In nomine dñi, amen. Quia non apparet ꝓbatũ id sine quo adulterium esse nõ potest, idest matrimonium, acusatus qui in causa appellationis se purgauit ꝑ legitimam cõparitionem necessario est absoluendus.ff.de custo.reo.l.Diuus. præalle. ff.de adulte.l.si uxor.cum simi.

Ego Bal.de ubaldis mag.Fran. de Peru.&c.

CON-

CONSI. D. BALDI DE VBALDIS SENIORIS. I. V. D. PERVSINI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier adulterium committens dotē perdit.*
2 *Adulterium uxoris an poßit accusari per hæredes mariti, qui illud dißimulauit, nec ciuiliter, nec criminaliter egit.*
3 *Maritus, qui infra tempora data ad accusandum, uxoris suæ adulterium non accusauit, dissimulasse, uidetur.*
4 *Actio, quòd dos per adulterium perdatur, est ad uindictam, & non transmittitur ad hæredes nisi sit in iudicio deducta.*
5 *Intellectus ad l. fi. C. de adulteriis.*

CONSILIVM XV.

1 IN CHRISTI nomine amen. † Si uxor recedit à uiro & committit adulterium, debet perdere dotem, siue uir accuset eam de adulterio, & facit eam ut adulteram criminaliter condemnari, siue agat ciuiliter & petat eam condemnari in amisionem dotis, † sin autem uir 2 dissimulauit, nec criminaliter, nec ciuiliter egit hæres mariti non pōt accusare mores, quos nō accusauit maritus. ff. sol. matri. l. rei iudicatæ. §. hæredi. per Dyn. Cyn. Bart. & alios ad hæc C. de repud. l. consensu. §. utrum in uers. arguitur mulier. ibi in Glos. quę incip. ut tantum uerba mariti. nō in dubio sed extra nihil faciunt ad transmittendum actionem primitiuam dotis, nec ad perpetuandum eā in successores, quia op s est iudicio: Sed certè nos non quærimus de actione, sed de exceptione, nam exceptio transit ad hæredem ut l. iii. §. hæc pœna. ff. quod quisq; iur. Et ideò si maritus de moribus uxoris conquestus est etiam coram uicinis, uidetur ad repetendum dotem ad hæredem transmittere, iuxta not. in auct. ut li. matri & aui. §. quia uerò plurimas per Iacob. Butrigari. Ex quo enim certum est, quòd uir non approbauit uxoris impudicitiam, ius natum est lucrādæ dotis arg. C. de reuocan. dona. l. fi. à contrario sensu. ff. de inofficio. testamen. l. quēadmodum. Sed prima op nio uerior est cum enim uir diu dissimulauerit, & in iudicio conquestus non fuit, hæres audiri non debet, † quia uidetur approbasse patiendo labi tempus accusandi de adulterio, quod dupliciter intelligitur, quia duo sunt tempora data marito ad accusandum de adulterio, & si non accusauerit infra ista tempora uidetur dissimulare, arg. ff. de iniur. l. sed si unius. §. si domini. iuxta illud, Desinere, cum posis perturbare peruersos, nihil aliud est q̄ fouere. † Præterea ista actio quòd dos perdatur est actio ad uindictam, ideò nō transmititur, nisi sit in iudicio proposita ff. de actionibus. & obligationibus l. constitutionibus. Multum obstare uidetur extra de do. post diuor. resti. c. plerunque ubi dicitur, ꝙ si mulier recedit à uiro causa fornicandi propria uoluntate, ꝙ dotem perdit, nec potest eam repetere, sed illud intelligitur secundum limitationem aliarum legum.

5 Item † quòd propter adulterium oriatur exceptio, si dos repetatur, uidetur casus ad literam C. de adulter. l. fin. Contra ibi loquitur in uiro, non in eius hærede, quia alia est cōditio hæredis, alia mariti, qui proprium dolorem prosequitur. ut d. §. hæredi. ista q̄stio est satis dubia, tamen non puto tutum recedere à dicto Dyn. & aliorum, nec sufficit sola indignatio uiri habito tractatu cum uicinis, sed iudex adiri debuit, ut dixi.

Ego Baldus de Perusio.

CONSILIVM D. BALDI DE VBALDIS SENIORIS V. I. D. Perusini.

SVMMARIVM.

1 *Insultus, admenatio, & uerba iniuriosa, an sint offensa in personam. & an pœna duplicetur. Et quid dictio, in significet. 2.*

CON-

CONSILIVM XVI.

1 IN CHRISTI nomine amen, † Insultus, admenatio, & uerba iniuriosa non sunt offensa in personam, quia corpus non tangitur, unde citra personam est tale delictum, & non in personam, & ideò dicta pœna triplicari non potuit, hoc not. expressè Guliel. de Cuneo. C. de episcop. & cleric. l. si qua per calumniam. & Innoc. de senten. excommuni. c. nuper. & ff. de iis quæ deie. uel effu. l. j. §.
2 hæc autem uerba. nam dictio, in, de natura sui inhærentiam & transitum actus in alium cum quoddam contractu significat. idem not. Iaco. de Are. ff. ad syllani. l. si quis in graui; & ideò côcluditur, quòd dictus iudex non potest, nec debet pœnam triplicare &c.

Ego Baldus de Perusio.

CONSIL. D. FREDOLI DE CESENA LEGVM DOCT.

SVMMARIVM.

1 *Offensio an facta dicatur, si qui pacem fecerunt cum promissione se non offendendi in persona. posteà ad uerba peruenerunt, & unus animo offendendi alterum cultellam extraxit, sed eum intuitu amicorum nô percussit, ita etiam ut pœna inter eos apposita sit commissa & possit exigi.*

2 *Offensio personalis quando dicatur.*

CONSILIVM XVII.

IN NOMINE domini Amen. &c. Christophorus Antonioli olim de Sugliano, nunc habitator Castri Maioli, per se, & Andræas dicti Anto. habitator Maioli per se & uice & nomine dicti Antonioli eius patris & Ioannis & Lunardini eius fratrum, pro quibus de rato promisit ex una parte, & Seuerinus Franciscus sartoris de Maiolo prædicto, per se & iure & nomine Francisci suprascripti, & Petri & Marini eius fratrû pro quibus de rato promisit, & Benedictus quondã Ioannis olim del Auditorio nûc habitator Maioli, per se & uice & nomine Blasij, Nicolai & Francisci quondam Lucæ eius attinentiû, pro quibus de rato promisit ex altera parte, omnes sponte & ex certa scientia fecerunt ad inuicem, potu uini interueniente pacem perpetuam, finê, remissionem, atque bonam concordiam & uoluntatem, specialiter & expressè de quodam insultu cum armis, ut dicitur, facto per dictos Seuerinum & Benedictum côtra & aduersus Christophorum Antonioli supradictum, in curte Castri Maioli in quadã uia, prout sic uel aliter, plus uel minus in curia & libris Vicarii Maioli dicitur contineri, & generaliter de omnibus & singulis aliis uerbis iniuriosis, iniuriis, & contumeliis, & offensionibus dicto uel facto illatis ab una parte, uel altera alteri ipsorum, promittentes ad inuicem dictæ partes, scilicet una pars alteri, & altera alteri solênibus stipulationibus hinc inde interuenientibus nô offendere alterû in persona, sed prædictam pacem, finem, remissionem & concordiã, & omnia & singula suprascripta, & infrascripta perpetuò firma, & rata & grata habere, tenere, obseruare & adimplere, & non côtrafacere uel uenire, per se uel alium seu alios, aliqua ratione uel causa, iure uel de facto, sub pœna xxv. ducatorum auri ad inuicem inter ipsos, in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa, exigenda à contrafaciête, cuius pœnæ in casu quòd contrafiat, medietas cameræ Magnifici Domini Domini nostri Caroli de Malatestis applicetur, & alia medietas parti obseruanti, siue offensæ, quę toties committatur & exigi possit cum effectu à côtrafaciente, quoties contrafactum fuerit in singulis capitulis huius contractus, & pœna soluta uel nô, rata & grata, & firma permaneant omnia & singula supradicta, cû refectione damnorum, expensarum, ac interesse, litis, & extra, & obligatione omnium & singulorum utriusque partis, & cuiuslibet eorum bonorum mobilium & immobilium habitorum & habendorû.

Pro

Pro quo Christophoro & Andræa, & aliis de sua parte & quolibet ipsorum, & eorum precibus & mādatis, Guadagnus Fuschuli, & Marcus Faber de Maiolo solenniter fideiusserunt, uidelicet, quilibet eorum pro rata sua, renunciantes prædicti fideiussores beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus, & cuilibet alij iuris & legum auxilio. Quos Guadagnum & Marcum fideiussores prædictos dictus Christophorus per se & suos hæredes sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando realiter & personaliter ipsius Guadagno & Marco promisit conseruare penitus sine dāno, expensis & interesse, ab omnibus & singulis supradictis. Et pro prædictis Seuerino & Francisco Sartore, Petro & Martino Francisci prædictis, & eiusdem Seuerini precibus & mandatis, Blasius Paulucii & Marinus Frācisci Lelli de Maiolo, uidelicet, quilibet pro rata sua solenniter fideiusserunt, renūtiantes beneficio noua constitutionis de fideiussoribus & cuilibet alii iuris & legum auxilio. Quos Blasium & Marinum fideiussores prædictos Seuerinus prædictus per se & suos hæredes se obligando realiter & personaliter ipsi Blasio & Marino Lelli promisit conseruare ab omnibus & singulis supradictis penitus sine damno expensis & interesse. Et pro dicto Benedicto & aliis de sua parte & ipsius Benedicti precibus & mandatis, Blasius Paulucii de Maiolo, pro medietate, & Christophorus Saluucii, Franciscus Lucæ habitatores Maioli, & Marinus Angeli de Sācto Leone, uidelicet unusquisque istorum triū fideiussorum in alia & pro alia medietate dictæ pœnæ solenniter fideiusserunt, renuntiantes beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & cuilibet alii iuris & legum auxilio. Quos Blasiū Paulucii, Christophorum Saluucii, Franciscum Lucæ & Martinum, dictus Benedictus se realiter & personaliter obligando promisit cōseruare ab omnibus & singulis supradictis penitus sine damnis expensis & interesse. Et Dominus Benedictus quondam dicti Saluucii rector ecclesiæ Sancti Pauli de Maiolo se obligādo Blasio. Paulucii promisit conseruare ipsū Blasium fideiussorem dicti Benedicti pro dicta medietate, omnino sine damnis expensis & interesse. Modò ex prædicta pace, insurgit dubium, quia Seuerinus supradictus uenit ad uerba cū Christophoro, & habens supra se unam cultellā, illā extrahit animo admenandi & percutiēdi dictū Seuerinum, non tamen admenauit contra dictum Seuerinū nec eum percussit interuentu bonorum amicorum, qui se inter eos interposuerunt. Quæritur an ex dictis uerbis, & extractu armorū, seu euaginationis pœna sit commissa, & si cōmissa est, quomodò, & inquantum sit commissa.

IN CHRISTI nomine & Beatæ Mariæ semper Virginis Gloriosæ, Matris eius, Dico uiso dicto instrumēto & quæsito,
1 † ꝙ licet habuerit uerba dictus Christophorus cum dicto Seuerino, & extraxerit dicta arma, ex quo non admenauit uidelicet percussit, pœna nō est commissa, quæ non cōmittitur ex tenore dicti instrumenti, nisi ex offensa facta seu quæ fieret in persona alterius ex prædictis in dicta pace comprehensis, non enim promiserunt pacē cōtrahentes seu facientes simpliciter, se inuicem nō offendere, sed promisserunt se inuicem non offendere in persona, licet ergo uerba interuenerint inter prædictos, & prędictus arma extraxerit, ex quo nō admenauit contra eūdem uidelicet percussit, non potest dici dictus Seuerinus offensus in ꝑsona, quia per uerba iniuriosa nō fit offensio in persona eius, contra quem uerba proferuntur, & similiter nec per extractionem solam armorum.

Nec obstat. l. itē apud Labeonē. §. si quis pulsatus, quia licet ibi detur actio iniuriarū, nō tamen dicitur talis manuū ele-
2 uatio offensio in persona, † tunc enim dicitur, offensio personalis, seu facta in persona, quando persona tangitur seu uestes, & alia personæ cohærētia, iuxta not. in c. nuper. extra de senten. excommunica. & xvij. q. j. c. si quis suadente. Est enim stipulatio stricti iuris, & pœnalis & odiosa, ideò strictè debet intelligi. l. quicquid ff. de

ff.de uerb.obligatio.cum ergo promiserint se non offendere in personam, sequitur, quòd ex eo, quod fit extra personam, pœna non committitur.

Ad secundum dico quòd esto, quòd pœna foret commissa, quia fuerit facta offensio in persona dicti Seuerini, non tamen posset exigi nisi ab eo, qui fortet offensus iu p̄sona, ut patet ex uerbis stipulationis. Et ita dico Ego Fredolus de Cesena legū Docto. & quia sic mihi de iure uidetur, ideò me subscripsi & sigillaui.

Laus Deo.

CONS. D. ANGELI DE VBALDIS SENIORIS V. I. D. Perusini.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non propterea est nulla, quia processus non fuit publicatus.*

2 *A sententia lata per syndicos communis habentis in potestate officiales loci subditi dicto communi, non licet appellare.*

3 *Intellectus ad l. nulli. C. quo. appella. non recipiantur.*

4 *Officialis electus de uno loco, et missus ad exercendum officium in alio loco subdito, si promisit pro se, suisque famulis soluere condemnationem, potest conueniri ex contractu in loco eo in quo fuit electus.*

5 *Casus in quibus de delicto eiusdem hominis sepius quæri potest.*

6 *Ad terrorem incutiendū quādoque statuitur, ut quis bis teneatur se subiicere syndicatui.*

7 *Vbi officialis bis fuit in syndicatu, & duplex sit lata contra eum sententia, qualibet poterit habere executionem in loco suo, scilicet tam in loco, in quo est deputatus officialis, quam in quo exercuit officium, & nihilominus dictæ sentētiæ poterūt per priores et ancianos, loci deputantis officialem reuocari.*

CONSILIVM XVIII.

VIsis pactis & capitulis inter commune Florentiæ, & commune montis Policiani, plura in dubium reuocantur. Primò an sententia lata contra potestatem montis Policiani per & syndicatores sit nulla, quia processus non fuit per eos publicatus, Secundò utrum à sententia dictorum syndicatorum, potuerit appellari.

Tertiò an in ciuitate Florentiæ possit peti executio dictæ sententiæ contra aliquem potestatem dictæ terræ montis Policiani.

Super quibus breuiter loquar propter festinantiam expectantium consilium, & quia diuturnis lectionibus fatigatus

1 sum. † Super primo dico non esse sententiam nullam, & hoc tenuerunt. specul. & Hostiens. in summa de re. iud & Bar. in l. prolatā. C. de senten. & interlo. om. iudi. licet Glo. ibi teneat contrarium & non bene. secundum omnes doctores communiter, uide Bar. in l. fi. C. de re iudi.

2 Super secundo dico, † quod nō potest à dictorum syndicatorum sententia super crimine lata appellari per illos de monte Policiano, subditos Communi Florentiæ, & sic pro iudicibus suppositis

3 communi Florentiæ † C. quo. appella. non recipi. l. si nulli, aliàs si syndicatores non essent suppositi communi Florentiæ, & non syndicarent de mandato communis Florentiæ, bene posset appellari. i. q. vi. c. si quando. in Glos. quæ ita limitat illam l. & iuristæ illam non allegant; quoniam non est uerisimile syndicatorem subditum electum ad syndicandum officiales, & syndicum de mandato deputantis officialem iniquam sententiam ferre; Sed ad officium potestariæ montis Policiani, eliguntur non subditi communis Florentiæ sed Florentini, & ad illos syndicandos eliguntur similiter subditi, scilicet illi de monte Policiano, cum potestate attributa per commune Florentiæ eligendi potestatem fingitur syndicare, & propterea fortè ab eorum sententiis non appellatur.

4 De tertio † dico, quòd attentis dictis capitulis, nullus condemnatus pro maleficio potest executiuè inquietari in Florentia pro dicta sententia sed si potestas promisit pro se, suisque famulis soluere condemnationem, quæ de eis uel eorum

altero fieret tempore syndicatus, tunc cõ uenitur ex contractu, ideò potest in Florentia condemnatus conueniri; cum ibi sortiatur forum ratione originis & domicilij, ut l. hæres absens. ff. de iudici.

Quid autem debet potestas dictæ terræ iterum syndicari. uidendum est, quid iuris sit, & dicta pacta sint iuri communi
5 contraria. † cum de delicto eiusdem hominis sæpius non quæratur. ff. nau. cau. stabul. l. licet. §. fi. etiam si de delicto sit cognitum semel per uiam exceptionis uel denunciationis secundum Inno. in c. cum dilectus de electio. hoc autem fallit in crimine hęresis. de hæret. c. ex hoc lib. vi. Itē fallit in casu singulari. l. si qui adulterii. C. de adul. l. tunc aūt. aut sunt sententiæ consonantes, & sufficit; si autem sententiæ essent difformes, aut cōtrariæ, sentētiæ pro maiori parti statur, & si sunt pares sententiæ numero, statur sententiæ latæ pro reo, etiam in causa criminali. ff. de re iudi. l. inter pares; fallit in causa liberali, ut pro libertate, ut ibidem ubi uerò simul iudicare non habent, sed seorsum unus ab alio, & tribunalia sunt diuersa, ut quia unum se habet ad aliud, per modum alicuius superioritatis, tunc quęlibet sententia in suo territorio obseruabitur, quia quilibet in suo territorio est maior altero, de manumiss. l. apud eum & non est alibi. Sed si per modū superioritatis iterū super incognitis recurretur ad iudicem maiorem, hoc casu secunda sententia uelut infirmatiua primæ obtinet robur, & prima remanet uiribus uacuata. C. de appellation. l. eos.

6 In † proposito autem non inuenio per modum superioritatis recurri ad iudicē Florentinum contra sententiam iudicis dictę terræ, sed solum officiales debere iterum syndicari, non obstante syndicatu primo, & hoc factum fuit ad terendū officiales dictæ terræ, qui si ad bonū non inducuntur ueritatis amore inducantur formidine pœnę. Vnde oderunt peccare boni uirtutis amore, & oderunt peccare mali formidine pœnæ. ff. de iusti. & iure l. i. in Glos. super uers. metu pœnarum.

7 Concludo † igitur ex prędictis, si sunt sententiæ dispoņētes, quamlibet sententiam in suo territorio habere uires, cum quantum ad hunc tractatum territoria sint discreta; licet territorium montis Policiani subsit communi Florētiæ quo ad quędam alia propter pacta; Domini autem Priores & Collegia bene possent dictas sententias contra potestatem latas uel ferēdas ad irritum reducere, quoniam pacta sic inita cantant, à quibus nō est recedendum, sed firmiter insistēdum ut. ff. de pact. l. i. cum similibus.

Et ita dico & consulo Ego Angelus de Vbaldis, Domini Frācisci de Perusio &c.

CONSILIVM D. PETRI DE VBALDIS V. I. D. PERVSINI.

SVMMARIVM.

1 *Quando testes actoris & rei contrariantur, cæteris paribus, i. obtinet, qui probat per plures testes.*

2 *Testes pauciores deponentes de titulo & possessione, præferuntur pluribus probantibus de possessione tantum.*

3 *Paribus existentibus probationibus, quocunque respectu fauendum est reo.*

CONSILIVM XIX.

FORMATA est inquisitio cōtra Andræā Betti, eo quia dicitur fecisse cadere in terram Dominum Nicolaum. Tres testes pro parte curiæ deponunt, ꝙ Andræas prædictus fecit cadere Dominum Nicolaum præfatum, quatuor uerò testes pro parte dicti Andreę inquisiti deponunt contrarium, scilicet quòd non fecit eum cadere, sed dictus Dominus Nicolaus extirando per clamidem dictum Andræam de se cecidit in terrā. Modò quæritur, quæ sint partes iudicis? Dicendum est, quòd partes iudicis sunt in absoluendo dictum Andręam inquisitum, duabus rationibus. † Primò quia
1 quando testes actoris & rei contrariantur cæteris paribus scilicet conditione & dignitate, moribus &c. is obtinere debet, qui probat per plures testes, ita ꝙ

numerus

numerus testium attenditur ut l. ob carmē. §. si testes. & l. testium. de testib. & c. in nostra præsentia de testi.

2 Fallit † ubi plures probarent ante de possessione, pauciores de possessione & titulo, quo casu probans per pauciores obtinet, ut not. in l. si duo. ff. uti poss. per Bar. sed in casu nostro testes curiæ & rei omnino contrariantur, adeò quòd non possunt reduci ad concordiam, quod fieri deberet, ut in c. cum tu fili. de testi. Et testes rei sunt plures numero, & melioris conditionis, ergo reus absolui debet, ut melius probans, quia per plures, & etiam

3 meliores, † Secundò sic paribus existentibus probationibus quocunq; respectu scilicet, numeri, conditionis, dignitatis, uitæ ac morum &c. fauendum est reo, ut l. Arrianus de action. & oblig. & l. fauorabiliores, & l. semper in dubijs. & l. libertas. ff. de reg. iu. l. inter pares ff. de re iud. & l. si præses. & l. si de interpretatione ff. de pœn. & in c. cum sint partium de reg. iur. lib. vj. & extra de fide instr. c. inter dilectos. c. ex literis. extra de proba. multo ergo magis ubi reus melius probat, ut est in casu nostro, ista sunt satis clara. Placeat expedire istum Andræam qui profectò iustam fouet causam.

Petrus de Vbaldis Perusinus. V. I. D.

CONSIL. D. FRANCISCI MAGISTRI VOGLIAE. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an teneatur pro famulo.*

2 *Ex ficta confessione in casu famuli, non habet locum condemnatio contra dominum, qui uenit pro facto famuli condemnandus ex forma statuti, nisi illud expresse per statutum disponatur.*

3 *Ficta confessio non egreditur personam illius qui pro confesso habetur, ubi de publica utilitate tractatur.*

4 *Sententia lata contra unum, ut alteri preiudicet contra præsentem ferri debet.*

5 *Ficta solutio, quæ inducitur per iuramentū non operatur, ut agi possit contra principalem.*

CONSILIVM XX.

1 CAVETVR statuto † quòd Dominus teneatur soluere condemnationem pro famulo &c. famulus fuit per contumaciam condemnatus, quæ facit ipsum haberi pro confesso, & conuicto secundùm formam statuti occasione incendij in centum, quæritur si dominus tenetur

2 soluere illa centum, † Et quòd non teneatur, nam ille famulus est fictè confessus, & illa non attenditur in statutis, nisi in eis fiat mentio, quòd etiam habeat locum super ficto, ut l. iij. §. hæc uerba. ff. de

3 nego. gest. † quia ubi de publica utilitate tractatur, ficta confessio, non egreditur personam, nec operatur ultra personam eius, qui pro confesso habetur, ff. de iure

4 fisci l. eius qui delatorem. † Nam ad hoc ut sententia lata contra unum præiudicet alteri, sentētia debet ferri contra præsentem l. qui repudiantis in fi. & l. Papinianus. §. meminisse, de inoffi. test. de euictionibus. l. si ideò, pro hoc facit in ratio-

5 ne sui l. si duobus §. i. ff. de iure. † nam ficta solutio, quæ inducitur per iuramentum, non prodest, ut agat contra principalem. uide Bart. in l. cùm filius. ff. de uerb. obliga.

Francifcus magistri Vogliæ.

CONSILIVM D. HONOFRII DE BARTHOLINIS DE PERVSIO. V. I. D.

SVMARIVM.

1 *Testis qui primò unum dixit extra iudicium, et posteà aliud in iudicio, an de falso puniri debeat, per tot. consilium.*

2 *Verba intelliguntur ex more uulgi proferri.*

3 *Intellectus ad. c. per tuas. de proba.*

4 *Intellectus ad Gl. in c. literas de præsūptio.*

CONSILIVM XXI.

EGo Honofrius Bartholini de Perusio etiam me subscripsi † & facit pro Bar

1 tolo extra de probat. c. per tuas, ubi primo extra iudicium quendam in filiū uocauerat

† Subscripsi. Addc, quòd cōsil. Bal. de quo in cōtrasc. consilio. sit mētio extat inter cōsil. eiusdē Bal. in iii. uol. consil. ccccl xxx [illegible] Bap. [illegible] tus V. [illegible] I. V. D.

cauerat & tenuerat, in iudicio posteà nō potest contrarium asserere, pro quo uidetur etiam Glos.ordin. extra de præsumptioni.c.literas, ubi dicit stari primo dicto.& non alii; etiam extra iudicium prolato.

In contrarium uidetur ueritas,& ostenditur sic, nam secundum Bart. met. in d.l. eos,ubi primo attestatur in iudicio, postmodum contrarium asserit extra iudiciū statur primo dicto; nec per hoc punitur ut in c.sicut extra de testib.& l. generaliter.C.de non nume.pecu.ergo & eadem ratione, & è contrario.quia nulla maior ratio est in uno,quàm in alio, & si dicatur immò quia debemus stare primo dicto testis, & similiter in eo, quod extra iudicium dixit,respondeo id esse uerum. quando primum dictum est solenne coram iudice,ut not.Gloss.extra de testi.c. ueniens.Glos.incip.sed quare in fi.

Præterea hoc probatur quia prioritas cadit inter actus ualidos, non inter actum ualidum & inualidum, quia tunc,non tā potior,quàm qui solus inuenitur. ita est casus.ff.qui potio.in pign. habean.l.ii. Sic in proposito quod extra iudicium dixit est nuda & simplex assertio, nullo iuris robore firmata, quod postea in iudicio solenniter dixit, istud est primum dictum non secundum, ut d.l.ii.

Præterea hanc partem tenet Ioan.And.in Mercuriali. in reg.non est,lib.vi.vbi dicit,quod in ijs, quæ extra iudiciū uel in iudicio minus solenni & ualido asserūtur,
2 statur ultimo dicto, † quia uerba intelligūtur ex more uulgi proferri no.l. eos.

Secundò allegatur.per Bar. quia ibi ueniebat contra suum proprium sigillum,& sic contra rem auctenticam per eum approbatam ita expresse tenet Glos.in l.si procuratorem absentē in Glos. literas. ff. de procurato.& C.de episc.& cleri.l. si qua per calumniam.

3 Non † obstat.c.per tuas.quia ibi tria cōcurrunt,fauor filiationis,uulgi opinio,& utriusq; parētis assertio,ut ibi dicit Glo. Ergo iis cessantibus remanet regula in contrarium, & sic contrario sensu,cū nullum inuenerit istorum, uidetur casus huius quęstionis pro determinato.

4 Item † nō obstat Glos.in d.c.literas quia loquitur, quando primum dictum erat in iudicio ualidum, quo casu statur primo dicto, etiam si posteà contradicat in iudicio uel extra. cum idem uideamus in confessione discreta facta à parte extra iudicium, non in proprio facto emanata.& sic approbo supradictum consilium.D.Baldi.

Ego Honofrius de Barthol.de perus. &c.

CONSILIVM D. HONOFRII DE BARTHOLINIS DE PERVSIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Conatus habetur pro delicto cōsumato,quādo quis processit ad actum proximū delicto, & per eum non stetit,quominus consumaretur.*

2 *Vbi sumus in casu,quòd pax requiritur à statuto inter culpatum de homicidio & hæredes occisi, quando delictum habetur pro consumato,effectus tūc punitur, perinde ac si effectus fuisset secutus.*

3 *Delictum commissum quando potest adaptari ad homicidium,quis uidetur posse puniri pœna homicidii.*

4 *Statutum puniens homicidium intelligitur de homicidio perfecto & consumato,non argumento à maioritate rationis,neq; à casu qui trahitur per fictionem.*

5 *Conatus non habetur pro actu consumato,etiam in atrocissimis in casu statuti requirentis consumationem delicti.*

6 *Stāte statuto quòd inter coniunctas personas secuta pace pro maleficio potestas non possit condemnare offendentem,si socer præparasset uenenum contra generum,ex qua tamen præparatione secuta non fuerit mors,socer à potestate non condemnabitur.*

7 *Statuta inclinantia ad clementiam sunt largè interpretanda.*

8 *Statutum speciale ristringit generale.*

CONSILIVM XXII.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † Si atrocitatē delicti consideramus, quod per Andræam Puccij fuit cogitatum, & atten-

attentatum, & per actum proximum facti deuentũ, & per eum non stetit, ut in inquisitione dicitur, quæ confessata est, uidetur de iure dicendum, quòd puniendus sit, tam de iure communi quàm secũdum formam statutorum; nam de iure communi uidetur clarum, per ea quæ not. Doctor. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco & cleri. & ibi plenè per Cyn. & per Bal. nam ibi Cyn. dicit inter alia, quod quando quis processit ad actũ proximũ facti, aut non consumauit quia noluit & se pœnituit, & non punitur. ut l. qui falsum. ff. de fals. Sed si ideò fuit secutus, quia non potuit propter impedimentum facti, sed per eum non stetit quominus perficeret, tunc punitur ac si delictum fuisset consumatum, ut d. l. si quis non dicam rapere & l. is qui cum telo. C. de sicar. & ita tenet ibi Pet. hoc etiam tenet Gl. ibi in istis atrocissimis delictis. ut l. i. in fi. ff. quod quisque iur. l. Cicero. de pœn. extra de homicid. c. i. in vi. Sed hic cogitauit uelle occidere Ioannem generum suum cum ueneno, & uenit ad actum proximum facti, ponendo in parapside animo, & intentione ipsum uenenandi & per eũ non stetit, nisi quia ille Ioannes perpendit, sicq; patet quòd omnia concurrunt, ut tale delictum habeatur pro consumato quo ad punitionem, quia grauissimum, considerata qualitate delicti, & etiam personarum.

2 Præterea † de iure communi sufficit animus occidendi, si peruenit ad actũ facti, & punitur affectus, licet nõ sit secutus effectus, etiam præparando uenenum causa occidendi, ut l. i. §. i. ff. de sicar. & §. Diuus, & l. iii. in prin. & hoc de iure cõmuni. Idem uidetur ex forma statutorum, nam licet ibi uigeat unum statutum sub rub. qualiter procedatur in maleficiis cõmissis inter personas coniunctas; in quo disponitur, quòd in maleficiis commissis inter personas cõiunctas, usque ad secundum gradum cõsanguinitatis uel affinitatis, siue sit maleficium graue, siue nõ, facta pace infra decem dies, potestas talem offendentem non possit condemnare. Tamẽ in alio statuto cauetur, quòd ubi non esset certa pœna per statutũ ordinaria, potestas & cæteri officiales puniant procedendo de similibus ad similia. Si ergo consideramus, quòd uoluerit occidere cum ueneno, & uenit ad actum proximum facti, habetur pro delicto cõsumato, ut supra dictum est, ergo sumus in casu exceptuato à statuto, quia homicidium censetur, & per consequens non potest fieri pax, & sic non habet locũ primum statutum, ubi prodest pax inter cõsanguineos & affines, quia per illud statutum excipitur homicidium.

3 Præterea † & si nõ esset propriè homicidium, tamen potest procedere de similibus ad similia, ergo ad illud põt adaptari, ut ff. de legi. l. non possunt, cum l. seq. & sic uideť, quòd sit puniẽdus dictus Andræas pœna homicidii, nec prosit sibi cõcordia; nec hẽat beneficiũ primi statuti.

In contrarium uidetur ueritas in casu nostro, & licet de iure cõmuni sint opiniones, an attentatum puniatur eadem pœna si non fuit consumatũ delictum, quia non potuit impedimento facti, quoniã Cyn. in d. l. si quis non dicam, tenet quòd mitius puniatur nec approbat opi. Petr. & hoc maximè in casu nostro propter nimiam senectutẽ mitius esset agendum ut no. Glo. & Doc. in l. quid ergo. §.

4 pœna grauior. ff. de infamib. † Sed hic tamen quãcunq; opinionem teneamus aliud est in pœnis statutorum, quia requiritur factum consumatum, ut habeat locum pœna statuti. ideò si statutum dicit si quis fecerit homicidium puniatur tanta pœna, oportet quòd homicidium sit secutum, aliàs non potest puniri pro homicidio pœna statuti, nec in eis habet locum argumẽtũ de eo in quo maior est ratio, nec ad casum qui trahitur per fictionem. ut l. iii. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & no. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Vnde quòd attentatum habeatur pro consumato illud ueniret per fictionem, & non uerè, quod non habet locum in statuto.

5 Et quòd in nostra materia conatus non habeatur pro consumato, etiam si in atrocissimis perueniret ad actum facti in pœnis

nis ſtatutorum, expreſſe tenet Bal. in d. l. ſi quis non dicam rapere, hoc etiam expreſsè tenet Bart. in l. i. §. Diuus. de ſicar. ubi hoc ad literã ponit, allegat l. ii. ff. ad l. aquil. coniuncta l. item ſi obſtetrix. eo. titu. l. licet de iure communi eſſet ſecus, quia uerba legis Corneliæ de ſicariis cõſiderabant potius affectum & animũ occidendi, quàm euentum. Sed ſtatuta conſiderant rem perfectam, ideò requiritur factum conſumatum, prout à ſtatuto deſcribitur, nam ſi ſtatutum puniret pro attentato, illud ſufficeret pro pœna imponenda, ut ff. de poſtulan. l. i. §. beſtias. Sed uerba pæteriti perfecti requirunt rẽ conſumatam, ut l. i. §. hæc autẽ uerba ff. quod quiſque iur. Sed hic ſtatutum ſecundum in uer. ſi quis & c. dicit, quis homicidium commiſerit, & ſic rem perfectam deſiderat, ergo quamuis attentauerit, & uenerit ad actum proximũ facti, nec per eum ſteterit, quin homicidium faceret, tamen non fecit, & ſic ceſſat dictum ſtatutum exceptiuum.

6 Et † per conſequens non obſtant contraria ſupra allegata, quæ fundantur in iure communi, nos uerò ſumus in diſpoſitione ſtatuti, & per conſequẽs dico, quòd ſumus in priuilegio primi ſtatuti, nã in eo diſponitur ĩ prima parte, quòd ſi aliquod maleficium nõ graue fuerit commiſſum inter perſonas coniunctas uſque in ſecũdum gradum conſanguinitatis, uel affinitatis, poteſtas de delicto, & maleficio nõ poſſit cognoſcere, nec ĩtromittere niſi perſona offenſa accuſare uel denuntiare uoluerit. In ſecunda parte dicit, ſi uero inter dictas perſonas fuerit aliquod graue, uel non graue maleficium perpetratum, & pax fuerit facta infra decem dies à die maleficii commiſsi computandos, dictus poteſtas & eius iudex, talem offendentem nullo modo condemnare poſsit, & ſi aliter fiat, non ualeat ullo modo. Et ſubdit, quòd gradus intelligantur ſecundum ius canonicum. Vnde apparet manifeſtè, ꝙ maleficium eſt inter perſonas coniunctas per affinitatem in gradu ſtatuti l. non facile. §. ſed ipſum ff. de gradi. & inſti. de nup. §. affinitatis. quia inter ſocerum & generum. Item ſtatutum diſponit etiam ſi ſit graue maleficium. Itẽ pax præſumitur facta infra decem dies, à die commiſsi maleficii, & ſic omnia concurrunt, quæ requiruntur de eſſentia ſtatuti, pro priuilegio cõſequendo, ſicq; directo ſumus in uerbis ſtatuti.

Non obſtat aliud ſtatutum, ubi excipit homicidium, quòd non poſſet, fieri pax, quia illud habet locum in homicidio perfecto & conſumato, ut ſupra dixi, non in intentato.

7 Præterea † ſtatuta, quæ aperiunt uiam clementiæ, ſunt largè intelligenda, & ea quæ contrarium diſponunt, ſunt ſtrictè intelligenda. ff. de infami. l. & furti. §. pactu, in tex. & Gloſſ. & ibi expreſsè tenet Bald.

Præterea poſſumus dicere quòd illud ſtatutum ſecundum in quo excipitur homicidium, loquitur inter perſonas non coniunctas, ſicut patet in toto illo ſtatuto, ubi generaliter loquitur de maleficijs cõmiſsis, quòd poteſt fieri pax excepto homicidio, & non loquitur de maleficiis cõmiſsis inter perſonas coniunctas, quod apparet, quia in quibus illud ſtatutum permittit pacem fieri, uult, quod cõdemnetur in quinta parte eius, quòd condẽnari deberet, ſed primum ſtatutum inter coniunctas uult, quòd in totum ſit abſoluendus, & ſic patet, quòd illud ſecundum ſtatutum non habet locum quando inter coniunctas committitur maleficium quantumcunq; graue, hoc etiam

8 patet, † quia ſtatutum ſpeciale reſtringit generale. ff. de leg. ii. l. legatorũ. §. q plures, de leg. i. l. talis ſcriptura per Dyn. & Bal. per Inno. in c. i. de reſcri. & c. paſtoralis, & not. Bar. ff. de oper. no. nun. l. i. §. i. ex quibus cõcludo quòd poteſtas debet ſequi dictum primum ſtatutum, quia dictum Andræam, nullo modo condemnare poteſt, & ſi contrafaceret, non ualeret.

Honofrius Battholini de Peruſio.

CON-

CONSIL. D. HONOFRII DE BARTHOLINIS DE PERVSIO legum Doctoris.

SVMMRIVM.

1 *Iudæus se cum Christiana meretrice immiscens, puniri debet.*

2 *Meretrices indignas facit uilitas uitæ legum obseruatione.*

3 *Intellectus ad l. si ea. & l. quæ adulterium. C. de adulter.*

4 *Cùm quid prohibetur, & omne id quod ex eo sequitur.*

5 *Iudæo se immiscenti cum Christiana, quæ pœna ueniat imponenda.*

6 *Pœna delinquenti indeterminata est in arbitrio iudicis.*

7 *Carnalis copula sub figura matrimonii reprobata, inducit pœnam adulterii.*

8 *Consortium & assidua familiaritas, est prohibita cum iudæis.*

CONSILIVM XXIII.

1 IN CHRISTI nomine Amē. † Circa primum quæsitum. An sit aliqua pœna tam de iure communi quàm municipali imponenda: Primò uidetur, quòd
2 non, † nam de iure cōi uilitas uitæ ipsarū meretricū non sinit legum laqueis innodari. C. de adulteriis. l. si ea. & l. quæ adulterium, ex forma statuti idem, quia cum tali meretrice publica nulla est pœna, ex commixtione, etiam si eā acceperit per personam, & ipsam cognouerit, ut patet ex fine statuti, hoc tamen dubiū
3 est. † quia illa iura loquuntur, quando cū Christianis agit meretrix christiana, sed quādo est alterius sectæ non uidetur permissa talis cōmixto, immò prohibita, ut c. in nonnullis extra de iudę. hoc etiam probatur in l. ne quis. C. de iudæ. & licet illa iura loquantur, quando in figura matrimonii; tamen ex quo improbatum est matrimonium, similiter, & commixtio & copula uidetur esse prohi
4 bita. † quia cùm quid prohibetur, & omne id, quod ex eo sequitur, ut l. oratio. ff. de spon. & l. non dubiū. C. de leg. & no. in l. ii. ff. de iurisdi. omni. iudi. in Glos. & maximè quando prohibetur illud, quod sub uelamēto honestatis, uidebatur permissum, fortius, si sine uelamento matrimonii.

5 Ideò † quia hoc est dubium, uideamus de secundo puncto, quæ pœna ueniat imponēda, & ui etur, quod imponi debeat pœna adulterii, prout est de iure communi, pœna capitis, per d. l. ne quis. C. de iudę. quoniam uicem adulterii tale crimē obtinet, est uerum, quòd illa lex loquitur, quando sub uelamento matrimonii contingebat. sed, ut dixi fortius, hoc casu, quādo sine uelamento matrimonii, ut
6 l. auunculo. ff. de condi. sine cau. † Et in quantum pœna non esset determinata, tunc est in arbitrio iudicis, quia ubi specialis pœna non est īposita à iure, tūc arbitraria est. ff. de effrac. & expilla. l. i. §. i. Quid dicendum? puto in casu nostro, attento statuto prędicto, quòd pœna debeat imponi, tanquàm de adulterio commisso cum muliere malæ famę, quod sic euidenter apparet; Nam clarè disponit d. l. ne quis. ff. de iudæ. quòd tāquàm committens adulterium puniendus est, nam cum matrimonium sit nullum, remanet prohibita simplex cōmixtio, quę damnata est, ut in d. c. in nonnullis. Apparet ergo, quòd pro tali delicto, pœna adulterii uenit imponenda, per d. l. ne quis, sed pro pœna adulterii statutum prædictum punit carnaliter cognoscentem mulierē malæ famę nuptam, in uigintiquinque libris, ergo apparet pœna statutaria in casu nostro, in eadem pœna, cum tale delictum uim adulterij obtineat, quo ad impositionem pœnæ, ut d. l. ne quis. Et quia ut in inquisitione narratur, talis commixtio fuit cum publica meretrice, ergo tāquam de adulterio commisso cum muliere malę famę debet puniri.

Præterea aliud statutum sub rub. quòd in pœnis non limitatis &c. dicit, quòd in imponendis pœnis pro maleficiis, excessibus & delictis, pro quibus non esset pœna certa imponenda in pręsenti uolumine statutorum, in ipsius pœnis imponendis procedatur, de similibus ad similia.

milia. Ecce ergo quòd statutum uult, q̄
7 imponatur similis pena.† Sed carnalis copula sub figura matrimonij reprobata, inducit pœnam adulterij, ut d.l.ne quis, quod patet, quia ibi interuenit copula, quia aliter pœna adulterij non posset cadere, ut l.ii.& l. si adulteriũ cum incestu ff.de adul.ergo est maius delictum, quia peccat in duobus, in cõiugio prohibito,
8 & in carnali copula.† Nam cum consortium & assidua familiaritas sint cum iudæis prohibita, propter contrariam sectam fidei christianæ, ut C. de christian. manci.l.unica.extra de iudæ.c.ad hæc.& c.& si iudæos, & sic maior pœna ueniret imponenda, quàm ubi unicum tantùm interuenit; ergo maior pęna nõ potest imponi pro solo actu libidinis in uno instãti, quàm si matrimonium & conuersatio præcessisset, sed potius minor. Nec obstat quod dixi de l.auũculo, quòd sub uelamine matrimonij uidetur eẽ minus delictum, quia illud uerum, quando ignorantia iuris uel facti interuenerit, ut ibi, & l.si adulterium cum incestu.ff.de adul. Pręterea licet ibi sit prohibitum matrimonium inter coniunctos ratione copulæ, non tamen est prohibitum ratione conuersationis, uti est cum iudæis.

Præterea saltem negari non potest, quòd si esset par delictum, non tamen est maius, & sic procedit similitudo pęnæ ex forma dicti statuti, quia ad aliud magis simile trahi non potest, ergo ad illud potestas debet assimilare. ff. de legi.l. non possunt. Ex quibus concludo quòd pœna uigintiquinque librarum debet imponi tantum per potestatem, & non maior pœna, & sic omnia alia arbitraria pęna cessat.

Honofrius Bartholini de Perusio.

CONSILIVM D. MATTHAEI PHILICIANI DE PERVSIO V. I. D. In casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Excessus damnatæ commixtionis est crimen, quando iudæus commiscetur cum christiana non animo contrahendi matrimonium, & se efficiendi christianum, & qua pœna puniatur.*

2 *Matrimoniũ inter iudæũ & christianam, et è contra esse non potest, & de facto contractum separatur, nisi christianus efficiatur.*

3 *Meretrix est uilis persona, & cum ea se commiscens legum laqueis non innodatur.*

4 *Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibitum est.*

5 *Pœna iuris communis quando à statuto alteratur, tunc iudex debet sequi statutum non autem ius commune.*

6 *Ptãs qui iurauit seruare statuta, pœnas statutarias imponere tenetur nõ iuris cõmunis.*

7 *Statutum quando prouidet in casu expresso, quo ad expressum, prouisio statuti est attendenda, in casu uerò non expresso, quando statutum se remittit ut uidebitur potestati, tunc potestas debet arbitrari iuxta arbitrium boni uiri.*

CONSILIVM XXIIII.

IN CHRISTI NOMINE Amen.
1 † In dubiis quæsitis apparet elegantissimè consultum per egregium le um doctorem D.Honofrium, adeò quòd ulterius non restat dubitanda materia, uerum tamen ne illotis manibus me subscribam, consideranda puto tria principaliter. Et primò qualitatem delicti resultantis ex coitu prædicto, habito & facto inter prædictos iudæum & meretricem christianam, quod ius appellat dãnatæ commixtionis excessus, ut dicit tex.in c.in nonnullis. extra de iudæis.
2 † Et ideò inter iudæum & christianam, uel è contra matrimonium esse non potest, cum sint diuersæ sectæ.xxviii.q.i.c. caue christiane. & nedum prohibitum est matrimonium contrahi, immò iam contractum separari debet, nisi efficiatur christianus, ut ea.cau. & q.c. iudæi. & c. sæpè malorum, est expressum. C.de iudæis. l. ne quisquam. Et qua pœna puniantur contrafacientes not. Glo in dicto capitulo in nonnullis.
3 Secundò † considero uilitatem personæ, qua dicta commixtio fuit facta & habita per

ta per dictum iudæum, quia cum meretrice, quæ prostituta meretricio passim homines ad se admittit, de qua di-
3 cimus † quòd uilitas uitæ non permittit coeuntes cum eis legum laqueis innodari, ut l.ea.& l. quæ adulterium. C.
4 de adulte. † Esto, quòd prohibitũ sit meretrices esse, & ad meretrices accedere, xxxij.q.iiij.c.meretrices.
5 Tertio considero † statuti uigentis in loco dispositionem alterantem pœnam iuris communis, per quam alterationem in casibus prouisis & expresſis in dicto statuto iudex arctatur ad imponendam pœnam in dictis statutis expressam: Nec pęnam iuris communis imponere potest, cum per talem alterationem pœna iuris communis sit nouata, & ad hoc allegat illustris Doctor D. Bald.l. qui cum uno.§. post desertionem.ff. de re milita. ubi dicebat, quòd erat tex. singularis, de quo tamen per Bart.plenius in l.quoties
6 ff.de actionibus & oblig. † & maximè ratione iuramenti quod soliti sunt præstare iudices in principio sui officii, per quod arctantur pœnas statutas imponere, dum iurãt seruare statuta, pœnã iuris communis imponere non possunt, facit
7 quod notat. de iure iuran.c.i. in vj. † Et maximè quia ut apparet municipalis censura non stetit in finibus mitigationis & alterationis pœnarum, quo ad casus certos expressos, in quibus casibus expresſis, prouidit expresſè. Quid uerò & qualiter habeat iudex facere, uel procedere in casibus non expresſis, est, quia de similibus ad similia, iuxta l.non possunt ff.de legi. Quod statutum prouidet ulterius ponendo & remittendo quòd illa intelligatur similis pœna, quæ uidebitur domino potestati dictę terræ, quod uerbum à lege prolatum, nõ significat arbitrium iudicis ab omni ratione abstractum & separatum, sed iuris interpretatione restringitur ad id, quod iudici ut bono uiro uidebitur, & secundum arbitrium boni uiri regulatur.ff. de fideicommiſs. lib.l. Thais ancilla.§.sorore, facit quod notat. in l.i.§.cum quidam.ff. de leg.ij. & quod not.Bart.ff.de leg.j.l.si sic legatur, cum similibus.

Et ex hoc infero, quòd ponderata interpretatione, de qua factum est supra per primum consulentem, quæ est iuris ratione suffulta, quòd secundum illam interpretationem, iudex iudicando & interpretando debet animi sui motum informare, & arbitrari tale simile in casu nostro, ad illud simile à statuto prouisum, in quo apparet maior similitudo secundum rationem & mentem legum, & ad pœnam uigintiquinque librarũ, tanquam ad magis similem pœnam casum istum moderari, prout supra consultum est. Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est dico & consulo Ego Matthæus Philiciani de Perusio V. I. D. & ad fidem prædictorum me subscripsi, sigilloque meo consueto subsignaui.

CONSILIVM D. MARCI ANGELELLI DE PERVSIO. V. I. D.

In casu antescripto.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix turpis persona censetur.*
2 *Meretrix quæ dicatur.*
3 *Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibitum est.*
4 *Meretrices uilitas uitæ indignas facit legum obseruatione.*
5 *Iudæi prohibẽtur se commiscere mulieri christianæ, siue meretrici, siue non meretrici, tamen per hoc non est à lege certa pœna statuta, & nu.7.*
6 *Matrimonium esse non potest inter iudæum & christianam.*
8 *Omnia quæ prohibentur non habent in se pœnam, nisi eo casu, quo lex expresſè pœnam imponit.*
9 *Pœna, qua puniendus est iudæus commiscens se christianæ, est arbitraria ex qualitate & conditione personarum & loci, nisi per statutum sit certa pœna limitata.*

F CON-

CONSILIVM XXV.

OMNIPOTENTIS Dei nomine iuocato. Quia plenissimè consultum est per præfatos Excellentissimos Doctor. ideò breuiter me expedio; Quæritur enim, an aliqua pœna sit puniendus dictus Hæbreus, & si est puniendus, quæ pœna
1 debeat sibi imponi, & præmitto, † quod meretrix turpis persona censetur, ut ff. si
2 quis à paren. fue. manumiss. l. iij. † & meretrix est, quæ multorũ libidini patet. & meretrix dicitur, cuius turpitudo publi
3 cè uenalis est, † unde dicit tex. xxxij. q. iiij. c. meretrices, quòd meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet dominus, quarum publicè uenalis est tur-
4 pitudo, xxxiiij. distinc. uidua. † Et alibi dicit tex. quòd meretrices uilitas uitæ indignas facit legũ obseruatione, C. de adul. l. quæ adulteriũ. in fi. & uide quæ notantur de spõsali. c. inter opera. & de decimis. c. ex trãsmissa. & de ritu nuptia l. pa
5 lam. Secundo præmitto, † quòd Iudęi nõ debent se commiscere mulieribus christianus, de iudæ. c. in nonnullis. & l. ne
6 quis. C. de iudæis † & per hoc prohibet canon, ne iudæus contrahat cum christiana, xxxij. q. iiij. c. caue. Aduertendum tamen, quod illa damnata commixtio inter christianam & iudæum uidetur tunc esse prohibita, quando talis mulier esset publica meretrix, licet quidam uelint illam decretalem intelligere, siue mulier christiana non esset meretrix, siue sit meretrix, quia participatio cum iudæis est
7 prohibita. de iudæ. c. i. † Notandum autẽ quòd licet canon prohibeat, ne iudæus commisceatur mulieri christianæ, tamẽ nec lex, nec canõ ullam pœnam propter hoc imponit ipsi iudæo, sed stat lex in fi-
8 nibus simplicis prohibitionis. † & nõ omnia, quæ prohibentur, habent in se pœnã, nisi eo casu, quo lex expresse pœnam imponit, & per hoc uidetur, quòd nulla pœna dicto Hæbreo imponi possit.

Sed finaliter dicendum est, quòd cum actus sit illicitus, & à lege prohibitus, ꝙ
9 pœna debet imponi dicto Hæbreo, † Sed est uidendum, quæ pœna eidem Hebręo sit imponenda, & regula est, quòd quãdo pœna nõ reperitur limitata, nec determinata per legem, sed uenit taxãda & determinãda per iudicẽ, ꝙ talis pœna est arbitraria, ut not. Bal. C. an seru. ex suo facto. in rub. & quod idem Bal. not. in l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. qui debet arbitrari ex qualitate personarum, & loci, & conditionis personarum, & similibus, ut not. in l. aut facta. de pœn. Verum quia in casu nostro apparet dictum statutum quòd loquatur de commiscente se cum muliere uilis uitę, Videlicet cum meretricę, & imponitur pœna certa & limitata uidelicet xxv. lib. ideò quod supra consultum est dico & consulo Ego Marcus Angelelli de Perusio. V. I. D.

Salustius D. Ioan. Hieronymi de Perusio. subscripsit.

CONSIL. D. IOANNIS DE CANE MORTVO.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in causa criminali inter aliquem & curiam, si illa est iniqua, qui sententiam contra se habuit, licet illa transiuerit in rem iudicatam, potest agere contra iudicem pro iniquitate sententiæ ad suum interesse, neq; ei exceptio rei iudicatæ obstabit.*

2 *Idem si fuisset appellatum à dicta sententia lata in criminali, & appellatio penderet uel fuisse deserta, quia talis litis pendẽtis exceptio æquiparatur exceptioni rei iudicatæ.*

3 *Soluens sententiam ipso facto approbare uidetur.*

4 *Petens terminum ad soluendum uidetur sententiam confirmare.*

5 *Frustra spectatur sententia ferenda in causa appellationis, cuius euentus nihil operatur.*

6 *Iudex appellationis confirmans primam sententiam iniquè latam utrique parti ad interesse tenetur.*

CONSILIVM. XXVI.

1 LICET † Sententia lata per iudicẽ de causa criminali cognoscente contra Petrum transiuerit in rem iudicatam,

tamen

tamen potest Petrus agere contra iudicem finito suo officio, ut sibi condemnetur, in quantum bonum & æquum iudici uidebitur, ut institut. de obliga. quæ ex quasi malefi. in prin. ff. de uar. & extraordi. cogni. l. si iudex. nec potest contra Petrum agentem exceptio rei iudicatæ obiici. quod patet, quia non sunt hæ personę, quia primò erat quęstio inter curiam & Petrum, non autem inter iudicem qui tulit iniquam sententiam, quia desijt esse iudex contra Petrum. Item quia non est eadem res, quia tunc agebatur ad pœnam fisco applicandam, non autē ad interesse, quod respicit bursam Petri. Item non est eadem causa; nam tunc agebatur ex delicto, nunc ex quasi delicto, ut dictis iuribus; Distinguũtur enim delicta à quasi delictis, sicut differentes species. Institu. de actio. in princ. ff. de actio. & oblig. l. j. & l. ex maleficijs. in princ. & §. si iudex. Item & actio est diuersa, quia tunc fuit actum conditione ex lege statuti punientis delicta. nunc actione in factum descendente ex quasi maleficio. Itē est etiam diuersus modus agendi, quia tunc criminaliter, nunc ciuiliter, cũ enim non concurrant illa quæ habentur in l. cum quæritur. & l. seq. ff.
2 de excep. rei iudi. † Nō potest dici quòd obstat exceptio rei iudicatæ Petro, & hunc articulum clarè decidit Innoc. in c. sacrosanctę. de senten. excommunica. in Glos. hoc dicere, in uer. item iudex audet &c. & puto hæc locum habere, siue à sententia lata in causa criminali fuerit appellatum, siue non, etiam si fuerit confirmata per iudicē appellationis siue nō. uel si fuerit deserta per temporis lapsum & quia appellans non fuit prosecutus appellationem infra tempus à iure præfixum, siue fuerit renunciatum appellationi, cum hęc omnia uideantur ęquiparari à iure, ut uideatur in hoc differentia inter consensum tacitum & expressum, ut patet per hęc iura. ff. de iis qui not. infa. l. furti. in secundo respon. C. quomo. & quan. iud. l. ab eo. in fi. de senten. quæ sine cer. quanti. l. ulti. in fi. & de tempori. appellatio. l. ii. in fin. & l. ul. §. illud. & ibi & sentētiā contra eum latam, &c. hęc enim taciturnitas, negligentia, uel renuntiatio, referuntur solum quantum ad curiam, cum qua super delicto litigabat, non autem ad iudicē, quo minus de sua iniqua sententia teneatur, aliàs sequeretur absurdum, quòd nullus condēnatus ad pœnam post solutionem audiretur uolens de iudicis iniquitate conqueri, quod
3 est absurdum dicere & audire, † cum soluens uideatur approbare sentētiam ipso facto, quòd est plusquam uerbo uel simile, uel equale. ff. de legi. l. de quibus. ibi quasi dicat, non refert &c. extra de appel
4 la. dilecti. † immò petens terminum ad soluendum, uidetur confirmare sententiam C. de re iud. l. ad solutionem, & per dictas rationes dicendum est, quòd non distat exceptio litis pendentis per appellation m, cum exceptio litis pendentis æquiparetur, quantum ad hoc exceptioni rei iudicatæ, ut quod obstat in una obstat & in alia. ff. de exceptio. l. fundũ. & l.
5 fundi. † frustra enim spectatur sententia ferenda in causa appellationis, cuius euētus nihil operatur. ff. ad Velleya. aliquãdo. de condi. & demonstr. aliquando; ut
6 ex superioribus. patet, † & puto quod si iudex appellationis confirmaret primã sententiam iniquè latam utrique teneatur, electione tamen unius, & perceptione secuta liberetur alter. arg. ff. de ij. qui deiece. uel effu. l. i. §. fina. cum tribus legibus sequentibus.

Et sic concludo Ego Ioannes de Cane mortuo, ueriori sententia semper salua.

CONSILIVM D. IOANNIS DE RICCIIS DE FLORENTIA legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum liberans bannitos soluendo certam quantitatem condemnationis porrigitur ad carceratos, & ad illos qui dederunt fideiussores de soluendo condemnationem.*

CONSILIVM XXVII.

1 IN CHRISTI nomine Amen.†Fuit antiquaquæstio, an statutũ disponens quòd condemnati seu exbanniti soluentes infra certum tempus habeant beneficium quartæ partis, porrigatur ad condẽnatos, uel exbannitos carceratos, & Dy. in l.Domicianus ff.ad Turpillian.dicit illam legem esse argumen.quòd non. Pro quo etiam facit l.ij.uersic. dubitationem ff.de custod.reor. quasi pro eo, qui est in carceribus, dicatur ciuitati eum in carceribus detinenti quodammodo satisfactũ uel cautum de satisfactione & per consequens statutum de condemnatione soluenda partem remittens, ad carceratos non porrigatur, & per consequens nec ad eos, pro quibus per satisdationem seu fideiussores cautum est, quasi facilius sit remittere quàm quasi exactum re transferre. Sed breuiter ueritas est in oppositum, uidelicet, statutum loquens de liberatione condemnati seu banniti per particularem solutionem porrigi etiam ad carceratos, & per consequens etiam ad eos, pro quorum solutione fienda sit ciuitati satisdatum, quia per talem satisdationem non desinunt esse condemnati, uel exbãniti, nec ex primæua obligatione tenere, per talẽ. n. fideiussionẽ prima & principalis obligatio non tollitur, sed ei alia additur. ergo quod de condemnatis seu bannitis loquitur, etiam in ijs locum habet, ita probatur in d.l.Domicianus.& l.fi.in princi.C.de abolitia. & hoc scribit Bar.expresse in d.l. Domicianus. ubi in terminis propriis decidit hãc quæstionem dicens eãm se habuisse de facto Pisis, & distingue, ut ibi per eum.

Laus Deo.

Ego Ioannes de Riccijs legum Doctor dico iuris esse, ut scriptum est, sicq; consulo, ideoq; hic me subscripsi & sigillum apposui.

CONSILIVM D. IOANNIS DE RICCIIS DE FLOREN. legũ Doct.

SVMMARIVM.

1 *Relegatio non potest fieri in locum non subditum releganti.*
2 *Pœna iniuncta per statutum à die latæ sententiæ, intelligitur & capturæ seu detentionis de condemnato facta.*
3 *Si ex statuto soluenda est cõdẽnatio, & quartum plus, pro euitanda relegatione, soluta condemnatione & non quartõ pluri, relegatio & omnis pœna locum non habet.*
4 *Condẽnatus ex forma statuti ad certã quantitatẽ infra decẽ dies à die condemnationis & capturæ, cum quarto pluri, si illã soluit infra dictũ terminum, euitat pœnã statuti.*
5 *Duplex pœna in eodem casu ultra condemnationem principalem imponi non potest.*
6 *Dictio ultra, de sui natura relinquit formam sui positiui in extremo, & sic repetitionem inducit.*
7 *Quartũ plus inductũ per statutum ultra condẽnationẽ intelligitur in casu contumaciæ.*
8 *Condemnatio quarti pluris in casu statuti, de quo supra, non habet locum soluta condemnatione.*
9 *Solutio condemnationis intelligitur de principali, non de aucto propter contumaciam.*
10 *Post terminum sententiæ & captura, si soluatur condemnatio principalis, & quartum plus inductum à statuto, tunc non habet locum pœna confinium, sed pedis.*

CONSILIVM XXVIII.

1 IN CHRISTI nomine Amẽ.† Dico primò impositionem dictorum confinium non ualuisse, quia non potuit dictus Capitaneus dictum Amaroctum relegare in locum sibi non subditum l.relegatorum in princip.ff.de interdi.& rele.
2 Secundò dico quòd† pœna amputationis pedis locum habet contra dictum Amaroctum, si non soluerit condemnationẽ infra tempus decem dierum à die latæ sententiæ computandos, prout dicit sententia, sed intelligo & capturæ & seu detentionis de ipso condemnato factæ, sicut aliàs dicitur à die mortis, & intelligitur, & aditæ hæreditatis l.fi.§. sin autẽ dubius C.de iure deliberan. cum Gl.ibi
3 super uerbo delatam,† sic enim in proposito

sito oportet intelligi per statutum quod incipit ; cum ex forma &c.& clarius per statutum sequens, quod incipit, statutũ & ordinatum est, &c.

Hoc præmisso dico, quòd tres sunt casus primus est, quãdo dictus Amaroctus post dictam condemnationem uellet soluere lib.cc. nfra x.dies à die condemnationis & tunc ultra solutionem dictarum librarum ducentarum absq; solutione quarti pluris, debet stare in loco sibi assignato per biennium, posito pro constanti, quod loci assignatio tenuisset, cuius contrariũ supra tenui . & hic casus ex uerbis dictæ condemnationis patet, & maximè ibi.& si dictam condemnationem &c.

4 Secũdus casus est † si uelit soluere infra x. dies à die condemnationis & capturæ & tunc debet soluere cum quarto pluri & euitat pœnam pedis, sed non quarti pluris, quia illa fuit cõmissa post x.dies à die sententiæ, sed pœna pedis cómittitur post.x dies a die sententiæ, & capturę, ut supra dixi. Isto ergo casu, uidelicet cum est post x. dies à die sententiæ, & infra decem dies à die capturæ, non potest habere locum pœna standi in loco assignato, tũ quia illa debet intelligi posito solum in casu, in quo alia pęna ultra dictam cõdemnationem posita non fuerit, hoc est in casu, in quo non habet lo-

5 cum pęna quarti. † ne aliàs duplex pęna eodem casu ultra condemnationem principalem posita uideatur. quod esset contra l.Titia.§. qui inuita. ff. de leg. ii. & l.qui decem.ff.de solutio. Tum quia hæc uerba sententiæ, non patiuntur, nam dicunt, & in dictis locis stare debeat, ultra dictam solutionem dictarum.ccl. librarum hoc est, ultra dictam

6 solutionem lib. cc.& quarti pluris. † De natura huius dictionis, ultra, est, relinquere formam sui positiui in extremo, & sic repetitionem inducere, ut l. si ultra C. de fideicom. & scripsit Iaco. de Are. in l.qui bona.§.si quis ædes.de dam. infec.& l.qui dotem.ff.de do. præleg. & ibi etiam Bar. Et sic tantum est, dicere, quantum si dixisset, & in casu in quo debet soluere, & soluat lib.cc. stare teneat etiam in tali loco, ut probatur in dictis iuribus, & l.si tibi purè. de le.iii.& quod ibit scribit Bar.

7 Hoc etiam patet, † quia dicitur ultra dictam solutionem dictarũ.cc.lib. occasione contentorum in dicta inquisione; ergo de quarto pluri non sentit, quia illud non est soluendum occasione contentorum in dicta inquisitione, sed occasione contumaciæ, quæ committit, nedum post inquisitionem, sed etiam post sentẽtiam, & sic in inquisitione non contẽta.

8 Itẽ uerba † illa in dicta sñia posita. uidelicet si dictam condemnationem soluere contigerit dicto camerario recipienti, supra &c. necessariò intelliguntur in casu contrario ad proximum pręcedentem casum, qui casus proximè præcedens est in casu, in quo non soluat condemnationem infra decem dies à die sententiæ, & capturæ, ut supra dixi, ergo iste casus sequens regulatur in oppositũ, quia ponitur in defectum præcedentis, & sic intelligit necessariò in casu, in quo soluerit, dictã cõdẽnationem infra tempus.x dierum à die sententiæ l. quod purè ff.quã.di.le.ce.l.aliquãdo de cód.& de.& quod scribit Barto.l. Stichum qui meus erit in fi.prin.ff.de lega.i.

6 Item dicta uerba † & si dictam cõdemnationem soluere contigerit dicto camerario &c. intelligũtur de condemnatione principali & simplici, nõ de eo, quo augetur per cõtumaciam l.i.ff.de in lit. iurã. & intelligũtur soluere contigerit, & soluere debere.l.qui res.§.areã.ff. de sol.& quod ibi not.

10 Tertius casus est † in quo dictus Amaroctus post.x.dies à die sententiæ & à die capturæ uelit soluere lib.cc. uel ducẽtas l.lib. hoc est cũ quarto pluri, & tunc nõ habet locum pœna confinium, sed pedis secundum formam dictæ sententiæ alio non dato iste est uerus intellectus uerborum dictæ sententiæ licet fuerit obscurè & intricatè scripta.

Ego Ioannes de Ricciis de Florentia legum Doctor, dico iuris esse, ut scriptum est & sic consulo, ideoq; me subscripsi, & sigillum apposui.

CON-

CONSILIVM D. IOANNIS DE MONTE MAGNO.
In facto præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Ratio finalis legis & eius dispositionis attenditur, & dicitur causa finalis.*
2 *Lex debet esse de casu dubitabili.*
3 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
4 *Cessante causa impulsiua, non cessat legis dispositio.*
5 *Verbum intelligatur, est uerbum fictionis.*
6 *Quando dispositio statuti est simplex, & eadē in effectu, licet repetita sub diuersis formis uerborum, tunc illa non est restrictiua, & per consequens à talibus uerbis non est recedendum, nec dicta dispositio limitanda.*
7 *Condemnatio facta per sententiã, licet sit nouata post certum terminum, tamen quando tempus condemnationis suspenditur in tempus capturæ, tunc condemnatus est in statu implicito liberationis à pœna nouata.*
8 *Dispositio iuris scripti in unum casum trahitur ad alium.*
9 *Relegatus ad certum locũ per sententiã iudicis, nisi certã pœnã soluerit infra certũ terminum, & eo elapso ac pœna non soluta, si est condẽnatus ad pedis amputationẽ, & soluat infra terminum sententiæ à die capturæ liberatur à relegatione & à pœna pedis.*
10 *In casu de quo supra, condemnatus ita demum liberatur à relegatione, & amputatione pedis, si cum condemnatione principali soluat etiam quartum plus.*

CONSILIVM XXIX.

IESV CHRISTI nomine inuocato. Ad primum articulum, quòd non habeant prædicti condemnati beneficium solutionis, quia ut patet in præfatione reformationis, editæ MCCCXVII, Istud beneficium soluendi post capturam datur, ubi dubitaretur de tempore adiecto in statuto, & uel condẽnatione de eius
1 inceptione, & ista uidetur. † ratio finalis legis & eius dispositionis, in l.fin. ff. de hære.insti.& l.i.ff.ad Macedo. & ista propriè appellatur causa finalis, ut l.cum pater.§.dulcissimis. ff. de leg. ii. & de iure pat.l.adigere.§.quãuis. ideo ea cessante cessat lex.ut d.l. ergo cũ cã legis fuerit, ubi dubiũ oriri potuerit de cursu, & nos sumus in casu certo, uidelicet ubi iudex deliberauit, quando tẽpus incipiebat, scilicet à die latæ condemnationis, non uidetur habere locum dispositio talis statuti, nec de illo tempore inceptionis ui-
2 detur dicere, ꝓ hoc uidetur facere, † quia lex debet esse de dubitabili, & non ubi casus est clarus. arg. l. quod Labeo. ff. de Carbo.edic.

In contrarium est dicendum & concludẽdum, quòd isti damnati, & capti habeant beneficium soluendi infra decem
3 dies, † quia illæ leges & statuta loquuntur in dictis eorũ, generaliter ergo.& c. ut l.de pretio, ff.de public.
4 Non obstãt in contrariũ allegata, † quia in dicta reformatione non illa fuit ratio finalis magis quàm impulsiua, qua cessante non cessat legis dispositio, ut l.j.§.sexum.ff.de postu.

Prætereà, & fortius si inceptio temporis esset aliàs clara in cõdemnatione, dispositio illius reformationis illam reformationem per modum fictionis transfert in
5 tempus capturæ, † quod patet, quia dicit intelligatur currere, quæ sunt uerba fictionis, ut not.Bar.in l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. cum fictio sit semper contra ueritatem.
6 Hoc † etiam corroboratur & in dubitabilius, quoniam non est una sola lex, quæ disponat de hoc cursu, sed plures, in quibus nõ est ratio & restrictiua sed simplex dispositio, eadem in effectu, sub diuersis tamen formis uerborum, à quibus indistinctè non est recedendum, nec limitandum ut dictis iuribus. Ex quibus quo ad primum concluditur, quòd in proposito tales banniti habent post eorum capturam tempus.x.dierum soluendum.
7 Ex quibus suppositis infertur ad liquidandum statum dictorum condemnatorum, quod est pulchrius, licet enim quã tũ ad causam cõdemnationis per se sumptam obligatio pœnæ pecuniariæ sit nouata

uata & extincta post decem dies, & sola pęna pedis remaneat in obligatione, ut l. i.ff.de penu.lega. & l.i.§.itē si ita.ff.ad l. falc.& l. obligationū ferè.§.fi.ff.de actio. & obliga.& no.Bar.in l.ii.ff.de publ . iudic. Tamen ex forma dictorum ordinamentorum talis nouatio, ex translatiua inceptione cursus suspenditur in tempus capturæ arg. l. proinde.ff.si cert.pet. Et ideò interim eis captis tēpore nondū transcurso tales damnati sunt in reipublicæ potestate in statu implicito liberationis pęnæ pedis, & sibi consulere possunt soluendo pęnam pecuniariam, & de hoc uidetur casus in l.fi.ff. si ex noxa. cau . agat. Non enim possunt dici præcisè obligati ad pœnam pedis, cum habeant statum implicitæ euasionis beneficio legis. Et ad hoc bene facit. l.proinde, in ratione sui. Et hoc de primo.

8 Restat explanare secundum † & sine argumentis est dicēdum, ꝙ si captus fuerit aliquis condemnatus, soluendo infra decem dies per condemnationem pecuniariam, intelligatur, & est absolutus à pęna pedis, & de statu implicito, transit ad explicitum, & absolutionem liberationis pęnæ pedis propter satisfactionem permissam, ut in iuribus supra proximè allegatis. Nec ad pęnam personalem confinium ullo modo tenentur, quoniam ad pęnam confinium se solum illaqueant, ubi & in casu in quo infra decem dies à tempore condemnationis, numerandos pęnam ducentarum librarum soluere elegissent, sine qualitate & contumacia quarti, secundum pristinum membrum, & formam dictæ condemnationis, & ubi non est aliquis status, uel spes pęnæ pedis infligendæ, & hoc patet ex uerbis & ex mente iudicis, nam in uerbis, & si dictam condemnationem, dum de cōfinibus disponit, refert se & intelligit de solutione fienda infra decem dies, quod denotant uerba, Videlicet, dicto Camerario recipiente, ut supra, & in dicto casu adnectit confinia, sed de nulla alia solutione supra fecerat mētionem, nisi de ea primordiali, quæ debebat fieri infra decem dies, & quæ nulla contumacia erat qualificata, & ubi status condemnatorum, aliqua pęna pedis nondum erat implicitus, sed confinibus qualificatus. ergo non habet locum conditio confiniū, in proposito, ubi capti sunt in statu implicito pęnæ pedis, & solutio pœnæ pecuniariæ est extra terminum condemnationis & infra terminum ex beneficio legis, ut sic dispositio scripti iuris in unum casum non trahatur ad alium arg. l. quicquid astringendæ. de uerbo.oblig.

9 Prętereà † hoc ostendo manifestè sine contradictionis obstantia, nam in uer. & si dictam condemnationem soluere contigerit el.ii. ubi perficit & limitat, & dat formā confinium clarè intelligitur confinibus laqueari eos in casu solutionis iam dictę infra terminum decē dierum à die latæ sententiæ, quoniam dicit in dictis locis stare debeant, ultra dictam solutionem dictarum librarū ducentarum. ergo talia confinia illaqueant condemnatos, in casu duntaxat ubi quantitas pecuniaria est soluenda, & fuisset soluta, quæ non transcenderet in quantitate ducentarum librarum, & hoc non potest esse nisi solutio fuisset facta infra decem dies à die latę sententiæ, quoniam ultrà dictos decem dies, quātitas ducentarum librarum dumtaxat non esset satisfactio, sine quarto pluri, ergo non sumus in casu confinium. Et sic ex prædictis est dicendum, & ratione concludendum dictos condemnatos captos soluentes pœnam pecuniariam infra decem dies à die capturæ à pœna pedis eximi, nec confinibus illaqueari.

10 Nec obstat † si quis diceret. non ne uigore statutorum & reformationum circa inceptionem cursus temporis disponentium, uidetur prouisum, ut tempus decem dierum à die latæ sententiæ, infra quem solui poterant libræ ducentæ cum illaqueatione confinium, uideatur condemnatis & captis attributum. quia respondeo cum unica solutione cum quarto pluri ultra c c. libr. à pœna pedis eximitur, & pœna confinium non habet locum, quia non fuit impleta conditio solutionis secundum formam sententiæ

secun-

ſecundum quam erant confines annexæ, quoniam habet locum ſolum, ubi ducentæ libræ dumtaxat ſoluendæ ſunt, ſine quarto pluri, hic uerò omninò debetur quartum plus, & uigore ſententiæ declaratiuæ,& uigore legis municipalis, ergo non habet locum deficiente conditione & diſpoſitione. Laus Deo.

Ioannes de Monte Magno.

CONSIL. D. LVDOVICI D. FRANCISCI DE ALbergotis de Aretio.

Iu caſu ſupraſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas relegandi non competit regimini municipii, ſed ciuitatis.*

2 *Notarius poteſt cancellare condemnationem de aliquo reo factam, ſi pœna dictæ condemnationis fuit per eum ſoluta, uel ſi ſententia fuit nulla.*

3 *Notarius nõ poteſt argui de falſitate, quando deleuit cancellationem in caſu, de quo ſupra ſi per talem cancellationem nemini inferatur præiudicium.*

CONSILIVM XXX.

IN DEI nomine Amen. Super eo quod quæritur, an dictus Amaroctus Bartholus Ioannis, Nannes, ſoluendo dictam eorum condemnationem, infra tempus à ſtatuto præfixum teneantur poſt ſolutionem ire ad confinia, prout in dicta condemnatione continetur, dico quòd non, ſed facta ſolutione pecuniæ ſunt penitus liberati, nam dicta condemnatio ſaltem quatenus continuit dictorum condemnatorum relegationem fuit ipſo iure nulla, ex defectu iuriſdictionis, tam uigore ſtatuti, cuius tenor ſupra ſcribitur, quàm ex diſpoſitione iuris cõ
1 munis, † quia poteſtas relegandi cõpetit ſolum præſidi prouinciæ non autem minoribus magiſtratibus. ff. de interdic. & relegat. l. relegatorum in prin. Quod ius hodie competit poteſtatibus & capitaneis ciuitatum, cum quælibet ciuitas uicem prouinciæ teneat, & per conſequens præſidatus per ciuitates diſtinguuntur. ff. de offic. aſſeſ. l. ſi eadem. C. de præſcriptio. long. tempo. l. fi. & ibi not. per Gloſ. & Cyn. Sed dicto capitaneo Montaneæ Piſtorii, huiuſmodi poteſtas non competit, cum non habeat regimen ciuitatis, ſed municipij, & maximè cum regimen dictæ Montaneæ non ſit in totum ſeparatum à regimine ciuitatis, ſed ſubſunt homines dictæ Mõtaneæ Rectoribus ciuitatis Piſtorii quo ad quædam, ut ex ordinamentis apparet.
2 Et ex iis infertur, † quòd notarius ſuper cãcellationibus deputatus potuit dictam condemnationem, poſt dictam factam ſolutionem licitè cancellare, cum facta ſolutione dictæ quãtitatis diſſoluta ſit omnis obligatio ex dicta ſententia orta non obſtante dicta particula confinium, quæ ab initio nulla & inefficax fuit. C. de cõditio. ſine cau. l. diſſolutæ. & l. fin. eo. tit. & de non nume. pecu. l. ſi quando. & de fi
3 deiuſſo. l. ſi indebitam. † Nec poteſt de falſitate redargui, quaſi ſcripturas publicas deleuerit, cum fecerit actum li itum, & ad quem ex officio deputatus erat, immò & ſi illicitè egiſſet, non poſſet ſibi impingi falſitas, cum fecerit actum nemini præiudicialem, & ex quo nullus poteſt aliquod damnum prætendere ſeu ſentire, attenta nullitate dictæ ſententiæ. ff. de falſ. l. ſi quis legatum, & de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. teſtamentum. & ibi caſus de hoc articulo.

Ludouicus D. Franciſci de Albergotis de Aretio.

CONSI. D. BARTH. DE SALYCE. BONONIENSIS LEGVM DOCT.

Iu caſu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Relegatio aut ſit ut relegatus ubique morari poſſit, præterquàm in loco, à quo eſt relegatus, aut ut in certo loco, ad quem eſt relegatus, tantummodo moretur.*

Rele-

8 *Relegatio seu confinatio debet fieri tantummodo in locum subditum ipsi relegāti, alias talis relegatio et cōfinatio non tenet de iure.*

3 *Non exemplis sed legibus est iudicandum, & multa contra leges admittuntur, quia à partibus non impugnantur.*

4 *Conditio fauorabilis si est adiecta dispositioni & illa deficiat, dispositio quandoque ipsa deficit.*

5 *Statuta non recipiunt extensiuam interpretationem, & per illa inducta ad fauorem alicuius nō debet interpretari ad eius læsionē.*

6 *Notarius qui cancellat cōdēnationē propter solutionem factam per reum, si hoc mandatur per statutum, etiam quòd iudex hæc non mandet, non est in dolo neque lata culpa, & sic de falsitate redargui non potest.*

7 *Cancellatio facta per notarium de aliqua cōdemnatione habens causam annexam, scilicet solutionis, quando actus cancellatus legi potest, tunc extenditur ad partem actus non comprehensam cancellatione, & talis cancellatio non est punibilis.*

CONSILIVM. XXXI.

IN nomine Domi. nostri Iesu Christi
1 Amen. † Circa primum quęsitum, an impositio ad confinia ualuerit, uidetur quod sic, quia relegatorum duæ sunt species, nam aliqui possunt morari ubique, præter quàm in territorio, à quo sunt relegati, aliqui tantū in certo loco, in quo sunt relegati, ut. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. in princ. Sed isti sic confinati sub ista specie secunda sunt compre
2 hensi ergo &c. In contrarium † facit quia præses aliquem deportare non potest in insulam, q̃ sub se non habet, sed prius à principe sibi debet petere assignari, ut. ff. de iniusto testa. l. si quis filio. §. eius qui deportatur. & de leg. iij. l. j. §. deportatos. Sed in nostro proposito capitaneus istæ montaneæ non habebat sub iurisdictione sua castra illa, in quæ prædictos relegauit, igitur illorum talis confinatio, quæ mutato nomine species est relegationis, non tenuit. Quòd autem non possit præses deportare in locum sibi nō suppositum, tenet Glos. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui uniuersas. & ff. de interdi. & relegat. l. inter pœnas. in princ. & Docto. tenent in d. §. qui potentiores, & ponderat quòd Glos. prædicta & Doctor. dicunt, quòd si insulam sub se haberet præses, deportare in illam posset, allegant dictam l. relegatorum in prin. & sic intelligūt, quòd relegatio in certum locum fieri potest, quando locus ille suæ iurisdictioni suppositus est.

3 Cum † ergo in nostro proposito, ut dicitur loca illa non fuerint suæ iurisdictioni supposita, sequitur, quòd confinatio ista de iure non tenuit, & pro ijs facit l. fina. ff. de iurisdi. om. iudi. & l. cum unus §. fin. ff. de bon. auctori. iudi. possi. cum simi. hęc pars de iure uidetur uerior, & si dicamus uidemus quotidie seruari contrarium, respōdeo, quòd hoc euenit, quia non est, qui cōtradicat, & sic illi confinati obtemperant, ne peius recipiant de facto uelut inobedientes ut l. relegati. ff. de pœn. prætereà non exemplis, sed legibus est iudicandum.

4 Venio † ad secundum, quo quæritur an solutione facta tēpore à statuto concesso teneantur ire ad confinia, & hic est dicendū, quòd supposito pro uero, quòd in præcedenti dixi, nō tenebātur ante nec post solutionem ire ad dicta confinia; Sed supposito, quòd capitaneus potuerit sic confinare, procedit quæsitum, & tunc potest argumētari, quòd non; Nam beneficium statuti supra positi est inductum in fauorem condemnatorum, ideò non debet redundare in eorum læsionem ut l. quod fauore. C. de legi. Cum igitur Capitaneus montaneæ eos relegauerit, si infra tempus positum in sententia soluerint, sequitur quòd, ex quo infra illud non soluerint, non reperiuntur relegati, quia deficiente conditione defecit dispositio ipsa conditioni adiecta ut l. j. & l. si pater. C. de condi. institu.

5 Nec † uidetur posse replicari, aliud tempus est subrogatū à statuto uel prouisione loci illius, quia uerū ad soluendum & in fauorem condemnatorum ut dixi non autem per statutum uel reformationem est immutatum tempus conditioni ap-

positum, idest quod in ui conditionis, apponitur, uidelicet si soluat infra tempus decem dierum, relegamus &c. aliàs statutum extenderetur ad casum diuersum, quod non est faciendum, cum statuta non recipiant interpretationem extensiuam, ut l. si uerò. §. de uiro. ff. soluto matrim. Item inducta in fauorem interpretarentur in læsionem, quod non est dicendum & hoc de secundo.

Venio ad tertium, quod per prædicta ui-
6 detur decisum, † scilicet ut notarius non ueniat puniendus, ex quo ad confinia ire non teneretur; sed supposito sine præiudicio, quod prædicta non obstarent, esset uidendum, an notarius esset in dolo uel non; quia in maleficijs lata culpa regulariter non æquiparatur dolo; uel supposito quod æquiparatur, esset uidendũ, an cãcellatio esset ei adscribẽda latæ culpæ; si dolo non posset adscribi, & puto, ꝙ nec dolo, nec latæ culpę ei possit adscribi secũdũ diffinitionẽ doli & latæ culpæ, quã Doct. ponũt & specialiter Bar. in l. quod Nerua. ff. deposi. quam seriosus lector uidere poterit, & maxime ꝑpter statutum suprapositum & eius mandatum, quo cauetur, ut solutione facta debeat sentẽtia cancellari, excusat enim non minus mãdatũ legis, quàm iudicis, qui est eius minister, sed si iudex ei mandasset, excusatus esset, cum cancellatio ista sit de genere permissorum à statuto, & sic non debet censeri delictum atrox; & per consequens ex mãdato excusandum, ut. ff. ad leg. aqui. l. liber homo, in prin. & de reg. iur. l. ad ea. & l. non uidetur. §. qui iussit.

7 Præterea † si sententia legi potest licet sit cãcellata, & cãcellatio habet in margine, ut fieri solet, causam cancellationis adscriptã, scilicet quia soluit, quid ei imputari potest, cum alia, pars de confinibus non est cancellata? Vnde si de iure prius tenentur ire ad confinia, & nunc tenentur; si prius non tenerentur, nec nũc, unde cancellatio habens causam annexam non extenditur, ut l. prima. & l. cancellauerat. ff. de ijs quæ in testamen. delentur. & l. si unus. §. primo. & ibi notatur. C. de testamentis. & sic concluditur notarium non esse criminosum, & sic nec puniendum.

Ego Bartholomeus de Salyc. legum Doct.

CONSIL. D. BARTHOL. DE SALICETO LEGVM DOCT. BONON.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus à lege differt à termino dato ab homine.*

2 *Legis beneficium consequitur, qui sponte non coactè facit id, quod mandat lex.*

3 *Quando in sententia duæ sunt condemnationes, una pura & altera conditionalis, tũc si pura trasfundi nõ potest in conditionalẽ, cõdemnatus consequitur beneficium dispositũ à statuto in casu implemẽti puræ cõditionis.*

4 *Terminus hominis non differt à termino legis quando terminus non est alterius, & tacitè inhærebat, & sic cum eius expressio nihil operatur.*

5 *Iudex alterans pœnam dispositam per statutũ contra non soluentem condemnationem, non tamen per hoc dicitur auferre beneficium datum per statutum cõdemnato soluenti infra terminum statuti.*

6 *De separatis non rectè infertur.*

7 *Subrogata assumunt naturam eius, in cuius locum subrogantur.*

8 *Pœna contumaciæ in non soluendo commissa, qualiscunque sit, habet tollere beneficium datum soluenti.*

9 *Verba à iudice simpliciter prolata, secundum formam legis debent intelligi.*

10 *Summam condemnationis totam is soluisse dicitur, qui ex illa sibi retinuit, quod ei datur in beneficium.*

11 *Sponte quis dicitur soluere, etiam si coactus necessitate causatiua soluat.*

CONSILIVM XXXII.

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi. Amen. Statuto cauetur, quòd quicunque fuerit in Communi Bononiæ quacunque de causa condemnatus, debeat soluere condemnationem ad terminum seu terminos in statuto comprehensos, & possit retinere sic soluendo,

do, ad terminum, seu terminos de ipsa condemnatione quatuor solidos Bononienses pro qualibet libra; & si non soluerit ad terminum seu terminos incidat in pœna quarti. Contigit quòd per potestatem Nascinbene fuit condemnatus ad dandum, & soluendum generali thesaurario recipienti pro ipso Communi Bononiæ libr. c. quam quantitatem si ipse non soluerit infra mensem à die condemnationis numerandum, quòd ducatur ad locum Iustitiæ consuetum & ibi manus dextra ei amputetur; Vult ipse Nascinbene soluere infra mensem & uti beneficio statuti in detentione.iiii. solidorum pro libra. quæritur an possit.

Et uidetur quòd non. Primo quia statutum dat beneficium soluendi infra terminum datum à statuto, sed in casu nostro terminus fuit datus à iudice. ergo, &c.

1 Constat † aũt quòd terminus datus à lege differt à termino dato ab homine, ut ff. de arbit. l. Celsus, cum ibi not. pro hoc facit Glos. in l. eum, qui certarum. ff. de uer. oblig. in uer. quoties, ibi sic in sententia arbitri &c.

Secundò quia statutum loqui uidetur in taliter condemnato, qui si differt soluere, punitur à lege in pœna quarti; sed in themate nostro pœna quarti illo non soluente locum non habet, sed pœna manus, & illa non uenit à lege, sed ex iudice sic disponente. ergo &c.

2 Tertiò † quia ille cõsequitur legis beneficium, qui ultrò idest sponte facit id propter quod beneficium datur, non qui coactè coactione præcisa, uel causatiua, uel quasi instigatus, ut ff. ad syllania. l. si quis in graui. §. utrũ & quod ibi not. per Bar.

Quartò quia iudex in sententia dicit, quam quantitatem si non soluerit, &c. & hæc uerba sunt relatiua totius ante dicti, ergo iudex uidetur innuere, quod si totam, uel integram quantitatem centum librarum non soluerit, quòd ei manus amputetur.

Iñ contrarium facit, quia si uerba statuti ponderentur, tria disponunt. Primo ut soluatur in termino, mandat. Secundò solutionem in termino beneficiat. Tertiò non soluentem in termino punit & tribulat, & hoc statutum est generale; quo ad primas duas, &c. differt. casus noster ergo &c. Minor sic probatur, condẽnatio facta de isto Nascinbene est pecuniaria, ergo soluẽdo infra terminum mẽsis, qui est terminus statuti, dẽt beneficiũ ipsius statuti habere. Cõfirmo sic,

3 † si uerba condẽnationis factæ de isto Nascinbene põderent, duæ sunt cõdẽnationes, una principalis, & pura, alia conditionalis & successiua. Prima pura est pecuniaria, secunda conditionalis, & successiua, est personalis, & illam non concernit statutum nostrum, sed primam tantum, nec secunda est simplex pœna communis, sed est similis contumaciæ non soluentis. Primam igitur, ut principalem nos habemus considerare. ff. de in lit. iur. l. i. nec prima transfunditur in secundam, prius quàm labatur terminus solutionis fiendæ, ut ff. ad l. falci. l. i. §. si ita, & de penu. leg. l. i. Ex prædictis modo sic arguo, iste Nascinbene de præsenti est condemnatus ad centum, ergo soluendo in termino debet gaudere priuilegio statuti, quia nihil est, quod sibi repugnet, cum condẽnatio personalis sequens de præsenti locum non habet, & sic impedimento esse non potest ei.

4 Ad † opposita respondeo & primò. Ad primum, quod fortius urget, uidelicet, quòd terminus huius mensis tacitè inhæret, quia & statutum dat mensem condẽnatis ad soluendum, & sic eius expressio nihil operatur. C. de fideicommiss. l. non rectè, cum similibus. Nec in hoc iudex elegit alterare sentẽtiam, secus si minus uel plus apposuisset.

5 Nec obstat secundum † quia fateor, q̃ pœna non soluentis inducta per statutum, est pœna quarti; sed dico, quòd iudex hanc pœnam quarti, egit alterare, & aliam loco illius, maiorem imponere: quod patet ut l. quid ergo. §. pœna grauior. ff de iis qui not. infa. & l. si seuerior. C. de eo. tit. unde non sequitur, pœna quarti locum habere non potest, quia iudex alterauit in hoc pęnam,

ergo beneficium, quod datur soluenti, au
6 fertur ei; † nam de separatis non rectè infertur, ut ff. de minorib. l. Papinianus, & de acquiren. poss. l. naturaliter. §. nihil. Et potissimè in casu nostro, cum sint opposita priuatiuè; Nam si solutio infra terminum est exclusio pęnæ, & inclusio beneficii: & è contra, cessatio solutionis est inclusio pœnæ, & exclusio beneficii; Vnde licet unũ cesset, non cessat alterũ, sed ĩcludit. Prætereà pęna quarti potuisset locum habere, nisi iudex eã trãsmutasset, si igitur transmutauit, non habet obesse condemnato in alio non transmutato, aliàs daretur potestas iudici statutum illud beneficiale ad irritum & inane deducendi, quod non est dicendum.
7 Prætereà † subrogata assumunt naturam eius in cuius locum subrogantur, ut l. si eum. § qui iniuriarum. ff. si quis cautioni. cum simil.

Nec huic obstat statutum nouum allegatum de pęna falsorum testium, quia loquit in condemnato in falso testimonio prolato in causa criminali, cõtra accusatum, uel inquisitum, quod non fuit in casu nostro.
8 Pretereà † & illud statutum nõ tollit beneficium soluenti infra terminum, ergo secundum Oldr. distinguendum. nã pœna contumaciæ in non soluẽdo commissæ, qualiscunque sit, nõ habet tollere beneficium datum soluenti.

Nõ obst. tertium, quia fateor, quòd iudex refert ad quantitatem in condẽnatione comprehensam, sed non propterea sequitur, ergo beneficiũ sibi retinẽdi quatuor solidos pro libra uoluit ei auferre, & integram quantitatem soluere, quia non probat hoc esse &c. ut l. non ob hoc
9 C. unde cogna. Itẽ † quia uerba simpliciter à iudice prolata debẽt intelligi secũdum formã legis de hoc disponentis. C.
10 de. .l. ii. ff. de pub. l. Cęsar. † Quid plura? non discedendo à uerbis statutorum, & eorum serie, dicendum uidetur, quòd si quis est condemnatus in centum, & soluerit in termino, & retinuit sibi quatuor solidos pro libra, dicitur condemnationem de eo factam soluisse.
11 Non obst. quartum, † quia statutum ipsum hoc soluit. nam talis necessitas causatiua, uel euitationis maioris pœnæ propter moram non soluendi non facit, quo minus sponte condemnationem de eo factam dicatur soluere, aliàs hoc statutum locum nunquàm haberet cum semper solueret propter pœnam quarti.

Bartholomæus de Salyceto.

CONSIL. D. RVGERII DE ANTIGVALLA DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habens liberum arbitrium super maleficiis, non potest homicidium quod non est punibile, punire.*
2 *Liberum arbitrium habens circa maleficia, non potest ius iniquum æquo præferre, nec auferre ius partis.*
3 *Fraus seu dolus à quocunque libero arbitrio exceptus intelligitur, & excipitur, quod quis bona fide facit.*
4 *Defensio non potest parti auferri per iudicem liberum arbitrium habentem.*
5 *Ea quæ sunt iuris gentium, non possunt auferri a iudice habente liberam potestatem.*
6 *Ius alienum non potest à iudice tolli.*
7 *Consuetudo ciuitatis etiam in eius castris est seruanda.*
8 *Statutum uindictam permittens an teneat.*
9 *Homicidium prohibitum à lege diuina intelligitur de iniusto.*
10 *Lex quandoque in priuato ad uindictam hominem occidere permittit.*
11 *Occidens hominem lege permittente pœnam non meretur.*
12 *Statutum uindictam permittens in ciuitate, locum habet in comitatu & in terris sibi subiectis.*
13 *Ciuitas, cum alteri unitur, in ea consuetudines & statuta seruantur illius, cui unitur.*
14 *Ecclesia cathedralis alteri ecclesiæ cathedrali unita, assumit naturam, consuetudinem, & priuilegium illius, cui unitur.*
15 *Castrum uel uilla adiectum uel adiecta comitatui, regulatur secundum naturã eius, cui accedit, & eisdem legibus regitur.*

Iudex

16 *Iudex, cui liquet non esse delictum, & iudicium esse sine accusatore uel inquisitione, debet reum absoluere.*
17 *Iudex super delicto cognito & iudicato, nõ potest amplius cognoscere & iudicare.*
18 *Sententia lata à non suo iudice non tenet.*
19 *Dictio, Hactenus, quid denotet.*
20 *Statutum attribuens castro cognitionem homicidiorum, non intelligitur a ciuitate potestatem adimere, sed potius reseruare.*

CONSILIVM XXXIII.

1 VIR nobilis† Zelator Iustitiæ ex narratis eliicio duas exceptiones opponi per inquisitum. Prima est exceptio præscriptionis, secunda est exceptio rei iudicatæ per sententiam latã per capitaneũ populi Florẽtiæ, & ex inspectione instrumenti dictæ sententiæ eliicio aliam scilicet impunitatis facti, uidelicet quia licuerit occisoribus illũ occidere, ex quo uidetur inferri nõ competere ius inquirẽ
2 di, quod singulariter est põderandũ. † nã quantumcunq; concedatur domino Capitaneo liberum arbitrium circa maleficia, non tamen potest propter hoc præferre ius iniquum æquo, nec auferre ius partis, ut l. in fraudem de testamẽ. milita. in princip. & not. Glo. in clem. sæpè de uer.
3 signific. † & propterea fraus seu dolus intelligitur excipi à quocunque libero arbitrio, semp enim intelligitur excipi ꝙ quis bona fide faciat ut l. creditor. §. Lucius ff. manda.
4 Nec † posset Capitaneus, prætextu liberi arbitrii auferre parti suas defensiones, ut l. i. ff. de testa. mili. coniuncta. l. Diuus Traianus. & l. cum filio. eo. titulo.
5 Ex quibus habetur † quòd licet concedatur Capitaneo libera potestas, non tamẽ aufertur per hoc inquisitio, quæ sunt iu
6 ris gentium† nec potest Capitaneus alienum ius tollere, ad idem d. l. in fraudem, & l. dotalẽ. eo. titu. & no. per Glo. in uer sic. defensionis in d. clemen. sæpè. & per Bart. in l. filius familias. ff. de don. & auc. ad redimendum. Et not. si istud homicidiũ fuisset permissum ex forma statuti nullum arbitrium Capitanei posset operari, quòd Capitaneus posset homicidã punire, & si faceret, ut priuatus faceret. Hunc ergo articulum aggredior, quia si obstat inquirenti, non esset tractandum de prima exceptione, & inferretur obstãtia secundæ, scilicet rei iudicatæ. Et quòd licuerit occisori inquisito, occidere illum, qui fratrem suum occiderat, licuerit etiam extraneo esse cum inquisito ad uindicãdum mortem fratris, probatur, quia fratri permissum est Florentiæ, ergo, & in comitatu suo, idem est seruan
7 dũ, † quia consuetudo ciuitatis etiam in castris sub ciuitate positis tenet. ff. de postu. l. ex ea in Glo. fi.
8 Præterea † statutum Florentiæ tam ciuibus quàm comitatiuis, uindictã permittit, nec dicat aliquis talem permisionẽ non tenere propter præceptum Dei dicẽ
9 tis, non occidas, &c. † quia intelligitur scilicet iniustè. ideò quandoq; lex diuina permittit & mãdat hominẽ occidi ut ibi.
10 qui occidit, occidatur &c. † & lex Sacratissimi Imperatoris, quæ est sanctio sancta, quãdoq; in priuato ad uindictã hominẽ occidere ꝑmittit. ut l. i. & ii. C. ut quã
11 do li. si. iudi. aucto. uin. † Si ergo homo de Comitatu Florentiæ occidat hominẽ lege Florentię permittẽte nõ meruit pœnam l. gracchus. C. de adult. cum simi.
12 Et † si dicatur, uerum est in comitatu antiquo, non in isto nouo, qui habet per se leges & statuta, respondeo, si augetur comitatus Florentiæ in eo, quod additũ est, habent locum statuta Florentiæ, quę primo de Comitatu Florentiæ loquebantur, ut dicit Bar. cum autem fuerit Platea in l. i. ff. de lo. & iti. pub. Quod etiam pro
13 batur sic. † Cùm una ciuitas unitur alteri seruãtur in ea statuta & consuetudines illius, cui unitur, ut dicimus, cùm una domo religiosa aggregatur alteri. ex. de
14 stat. monacho. c. recollentes in fin. † Et si sint duę cathedrales ecclesię, & una unitur alteri, assumit naturam, consuetudinẽ & priuilegiũ illius, cui unitur, & pereũt iura illius, quæ unitur. per d. c. recolẽtes. ita notabiliter dicit Gloss. xvi. q. i. c. & tẽporis qualitas. hoc etiam uoluit Gloss. in
15 c. i. ne se. uacan. † Et ꝓpterea dicit Bart. in l.

in l.si cõuenerit.§.si nuda.ff.de pigna.&. ꝙ si castrum uel uilla adijcitur alicui comitatui, regulatur secũdum naturã eius cui accedit eisdẽ legibus regitur, & ideò dico ꝙ siue per statutum antiquum Pistorii permissa sit uindicta, siue non, non curo, quia seruari debent statuta Florentię; & ideò si inquisito permissum fuit occidere ad uindictã, ut quia frater eius fuerat occisus, ab eo, quem posteà ipse occidit, ut sonat processus & sententia dicti Capitanei Florentiæ in puncto mihi transmisso, non potest contra eum procedi, ut clare patet ex prædictis.

16 Et † adde quòd qualitercunq; hoc iudici innotescat, non potest ulterius procedere, & debet inquisitum absoluere, quia liquet iudici illud non esse delictum, & iudicium esse sine accusatore, uel inquisitione ut l. ubi pactum. C.de tran. secũdũ lecturam Azo. & ibi Bart. & Bald. & Cy. in l.reos.C.de accusatio. & ibi Francis. de

17 Alber. † Et cũ Pistorienses oẽs sint ueri & originarii comitatiui ciuitatis Florẽtiæ, ut in reformatione edita in anno M. CCCCI. satis clarè patet, ut Pistoriũ & totus eius Comitatus sit uerus originarius Comitatus Florentiæ, & per Capitaneum Florentiæ fuit de dicto homicidio cognitum & iudicatum, de taliq; cognitione & sententia opponatur, & constat coram Domino Capitaneo Pistorii, constat obstare exceptionem rei iudica. per l.si cui §.i.de accu.

Sed dicit aliquis per aliam reformationem editam in Mcccci. Die xxvii. Ianuarii, in qua de certis potestariis comitatus Pistorii prouisum, satis patet iurisdictionem ablatam potestati & capitaneo ciuitatis Florentiæ, & restitutam capitaneo & potestati Pistorii in iis, quæ concernunt merum & mixtum impe-

18 rium, † & sic non obstat sentent a lata per capitaneum Florentiæ, tanquàm à non suo iudice lata. l iiii. §. condemnatũ ff.de re iudi. & in reg. ea quæ fiunt à iudice. in vi. Respondeo quòd illa reformatio attribuens iurisdictionem, seu disponens, & ordinans certas uillas & loca sub esse suis potestatibus, excipitur casus ꝑpter quẽ ueniret imponẽda pœna mortis, aut abscisionis, in quib. casibus uult illos subesse capinaneo & potestati Pistorii, ut erat ante illam reformationem,

19 quod † demonstrat uerbum hactenus positum in reformatione, cuius rectus sensus grammaticalis debet att ndi, & seruari, & secundum illum intelligi, ut l. Plautius.ff.de au.& arg.lega. Et ista dictio, Hactenus, exponitur & significat, id est hucusq; seu usque nunc, secundum Grammaticos, ut patet in Catholicon. Sed usq; tunc sine dubio competebat cognitio taliumdelictorum potestati & capitaneo Florentiæ, ita quòd non soli capitaneo seu potestati Pistorij competebat cognitio, sed etiam potestati & capitaneo Florentiæ, & talis cognitio regulabatur & regulatur secundum statuta Florentiæ, ut est probatum, secundum quæ permissum est uendere, ergo in dubio prædictus inquisitus, tum ratione impunitatis facti, tum propter auctoritatẽ rei iudicatæ, non debet nec potest per capitaneum Pistorij inquietari, uel molestari per homicidium, de quo in puncto fit mentio, factum propter uindictã mortis fratris inquisiti, qui etiam potuit aliũ secum habere ad talem uindictam faciẽdam secundum formam statuti Floren-

20 tiæ. Addo etiam † quod si diceretur per dictam reformationem editam de potestarijs fuisse attributam cognitionem homicidiorum & similium casuum potestati & capitaneo Pistorij non propterea intelligeretur ablata potestati & capitaneo Florentiæ, immò potius reseruata, casus est in l.ii.ff.de off. eius cui man est iurisdict. quæ lex determinat hanc quæstionem. Laus Deo.

Rugerius de Antigualla, de Perusio.

CONSIL. D. TORELLI DE PRATO LEGVM DOCTORIS.

In casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ubi de salute hominis tractatur, debet grauiter procedere, nec debet esse seuerior*

uel

uel clementior lege.

2 *Exceptio rei iudicatæ obstat, ne absolutus possit iterum accusari, nisi collusio delegatur uel causa magna subsit.*

3 *Delictum eiusdem hominis sæpius quæri non debet.*

4 *Iudex iurisdictionis suæ mensuram tenere debet, non autem excedere.*

5 *Maleficia abolita suscitari non possunt, ex baylia quacunque latissimè concessa.*

6 *Statutum uindictam permittens in ciuitate, habet locum in comitatu.*

7 *Hactenus, uerbũ ad quod tempus referatur.*

8 *Contraria duo non sunt in eodem esse.*

9 *Relatio ad proxima est facienda.*

CONSILIVM XXXIIII.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † In præsenti dubio grauiter debet iudex procedere, quia de hominis salutæ tractatur, nec debet esse seuerior uel clementior lege, sed lex ipsa imitanda est. Pręsupposito ergo quòd maleficium, cuius causa secundum homicidium secutum est, fuerit perpetratum, postquam Commune Florentiæ subiecit sibi ciuitatem Pistorij; Respondeo ad quæsita & primo præclusa est uia præsenti capitaneo propter duplices absolutorias latas una
2 Florentiæ, alia Pistorij, † & sic obstat exceptio rei iudicatæ, nisi collusio detegatur, uel causa magna subsit. ff. de accus. l. si cui. §. j. siue sit absolutus ab accusatio
3 ne, siue ab inquisitione, ut ibi Bar. † quia de delicto eiusdem hominis sæpius non debet quæri, ut l. licet in fi. ff. nau. caupo. stabul.

Secundo obstat præscripta exceptio, nam aduertat iudex, quòd non habet iurisdictionem de commissis ante mensem, nisi in certis casibus, unde si de cõmissis ultra mensem cognoscit, priuatus
4 est in hoc, non uerè iudex, † debet enim iudex suæ iurisdictionis mensuram tenere, non autem excedere l. defensionis facultas. C. de iure fisci lib. x. & Iacob. Butrig. optime ad propositũ in auctu. cassa. C. de sac. sanct. eccle. Bald. in auct. item nulla communitas. C. de episc. & cleric.
5 Et † ex Baylia quacunque concessa latissimè, non comprehenditur quòd maleficia abolita suscitentur, quia iam ius quęsitum est, ut l. ij. §. si quis à principe. &. §. meritò. ff. ne quid in lo. pub. & quod nor. in l. fi. ff. de sentent. pass. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & statutum de capitaneo loquitur ergo &c.
6 Tertio obstat † statutum Florentiæ uindictam permittens, ubi cauetur, quod in casu præmisso potest quis se uindicare, etiam cum extraneo quocunque, qui sit cũ offenso, uel cõ sorte offensi: & propter submissionem factam locus est dicto statuto in casibus posteà contingentibus, ut not. Bart. quem sequuntur Moderni in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. Et non est dubitandum quòd ciuitas Pistorij & districtus sunt de comitatu Florentię, quia ita fuit reformatum, & licet posteà in quibusdam sit correctũ, tamen de comitatu est, quia hoc non fuit sublatum.

Non obstat statutum, quod dicit, quòd capitaneus & potestas de homicidio &c. sint iudices & eis subiaceant comitatiui. prout ante subiacebant, in quo aduertendum est, in homicidio illos esse subiectos
7 prout hactenus subiacebant. † Sed uideamus, quomodò hactenus subiacebant ante illam legem, dico, quòd subiacebant, ita quòd statuta ciuitatis Florentiæ erãt seruanda, nam considero tria tempora, scilicet tẽpus ante submissionem, & tempus post submissionem, ante istam legẽ, & tempus post istam legem. Vnde hoc uerbum, hactenus non potest referri ad tempus ante subiectionem, & tempus ante hanc legem post submissionem, quia contraria induceret propter contraria statuta & uaria, quæ sunt in ciuitate Flo
8 rentiæ & ciuitate Pistorij, † & duo contraria non sunt in eodem esse ut l. j. C. de furt. Vnde referam, prout ante erant, scilicet ante pręsentem legem, sed post sub
9 missionem, † quia ad proxima est faciẽda relatio l. si idẽ in fi. ff. de iur. om. iudi. & not. Glos. ff. de leg. j. l. talis scriptura. super uerbo prorogauit. Item considerato quòd ante submissionem erant subditi po-

ti potestati & capitaneo tanquàm officialibus communis Pistorii liberi & non de comitatu Florentiæ, & sic non subditi, dicere & referre ad aliud tempus, est euertere quicquid communi Florentiæ quæsitum est, contra ciuitatem Pistorii. quod credere uoluisse cōcedentem plusquàm ridiculum est, ut l. si quādo. C. de inoff. testa. in prin. Est ergo intellectus, ut supra, quòd hoc statutum uult hoc, quòd comitatiui sint liberi à capitaneo & potestate, nisi in homicidio & alio, in quo uult, quod remaneat iurisdictio pro ut erat ante hanc legem.

Torellus de Prato legum Doctor.

CONSIL. D. ALEXANDRI SALVI DE BENCIVENIS de Florentia.

In suprascripto casu.

SVMMARIVM.

1 *Vindicta maximè in alienā personam omni iure est prohibita. quod intellige ut nu. 11.*
2 *Maleficiū à lege permissum est impunibile.*
3 *Super accusatione formata contra occidentes alios in casu à lege uel statuto permisso, procedi non debet, & si procedatur, sunt absoluendi.*
4 *Patri & marito est permissum adulterum occidere.*
5 *Statutum uetans defensionem uel auxilium defensori præstari, uidetur permittere offensionem.*
6 *Apostata impunè occidi potest.*
7 *Iniuria facta patribus & agnatis, intelligitur facta filiis & cæteris agnatis.*
8 *Filii & consortes siue agnati, quia sunt eadem corpora, possunt uindicare mortem patrum & consortum, siue agnatorum suorū.*
9 *Non comprehensus à statuto, statuti illius pœna puniri non debet.*
10 *Edicti una pars suppletur per aliam.*
12 *Decipi quis non debet, auctoritate legis.*
13 *Offensio simpliciter à statuto permissa, intelligitur etiam per modum interemptionis.*

CONSILIVM XXXV.

1 VISIS † & diligenter consideratis inquisitione formata contra Petrum. Perinum & Andræam, & omnibus actis, & actitatis in causa, Prima facie uidetur dicendum ipsos debere condemnari, quoniam uindictam prohibitam esse omni iure repellitur, maximè in aliam personam de iure diuino, habetur psalmo, cj. ibi destruam inimicum: & ultorem, quod refert Glo. quan. lice. unicui. se sine iudi. uin. De iure canonico in c. Petrus de homici. ibi uolebat uindictam summere de abbate, &c. & in c. significasti. eo. ti. ibi non ad uindictam, sed ad iniuriā propulsandam; De iure ciuili in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. ibi, illum enim solum, qui uim infert, ferire conceditur, & hoc si tuendi duntaxat non ulciscendi causa factum sit. Ad quod l. i. C. ut nullus ex uicariis &c. lib. xj. ibi, non tam legibus, quàm æquitati naturali contra alios pro aliis molestari, &c. Confirmari prædicta uidentur de iure municipali ciuitatis Florentiæ sub rub. de pœna facientis uindictam, in ultima additione statuti. uers. & quòd nullus possit uindictam facere, &c. ubi expresse dicitur in alium quam in principalē uindictam fieri non posse, & sic Perinus & Andræas nō potuerunt se uindicare cōtra Matthæum, qui nō dicitur fuisse principalem in occidendo patrem dictorum Perini & Andreæ; præcipuè cum uideatur præcessisse competens uindicta propter decapitationem occisoris, ut patet ex statuto in uersicu. nec non hoc in prædictis, &c. Neque proponatur Matthæū associasse patrem tempore occisionis dicti Francisci, ut patet, in dicta additione uersicu. & si consortes; per consequens negare uidetur in alios fieri posse. l. maritus C. de procur. & l. fi. C. de pact. con. Contrarium tamen prædictis non obstātibus oppinor in proposito seruādū, pro
2 cuius ueritate præmitto, † quòd maleficium à lege permissum est impunibile, ut l. si seruus. C. de ijs qui ad eccle. confug. ibi, nec conflandæ criminationis relinquatur

quatur

quatur occasio, ubi Bart. notabiliter di-
3 cit, quod † super accusatione formata cō tra occidentes alios in casu à lege, uel statuto permisso nō debet procedi, & si procedatur super ea, uel super inquisitione, debet sequi absolutio, ut l. ubi pactum secundum lecturam Azon. C. de transact. quam Bart. ad hoc ibi inducit.

Quod autem in casu nostro fuerit permissum homicidium inquisitis pro uindicando eorum patrem probatur euidenter. Nam prædictum statutum ciuitatis Florentiæ usque ad uersi. hoc in prædictis, punit capitulariter occidentes coniunctas personas pro uindicta. & in dicto uersic. excipit à pœnis comminatis uendicantes facientes uindictam in filio primi offendentis mortui, ut patet ibi, nec propterea pœnas præsentis statuti incur-
4 rant, &c. Sicut † uidemus in l. Iulia de adulter. quæ licet regulariter puniat omnes occidentes adulteros, tamen eximit patrem, & maritum propter immensum dolorem, ut l. ii. in fin. ff. de adulter. ibi nam & propensiore dolore executurum, iuncta l. Gracchus. C. de adulter. Si sic ergo dicti inquisiti non debent puniri, quasi fecerint auctoritate legis. de iis quæ pro non script. hab. lib. j.

Prętereà statuens uersic. & quòd nullus delinquentis prohibet præstari auxiliū per consortes primi offendentis quo minus uindicta fieri posit in primum offendentem uel proximiorem eo mortuo, ut ibi, quo minus posit fieri uindicta in personam dicti primi offendentis uel illorū scilicet proximiorum, qui ut præmissum est, fauore præsentis statuti gaudere non
5 debent, † Tunc ultra statutum uetans defensionem uel auxilium defensionis præstari, uidetur permittere offensionem, ut est tex. in l. ij. C. quand. li. si. iu. se uin. & l. iij. C. de aposta. ibi, neque umbra defen-
6 sionis &c. iūcto dicto Butriga. ibi dicētis † occidi posse apostatas i punè; facit quod scribit in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. ergo per statutum fuit permissum inquisitis offendere proximiores primi offendē tis. Adiuuat uer. & dicto tali &c. ubi proximiores primi malefactoris puniuntur pœna separationis habitationis, sicut & ipse. facit l. ut tantum, coniuncta l. si quis seruo. C. de fur. & quod ibi not.
7 Ratio autem dicti statuti fuit † quia iniuria facta patribus & agnatis intelligitur facta filijs & cæteris agnatis, ut est tex. in l. j. §. j. ff. de iniur. & Glo. in l. lex Cornelia in Glos. super uerbo sic eorum. eo. tit.
8 Nec † mirum, quia dicuntur esse eadem corpora, ut est tex. in l. cum scimus in fi. C. de agric. & censit. lib. xj. ubi Bart. not. filios & cōsortes posse uindicare mortem patrum & consortum suorum allegat. l. si femina. C. ad turpillian. & l. ij. & iij ff. de libera. cau. facit, quod dicitur in l. ij. ff. de accusatio. ubi idē tenet. Nec dicat aliquis dictum statutum eximere à pœna illius statuti tantum cuniunctos primi offensi facientes uindictam in coniunctos proximiores dicti primi offendentis, & sic non à pœna iuris communis uel aliorum statutorum, ut l. quoties in prin. ff. de actio. & obliga. & l. fin. ff. de pet. hęre. Quia aduertendum, quòd statutum de pœna committentis homicidium, positū in territorio potestatis, tollit quantū ad homicidas se uendicantes omnes pœnas ciuiles, & mandat eos puniri secundum di[illegible]um statutum de pœna facientis
9 uindictam, † sed illo nō cōprehēdūtur, ut est ostensum ergo puniri non possunt, argi. l. ij. uer. aliį itaq;. ff. de hære. inst. facit. l. asse toto. eo. tit. habetur per Bar. in l. ij. in fi. ff. vj. bono. rapt. Quinimmò nō tantum non comprehenduntur, sed eximuntur tacitè ab omni alia pœna, propter uerba subsequētia supra relata l. nominis & rei. uer. uerbum ex legibus. ff. de uerb. signi. & l. j. in prin. ff. de legi. tut.

Nec est aliud statutum puniens uindicantes in terminis coniunctorum nisi prænominatū, quod tuetur inquisitos, ut supra probatū est, ergo &c. ut l. ij. ff. de lib. & posthu. & l. Titius eo. tit. cum ibi not. Nō obstat uers. & quod nullus posit; quia debet intelligi, quando principalis uiuebat, ut sonant illa uerba, nisi in corpus principalis, quę debet exponi idest uiuētis, secundum Gl. in l. j. in prin. ff. de ne-

territorio Fulginei, casus mortis nō fuit in territorio terræ Nursiæ sed extra, unde nec initiatum nec cōsumatum in territorio terræ Nursiæ. Sed si fuisset, succedit dubium, cum fuerit processum & cōdemnatio secuta in ciuitate Fulginei, & executio respectu uulnerum fuit demanda-
6 ta & executa, † ubi habet locum quęstio, an condemnatus ex uulnere possit iterū condemnari ex eodem uulnere ad mortem, de quo in Specul. in tit. de accusa. in uers. quod si uulnerati, ubi tenet, quòd non, tamen differentia est, quia executio occasione uulneris non est talis, quæ reuocari con possit, cum fuerit pecuniaria & ista corporalis, & sic titulus criminis mutatur, scilicet uulneris in titulum homicidij, non autem additur qualitas, & titulus criminis non mutatur, sicut habetur in l. in delictis. §. si detracta ff. de noxali. Sed etiā si omnia prędicta non essēt
7 quæ uera sunt, † faciēda est consideratio, cum dictæ percussiones & uulnera fuerint longe distantes à die mortis, quòd non præsumatur dictus Matthæus mortuus ex dictis uulneribus, sed pręsumatur ipse Matthæus mortuus ex negligentia. prout habetur in l. qui occidit in fi. ff. ad l. aqui. & not. in d. titu. de accusat. uers. sed pone A. Mortuus .n. fuit dictus Matthæus in uigesimoquinto die post uulnera illata. ubi Glos. in l. j. C. de emendatio
8 seruo. dicit †, quòd in dubio post triduum si surrexit & ambulauit non uidetur decessisse ex illis uulneribus. ad hoc. c. ii. de cleri. percussor. Bar. in l. si in rixa in fi. ff.
9 ad l. Cor. de sicar. † Et respectu percussionum recurrendum est ad iudicium medicorum. in l. si semel. de re mili. lib. xii. & in l. i. §. i. ff. de uent. inspi. & l. comparationes de fi. instru. & in c. significasti de ho-
10 mici. † & si plures medici non reperiunt statur dicto unius in auc. de non alie. §. quod autem. unde cum in proposito licet delictum non sit initiatum neque consumatum in terra Nursiæ, tamen si ibidem posset puniri, quod non uidetur ex dispositione iuris municipalis, ut supra tetigi. nihilominus iudicio medicorum esset subijciendum, ut in prima constitu. fforum.

11 Et † si ex forma statuti municipalis deputatus eēt medicus illius iudicio staret tāquam approbatus. Vnde si medicus ad hoc deputatus iuit ut cognosceret & non fuit admissus & repulsus, dilucidè innotescit ꝙ negligētia & culpa mortui adfuit & præsumitur mortuus magis ex omissione & ex negligentia, quàm ex dictis uulneribus, præsertim si medicus imperitus literarum medicinæ fato potius quā scientia curans fuit adhibitus, & non admissus approbatus per commune, immò si medicus admissus deponat ex uulnere fore occisum, posset reprobari, ut not. uoluit Io. And. in addi. ad Specul. de homi-
12 ci. uers. pone A. † ubi dicit ꝙ si iu ex cōdemnauit Titium de occiso, relatu medici, qui dixit iudici ex uulnere facto p Titium decessisse, & Titius dicit falsum dixisse, & petit adhiberi peritiores ante sepulturam, & ita fuit factum, & ibi referunt uulnus istud non fuisse mortale, ꝙ non debet ad ulteriora procedi, & retractabitur sententia, sicut sentētia lata per falsos testes uel instrumenta ut l. filiam. C. si ex fal. instrumen. & l. Diuus. & l. fin. ff. de re iud. de except. c. cum uenerabilis
13 adde text. in c. sicut nobis de testib. † Ex quibus omnibus cōcluditur quòd iudex aduertat, tam ad prima dicta, quàm ad ultima recitata, pręsertim, an dicta uulnera fuerint mortalia, quæ non præsumuntur p ea, quæ supra dicta sunt, & alia quę possent dici; an non, cum sint subiiciendi iudicio medicorum, & præsumatur mortuus ex quo non fuit admissus medicus approbatus magis ex negligentia dolo & mala cura quàm ex dictis uulneribus; & citius est toleranda pœnæ minoritas quàm asperitas; & sic patet dictos inquisitos non teneri de homicidio sed de uulnere, cum ipsius & suorum cōsanguineorum uulnerati mala electio sit in culpa ipsorum non autem uulnerantium, ut ff. de rei uendi. l. utique culpa. argu. eius
14 quādo dicit Azo. in sum. de euictio. † & cum in dubiis debeamus esse mitiores, ut l. in obscuris. de reg. iur. l. hodie. de pœn. & l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

Et ita ut suprascriptum est dico & consulo. Ego

lo. Ego Dionysius de Barigianis de Perusio minimus Vtriusque Iuris Docto. & ad fidem me subscripsi & sigillari feci, saluo iudicio melius sentientis.

CONSIL. D. MATTHAEI PHILICIANI DE PERVSIO I. V. D.

In casu antescripto.

SVMMARIVM.

1 *Statuti localis dispositio in processibus fiendis attendi debet, non autē prouisio iuris cōis.*
2 *Delicta sine mero imperio puniri nō possunt.*
3 *Quæ sunt meri imperii de iure ciuili sunt delegabilia, de iure uerò canonico indelegabilia.*
4 *Rectores, qui iurant statuta loci seruare, tā scripta quàm non scripta seruare tenentur.*
5 *Statutum ius municipale populi dicitur.*
6 *Statutis in criminibus puniendis est inhærendum.*
7 *Statuta sunt strictißimi iuris.*
8 *Statutum disponens simpliciter de iis, quæ sunt meri imperii, ut delictis in territorio commißis, simpliciter & strictè debet intelligi, ut non extendatur extra territorium, licet delictum fuerit per subditum & in subditum extra territorium commissum.*
9 *Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, etiam in delictis.*
10 *Homicidium maximum est delictum, & pœna capitis punitur.*
11 *Verbis statuti deficientibus deficit statuti dispositio.*
12 *Statuta sunt adeò stricti iuris, quòd à uerbis recedendum non est.*
13 *Statutum indubitato modo loquens & disponens de potestate, arbitrio mero, & mixto imperio, non recipit aliquam extensionem de persona ad personam, nec de causa ad causam, nec de loco ad locum, nec de tempore ad tempus.*
14 *Iurisdictio delegata sicut & statutaria, non recipit extensionem, de causa ad causam, uel de persona ad personam.*
15 *Statutum si disponit de delictis factis extra territorium, tunc iudex territorii poterit de illis cognoscere & punire delinquentes, aliàs secus, si loquatur tantummodo de delictis infra territorium commissis.*

CONSILIVM XXXI.

IN CHRISTI nomine Amen. Homicidium, ut præsupponitur, fuit commissum per Nursinum originarium in personam Nursini origine extra territorium & districtum terræ Nursiæ, de quo homicidio semel cognitum & puniti fuerunt uulnerātes in loco, ubi dicta uulnera fuerunt illata, posteà in loco, propriæ originis contra uulnerantes proceditur per uiam inquisitionis per potestatem terræ Nursię ad pœnā homicidii, quod homicidium, an sit secutum ex uulneribus uel non, attenta distantia temporis inter mortem & uulnera illata supra per primum consultorem satis dictum & allegatum est; Quantum autem an possit per uiā inquisitionis procedi, quicquid prouisum sit de iure communi, ut not. in
1 l. i. in. §. si publico. ff. de adul. † in processibus fiendis debet attendi dispositio statuti localis, per quam nouata intelligitur omnis prouisio iuris communis, immò recessum intelligitur à prouisione iuris communis alterata pœna per statutum loci, respectu eiusdem delicti, ut l. qui communi. §. si post desertionem in uersi. recessum. ff. de re mili. not. Bar. in l. i. ff. de ui bono. rapt. ad quod facit, quod not. in l. quoties. ff. de actio. & oblig. quāto magis nouata intelligitur dispositio iuris communis, respectu eius, sine quo delictum puniri non debet criminaliter, sunt ea, quę concernunt merum impe-
2 rium, † sine quo mero imperio delicta per aliquem, quauis publica auctoritate fungentem puniri non possunt. l. imperium. ff. de iur. omn. iudic. quod merum imperium à iure cōmuni conceditur pręsidibus & aliis, de quibus in d. l. imperiū,
3 & † quæ sunt meri imperii sunt indelegabilia. ut d. l. imperium, quod secus est de iure canonico, de raptori. c. in archiepiscopatu. facit quod notatur in l. cū pater. §. quindecim. de leg. iii. Rectoribus autem

autem ciuitatum, terrarum &c. quantũ
ad ea, quæ ſunt meri imperii, attẽdenda
4 ſunt ſtatuta locorum, † quæ ſtatuta ipſi
rectores iurant ſeruare, ſiue ſint ſcripta,
ſiue non ſcripta, ut dicit tex. in c. i. de iu
re iur. libr. vi. not. in auct. iuſiuran. quod
præſtat. ab iis in prin. Per ſtatutum autẽ
dictæ terræ Nurſiæ, à quo ſtatuto depen
det omne merum imperium & omnis iu
riſdictio poteſtatis & rectorũ dictæ ter-
5 ra, † quod ſtatutum dicitur ius ciuile po
puli. l. omnes populi. de iuſti. & iure, de
9 conſtitutio. c. i. lib. vi. † apparet, quod cir
ca poteſtatem puniendi crimina proui-
ſum ſit, ſecundum formam ſtatutorum,
quibus inhærendum eſt. l. ille aut ille §.
7 cum in uerbis. de leg. iii. † cum ſtatuta
ſint ſtrictiſsimi iuris l. i. §. ſi is qui nauẽ.
ff. de exercito, not. ff. de uerb. ob. l. quic-
8 quid aſtrigendæ. † Dicitur in ipſo ſta-
tuto quòd poteſtas terræ Nurſiæ habeat
merum et mixtum imperium in malefi-
ciis commiſsis in terra Nurſiæ, eiuſque
comitatu, fortia & diſtrictu, & ſic con-
ceſsio meri imperii limitata ad territo-
rium & diſtrictum operatur nulla diſtin
ctiõe adhibita pſonarũ uel delinquẽtis,
uel perſonę, in qua delictũ eſt cõmiſſum
quod de delicto commiſſo extra ter-
ritorium poteſtas ipſe procedere & in-
quirere non poſsit, quia ſi concedit me-
rum imperium puniendi delictum com
miſſum infra territorium, prohibere &
denegare intelligitur delictum commiſ
ſum extra territorium per poteſtatẽ ui-
gore ſtatuti poſſe puniri arg. l. cum præ-
tor. ff. de iudici. & ex quo ſtatutum ſim-
pliciter & indiſtinctè loquens, ſimplici-
ter & indiſtinctè debet intelligi diſpone
re nulla diſtinctione perſonarum adhi-
bita l. i. §. generaliter, de legat. præſtã. &
ſic manifeſtè concluditur quòd reſpectu
iſtius homicidii, etiam commiſsi à Nur-
ſinis in perſonam Nurſini extra territo-
rium ipſe poteſtas ſecũdum uerba ſtatu-
ti caret mero imperio, cum in tali caſu
ex quo delictum eſt commiſſum extra
territorium pęna ratione talis aſſerti ho
micidii imponi non poſsit.
9 Huic † tamen concluſioni obſtare uide-
tur, quia ex eo, quòd diſpoſitio ſtatuti ſit
poſterior ipſa cenſura & lege imperiali,
nihilominus interpretatione legum ſta
tuta poſteriora à iure cõmuni recipiunt
interpretationem paſsiuã, ſcilicet à ra-
tionibus iuris cõmunis, de conſue. c. cũ
dilectus. C. de noxal. l. ſi ſerui ueſtri. no.
in l. ſcimus. §. in computatione. C. de iure
delibe. & hoc fit, ne quis indebitè dam-
num patiatur, ut not. in dictis iuribus,
quanto magis dicendum eſt, ut talia ſta
tuta recipiant interpretationem paſ iuã
à iure cõmuni, ne delicta remaneant im
10 punita, † maximè delictum homicidii,
quod maximum eſt & punitur pœna ca-
pitis, quia homicida, qđ facit, expectat,
& ſic tale ſtatutum diſtingui debeat ſe-
cundum qualitatem perſonæ tam delin
quentis, quam perſonæ, in qua commiſ-
ſum eſt delictum, ut ſic locum habeat, ꝙ
poteſtas poſsit punire Nurſinum delin-
quentem in perſonam Nurſini extra ter
ritorium Nurſinum. Sed hoc non ob-
ſtãt contrarium eſt dicendum ſumpto
11 argumẽto ab ipſi uerbis ſtatuti, † in quo
ſtatuto, ubi deficiunt uerba, deficit diſpo
ſitio ſtatuti l. illam. C. de collatio l. ſi ſer
uum. §. non dixit, de acquiren. hære. & ſi
ſtatutum uoluiſſet aliud diſponere, hoc
12 dixiſſet, † Ad qđ facit, quod notabili-
ter dixit Bal. in l. i. C. de patrib. qui fili.
diſtraxe. ubi dixit, ꝙ ſtatuta ſunt adeò
ſtricti iuris, quòd à uerbis recedendum
13 nõ eſt. l. ſi uerò. §. de uiro. ſol. ma. † quod
maximè uerum eſt in ſtatutis conceden-
tibus poteſtatem, uel arbitrium, uel me
rum, uel mixtum imperium, in quibus
ſtatutis limitato modo loquentibus nõ
datur extenſio per aliquam interpreta-
2 tionem, nec de perſona ad perſonã, nec
de cã ad cauſam, nec de loco ad locum,
14 nec de tempore ad tẽpus. † & hoc, ut in
ſimili dicimus de iuriſdictiõe delegata,
quæ ſtricti iuris eſt, ſicut & ſtatutaria,
quia nõ extenditur de cauſa ad cauſam,
uel de perſona ad perſonã. de off. deleg.
c. Pet. & G. Et ꝓ hoc facit determinatio
Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri
15 nita. † ubi dicit quòd uerba ſtatuti ſunt
ponderanda, nam aut ſtatutum loquitur
ſecun-

secundum uerba de imponenda pœna, pro eo, quod quis fecerit extra territorium, & isto modo non loquitur statutum predictum, si autem statutum loquitur de eo, quod fit intra territorium, & tunc statutum nunquam extenditur ad ea, quæ fiunt extra territorium, allegat d. §. de uiro. ex qua determinatione & ex aliis rationibus superius assignatis concludo dictos inquisitos non posse per potestatem personaliter condemnari, nec aliquo alio modo. Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est dico & consulo ego Mattheus Philiciani de Perusio utriusque Iuris Doctor, & ad fidem prædictorum me subscripsi, sigilloque meo consueto subsignaui.

CONSIL. D. MATTHAEI PHILICIANI DE PERVSIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pax an & quando, & per quem dicatur rũpi quando duo, qui habent pacem, se adinuicem offendunt per tot. consilium.*

2 *Confessio facta ad inquisitionem & in ea cõtenta præuio iuramento, & illa confitenti uulgarizata, ualet in quocunque iudicio, nec est reuocabilis prætextu erroris, licet possit declarari & interpretari.*

3 *Interpretatio facta super confessione ad inquisitionem, habet locum etiam in iuramento sibi præstito in confitendo.*

4 *Iuramentum præstitum per confitentem inquisitionem & in ea contenta, non ampliat ipsam inquisitionem.*

5 *Confessio præiudicat confitenti, nec contra eam licet uenire, nisi fuerit per sententiam iudicis reprobata.*

6 *Confessio etiam deliberata & iurata, potest reuocari ex capite iusti erroris, dummodo allegetur causa erroris in specie, & illa concludat iudici.*

7 *Cui non præiudicant sententia & processus, nec etiam præiudicat alia legitima probatio, nec confessio licet iudicialis.*

8 *Confessio partis reddit factum impunibile, quod alias esset punibile.*

9 *In accusatione stupri si per utranque partem est facta confessio de contractu matrimonii inter eos secuto, illa præiudicat processui et inquisitioni, à qua ambo sunt absoluendi.*

10 *Quando apparet ex confessione, quis fuerit primus percussor post instrumentum pacis, & sic apparet de prouocante, tunc prouocatus si repercutiat, non dicitur fractor pacis, sed ille qui prouocauit.*

11 *Ex confessione facta in iudicio assumenda est illa interpretatio, quæ benignior est, uidelicet ut delictum non præsumatur ex facto insultati processisse.*

12 *Omnis interpretatio fundatur super bono, & æquo.*

13 *Repercussor etiam si ex internallo offendat primo percutientem & ruptorem pacis, non potest dici pacem rupisse, licet de maleficio puniri possit.*

14 *Statuta seruanda sunt.*

15 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

16 *Liquidißima probatio dicitur esse illa, quæ à lege habetur, & talis locum habet etiam in statuto loquente de pace rupta.*

17 *Absurda interpretatio non habet locum in dispositionibus tam legum quàm statutorum.*

18 *In dispositione tam legum quàm statutorum, habet locum interpretatio à uerisimili.*

19 *Statuta recipiũt interpretationem paßiuam à iure communi, ne quis damnum indebitè patiatur.*

20 *Iudex non debet frustratoriè inquirere uel procedere, si ex suo processu non potest sequi condemnatio de iure.*

CONSILIVM XXXVIII.

IN CHRISTI NOMINE Amen. 1 Viso † & põderato certo processu fundato super certa inquisitione fundata ꝑ potestatem terræ Nursiæ contra Paulum Iacobi, & Ioannem Pasquini prout & sicut, & ex causis, & per uerba, de quibus in dicta inquisitione, uisaque excusatione facta per Paulum Iacobi qui se excusando à dicta inquisitione, delato sibi iuramento ueritatis dixit & confessus fuit omnia & singula i dicta inquisitione cõtenta uera esse & fuisse loco & tempore in ipsa inquisitione contentis, dixit tamen nõ fuisse malo animo & malo modo,

do; uisa insuper excusatione facta per Ioannem Pasquini, qui dixit & sponte confessus fuit omnia, & singula in dicta inquisitione contenta uera fuisse & esse loco & tempore in dicta inquisitione contentis, excepto quòd non uulnerauit in spatulis, quæ inquisitio fuit formata ad denũtiam Iacobi syndici dicti castri. uigore cuius inquisitionis, & uigore dictarum confessionum, & per alia indicia & probationes lata fuit sententia per potestatem dictæ terræ contra prædictos, in imponendo pęnam & eos condemnãdo in pœna prout & sicut præsupponitur in puncto, posteà idem Dominus Potestas & eius iudex formauit aliam inquisitionem cõtra dictum Paulum de pace rupta, narrando tenorẽ dictæ pacis, & narrando quòd dictus Paulus rumpendo supradictam pacem, & contra dictam pacẽ, & supradictam promissionẽ ueniendo armatus uno cultello, & uno falcino de ferro scienter dolosè & appensatè fecit insultum &c. contra dictum Ioannem animo iniuriandi & offendẽdi dictum Ioannem, capiendo ipsum Ioannẽ mormodit in labio inferiori dicti Ioannis, ex qua morsura sanguis exiuit &c. ipsumq; Ioannem fecit cadere in terram in graue damnum, & præiudicium dicti Ioãnis, cõtra promissionem de nõ iniuriando nec offendẽdo; cui inquisitioni per dictum Paulum se excusando responsum fuit, ut patet in dicto processu, qui iudex inquirens contra dictum Paulum produxit scripturas & iura, de quibus in dicto processu. De effectu cuius inquisitionis nihil quærit in scripturis trasmissis, sed solum & dumtaxat quæritur uiso statuto dictæ terræ Nursiæ, ꝙ nullus possit cogi ad aliquã pacem &c. Quęritur nunquid contra Ioannem Asquini, qui fecit tria uulnera dicto Paulo, tanquam de pace rupta possit contra eũ inquiri & condemnari debeat in pœna contenta in dicto instrumento applicanda, ut in dicto instrumento continetur, & in pęna statutaria applicanda Communi debeat condemnari. Ad quod quęsitum declarandum notãdum est,† quòd
2

põderatis præmissis quæritur principaliter de effectu primæ inquisitionis, & excusationis, & confessionis factæ per dictum Paulum respondentis & confitentis omnia & singula in dicta inquisitione contenta uera esse & fuisse: loco & tempore in dicta inquisitione cõtentis, quæ confessio omni respectu certa est, quantum ad omnia & singula in dicta inquisitione contenta, ex quo confessio refertur ad ipsam inquisitionem se referẽtem ad omnia cõtẽta in ea l. si ita scripsero. de condi. & demonstra. & maximè quando confessio fuit cum iuramento, quæ inducit maiorem præsumptionem certificationis eius, super quo iuratur. arg. eorum quæ not. in c. ex rescripto, de iure iur. quod not. Bar. in l. sciendum, de uer. obliga. Quod indubitãter dicendum est in casu pręmisso, per uerba, in ipsa respõsione expressa, dum dicit prius sibi lecta & uulgarizata; ad ipsius inquisiti plenam, & claram intelligentiam, unde talis confessio ita planè deliberata præiudicat cõfitẽti, nedum in illo iudicio, sed in quocunque alio etiam uariato modo agendo, ut est expressum in c. per inquisitionem de electio.† Et ideò Bar. in l. er-
3
ror. de iur. & fac. ignoran. dixit notabiliter, ꝙ ille, qui habuit terminũ ad deliberatè respondendum, & respondit sub iuramento, non potest allegare errorem, nec potest suam cõfessionem perimere, esto, ꝙ possit eam probabiliter exponere, allegat decretalẽ notabilem de accusat. cum dilecti; ubi est expressum, quòd confessus potest suam confessionem interpretari, non autem perimere, & maximè propter iuramentum. arg. eius quod not. in au ẽ. quod obtinet. C. de proba.
4 ubi † autem ipsius confessionis facta esset interpretatio, tunc illa interpretatio quæ admittit in confessione principali, admitteretur in iuramento accessorio ipsi confessioni, quod iuramentum nõ ampliat ipsam confessionẽ arg. l. fin. C. de non numera. pecu.
5 Item † confessio præiudicat confitenti, nisi confessio ipsa fuerit improbata per sententiam iudicis, quo casu licet ueni-

re contra propriam confesſionem ut di-
xit not. Inno. de iure iuran.c. mulieri.
6 Dixit † tamen Bal. in d.l. error. quòd etiã
confesſio deliberata, & iurata poſſet re-
uocari ex capite iuſti erroris, dummodo
error non allegetur in genere, ſed ſpecifi
ce allegetur cauſa erroris, & ſit talis cau-
ſa, quæ concludit iudici, quod tamen ali
ter non expedit examinare, quia de ali-
quo errore dictæ confesſionis non appa-
ret aliquid allegatum eſſe; immò uigore
dictæ confesſionis idem Paulus fuit con
demnatus, & ſic talis confesſio non fuit
improbata per ſententiam, immò potius
approbata. Vnde huic confesſioni præci
sè ſtandum fuit ad præiudiciũ dicti Pau-
li, etiam quantum ad pœnam pacis ruptę
& fractæ, de qua pace habetur mẽtio etiã
in dicta prima inquiſitione formata con-
tra Paulum Iacobi & Ioannem Paſqui-
ni, dum dicitur, quòd, cum eſſet pax inter
prædictos facta & formata Paulum Iaco
bi & Ioannem Paſquini &c. Sed eſto, ꝙ
dicta confesſio ipſius Pauli ſit ualida &
firmisſima ad præiudiciũ dicti Pauli quã
tum ad omne præiudicium, nedum reſpe
ctu eiuſdem inquiſitionis & condemna-
tionis inde ſecutæ, ſed etiam quantum
ad aliam inquiſitionem poſteà formatam
de pace rupta contra dictum Paulum, cũ
fuerit iudicalis confesſio non extraiu-
dicialis, de qua confesſione extraiudi-
ciali & eius effectu in criminibus, nota-
tur in l.capite quinto.ff.de adulter. Du-
bitatur principaliter, an talis confesſio
præiudicet ipſi Communi Nurſiæ, quan-
tum ad pœnam applicandam ipſi Com-
muni reſpectu condemnationis, quæ de-
bet fieri contra Ioannem Paſquini, qui
intulit in perſonam Pauli tria uulnera,
ex quibus tribus uulneribus illatis dici
debet ipſam pacem rupiſſe, ita quòd ha-
beat locum & pœna conuentionalis &
ſtatutaria, ratione pacis ruptæ.
Et quòd contra eum debeat, & posſit de
nouo inquiri, & uidetur primo dicendum
quòd ex hac cauſa, quia per confesſionẽ
dicti Pauli cõſtat ipſum primo feciſſe in-
ſultum & aggreſſuram morſu, & morden
do cum dentibus ipſum Ioannẽ, & facien
do eum cadere in terram, & poſtea dictũ
Ioannem percuſſerit cum tribus uulneri
bus, quæ uerba denotant expreſsè prius,
& poſterius in dictis offenſionibus & per
cusſionibus alternatim & uicisſim illa-
tis, & concludunt, quòd primò fuerit of-
fenſus ipſe Ioannes ab ipſo Paulo, & ſic
ſolus Paulus dici debeat fractor pacis, ta
men talis confesſio nõ præiudicat Com-
muni, & non impedit inquiſitionem con
tra Ioannem formandam, cùm ipſa con-
feſsio, ut ſpecies probationis l. ſed & ſi
poſſeſſori in prin. de iure iur. & ibi per
Gloſ. & ſi nocet confitenti, non tamen
præiudicat fiſco, uel tertiæ perſonæ, ſicut
nec ipſa probatio. de teſtib. c. ueniens, fa
7 cit quod not. de tranſact. ueniens. † Cui
etenim non præiudicarent ſententia,
& proceſſus, non præiudicaret alia legiti
ma probatio, nec ipſa cõfeſsio. C. res in
ter alios act. per tot. & ſic hoc non obſtã-
te debet & poteſt ſequi contra dictũ Ioã
nem noua inquiſitio ad pœnam applicã
dam communi, quia tunc de crimine dici
tur agi criminaliter, ſi autem agitur ad in
tereſſe partis, dicitur de crimine agi ciui
liter. de proc. c. tuæ. no. de term. mo. l. a-
graria. de popula. actio. in rub.
Sed in contrarium, quòd nõ posſit, nec de
beat ſequi noua inquiſitio nec condem-
natio ipſius Ioannis, probabiliter argui
poteſt, nam ex quo conſtat de pace con-
cluſa & firmata per inſtrumentum inde
confectum per Cancellarium dicti Com
munis, & conſtat per teſtes examinatos
ſuper indiciis, qui etiam extra iudicium
cõfeſſus fuit, quod fuit prior inceptor di
ctæ rixæ, ut præſupponitur, & etiam hoc
manifeſtè deprehenditur ex confesſione
facta per dictum Paulum, reſpõdendo di
ctę primę inquiſitioni, quę confesſio prę
iudicat ei ſemper & omni tempore, & in
quocunque iudicio, & etiam prǫiudica-
ret omnibus, quorum intereſſet, uel inter
eſſe poſſet, pacem fuiſſe ruptã per ipſum
Ioannem, cum per talem confesſionem
pax non posſit dici, nec debeat iudicari
rupta per ipſum Ioannẽ, ex quo conſtat
per acta iudicij ipſum Paulum feciſſe im
petum & aggreſſuram contra dictũ Ioan

nem. quæ cõfessio partis præiudicat omnibus, & etiam Communi, quantum ad pęnam pacis ruptę respectu ipsius Ioã-
8 nis,† cum cõfessio partis factum, quod aliàs eẽt punibile, reddit impunibile, & pro hoc allego Glos. singularem & ordinariã in l. fi. C. de fideiusso. ubi Glos. sentit expresè, qđ si aliquis accusatur de
9 stupro, † quia cognouit uiduam, uel iuuenis cognouit iuuenculam, & ambo confitẽtur se matrimonium cõtraxisse, quod ex ista confessione, esto, quòd aliter nõ probetur de matrimonio contracto, ambo sint absoluendi, nec sunt cõdemnandi, de qua Glos. ut singulari fecit mẽtionem Bald. C. de cõfes. l. j. ibi modo fuit q̃stio de facto, iuuenis iuuenculã, &c.
10 Sic † dicendũ est in casu pręmisso, quod cum tam per confessionem ipsius Pauli quàm etiam per cõfessionem ipsius Ioãnis, confitentium omnia in dicta inquisitione cõtẽta uera fuisse, & esse, quòd ex ista communi confessione insurgit singularis effect⁹, ut pax intelligatur rupta per dictũ Paulum, qui primo aggressus fuit dictum Ioannem, & sic quo ad eam habeat locum pœna pacis ruptæ.

Quo ad ipsum autem Ioãnem, qui per prius & primo loco fuit passus ꝑcussionem à dicto Paulo, & posteà ipse Ioannes percussit Paulum, ipse Ioãnes non possit dici fractor pacis, & đ pace rupta nõ possit puniri, quia quo ad ipsum nõ possit dici dax rupta, ex quo primo fuit ꝑcussus & iniuriatus, unde ĩpunè potuit repercutere ipsum Paulum, ut quãtum ad effectum ita repercutiendo non dicatur fractor pacis, nec ruptor pacis, quia ꝓuocatus & primò offensus. Vnde ꝓuocans & primo offendens dicitur ruptor pacis, non autem ipse Ioannes, ad quod facit. ff. si quadru. paup. fecis. dic. l. i. §. cũ arietes. quæ Glo. per Barto. inducitur, ꝙ si duo habẽtes pacem simul se adinuicẽ pecusserunt, & nõ apparet, quis prior ꝑcusserit, neuter tenet de pace rupta. quo casu neuter dicitur rupisse, nisi appareat quis primò ruperit. l. qui fidem. ff. de trãsa. Satis etenim euidẽter & manifestissimè dicitur apparere; quis primo insultũ fecit, uidelicet ipse Paulus per confessionem suam, & per alia indicia inducta, & producta per dictum iudicẽ inquirẽtẽ. Ad qđ facit l. licet imperator. de leg. j. et quod not. in l. qui aggressorẽ. C. ad l. Cornel. de sica. & quod no. in l. i. C. unde ui. Hoc etiã probari potest clara ratione, nam per confessionem ipsius Pauli liquido constat, quòd ipse fuit inceptor dictæ rixæ, & sic ruptor pacis quo
11 ad sui præiudicium. † Ex cõfessione aũt ipsius Ioannis constat omnia & singula in dicta inquisitione cõtẽta uera fuisse; in qua confessione relata ad dictam inquisitionem cõprehenditur manifestè, quòd ipse fuit primò percussus ab ipso Paulo, & ꝙ sic percussus uulnerauit dictum Paulum, quæ cõfessio importat, ut omnia sint cõfessata per dictum Ioannem, etiam respectu prioritatis insultus sibi illati per dictum Paulum, & si aliqua interpretatio necessaria esset habenda, assumenda est interpretatio benignior, ut uidelicet delictũ & crimẽ ruptæ pacis, ex tali facto nõ iudicetur. arg. Glos. not. in l. merito ff. pro socio, ubi Glo. dicit not. de mirabili præsumptione, ut delictum non præsumatur, facit quod no. in l. duo fratres. de acqui. hęredita. & quod not. ff. de pœnis. l. interpretatione; Ista ẽ enim iusta & ęqua interpretatio præsumere, quòd ipse Ioãnes non ruperit pacem dictam, ex quo dictus Paulus ꝑ primò fecit sibi insultũ
12 & † omnis interpretatio fundatur super bono & æquo. l. in ijs. ff. de cõd. & demõstratio. quod not. ff. pro socio l. si socius pro filia. & ff. de cõstitu. pecun. l. sed si. alia. uer. iuxta interpretationẽ. Et quod iste Ioannes non possit, nec debeat dici fractor pacis per pȩdicta, ex quo primo loco fuit offensus a dicto Paulo, pluribus rationib. & legibus & auctoritatibus posset comprobari, quod tamen necessarium non puto, propter dispositionem ultimi capitis statuti dictæ terræ Nursiæ in uers. addicientes quòd si quis post pacem factam; quod statutũ claris-
13 simè disponit, † quòd si quis post factã pacem fuerit primo offensus, & postea

in co

in eodem instanti uel interuallo reoffen derit eũ, uel alium ex personis superius nominatis, quòd ex hoc non intelligatur rupisse pacem, sed tantum de malefi-
14 cio puniatur,† quod statutum ius ciuile populi seruari necesse est. l. omnes populi de iusti. & iur. cuius uerba certa & clarissima sunt, unde stãdũ est uerbis. & saltem in parte statutum, dum dicit. in eodẽ instanti uel ex interuallo reoffenderit, habet conformitatẽ cum iure communi, quia si incontinenti reoffendit, non dicitur fractor pacis, Si autẽ ex interuallo, similiter nõ dicitur fractor pacis, ex quo iam pax per primã offensam erat rupta
15 † quia frangenti fidem fides frangatur eidem, ut d. l. qui fidem. & l. cum proponas. C. de pact. Et de effectu statuti disponentis idem, quòd ius commune not. Gloss. j. de constitution. lib. vi. & per Bar. in l. j. §. item si ita. ff. ad l. fal.

In eo autem, quòd in statuto dicitur, etiã si in instrumento pacis aliud per paciscẽtes fuerit dictum uel conuentum, quia in hoc statutum disponit contra ius cõmune, quòd tamen aliter non determino, quia impertinens ad casum propositum, cum istud pactum in dicta pace non interuenerit, Ex qua statuti dispositione acquisitum est ius ipsi Ioãni, et ex quo cõstat p confessionem Pauli, ipsum fuisse primo loco offensum, ab ipso Paulo, quod inde non habeat locum
16 pœna pacis ruptæ. † quia sua defensio probata est, probatione liquidissima, quæ inducitur per dictum statutum, cũ probationes legum sint liquidissimæ, ut dicit Glos. in l. fi. C. de peri. tuto. Et redditur liquidissima probatio, ex quo cõstat de prioritate insultus per confessionem ipsius Pauli, & huic confessioni
17 standum est, † tum quia si aliud diceretur, incideremus in absurdũ, quæ absurditas uitanda est in legibus & in dispositionibus legum, & statutorum, quæ sic sunt interpretandæ, ut absurdum non inducant, ut l. ij. C. de condi. inser. Fingamus etenim, quòd isti duo in loco occulto se adinuicem percusserũt, tamẽ unus primus percussit alterum, nec constat de prioritate percussionis nisi per confessionem partis, Quis etenim diceret ꝙ ille primò percussus repercutiens in cõtinenti uel ex interuallo cõdemnari pos
18 sit de pace rupta. † Cum non sit uerisimile ipsos statuentes hoc uoluisse, & in statutis locum habet interpretatio, quantumcunq; strictissimi iuris sint, à uerisimili, ut dispositio statuti locum habeat in illo casu, in quo uerisimiliter respondissent ipsi statuẽtes, si de tali casu interrogati fuissent, ut dixit Gl. in statutis in
19 l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. † Et statuta etiam recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, ne quis indebitè damnum patiatur. de consuetu. cum dilectus. C. de noxali. l. serui uestri, & nõ est dubium, quòd iste Ioãnes indebitè damnum pateretur, si condemnaretur de pace rupta, quam in rei ueritate non rupit, ex quo primò fuit offensus, de qua priori percussione constat per confessionem dicti Pauli, quæ confessio in omni iudicio præiudicat confitenti. Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ contra dictum Ioannem Pasquini nõ potest, nec debet noua inquisitio formari de pace rupta, cum ex tali processu non possit sequi cõdemnatio, attenta dispositione dicti sta-
20 tuti. † Et iudex ipse debet esse cautus, ne frustratoriè, in dubio procedat, quando uidet, quòd ex suo processu non potest sequi condemnatio. arg. eius, quòd not. Bar. in. l. ubi pactum, de pact. & ꝙ not. Inno. in c. i. de offi. uica. nec etiam si formata esset, potest uel debet sequi cõdemnatio, cum ipse Ioannes ex omnibus prędictis habeat manifestam & indubitatam defensionem causis & rationibus supradictis.

Et ita, ut suprascriptum est, dico, & consulo Ego Matthæus Philiciani de Perusio V. I. D. & ad fidem prædictorum me subscripsi, sigilloq; meo cõsueto subsignaui.

CONSILIVM D. MATTHAEI PHILICIANI DE PERVSIO V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non continens expressum uerbum condemno, utrum ualeat. Opiniones Bar. & Bal. contrariæ.*

2 *Sententia codemnatoria est stricti iuris, & eatenus operatur, quatenus uerba sonant, adeò quod in ea est omissum, habetur pro omisso, esto quòd sententiæ uerba impropriẽtur, ut ualeat.*

3 *Scriptura de substantia formali & essentiali est sententiæ.*

4 *Dictio &c. posita in actu de necessitate et pro substantia scripturam requirente, aliam extensionem non recipit, secus in actibus requirentibus scripturam ad probationem.*

5 *Verbum condemno positum in sententia quoad principale, intelligitur repetitum etiam quoad expensas, licet in clausula expensarum illud positum non fuerit.*

6 *Falsa latinitas uitiat rescriptum.*

7 *Verbum condemno ommissum in sententia, licet ex præcedentibus uel sequentibus posset subaudiri, tamen non subauditur, neque quis per talem sententiam intelligitur cōdẽnatus tam in principali quàm in expensis.*

8 *Sententia non continens uerbum condemno uel æquipollens, est adeò nulla, quòd non mereatur aliquã iuris uel hominis executionẽ.*

9 *Si per statutum fit mentio de condemnatione, etiam quòd aliàs per idem statutum substẽtetur processus, & in sententia non adsit uerbum condemno, uel æquipollens, non substinetur inualiditas sententiæ à dicto statuto.*

10 *Statutum recipit interpretationem à iure communi passiuam.*

11 *Nullitas sententiæ latæ die feriata, si per statutum tollitur, non per hoc est sublata nullitas quando in sententia est omissum uerbũ condemno, quod à iure communi pro illius substantia requiritur, secundum quod ius commune statutum debet interpretari.*

CONSILIVM XXXIX.

DVBITATIO unica eliciẽda est ex cōsultatione præmissa, uidelicet, An uiso tenore dictæ sñiæ latæ cōtra dictum Albertum, put in dicta scriptura & puncto continetur, qui Albertus aliter con demnatus non apparet, adeò quòd uerbũ condemno scriptum non reperitur, dicta sententia debeat dici nulla propter defectum uerbi condemno, quod necessario fuit exprimẽdum ad ualiditatem & substantificum esse ipsius sententiæ, uel dici debeat aliqua & ualida, non obstante ꝙ uerbum condemno non fuerit, nec appareat dictum in dicta sententia, ex quo ex ordine uerborum, & ex præcedentibus & sequentibus, ipsa sententia ad condemnationem ordinata sit, ut sic uel ualidetur dicta sententia subaudiendo uerbum condemno, uel saltem talis sententia iuris communis cẽsura, & communi interpretatione prudẽtum dici debeat nulla, propter omissionem dicti uerbi condemno, substentetur & ualidetur, uel etiã excludatur condemnatus ab obiectu exceptionis nullitatis dictæ sententiæ ex causa prædicta, quia dicatur, quod dicta sententia debeat mandari executioni, non obstante omissione cuiuscunq; solennitatis ipsius sententiæ.

1 Ad quam † primam dubitationem declarandam notandum puto, quòd antiqua fuit dubitatio, & opiniones contrariæ leguntur in scriptis Doctorum, & maximè inter duo magna luminaria Bar. & Bald. qui quasi in eisdẽ terminis sibi inuicem, contradicunt, nam Bart. in l. i. ff. de heredi. institu. dixit firmando, quòd si iudex in sñia dixit, Titũ absoluo, & uictum uictori in expẽsis nobis & nostris successoribus taxatione reseruata, Quęritur utrũ uideatur facta condemnatio expensarũ, quia deficit uerbũ condẽno, & arguit primò quòd non, cum non posit intelligi repetitum ex pręcedentibus. C. de sentẽ. l. præses. In cōtrarium, dicit ipse, facit. d. l. i. in fi. licet enim non sit uerbũ condemno, tamen debet subintelligi. Nec obstat secũdum Bart. si dicatur, quòd sententia debet de scripti recitatiõe fieri quia d. l. i. in fi. loquit in testamẽto in scriptis, & concludit hanc ultimam partem ueram esse, dicit tamẽ cōtrarium de facto fuis-

ſe iudicatum. Bal.autem in.d.l.j.de hære.inſtit.firmando dixit faciendo mētionem de determinatione Bart. quòd eius determinatio non procedit in actu odioſo,& d.l.j.loquitur in actu fauorabili,unde ſecundum eum caſus prædictus redditur dubius,poſteà autem magis præcisè in l.prolatam.in fi.C.de ſenten.ipſe uidetur ſentire, quòd ubi deficit uerbum condemno,reſpectu ſentētiæ, deficit ipſa ſententia in ſubſtantia, & ideò talis ſententia nulla eſt,ubi deficit uerbum condemno,uel abſoluo. ut d.l.præſes.

Pro primo dicto Bar.& pro eius determinatione facit l.in teſtamēto.ff. de leg. j.& uerbum uolo.C.de fideicō. Pro opi-
2 nione Bal.facit,quia † ſententię maximè condemnatoriæ ſunt ſtricti iuris, & eatenus operantur, quatenus uerba ſonant adeò quòd in ea eſt omiſſum, habetur ꝑ omiſſo.l.quicquid aſtringendæ.de uerb. obliga.eſto enim,quòd in ſententia uerba improprientur,ut ualeat ſententia,ut l.& puto.ff. famil. erciſcun. tamen uerbū condemno uel abſoluo omiſſum, & non ſcriptum in ſentētia,in quo uerbo,ut plurimum ſubſtentatur dicta ſententia, non ſuppletur,nec interpretatione legis nec hominis,cum ſententia ipſa debeat ferri de ſcripti recitatione, adeò ꝙ ſcriptura
3 dicitur eſſe† de ſubſtātia formali & eſſentiali ipſius ſententiæ. C.de ſenten.ex breui. recitan.l.j.facit Gloſ in c.j.de re iudi. in.vj.Ad quod facit quod not. Ioan.Andrę.in addi.Spec.in tit.de ſenten.§.qualiter.& §.ſi iudex.& quod retulit Ang.in l. ſi conuenerit.ff. de re iudi. ubi allegat
4 dictā addi.Ioā.And.† Ad quod etiam facit quod no.Bal.in l.Gallus.§. idem credendum.ff.de libe.& poſthu. dum quęrit quid ueniat in dictione &c. & referendo Bart.dicit ipſum dixiſſe in tali materia, quòd aut loquimur in actu celebrato in ſcriptis,ut in contractu in ſcriptis, uel in appellatione interpoſita in ſcriptis,tunc uirtute dictionis &c.nihil poteſt addi dictę ſcripturę.C. de fide inſtru.l. contractus. Si autem loquimur in actibus redactis in ſcriptis ſolum ad meram probationem,tunc uirtute dictę dictionis &c.poſ ſunt talia inſtrumenta extendi per notarium,qui ſcit mentem ſuam,non per aliū tabellionem, & ſic ſecundum quòd ipſe refert. Barto. ſibi ipſi contradicit in eo quod ipſe poſuit in d.l.j.de hæred. inſtit. Nam cū ſcriptura requiratur ad eſſe ſententiæ non ad meram probationem, & ſic ſit actus, qui debeat celebrari in ſcriptis,etiā,ubi appareat dictio &c. nil poteſt addi dictæ ſcripturæ, multo minus poteſt addi ipſi ſententiæ, ubi non eſt dictio &c.& deficit uerbum condemno.

Poſteà in d.l. idem uidendum ipſe idem Bal.reprobat prædictum dictum Bart. & dicit,quòd ſiue talis dictio &c.ſit appoſita in actu facto in ſcriptis, ſiue nūcupatiuo, propterea habet eandem iuris interpretationem, cum dictus.§. loquatur in teſtamento in ſcriptis,ſiue nuncupatiuo & ſubdit certam differentiam, quæ non tangit caſum noſtrum, ex cuius determinatione ibi per eum ſcripta, ipſe Bal.uidetur ſibi ſaltem in ratione contradicere eius,quod ſcripſit in d.l.j. de hære. inſti. contra Bar.ubi dixit, quòd in actu fauorabili ꝓcedit d.l.j.uidelicet in teſtamentis In actu odioſo, ut eſt ſentētia condēnatoria,non ſubauditur uerbū condēno, cum ſentētia ipſa debeat continere abſolutionem,uel condemnationem, de qua debet conſtare per dictam ſcripturam. Nec ſufficit quòd intelligatur, uel uirtualiter,uel ex præcedentibus,uel ex ſequētibus appareat de intētione iudicis ꝙ uoluerit condemnare. Ad quod facit quod in ſimili no.Bal.in l.j.de ijs quę in teſta. delen.& quod not.idem Bal.in l.ad probationem.C.de proba. in quæſtione ſtatuti loquentis de executione inſtrumenti confeſsionati,uel guarentigiati, an tacita ſtipulatio quę in tenore inſtrumēti ſcripta non legitur,ſed iuris diſpoſitione ſubintelligitur,habeat paratā executionem uigore ſtatuti. Vnde rectè ponderatis rationibus prædictorum talium & tātorum doctorum,quædam not. contradictio in eorū dictis,& ſuis ſcriptis reperitur,cum etiam poſteà inuenerim Bar. in lectura C.in dubio præmiſſo concluſiſſe uidelicet, quòd ſi reperitur in ſententia

Titium

Titium reum conuentum absoluimus, & uictum uictori in expensis, nec est expressum uerbum condemnamus, dicit quòd talis sententia est nulla, quatenus ad condemnationem expẽsarum, ut d.l. pręses. Cui cõtradicit d. l. uerbum uolo dicit ipse quòd aliud in ultimis uolũtatibas quę fiunt à testatore mortis cogitatione turbato. ut l.hac consultissima C.qui testa. fac.pos. & aliud in sententia quæ ferri & scribi debet,& emendari non potest,ut l.
5 j.& ij.C.de sentẽ ex breui.recitan. † ideò ubi præcessit sententia absolutoria, etiã quo ad expensas,non subauditur uerbum condemnamus, ubi autem præcessisset sententia condemnatoria in principali, ut quia dicit reum condemnamus in principali uictum uictori in expensis, tũc condemnatio ualet,nec est necesse quòd uerbum subintelligatur, quia omnia ista ueniunt ad determinationẽ uerbi condemnamus quod præcessit. arg.l.j.ad l. Iuli. de ui.uerba sunt quasi ad literã in d.l.præses. Ex cuius sententia alia subtilior cõsideratio comprehenditur, & noua differẽtia assignatur in dubitatione præmissa, de qua in d.l.j.de hære.instit.quàm assignata fuerit in d.l.j.& not. est ratio Bart. dum dicit quod ideò in sententijs, etiam in accessoris iudicij, non subauditur uerbum condemno, cum sententiæ ferantur deliberatè & cum maturitate consilij.

Ad quod facit quod in simili dixit Glo. in c.ad audientiam de rescript. in ratio-
6 ne, † quia falsa latinitas uitiat rescriptũ, quod secus est in alijs actibus, ut l.Plautius.de auro & arg. lega. dicit ibi Gloss. quod ratio est,quia cum magna maturitate conceduntur, & per multas manus transeunt,Ex qua nouissima determinatione Bart.infertur, quòd si etiam in accessorijs,ut est in ipsis expensis,non subauditur, nec subintelligitur uerbum condemnamus.quantominus non debet subintelligi nec subaudiri uerbum condemnamus in principali capite ipsius senten-
7 tiæ. † Vnde ex quo scriptum non apparet in ipsa sententia uerbum condemnamus quantũcunque sint uerba in pręcedentibus uel sequentibus in tali sententia expressis ordinata,etiam ad condemnationem,secundum intentionem iudicis condemnatus ipse Albertus non intelligitur, immò talis sententia redditur nulla omni respectu,cum sit defectiua & careat uerbo principali, in quo subsistit efficacia & existentia ipsius sententiæ,ut d.l.præses.ubi est hoc expressum.

8 Nec † determinatio Bar. in d.l. pręses. contradicit determinationi Bal. uel è cõtra, ut patet ex supra dictis rectè intuenti,Et est ista talis & tanta nullitas, quòd talis sententia non meretur nomen sententiæ condemnatoriæ, cum non possit dici condemnatoria, ex quo deficit uerbum condemno, uel æquipollens. ut l. quid tamen.§.si arbiter.ff. de arbit. unde non meretur excusationem iuris uel hominis, facit in ratione sui.ff.de ferijs l.si feriatis.& quod no. in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.

Vnde concludendo dico quo ad primam dubitationem sequendo opinionem Bal. in d.l.prolatam in fi.& Bar.in ratione assignata per eum in d.l.præses, quod ex quo in dicta scriptura in puncto transmissa non apparet scriptum uerbum condemnamus dictum Albertum in lib.ccc. den.quòd per talem scripturam non probatur,quòd aliqua sententia condemnatoria sit,uel fuerit lata contra dictum Albertum,cum, ut supra dixi,talis sententia condemnatoria, ex quo deficit uerbum condemnamus.

9 Nec substentari † potest dicta sententia per dictum statutum dictæ ciuitatis positum sub rubrica, quòd processus non uitietur,quia inhærendo uerbis statuti, quibus inhærendum est ut l.iij. §. hæc uerba.ff.de neg.gest.uerba statuti dicũt si aliqua condemnatio facta fuerit secundum formam capitulorum &c. quod uerbum condemnatio uerificatur.ut habeat locum dispositio statuti, in condemnatione,de qua constat per tenorem ipsius sententiæ,& ut supra dictum est, ubi deficit uerbum condemno uel ęquipollens, ut supra dixi,non dicitur lata condemnatio. Et sic ex quo in casu præmisso,nulla apparet facta condemnatio, cessat dispo

sitio

sitio dicti statuti, cum uerba statuti ueri ficentur secundum propriũ significatum eis attributum in sententia condemnatoria, ubi uerbum cõdemno est expres-
10 sum. †Et statutum recipit interpretationem à iure cõmuni passiuam, ut l.ii.C. de noxa. & in c.cum dilectus.de consuetu.not.in l.fin.§.in computatione. C.de
13 iure deliber. †Nec per ipsum statutum omnis nullitas tollitur, sed tantum illa quæ causaretur, ex eo, quia dicta sententia fuisset lata die feriata, & ideò alia nullitas per statutum sublata non intelligitur, ut est illa, quæ causatur ex eo, quia uerbũ condemno non fuerit expressum in sentẽtia, ad quod facit quod not. Glo. in cle.i.de seque.poss.& fruct. Et ex præmissis omnibus concludẽdo dico, quòd per talem scripturam non probatur aliquam sententiam condemnatoriam latam fuisse cõtra dictũ A.cum dicta sententia non sit sententia condemnatoria. Et ideo contra dictum A. tanquàm condẽnatum, nulla potest fieri executio in dicta quantitate tercentarum librarum, cum non possit dici cõdemnatus causis & rationibus supra dictis, Nec dictum statutũ præiudicat dicto A. in casu præmisso attentis rationibus præmissis.

Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est, dico & consulo Ego Matthæus Philiciani de Perusio. V.I.D. & ad fidem prædictorum me subscripsi sigilloq; meo cõsueto subsignaui.

CONSILIVM D. DIONYSII DE BARIGIANIS V. I. D. Perusini.

In casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non continens uerbum condemno uel æquipollens, an nulla sit.*

2 *Opinionum diuersitas ubi est, licitum est alteram amplecti.*

3 *Verbum condemno licet non sit positum in sententia, tamen si iudex pronuntiauit super facto & delicto, licet super pœna non pronuntiauerit, in tali sententia dictum uerbum condemno subauditur, secus autem quando iudex super delicto non pronuntiauit.*

4 *Quando lex pronuntiat super pœna distinguit Bar. in l. i. §. calumniatoribus. ff. ad turpil.*

CONSILIVM XL.

1 IN CHRISTI nomine Amẽ.† Verba pdicta. Nos Bonacius potestas &c. non probant sententiã, ut habeatur pro sententia, cum non sit uerbum condẽno, uel æquipollens, ut d.l.præses. Et ad notata per Bar.in l.i.ff.de hæred. instit.
2 supra responsum est per consultorẽ, † & quia ubi est diuersitas opinionũ, licitum est amplecti quam uult secũdum Inno. de consti.c.ne initaris. Et Bar.in d.l.præses.dicere uoluit expressè, si iudex dixit talem absoluimus, & uictum uictori in expensis, & non fuit adiectum condemno, sententia nulla quo ad expensas, cũ sententia debeat ferri cum deliberatione, ideò non subauditur uerbũ, sed si præcessisset sententia condemnatoria hoc modo, reum cõdemnamus, & uictum uictori in expensis, tunc ualeret, nec est necesse quòd subaudiatur, quia omnia ista ueniunt ad determinationem uerbi condemnamus.
3 Sed† obstare uidetur. l.i.§.calumniatoribus ff.ad turpillia. ubi sufficit dicere talem calumniatum, tunc succedit lex imponendo pœnam, & tamen nõ est uerbum condemno uel æquipollens; sed certè hic iudex non pronunciauit super delicto, siue super facto, & ideò lex siue ius nõ pronuntiat de facto & de delicto, ibi autem est uerbum iudicis super delicto, quia iudex pronuntiauit super delicto, sed non pronũtiauit super pœna, nec de
4 pœna, ubi autem ius uel lex pronuntiat de pœna Bar. distinxit inter delicta nominata & innominata.

CON-

CONSIL. D. CONTI, ET GVLIELMI CELOLLI doctorum de Perusio.

SVMMARIVM.

1 *Rebellatio requirit duo extrema, primum obedientiam antecedentem, secundum inobedientiam subsequentem, & peruersionem mandatorum.*

2 *Occupatio uel inuasio est quædam apprehensio uiolenta uel subdolè facta, ad quã sequitur eiectio prioris potestatis uel dominii, & detentio pro seipso inuadente, uel pro alio, & sic in tali crimine duo sunt probanda, apprehensio uiolenta uel subdolè facta, & detentio nomine occupantis uel alterius.*

3 *Continuatio occupationis quid sit.*

4 *Guerram facere est actus pacis priuatiuus, qui fit aut depredando, aut derobando, aut hostiliter cum bandereis eleuatis ueniẽdo.*

5 *Permanentia in castro derobato est delictum respectu eorum qui dolose ibi permanent, pro occupatione manutenenda.*

6 *In crimine rebellionis sufficit probare, quòd subditus uisus fuerit armatus stare cum exercitu inimicorum post occupationem loci derobati.*

7 *Probationes per cõiecturas & indicia admittuntur, propter difficultatem probationum.*

8 *Quòd quis fuerit uisus in numero hostium, non probat de necessitate ipsum rebellem, cum sit simplex suspicio, quæ potest recipere uarios intellectus, non inferentes ad crimẽ, & ex qua suspicione quis non potest sententialiter condemnari.*

9 *Crimen rebellionis non est ita suspectum in pagano, quemadmodum in milite, si uisus fuit esse apud hostes.*

10 *Transfuga non ex eo solo quis iudicatur, quòd uisus fuerit apud hostes.*

11 *Verbum cõmeare, est uerbum compositũ ex dictione simultatem importante, & intelligitur in existente apud hostes cum dolo malo.*

12 *Dolus præsumitur posito facto, quando factũ de sui natura est de genere prohibitorum.*

13 *Rebellio per inuasionem & occupationẽ non cadit in uillis, sed castris & fortiliciis.*

14 *Rebellio nõ probatur ex eo, quòd quis permãserit in castris & fortiliciis rebellatis, nisi ibi mansisset ad iuuandum occupationem & rebellationem.*

15 *Probatis extremitatibus, media probata censentur.*

16 *Visus qui fuit armatus esse cum offendente, ut detur ei auxilium præstare.*

17 *Testes debent de necessitate concludere.*

CONSILIVM XLI.

VISIS Actis & actitatis, & maximè articulis & dictis testiũ super eis, ac uisa reformatione communis Florentiæ edita contra uenientes hostiliter contra commune Florentię, reuocatur in dubiũ utrum iudex debeat pronunciare exceptiones oppositas pro parte inquisitorum de nece Terij. q. Nerii obstare, & ipsis obstantibus nõ esse ad ulteriora ꝓcedendum contra dictos inquisitos, uel è contra, pronunciare ipsis non obstantibus tanquàm exceptionibus non probatis, esse contra inquisitos ad ulteriora procedendum: Viso puncto prædicto & actis, & actitatis in causa, & statuto Communis Florentiæ, sub rub. de pœna rebellantis aliquem locum, uel guerrã facientis contra commune Florentiæ, uidetur duo cõsiderari debere principaliter. Primum incidit ad intellectũ statuti prædicti; sed tendit ad efficaciam probationum fiẽdarum pro parte inquisitorum, sic itaq; ad primum; pro cuius euidentiori intellectu diuidantur maleficia, de quorum punitione in dicto statuto comprehenditur, Primò nãq; præmittit delictum rebellationis castri, terrę, uel fortellicii contra commune Florentiæ. Secundò punit delictum inuasionis uel occupationis. Tertio subdit delictum contaminationis occupationis. Quarto punit delictum rapturæ uel munitionis guerræ contra populum Florẽtinum modo talis rupturæ exprimẽdo. Quinto subdit de delicto permanentiæ in dictis castris, terris, uel fortelliciis. Sexto subdit & punit de delicto & opis & auxilii præstiti ad prædicta. ex ergo sunt species delictorum dicto statuto compræhensæ. notanda est insuper qualitas

litas cuiuslibet dictorum delictorum. Quid est ergo rebellare castrum, terram uel fortilitium contra commune Floren
1 tiæ † & certe rebellatio duo requirit extrema, primum est obedientia antecedens, secundum est eius contrarium, scilicet inobedientia subsequens, & peruersio mandatorum, hoc apertè colligitur extra de re iudi. pastoralis in cle. post. prin. ibi dũ dicit, ut ciuitates quædã sub imperij, & imperatoris eiusdem obedientia consistentes, contra eius imperium rebellarent: & pro hoc facit. l. iij. & iiij. ad l. Iuli. maie. oportet enim, qui deducit rebellionis delictum prædicta duo probare, & hęc succintè de primo delicto.

2 Nunc de secundo, † unde uidendũ quid sit inuasio uel occupatio castri, terræ, uel fortilicij, & occupatio, uel inuasio talis propriè est quædam apprehensio uiolenta, uel subdole facta, ad quã sequitur eiectio prioris potestatis, uel dominij & detentio loci prose ipso inuadente, uel pro alio; hoc colligitur ex dicto capitulo pastorali, dum subit nonnullas alias imperij ciuitates & castra (inde uiolenter reiectis ipsius imperatoris officialibus) occuparunt & pro ipso rege occupata tenebant. &c. & pro hoc facit. l. j. ff. ad. l. Iuli. maiesta. facit. l. inuasor. C. unde ui. uerũ est tamen, quod inter hæc uerba inuadere, & occupare quo ad alios effectus Glos. ponit differentiam in l. ij. de capti. facit quod not. in l. si captiuus. § j. eo. tit. oportet ergo prædicta duo probare per eum qui deducit delictum occupationis, uel inuasionis huiusmodi, scilicet appræhensionem uiolenter & subdolè factam & detentionem, deinde nomine occupantis uel alterius, sed esset hic uidendum circumscripta inuasione uel occupatione, quid sit quo ad seipsam, quomodo intelligantur illa uerba posita in dicto statuto, castrum, terram, uel fortilicium, sed de hoc infra tangetur.

3 Nunc † ad tertiam speciem delicti, scilicet continuationis occupationis, quid sit, planum est, est enim quædã continuatio dictæ appræhensionis uiolenter uel subdolè factæ.

4 Venio † ad quartum, & guerram facere, non est nisi quidam actus pacis priuatiuus, ut patet ex l. postliminium in princ. ff. de capti. facit eo. tit. l. in bello. in prin. cum simili. sed aduertendum, quòd modi guerram faciẽdi, uel per quos dictum statutum uult intelligi guerram fieri, exprimuntur, quia intelliguntur aut deprædando uel derobando, aut hostiliter cum bandereis eleuatis ueniendo.

5 Nunc † ad quintum, uidelicet ad delictũ statij uel permanentiæ in talibus castris, terris, uel fortilitijs derobatis, uel occupatis, post derobationẽ, uel occupationẽ & hoc quòd sit tale delictum planum est in se; sed ad quos, & an ad omnes quomodocunque stantes porrigatur, uel ad eos tantum, qui dolosè permanẽt ad occupationẽ & inuasionem manutenendam, est dubium, maximè attentis uerbis dicti statuti, sed de hoc infra tangetur.

Superest ultima species delicti, de qua, quatenus expedit, ad propositum similiter tangetur infra.

Hijs ita præmissis oportet uenire ad probationum efficaciam, Et quantum ad speciem primam delicti scilicet rebellationis non est hæsitandum, quia non deducit. Item quo ad secundam speciem, non uidetur etiam dubitãdum, quia delictum occupationis, & inuasionis locorum, de quibus fit mentio pro parte inquisitorũ non impingitur singulariter occiso, sed toto exercitui Pisanorum. Et idem quo ad tertiam speciem delicti continuatę occupationis. In tertia immò in quarta specie aduertẽdum, quia occiso impingitur & si aduertantur probationes, nõ est probatus aliquis actus guerræ inductiuus secundum modos qui colliguntur à statuto, nõ. n. apparet quòd occisus in territorio Florentino, aliquem deprædatus fuerit, uel derobauerit, uel quod hostiliter cũ bãdereis eleuatis uenerit contra commune Florentiæ, uel populum Florentinum, ut ex attestationibus clare colligitur, quas referre esset inutile.

6 Superest † uenire ad probationes super quinta specie, scilicet moræ & permanentiæ post rebellationem in locis rebellatis uel

tis uel occupatis, & hoc aduertendũ. primò esto, ꝙ sit probatũ, quòd occisus fuerit uisus in campo gentis Pisanorum qui erat in contra. de infra, proponitur pro parte inquisitorum, an ex hoc tantum potuerit dictus occisus occidi, & prudenter in allegationibus inquisitorum, hoc probatur primò ex loci qualitate, ubi occisus fuisse probatur, quia in loco occupato, uel rebellato, post occupationem, ex quo præsumitur ibi hostiliter fuisse, & ꝓ casu inducitur l. nõ omnis. §. à barbaris. ff. de re milita. quasi eo ipso, ꝙ Florentinus reperitur esse & stare cũ inimicis in territorio Florẽtino, pręsumẽdum est in dubio transfugisse, ad idem inducitur l. desertorem. §. ijs, qui. de re milit. ad idem l. iiij. ff. ad l. Iul. ma. ibi, qui hostes commeatu, &c. Idem suadere uidetur immanitas criminis, quia crimen læsæ maiestatis cum sit delictum atrocissimum publico facto, est præsumptio doli: ut in l. j. C. de sicar. & l. si nõ conuitij. idẽ etiam suadere uidetur l. si fugitiuum seruũ. ff. de ser. fugitiui. cum simil. Idem innuit habitus, in quo occisus fuit uisus, quia cum armis. s. barbuta & ense, equester.

7 Item † idẽ difficultas probationis criminis, scilicet guerram facere, hinc est quòd propter difficultatem admittuntur probationes per cõiecturas & indicia. ut d. §. à Barbaris. de probation. sciant. quod ait lex. de adulter. Ex ijs concludi uidetur ꝙ dictus Tertius qui occisus proponitur, potuerit impunè occidi. & quòd satis sit hoc tantum probare, ꝙ fuit uisus stare in campo Pisanorum, post occupationem prædictorum locorum. †

†

ADDITIO locorum. Adde, quod illi, qui recedũt ab eis sub quorũ imperio erãt & se in numerũ hostiũ transtulerũt hostes iudicãtur, ut est tex. in l amissione §. qui deficiunt. ff. de capti. et post li. reuers. 10. Bap. zilettus uenet. V. I. D.

8 Contrarium † uidetur uerius non obstãtibus prædictis, quæ ad hoc allegantur. pro cuius euidentia sciendum est, quòd solum uideri inter hostes non facit probationem necessitas, & quòd sic uisus, transiuerit in numerum hostium; potest enim esse ut explorator uoti hostium l. desertorem §. ijs qui. cum simil. Item potest esse ibi ut captiuus, discurrens cũ hostibus sub uinculo iuramenti, sub usu armorum, ut sæpe de facto uidemus. Item potest esse missus ad hostes pro captiuis redimendis licentia obtenta. Item potest esse ut legatus ad hostes, & ex alijs causis; fateor tamen, quòd in dubio, qui sic uidetur inter hostes suspectus est, sed hæc præsumptio non est uiolenta, sed leuis, adeò quòd faciliter purgatur per considerationem uerisimilium circunstantiarum ex retroacta uita, & ex tempore, sub quo fuit cum hostibus, ut d. §. à Barbaris, & in princi. facit. l. qui cum uno, sic ergo ex ijs allegationibus quòd solum per testes prædictos, esto ꝙ probauerint, ꝙ uiderint occisum in cãpo Pisanorum post occupationem locorum prædictorum est probata suspitio, ex qua sola, quẽadmòdum is qui occisus fuit, non potuisset de hoc cõdemnari, nisi aliud probaretur. ut l. absentẽ. de pœn. cum simil. ita ex ea suspitione sola non incidit sententiam cõmunis Florentiæ, licet fuerit uisus inter hostes. argum. pro hoc in l. Celsus. de ar. oportet ergo ad hoc ut inquisiti iuuẽtur beneficio dicti statuti ꝓbare criminis occisi ueritatem non suspitionem de crimine.

9 Constat enim, † ꝙ si aliquis accusaret militem ut transfugam, & ad probãdum accusationem hoc tantum probaret, quod uisus fuit stare cũ hostibus communiter, licet per hoc probaretur tãtum id quòd adduceret suspitionem, ex hoc solo non condemnaretur. ut d. l. absentem de pęnis. Item in milite fortior est ratio suspitionis quam in pagano, debet enim miles stare in numeris suis, non deserere sine licentia Ducis belli, etiã si pro utilitate reipublicæ abesset ut l. desertorem. §. in bello. de re mili. Sed priuatus uel paganus non sic astringitur, unde ex quo ꝓbatur nulliter fuisse apud hostes, fortius incidit ratio suspicãdi, ne transfugerit, unde debet se purgare, si uult restitui numero militum. ut d. §. à Barbaris.

10 Prætereà † dicit lex transfugam posse impunè offendi. ut l. iij. §. transfugas. de sicar. ponatur ergo, quis occidit Titiũ ad impunitatem consequendam, dicit enim fuisse transfugam, & probat hoc factum, quòd fuit uisus in campo inimicorũ, certè proculdubio non sufficiet hæc probatio, quia est possibile, quòd non erat ibi

animo

animo derelinquendi suos, uel forte casu incidit in inimicos, ut l. desertorē. §. is qui oportet ergo, quòd animo derelinquendi suos ibi fuerit ad hostes consilio & animo probationis hoc fecerit: ut l. postliminiū. §. trāsfugę. de capt. hic autem animus ex coniecturis circunferentibus ad hoc aliter q̃ ex solo eo, quòd fuerit uisus inter hostes, debet probari, nec suadent contrarium, alia suadeat allegata pro parte inquisitorum.

11 Sic † non ob. l. iiii. ad l. Iuli. maiesta. dū dicit qui ne hostes commeatu quia loquitur in associantibus & commeantibus simul incedentibus, est enim uerbū commeare compositum ex dictione simultatem signficante. l. consensus. de actioni. & obliga. sed per testes non est probatum occisum commeasse cum gēte Pisanorum, sed cum fuisset uisus in campo Pisanorum, quod potuit contingere aliter quàm per commeationem, uel associationem, quid enim si improuiso incidit in gentes Pisanorum, arg. d. §. is qui. Item quid si ex aliqua iusta causa ibi erat, ex quo intelligēda l. illa. iiii. in commeātibus cum hostibus, cum dolo malo, & data opera hoc est in associantibus hostes, uel potest intelligi in commeantibus cum hostibus ut itinera

12 doceant hostes, † nec sufficit ad cōuincēdum maleficiū immanitas criminis, quod est atrocissimum; unde posito facto præsumitur dolus, quia hoc uerum quando factū, quod ponitur ex eius ui, est de genere prohibitorū, ut iuribus allegatis, ad hoc enim solum uideri in cāpo inimicorum nō est huiusmodi, quòd suspitionem inducat purgabilem tamē. Item non mouet in contrarium difficultas probationis; nam respondeo per interemptionē, nō enim est multum difficile probare, quem facere guerram, cū ex multitudine ex parte eius, qui de hoc impetitur, tum ex parte eius, cōtra quē sit. Ad l. fugitiuum, facilis est responsio, quia fateor, quòd ex quo reperitur in limite loci prohibiti, parit suspitionem, non tamen probat.

13 Item † esset uidendum, utrum uerba dicti statuti loquētis de castro terræ cum fortilitiis rebellatis uel occupatis, debent ad uillas referri, & licet uerbū terræ sit generale aptum referri ad castrū, ciuitates, uillas, tamen credendū est statutum de uillis non sensisse, in quibus non propriè cadit rebellio & inuasio & occupatio, de quibus supra dixi. Ad hoc facit d. c. pastoralis cum similib.

14 Item † esset uidendum, an dictum statutum locum habeat in quibuscunq; permanentibus in castris, terris fortilitijs, rebellatis, uel occupatis post occupationem uel rebellationem, & ex iam dictis patet, quòd nō. Sed in iis tantū, qui dolo data opera permanent ad iuuandum occupationem, uel rebellationem pro hoc facit d. l. iiii. ad l. Iul. ma.

15 Superest † uenire ad ultimam speciē delicti scilicet opis & auxili præstiti modis prædictis delinquentibus contra populum Florentinum, & hoc esse probatum contra occisum ostenditur pro parte inquisitorum, primò ex contentis in inquisitione, quia proponitur, quòd occisus erat solitus morari Pisis, & dicitur probatum eum in ciuitate Pisarum soluisse præstantias, & onera subijsse durāte guerra. Itē est probatum quòd occisus fuit in campo Pisanorum in territorio Florentino armatus, unde probatis istis extremitatibus restant probata me-

16 dia. l. quicquā de apo. pu. Præterea † existere armatus in cāpo inimicorum, est dedisse auxilium ipso facto, at qui est armatus cum offendente, uidetur ei pręstare auxilium, ut not. per Inno. de cleri. percu. c. continentiā, prudenter. all. l. inducitur. l. i. & iiii. ad l. Iul. maie. & l. i. §. pœnas. de rap. uirginum.

Tamen contrarium dicetur prædictis nō obstantibus, non enim obstat, quod proponitur in inquisitione, q occisus morabatur in ciuitatem Pisarū, & quòd soluit præstantias durante guerra, licet. n. fuisset moratus in ciuitate Pisarum, & soluerit collectas, & fuerit uisus in campo Pisanorum, tamen per hoc non probatur, q sufficiat, ut potuerit uigore dicti statuti, impune occidi, loquitur. n.

de opem dante rebellanti, inuadēti, uel occupanti, retinenti terram rebellatam, uel occupatam, uel in ea stantibus ipsis rebellantibus constantibus, neutrum ipsum occisum fecisse probatur: licet.n. soluerit præstantias in ciuitate Pisarum tempore guerræ, tamen non immediatè ad dicta maleficia committenda. Item non obstat, quòd est probatū, quòd in cāpo Pisanorum fuit uisus armatus, ergo ipso facto dedit auxiliū, quia posito, ꝙ testes dicant eum uidisse armatum barbuta & spata; attamen eorum testimonium non concludit, quòd ante occupationem & rebellationem cum eis fuerit armatus, uel inermis, unde potuit uenire posteà ex iusta causa armatus, non ad
17 auxilium præstandum. †Præterea testes prædicti aduersantur adinuicem, nam unus dicit, quòd uidit eum cum quodā caputio rubeo in capite, super quodam equo rubeo, alius dicit, quòd uidit eum armatum, & sic aduersantur, nisi temporis breuitas aliud suadeat. Attamen hic testis modicū uerisimile dixit, dixit.n. quòd uidit eum armatum quadam barbuta & uno ense, & quòd non habebat alia arma, quod propter duo non habet uerisimilitudinem, primò quia non uidetur consonum, quòd potuerit bene cognoscere eum, qui proponitur occisus, si habebat barbutā in capite, ut hoc de se patet. Secundò quia nón est de more hominum armigerorum portare barbutā & ensem & non alia arma, unde quanta sit testibus adhibenda, &c. ut l. iij. §. eiusdem. ff. de testib.

Cæteris gratia breuitatis prætermitto responsum.

Concludendo ergo uidetur dicendum uisis omnibus, quæ uidenda sunt, & supradictis attentis, ac ēt attento defectu ꝓbationum aliorū, quæ probari debebant pronuntiandum esse, ad ulteriora procedendum non fore tanquam nō probata intentione inquisitorum. Et ita uidetur nobis Conte & Gulielmo Celolli legum doctoribus de Perusio, & ad fidem solita signa apponi fecimus Deo gratias.

CONSILIVM D. ANDREAE DE CERRETO LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *In crimine homicidii delato per unum tanquā de populo, si oppoaatur, quòd non sit de populo, talis exceptio tanquàm declinatoria, & concernens legitimationem personarum iudicii, in primis discuti debet, & ante litem contest.*

2 *Exceptio pendentiæ accusationis est dilatoria, non peremptoria, quod ex forma statuti contra absentem ferri potest sententia, exceptio peremptoria potest obiici per procuratorem.*

3 *Exceptio rei iudicatæ ubicunque obstaret, re non iudicata, sed pendente obstat exceptio litis pendentis.*

4 *Oppositio contra personam accusatoris, quòd non est legitimus, non probato contrario, sequi debet absolutio ab instantia iudicii, nō autem diffinitiua condemnatoria.*

5 *Accusatus non reputatur contumax, si procurator pro eo comparuit, & ante litis contestationem opposuit exceptionem rei iudicatæ, uel litis pendentis.*

6 *Quando aliquis accusat, ut unus de populo, si negatur, non substinetur accusatio, quòd ut quilibet detulerit.*

7 *Reseruatio exceptionis non potest fieri in iudicio inualido, & ubi negatur legitima persona accusatoris.*

8 *Exceptio dilatoria ex natura sui, non est reseruabilis, sed peremptoria.*

9 *Ficta contumacia non debet esse maioris potentiæ, quàm sit uera confessio.*

10 *Quando opponitur contra personam accusatoris quòd non est legitimus, si per statutum sit sublatus defectus cuiuscunque solennitatis, habet locū exceptio tāquàm cōcernens substantiam, non solennitatem iudicii.*

11 *Appellatio à grauamine & succumbētia, nō tollit exceptionem ipsius appellātis, nisi bis contra appellantem fuerit pronuntiatum.*

12 *Quilibet intuitu pietatis admittitur ad appellādū pro alio ēt inuito, et sine satisdatione.*

CONSILIVM XLII.

PROPONITVR, Quendam de homicidio accusatum per dicentem se esse ut

ut unum de populo terræ Nurfiæ accusat, comparuit autem procurator accusati, & opposuit accusatorem non esse de populo illo, & admitti non debere, & quod accusatio eiusdem delicti facta fuerat, & processus pendebat, & ideo de eodem accusari non poterat, iudex autem, coram quo exceptionem admisit, & reseruauit excusationem post lit.contesta.post hęc accusatum, ut contumacem, condemnauit de homicidio, quæritur an condemnatio sit iusta uel iniusta.

Præmisso autem themate præfato uidetur de iure dicendum, quòd sententia sit
1 iniusta, primo ratione accusantis, † & ista fuit declinatoria exceptio, cũ fuit negatum ipsum esse de populo, nec probatum fuit esse talem, sed hoc non probato admitti non debuit. C. qui accusa.non pos. l.uxor.& l.non ignorat.xv.q.iii.uxor, potuit autem procurator hanc declinatoriam opponere, & admitti debere etiam in capitalibus secundum not.per Innoc. extra de accusa.c.ueniens.& ibi per Ioã. Andræ.in nouella.super prima Glo.Bar. plenè per Cy. in l. reos.C. de accusa. Et quia non constat, quòd accusator foret idoneus, non debuit uel potuit accusatus fatigari, extra de accusatio.c.i.ff.de iudi. l.non idcirco quęrẽdum est primò ratio quòd persona.ff.de iure codi.l. quidã re-
2 ferũt.xxiii.dist. illud. Secundò † ratione exceptionis oppositę per procuratorem accusati nis de eodem per alium institutæ, & pendentis, quæ quiem exceptio, licet habeat potius differre quàm perimere, & si perimere haberet, si ex forma statuti in absentem condemnatio fieri posset, per procuratorem obiici potuisset secundum quod colligitur in l. seruum, §.publice.ff.de procura.& in hoc uidetur consentire Inno.in c.ueniẽs. extra de accusa.Specul.in tit.de procura.& Cy.in l. reos. C.de accusa. quia autem habet differre & non perimere minus est dubii.& quòd ob hoc & primò debuerit cogno-
3 sci super ipsa & diffiniri, patet, † nam ubicunq; exceptio rei iudicatæ obstaret rei non iudicatæ, sed pendenti, obstat exceptio litis pendentis, hoc probatur in l. cùm quæritur.& l.seq. & l.& an eadem. ff.de excep.rei iud.& in auct. qui semel. C. quomo.& quan.iud. & no.institu. de actio.§.si minus.& etiam not. per Dy. in c.nullus pluribus, & per Glo.in l. edita. & per Cyn.& alios ibi plenè, in materia
4 cumulationis, † unde accusator prędictus tanquam illegitimus, si se legitimũ non probat repelli. & accusatus ab obseruatione iudicii absolui debet, prout ex prędicto c.de accusa.colligitur, & ibi not.& d.l.non idcirco. de iudi. non autem fieri condemnatio. Item nec potuit contumax reputari accusatus, ex quo per procuratorem comparuerat & negauerat illũ esse de populo &c.& exceperat, quòd ab alio de eodem fuerat accusatus, & quod accusatio pendebat, & non solum super prima ante omnia cognosci debuit & diffiniri, sed etiam super secunda, nec debuit litis contestatio expectari, ex quo
5 antè fuerat oppositum. † Nam prout dictum est eiusdem effectus in impediendo de nouo procedi, & proponendo uidetur esse litis pendentis, & rei iudi.exceptio. propter identitatem rationis utriusq;, sed in exceptione rei iudicatę patet.ff.de cõditio.indebi.l.eleganter.§.si quis post transactionem.& ibi not.& in c.exceptionis.de lit.cõtest.lib. vi.hoc bene probat auct.qui semel. debuit ergo de ipsa litis pendentia cognosci, & pronuntiari ante omnia, non autem ea omissa condemnatio fieri.

6 Non obstat † si dicatur, quòd saltẽ, ut quilibet potuit de crimine publico accusare quia conceditur; sed ipse ut unus de populo Nursiæ accusauit, & secũdum quòd detulit, probare debuit, maximè post negationem procuratoris, non autẽ ut quilibet, ad quod.ff.de adop.l.si pater.post. princ.cum ibi not.

7 Non obstat, † quod dicitur caueri, quòd iudex posit exceptionem oppositã ante lit.contesta.reseruare post contestationem litis, Nam istud necessario est intelligendum, cum iudicium, in quo fit reseruatio, ualere potest, sed hoc nõ est tale iudicium, cùm negatur accusator esse idoneus, sicut est in casu nostro, aliàs dicere-

diceremus si pupillus uel seruus accusasset, uel mulier in casu nō permisso, quòd deberet procedi, absit, Nam iudicium firmatur ex tribus psonis, accusatoris, rei, & iudicis, extra de uerbo. sign. forus. sed
8 hic deficit persona accusatoris, † litis autem pendentis exceptio, non propriè est exceptio, nam exceptio est actionis exclusio. ff. de exceptio. l. ii. ista autem non excludit, immò differt, non uult enim de crimine, quod cognitum est, iterū cognosci, uel de quo cognoscitur, alio processu cognosci; Nec enim credendum est conditione statuti totam iuris obseruātiam unico uerbo tollere uoluisse. C. de inofficio. testa. l. si quando. extra de electio. ecclesia Vulterrana.

Non obstat quòd statuto dicatur caueri, quòd cōtumax habeatur pro cōfesso, nā ut dictum est, iste non fuit contumax, quia legitimè comparuit per procuratorem, & si per seipsum comparuisset, non fuisset condemnatus, nisi exceptionibus
9 & oppositionibus repertis nō ueris, † ista autem ficta contumacia, quam uellet alter dicere contumaciam, non debet esse maioris potentię, quàm esset uera cōfessio, immò minimè, ad quod sol. matr. l. ii.
10 ad fi. ff. loca. qui ad certum. † Sed si comparuisset & confessus fuisset, nō super secundo processu sed super primo, condēnatio sequi debuisset, secundum quòd supra dictum est, Sed secūdum ueritatem iste nec contumax fuit, debuit enim iudex super obiectis pronuntiare, nō reseruationem facere, ut uideī, nec est respōsioni locus, quòd statuto dicatur caueri quòd solēnitas ommissa non uitiet, nam non solēnitas sed substātialitas est omissa, non enim iudiciū potest esse sine accusatore, nec pōt de eodē diuersis processibus cognosci, ut supra dictum est.
11 Nec obstat, † si appellasset procurator a reseruatione exceptionis & succubuisset in causa appellationis, nam nihilominus grauamen illatum per iudicem reseruantem uenit recognoscendum in appellatione, quæ fieret à diffinitiua, ut in clemē. de appella. c. cū à repulsione, nisi bis ab illo grauamine fuerit appellatum, & perditum de quo eo. titu. c. fin. lib. vi. cū ibi not. per Ioan. Andræ.
12 Non † curo autem prohiberi extraneū appellare uolentem etiā sine satisdatione, & etiam pro inuito, hoc facit ratio humanitatis. ff. de adoptio. l. non tantū. Non obstat, quòd de satisdatione dicitur ꝙ uidetur intelligi debere de appellāte pro se uel per aliū pro suo interesse, non autē de hoc miserabili, & extraordinaria & fauorabili appellatione rōne pietatis. Andræas de Cerreto Legum Doctor.

CONSILIVM D. ALBERTI PAPIENSIS LEGVM DOCT.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor iudicatum solui, an teneatur ad pœnam quarti pluris ex cursu dierum datorum ad soluendum.*

CONSILIVM. XIII.

1 FIDEIVSSIT † quis pro amico corā potestate de iudicato soluēdo, postea potestas condemnat illum in certa quantitate adiiciēdo in cōdemnatione, quod nisi soluerit condemnationem infra decem dies, cadat ad pœnam quarti pluris, qui cecidit in pœnam, an fideiussor teneatur, dic, ꝙ uidetur, ꝙ nō, arg. de fideiussori. l. fideiussores. ff. locati. l. quęro. & hoc quādo simpliciter fideiussit de iudicato soluendo, secundum eiusdem causa fideiussionis, & ita dictum esset, & stipulatio, expressisset, tunc secus esset, ut not. in l. q̄ro præalleg. Sed huic uidetur obstare opi. Ioā. qui dixit: quòd simpliciter fideiubendo, uidetur in omnem cām fideiubere, quia dico quòd illud ī accessoriis, scilicet usuris uidetur, q̄ sunt principali obligationi accessoria. ut l. quia tātundē. de reg. iur. at in pęna secus, quę nō est accessoria, imo pęna extrinsecus ueniens arg. l. certū. de eo q̄d' cert. lo. not. per Cyn. in l. ii. C. de exce. rei iud. & no. Azo in sum. eo. ti. facit. l. Lucius. ad municipa. l. ii. ff. de in lit. iuran. Albertus Papiensis Legum Doctor.

CONSI.

CONSILIVM D. FRANCISCI DE RAMPONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de filiis potest intelligi etiã de naturalibus tantum & spuriis.*

2 *Dispositio simpliciter loquens de filiis indefinite potest de quolibet intelligi.*

3 *Dispositio statutaria loquendo de filio si utitur uerbo naturali, & loquendo de aliis utitur uerbo ciuili, tunc debet intelligi de quocunque etiam non legitimo & spurio filio.*

4 *Dispositio statutaria utens uerbo naturali in filiis, in materia naturali uidetur concedere ut per filium spurium & sic naturalem tantum, pax possit fieri de morte patris.*

5 *Filius sacerdotis est spurius, nec debet alia patre de iure ciuili, nec participat de aliquo illorum, quæ competunt de iure ciuili filiis, quoad ipsorum commodum & honorem.*

9 *Verbum filii in materia ciuili, & ubi agitur de commodo uel honore ipsius filii, strictè debet intelligi, ut solum comprehendat legitimum & naturalem.*

· *Pax licet sit de iure naturali, potestas tamẽ illam faciendi est à iure ciuili.*

8 *Statutum disponens de pace, recipit interpretionem restrictiuam & declaratiuam, ut uideatur dare potestatem illam faciendi illis personis, quibus à iure ciuili permittitur.*

9 *Filius sacerdotis ex quo non est hæres, & uindictam mortis patris illi non competit, ideò pariter actus pacis faciẽda de morte patris illi non competit.*

10 *Legitimatio facta de filio sacerdoti, & sic spurio, post mortem patris, non citatis proximioribus agnatis defuncti, eis quo ad hæreditatem & successionem non præiudicat, & minus facit eum habilem ad faciendam pacem de morte patris.*

11 *Pax requisita à statuto in proximiori agnato defuncti, poterit fieri per nepotem ex fratre patrui sacerdotis occisi ab altero fratre, & similiter nepote eiusdem occisi, quia coniunctio utriusque occidentis & occisi, quæ non distat in gradu, tollit suspicione, & potius frater ex occisione patrui, præsumitur factus inimicus fratris.*

CONSILIVM XLIIII.

IN CHRISTI nomine Amen. † Super primo dubio uidelicet an filius spurius ex sacerdote natus, sit habilis ad faciendum pacem de morte patris, attenta forma dicti statuti. Pro parte affirmatiua facit, quia statutum utitur uocabulo filijs, ergo intelligitur etiam de naturali tantum, & sic de spuriis, ut l. tutelas. ff. de capit. dimin. & l. ij. & iij. ff. de lib. cau. & l. parentes. ff. de in ius uocan. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. & hoc expressè uidetur tenere Cyn. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & Bar. in l. ij. ff. de accus. & in d. l. tutelas. ff. cap. diminu. & in l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerb. signi.

2 Pro † hac parte facit, quia cum lex municipalis prædicta loquatur de filio simpliciter & indiffinitè, de quolibet debet intelligi. arg. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Negari enim non potest, quin iste non sit filius quamuis non legitimus ut in c. nisi cũ pridem. § personæ. de renũciat. & in toto tit. de filijs presbitero. & in l. uulgo. de statu. homin.

3 Pro † hac parte etiam facit mens statuti, quòd, cum loquitur de filio, utitur uerbo naturali, dum loquitur de alijs, utitur uerbo ciuili, scilicet uerbo agnatis, Vnde satis uidetur eius mens esse clara, intelligitur de filio naturali, & sic de quocunque etiam non legitimo, & etiam spurio. ut sic per sequentia declaretur intellectus præcedentium. arg. l. hæredes palam. §. sed si notam. de testa. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j.

4 Pro hac etiã parte facit, † quia lex municipalis uidetur uti hoc uocabulo naturali filiis in materia naturali, scilicet faciẽdi pacem. quæ uidetur procedere à iure naturali competẽti tantum humano generi arg. l. j. in prin. & l. conuentionũ. ff. de pact. ergo &c. arg. d. l. parentes. ff. de in ius uocã. cũ similibus supra allegatis.

5 Sed ijs non obstantibus contrarium uidetur esse uerum de iure in casu proposito, ubi aduertendum, quod filius ex sacerdote natus, qui est spurius, ut patet in in actu. quomodo opor. episco. in princ. & not.

& no.in l.uulgo.ff.de sta.hom.& in auc. quib.mod.natural.efficiant. ui.§.fi.non est nominandus nec dicendus est filius, etiam ut alatur à patre de iure ciuili saltem,nec ullum habet participium ad ea quæ de iure ciuili competunt filiis quo ad ipsorum commodum uel honorem, ut in d.§.fi.in auct.quib.mod.natura. ef fici.sui.& in auc.expressum.C.de incest. nupt.& in auct.licet.in fi.C.de naturali. lib.facit c.per uenerabilem.qui fi.sint le

6 giti.† cũ ergo lex ciuilis,qualis est hoc statutum.ut l.omnes populi.de Iusti. & iu. iuncto hoc uerbo filio in materia ciuili.& ubi agitur de commodo uel honore ipsius filii; intelligitur de legitimo & naturali,& restringitur, & strictè intelligitur uocabulum filius,saltem ut non comprehendat spurium,ut l.lege Iulia. §.i.ff.de ri.nupti.& l.iii. C.ad l.Iuli.de adulter.& l.generaliter.§.fi.C. de insti. & substitu.sub cond.fact.& no.per Glo. in l.quia certa.ff.de in ius uocan. & per Innoc.in c.nonnulli.in fi. de rescrip.per

7 Io. And.in c.i. de baptis.in cle. † Cum ergo hic, lex ciuilis,statutum uidelicet prædictum loquatur de actu ciuili & in materia ciuili, scilicet cõcedendo potestatem faciendi pacem de morte patris, & hoc concernat honorem ipsius facientis & habentis hanc facultatem, non de

8 bet intelligi de filio spurio. † cum statutum recipiat interpretationem restrictiuam & declaratiuam.arg.l.ut gradatim §.sed si lege.de muneri.& hon. & l.ii.C. de noxali. Quamuis ergo iste actus pacẽ faciendi sit actus naturalis arg.l.i. in prin.& l.conuentionum.ff.de pac. tamẽ potestas hæc faciendi competit de iure ciuili illis personis,quib.à iure permittitur;super quo lex ipsa ciuilis,ut statutum,de quo agitur,disponit.

9 Confirmantur hæc, † quia cum uindicta de morte defuncti competat principaliter hæredi,immò necessario sibi incumbat.ut l.hæredẽ,de iis qui.ut indig. & l.i.C.eod.titu.ergo statutum faciens mentionẽ de filio in dicto actu pacis faciendæ de morte patris, debet intelligi de filio,q possit succedere,cui magis incumbit uindicare,& consequenter pacẽ facere,cum potest,sicut hic ex forma dicti statuti,non debet intelligi de spurio qui non potest succedere, ut in iuribus supra allegatis. Vnde posito q ex mente huius statuti intelligeretur de filio naturali tãtum, quia lex utitur in ipso, uocabulo naturali, & in aliis uocabulo ciuili,ut dictũ est, non tamen intelligeretur de spurio, & non est nominandus filius,ut prędixi.& not.per Gloss.in d.l. quia mater.ff.de in ius uocan.

Et ex iis patet intelligẽti responsum ad allegata in contrariũ, maximè per not. per Gloss.in d.cle.i. de baptis. Et quanuis Bar. multum latè loquat in iuribus supra allegatis,tamen leges, quas allegat, loquuntur in casibus,in quibus, ad eas patet responsio ex notatis per Glo. in d.cle. i.de baptis.& hoc de primo dubio & quæsito.

10 Circa † secũdum uerò dubium, an dictus spurius legitimatus post mortem patris possit uigore dictę legitimatiõis, & sit habilis facere pacem de morte patris,posito quòd aliàs non posset,& hoc attento statuto præmisso. Breuiter dicendum est quòd non,quia discusso priuilegio imperiali & legitimationis nõ fuit citatus nepos iste ex fratre defũcti & frater occidentis, qui dicitur proximior agnatus;unde stat regula,quòd nõ ualet ipsa legitimatio, nec potuit, uel põt præiudicare alijs non citatis,quibus iam erat ius quæsitum quærendi hæreditatem,licet nondum esset adita,& ius faciendi pacem licet nondum sit facta, quod fuit necesse.ut l.nam ita Diuus.ff. de adoptio.& ibi not. per Glo. & Doct. facit l.in causa.§.cognita.ff.de minor.l. interdum.& l.fin.ff.de natali.resti. & §. fin. in auct. ut spon. largi. & quod not. per Gloss.& Bar.in l.Gallus.§. & quid si tantum.quod plenè not. Ioan.Andr. in quæstione disputata & terminata per tria capitula simul iuncta,in c.sine culpa de reg.iur.li.vi.& hoc de secundo.

11 Circa tertium uerò & ultimũ † quæsitum,uidelicet, an attento statuto præmisso, frater occidentis,& nepos ex fratre

tre carnali præmortuo dicti occisi, qui dicitur proximior agnatus dicti defuncti, possit & sit habilis dictam pacem facere tanquàm proximior agnatus, cum præsupponatur esse proximior, siue de proximioribus agnatis, dicendum est, quod sic, & hoc attenta forma statuti simpliciter hoc disponentis de proximiore agnato, cuius quidem uerbis standum est, arg. l. de pretio. ff. da pub. & l. i. §. generaliter. de legat. prestand.

Non obstat, quod allegatur per multos de suspicione contra ipsum, quia est frater occidentis, ergo non continetur sub uerbis dicti statuti generalibus & indeterminatis, arg. l. licet. & l. non distinguemus. §. cum quidam ff. de arb. & l. i. ij. & iij. ff. de lib. cau. & l. lex Cornelia. & quod ibi not. in prin. ff. de iniur. & quod not. per Cyn. in l. i. in fi. C. de rap. uir. & per Bar. in l. iij. §. si inimicus. ff. de suspect. tuto. Quia ex hoc nõ est factus inimicus offensi ex dicta occisione, cum respectu offendẽtis in inimicitia cohæreat & cohęrere debeat personæ, nam pœna nõ egreditur personam delinquentis arg. l. scimus. C. de pœn. & l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. test. & in l. legẽ. in prin. C. de natu. lib. & l. si pœna. & l. crimen. ff. de pœn. Et omnia supra in contrarium allegata loquũtur ex parte offensi, quia iniuria grauis & offensa uni illata, uidetur illata cuilibet de genere, Quinimmò habito hoc respectu, potius posset dici frater inimicus fratris occidentis, quasi sibi uideatur etiã illata iniuria ex occisione patrui sui, cui erat de proximioribus agnatis. Quæ quidem coniunctio utriusq; occidentis & occisi, quàmuis dispar in gradu, tollit suspitionem, arg. l. non solum. §. ij. ff. de ri. nup. & per hoc non est recedendum in casu præmisso à uerbis dicti statuti arg. l. nõ dubium. C. de legi. & l. si alij. ff. de usufruc. lega. cum similibus supra allegatis.

Franciscus de Ramponibus
Bartholomeus de Salyceto.
Ioannes de Fantucijs.
Rosęllus de Roycellis de Aretio.

CONSILIVM. D. FRANCISCI DE RAMPONIBVS DE BONONIA.

SVMMARIVM.

1 *Furor seu dementia qualiter probetur, et quã do furiosus delinquat. & an puniri debeat. & nu. 2. cum seq. per totum cõsilium.*

2 *Quæ ex animo seu mente proueniunt, aliter quã per actus exteriores probari nõ possũt.*

3 *Ire contra officiales, quando quis cõmisit delictum, pro quo uenit imponenda pœna mortis, est signum dementiæ.*

4 *Morbus caducus inducit hominẽ ad insaniã, & illum patiens per spacium unius anni liber esse non potest.*

5 *Perpetrata per furiosum alienum à suspicione simulationis impunibilia sunt.*

6 *Furiosus non facit sed patitur iniuriam.*

7 *Factũ à furioso censetur ac si à casu accidisset*

8 *Probato quòd quis fuerit in furore, si confessus fuit cõtẽta in inquisitione uera esse, præsumitur ẽt tunc tẽporis in furore perstitisse.*

9 *Furiosus satis suo furore punitur, nec est alia pœna afficiendus.*

10 *Furiosus in carcere cõstitui debet, aut apud suos consanguineos & amicos custodiri, ne aliquid furiosum faciat.*

CONSILIVM. XLV.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † Furiosus siue demens ex dictis & gestis
2 extrinsecus probatur. † Cum ea, quæ ex animo seu mente proueniunt, aliter quàm per actus extrinsecos probari non possunt. ff. ex quib. caus. in posses. ea. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. Probatur enim furor seu dementia per uerba & gesta, quæ sanæ menti non congruunt, sed potius mentecapto, Nam uelle percutere quenquam, & maximè absque aliqua inimicitia, seu causa præcedente, & uelle prostrahere mulieres in terram, uelleq; per murum ascendere, & alios actus exercere & attentare, quæ contra mores gentium & humanitatẽ fiunt, & proferre uerba pudenda, quæ sanæ menti non competunt, furorem & dementiam demonstrant & probant, † & maxi-
3 mè ire uersus familiam & officiales, cum

delictum cōmiserit, pro quo pœna mortis imponitur negligens uitam. ff. de condi. institutio. l. quidam in suo. & lxxxiij. dist. §. prouidendum, & ibi not. & xxiij. q. iij. c. ipsa. Cum igitur probatum sit ipsum Antonium Nebe de terra pene Sancti Ioannis tempore dicti commissi homicidij, & etiam die præcedenti uerba protulisse, & alios actus gessisse & attentasse, quæ sibi uel alteri sanæ mentis non competebant, & quia erant actus potius furoris, quàm alterius sani consilij, ut dictum est, constat probatum esse tempore dicti commissi delicti, siue homicidij & etiam ante, præfatum Antonium fuisse furiosum, & in furore, & insania positum, ex ijs enim furor probatur, ut in dictis iuribus, & in l. is qui. §. fi. ff. de tut. & cura. dat. ab ijs. & C. de codicil. l. nec codicillos & d. l. quidam in suo. & c. cum dilectus ext. de successio. ab intesta. & etiam quia constat dictum Antonium ante dictum commissum male-
4 ficium morbo caduco laborasse † qui ēt ad insaniam uehementer patientes adducit, & illum patiens per unius anni spatium, ab huiusmodi infirmitate liber esse dici non potest. vij. q. ij. c. j. & xxxiij. dist.
5 c. communiter. † Et quæ à furioso tempore furoris perpetrata sunt, nulla subsistente suspitione simulationis dementiæ impunibilia sunt, & nullam pœnam merentur. ff. de offi. præ. l. Diuus.
6 † Furiosus enim delinquere non potest tempore furoris, licet posit iniuriā pa-
7 ti. ff. de iniur. l. illud. xv. q. j. illum. † & ꝙ per eum fit, censendum est ac si casu accidisset, ut l. fin. in fin. ff. de administratione tuto.
8 Sed † posset dubitari cum dictus Antonius fuerit confessus coram Domino potestate omnia contenta in inquisitione uera esse &c. ergo confessus fuit se dictum maleficium sciēter & dolosè commisisse, & sic non casu, nec per furorem, sed in hoc animus & prudentia iudicantis, commissam sibi à Deo & Domino terræ ueritatem discernat, si simpliciter confessus fuerit se homicidium commisisse, an autem cum qualitate doli & sciētiæ, Et an tempore confessionis etiam fuerit in furore, quòd autem probatum sit eum fuisse furiosum, præsumitur, & tunc temporis in furore persistere, ut iij. q. ix. c. indicas, & not. de successio. ab intesta. in c. fina.
9 Concludo † igitur dictum Antonium pœna homicidij non esse affligendum, sed debere à dicta inquisitione absolui & liberari, satisque sit ipsum suo furore puniri. ff. ad l. Cor. de sicar. l. infans. & l. pe. §. si. ff. de parrici. & c. j. de hom. in cle.
10 Sed ut † de cætero non ualeat in ipsum, uel alios insanire, curret potestas, uel ipsum carceratū detinere, uel suis consanguineis, uel amicis in custodiam tradere ne quid perniciosum in se uel alios de cętero moliatur, secundum consilium d. l. diuus de offic. præsi. Laus Deo.

Franciscus de Ramponibus de Bononia.

CONSIL. D. ROSELLI DE ROYCELLIS DE ARETIO V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *De idemptitate eiusdem rei & corporis in primis constare oportet.*
2 *Pactum nudum secundum ius canonicum est seruandum.*
3 *Pignora & excommissa possunt de iure fieri, et ualent, si fiant in modū non prohibitorū.*
4 *Pignus et excōmissa ualent & tenent ubi certatur de uiribus animi uel corporis, non autem fortunæ, & infra. nu. 5.*
5 *Ludus scachorum licitus est.*
6 *Ex edicto, si meßor. datur actio in factum aduersus eum, qui in computatione fefellit.*
7 *Promißio quando non est à iure prohibita, non sufficit restituere arras duplicatas, ut quis se liberet ab implemento contractus.*
8 *Prælatus potest se obligare sub obligatione sui beneficii, si in probatione deficiat.*

CONSILIVM. XLVI.

SVPER prædictis breuiter me expediā
1 propter paucitatem salarij. † Primò præmisso, quod certū est de quo olineto partes senserunt propter cōfinia, ut ff. de censi.

çensi.l forma.in princi.uel per aliam demonstrationem,ut l.cùm serui.§.fi.de cõ trahen.emptio. & si certum pe.l.cum certum.& de re iudica.l. in summa.in prin. & C.de senten. quę sine certa quantita. aliàs nihil ualeret. ut l.duo sunt ti ij.de
1 testam.tut.† Hoc p̃supposito maximè de iure canonico, secundum quod etiam pactum nudum est seruandum ut not.extra de pact.c.j.dico quòd dictus Marcus de-
3 bet habere ualorem dicti olicueti. † nullũ enim est dubium, quòd talia pignora, & excommissæ possunt fieri de iure, & ualẽnt si fiant in modum non prohibitorum, ut not.ff.qua. rer. act. non detur.l. fi.§.j.& de uerbo. obliga.l.in executione. §.fi.& de reg. iur.l. & est tex.cum Glo. in l.si gratuitam.§.fin.ff.de præscri.uerb. aliàs est l.si rẽ tibi.§.si quis sponsionis.facit tex.de aleatorib.l.solent. & l.quibus.
4 ubicunque† enim pignus siue excommissa mittitur causa uirtutis ostendendæ ualet.ut dictis legibus.secus si uiribus fortunæ,ut d.l.quibus in fi.& C.de relig.auctn.alearum usus. facit. extra de uita & honesta.clerico.c.clerici. & ibi not.
5 Vnde † dicunt Doct.quod ludus scachorum est licitus,cum cõsistat in uirtute,& non in uiribus fortunę. Et quòd ualeat pignus ubi certatur de uirtutibus animi, uel corporis,sentit expresse Azo.super l. ij.de aleator.super quęstione Marchionẽ Ferrariæ.Modo in proposito hoc pignus non fuit positum in uiribus fortunæ sed in uirtute, scilicet in numeratione & cõputatione, nam certũ erat quanta oliua erat collecta, certum erat quæ partes debebant esse utriusque, sed dissentiebant quę quantitas pertineret in partibus, & sic disceptatum erat super numeratione & cõparatione, & partitione quæ dicernitur per uirtutem animi & artẽ arisme
6 thicæ, † unde aduersus eum qui fefellit in computatione datur actio in factũ ex edicto si mes.fal mod.dixe.l.fi.in fi. Constat ergo quòd prædicta excommissa siue pignus sint posita in uirtute animi & artis non in uiribus fortunæ, quia de eo potuit spõsio & promissio fieri,ut d.l.quibus.in fi.& d.§.si possessionis.de qua promissione sequitur exactio, quia ait prætor pacta seruabo.l. iurisgentium.§. ait prętor.ff de pact
7 Non obstat † quòd fuerunt arræ datæ, quia de hoc fuerunt opiniones utrum restituẽ o arras duplicatas possit se liberare ab implemento contractus.ut no.in l. quod semel.in prin.ff. de contrahen.emptio.tamen ueritas est secundum communem opinionẽ,quòd propter hoc non receditur ab implemento contractus, ut ibi patet per Doct.&.C.de fide instrumẽto.l.contractus.& per Dy. & per Bart. in l.j.§.dixerit.ff.de public.Potest ergo petere dictus Marcus ualorem dicti oliueti,tanquã si esset facta promissio sub conditione de pręsenti, uel de pręterito. ut ff.si cert.peta.l.cum ad præsens.cum l.sequen.& de uerbo.oblig.l.conditio in pręteritum.facit l.cum iussero.de iniusto te
8 sta.Pro prædictis faciat quod dicitur † ꝙ prælatus potest se obligare sub obligatione sui beneficij si in probatione deficiat,ut extra de electio.c. cũ dilectus. in fin.cũ simil.& ibi not.& sic in casu nostro tenetur ad soluendum ualorem dicti oliueti, si in computatione uincatur ut supra dixi. Rossellus de Roycellis de Are.

CONS. D. MARCI ANGELELLI DE PERVSIO. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Corporalia nõ possunt eodẽ modo et eodẽ iure à pluribus possideri,secus in incorporalibus*

2 *Interdictum uti possidetis, et accusatio turbatæ possessionis,competit possidenti, qui a reo nec ui,clam,nec precario possideat.*

3 *Pro ui turbat.iua proced.i potest ciuiliter per interdictum uti possidetis, & criminaliter per actionem iniuriarum.*

4 *In materia turbatæ possessionis, attẽdi debet triũ casuũ diuersitas, prout hic nu.5. & 6.*

6 *In iudicio uis turbatiuæ contradictio rei conuenti probat turbationem, non tamen simplex negatio.*

8 *In iudicio turbatæ possessionis,actor probat quòd possides tam tempore turbationis, quã tempore litis contestatæ, & reo probante pos*

 sessio-

sessionem suam, actor debet probare antiquiorem.

9 *Habens possessionem ex pignore conuētionali, de ui turbatiua agere potest.*

10 *In casu præmisso si ad pignus conuentionale accessit primum & secundum decretum, ex illis possidenti, multo magis competit dictū remedium uis turbatiuæ.*

11 *Idem & multo magis procedit, quando agens de dicta ui turbatiua possidet ex consensu partis aduersæ.*

12 *Idē & multo fortius, quando quis ex cessione iuris facta ab aduersario possidet, & prætēdit titulum institutionis et sic ex eo quòd plures titulos prætendere potest.*

13 *Simplex remissio & renuntiatio non confert titulum, nisi sequatur datio & consignatio.*

14 *Clausula non se astringens &c. subleuat actorē allegātē se pacificè possidere, etiā si testes rei probent de contentione & turbatione.*

15 *Titulis duobus contrariis à diuersis concurrentibus, attenditur antiquior titulus.*

16 *Possessio ex inutili contractu transfertur.*

17 *Fratres minores non possunt habere dominiū, neque possessionem.*

18 *Confessio auctoris non præiudicat successori habenti causam onerosam.*

19 *Error probatur probando rē aliter se habere.*

20 *Error super quo fundata est confessio si consistit in animo, reuocatio dictæ possessionis potest fieri usque ad sententiam.*

21 *Eo ipso, quòd notificatur possessio per actorē, si posteà aduersarius intrat possessionem, incontinenti probata est turbatio possessionis.*

CONSILIVM XLVII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. In quæstione uertente inter ser Thomā Dominici ex una parte, & Ser Ioannem Ser Romani ex altera parte super accusatiōe turbatæ possessionis, Visa dicta accusatione, uisis exceptionibus, & uisis actis & actitatis: Quæritur quæ sint partes iudicis. Ad quod sciendum, est præ-
1 mittendum † quòd ex eo, quòd constat quòd aliquis possidet rem, intrans possessionem alterius, dicitur iniustè intrare, & uiolentiam turbatiuam committere, nisi probet titulū, & hoc in rebus corporalibus, quæ nō possunt eodem modo, & eodem iure possideri à pluribus, ut l. si ut certo. §. si duobus. ff. commo. & quod no. in l. fundo. ff. ad legem falci. secus in incorporalibus, ut extra, de iure patro. c. licet causam.

2 Item † præmitto, quòd interdictum uti possidetis, & accusatio turbatæ possessionis competit possidenti. ut l. i. §. i. & §. hoc interdicto. ff. uti possid. & notat Bar. in l. i. post prin. ff. uti posside. oportet tamen quòd agens non possideat ui, nec clam, nec precario ab ipso reo conuento. ut l. i. §. fi. eo. ti. & quod notat Roffred. in summa, eodem titulo.

3 Item † est præmittēdum, quòd in ui turbatiua duplex est modus agendi, unus est ciuilis. s. uti possidetis, de quo. C. & ff. uti posside. per totum. alius est criminalis, & ista est actio iniuriarum, ut l. qui pendentem. ff. de actio. empt. & l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniur. Non. n. agitur pro ui turbatiua, uel lege Iulia de ui publica uel priuata, & hoc modo debet intelligi dictum Iac. de Are. qui dicebat, quòd pro ui turbatiua non agitur uia criminali.

4 Item † præmitto, quòd tres sunt casus in ista materia, primus est quando actor se solum possidere, reus autem de nulla possessione probat, & ex actis apparet inquietatio, tunc condēnatur reus ad tria, primò quòd à molestia desistat, Secundò quòd in futurum non turbet, & de hoc satisdabit secundum Doc. in l. i. C. uti possi de. & l. pen. de aqua quoti. & esti. & l. iiii. §. in hoc edicto. de itinere actuq; priuato. Tertiò condēnatur ad interesse turbationis prædictæ, ut l. si duo. in fi. ff. uti pos.

5 Secundus casus est, quando ex actis apparet actorem & reum possidere diuerso modo possidendi, ut quia actor pbat de ciuili, & reus de naturali, hoc casu uterq; uincit, & succumbit, pronunciabit enim iudex ciuilem esse apud actorem, & in illa non molestari, & idē cum alterius possessio est iniustè obtēta ab alio quàm ab aduersario; si autem ab aduersario, ad restitutionem cogitur, quia iniustè detinet ut d. l. si duo. de acquir. posses. l. naturaliter. §. nihil cōmune. & l. clā possidere. §. i.

Tertius

6 Tertius † casus est, quando uterq; probat se possidere eodem modo possidendi. tunc aut unus probat per meliores testes, & iste obtinet, ut ex. de testi. c. in nostra. Si uerò testes sũt hinc inde æquales, tunc aut unus probat de possessione antiquiori quàm alius, & ille uincit, qui de antiquiori probat, quia præsumitur clandestina possessio illius, qui de sic antiqua non probat, sed ex recentiori; nisi ex titulo iustificet; quia tunc iustificans obtinet, licet non probet de possessione sic antiqua, quamuis aduersarius de antiquiori ꝓbet sine titulo, ut in c. licet causam. de proba. uersi. maximè; aut uterque probat de possessione paris tẽporis; tũc aut unus solus iustificat ex titulo, & ille solus obtinet; si autem uterque uel neuter ex titulo iustificat, tunc sententia non posset ferri, cũ de causa non liqueat, & hoc uerum nisi reus possideret ui, uel clam, uel precario ab ipso agente.

7 Item † præmitto, quòd in isto iudicio turbatiuo eo ipso, ꝙ tu contradicis conuẽtus uideris turbare actorem, ita quòd non sit opus aliter ꝓbare de turbatione tua. & ita uidetur dicere Bart. ff. de oper. no. nun. l. si prius. Idem Bal. dicit esse uerum si cõtradicat, eo quòd asserat se possidere, quia hoc ipso confitetur se turbare, quia turbatio procedit ex actibus qui probantur per confessionem, facit de ui. & ui arma. l. uim facit, si autẽ neget simpliciter intentionem actoris, ex hoc non infertur uis turbatiua, quia negatio rei non præstat propterea impedimentum possessioni, nec per hoc dicĩ possessio uacans pacifica uel uacua argu. ad hoc. ff. de usuca. pro empto. l. alienam. ista sunt uerba Bald. in l. ordinarii. ff. de rei uendi. qui similiter ponit modos turbandi aliquem in possessione, licet uideat quòd ista uia turbatiua cõpetit contra turbantem in non permittendo à me cultiuare seminare & similia, & etiam contra asserentem se possidere, ut l. si duo. §. si uicinis. & l. i. §. si igitur. & §. hoc interdicto. ff. uti possidе. licet Glos. & malè in c. cũ dilectus. de causa possessio. & proprieta. dicat non competere contra turbantem se possidere non asserentem.

8 Item † præmitto secundum Glos. in d. c. licet causam, quòd actor habet probare, quòd possideat tempore turbationis & tempore litis contestatæ, ut instit. de interdicti. §. hodiè, & ibi not. Et si reus probaret se possidere, tunc actor debet probare possessionem rei esse clandestinam. quòd probatur eo ipso, quòd apparet possessionẽ actoris esse antiquiorem, de hoc est casus in d. c. licet causam.

9 His † præmissis, est primò uidendum an ser Thomæ competat ius accusandi de ui turbatiua. Secundò uidendum, an sint probata substantialia per dictum ser Thomam, Tertiò est uidendum, quando probationes sunt hinc inde factæ, quis debet in tali iudicio obtinere. Circa primum dicendum est, quòd dictus ser Thomas potest dictum iudicium intentare, nã siue fundet se ex obligatione, uel hypotheca facta & contracta inter dictum ser Romanum & eius filium ex una parte, & Dominam Bene ex altera, à qua postea dictus ser Thomas habuit causam, potest tale iudicium uirtute dicti pignoris & hypothecæ intentare, tex. est in d. l. si duo. §. si creditores. et ibi expresse per Bar. nam ille qui missus est in possessionem iure pignoris & hypothecæ possidet, ut. ff. de acquir. poss. l. qui pignoris. & in hoc differt pignus conuentionale à prætorio. Quòd autem dicta Domina habuerit possessionem restituendæ dotis, patet, quia in instrumento dictæ restitutionis dotis & collationis fuit facta constitutio precarii per promissores. ex qua constitutione precarii intelligitur tradita possessio. ut l. quædã mulier. de rei uend. & quod not. in l. ii. C. de acquir. poss. l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de acqui. poss. quæ possessio potest sub conditione tradi, ut. ff. de solutio. l. si sub conditione, habuit ergo dicta D. Bene adueniente casu & conditione restituendæ dotis titulum pignoris & hypothecæ, & possessionem dictæ rei, & per consequens patrocinatur & prodest dicto ser Thomę habenti causam testamẽti & institutionis à dicta Domina Bene.

Præterea

10 Prætere à † dicta res ex primo & secundo decreto auctoritate iudicis peruenit ad dictam Dominam Bene, & uirtute certi compromissi & laudi, ergo dicta Domina Bene, & per consequens dictus ser Thomas habuerunt titulum & iustam possessionem in dicta re.

11 Prætereà † dictus Ioannes post prædicta, dictam adiudicationem ex primo & secundo decreto approbauit & ratificauit, & sic ex eius consensu dictus ser Thomas iustè & legitimè habuit & possidet dictam rem. ut. ff. de acqui. posses. l. iustè possidet. & quod ibi nota. maximè per Bar. & maximè quia interuenit iuramentum patris & auctoritas iudicis.

12 Plus ultra † dictus filius ser Romani accusati, nedum dimisit & refutauit dicto ser Thomæ, immò solenni stipulatione dedit, cessit & concessit omne ius quod habebat in dicta re dicto ser Thomæ, & ipse Ioannes ratificauit, & sic patet quòd dictus ser Thomas plures titulos potest prætendere in dicta re, & plures causas possidendi; potest enim prætendere & allegare dictum titulum pignoris & hypothecę & possessionem exinde per clausulam precarii. Item potest prætendere & allegare titulum & possessionem ex sententia ex secundo decreto. Item potest prætendere titulum suæ institutionis ex testamento dictæ Dominæ Benæ & possessione habita. Item potest prætendere titulum & possessionem ab ipso Ioanne ex causa dictæ ratificationis, & possessionem iustè retinere.

13 Nec † obstat l. si pro fundo. C. de transf. quia uerum est, quòd mera remissio & renuntiatio non confert titulum, sed in casu nostro non solum fuit renuntiatio & remissio, sed datio & consignatio.

14 Nec † obstat quod dictus ser Thomas dicat se pacificè possidere, & testes probent de contentione, & quæstione, & turbatione dicto tempore, quia dictus ser Thomas non astrinxit se ad omnia probanda, sed ad ea tantum &c. ut not. Bar. in l. Diuus. ff. de re milita.

15 Nec † obstat titulus donationis in præmium emancipationis, nec possessio ex eo collata in dictum Ioannem per dictũ ser Romanum, quia præcessit titulus dicti pignoris & hypothecæ & possessionis dictæ Dominæ Benæ; cum ante dictam emancipationem euenerat casus restituẽdæ dotis prædictæ Benæ. Quæ possessio & titulus est antiquior quàm sit possessio & titulus dicti Ioannis ex causa dictæ emancipationis & dictæ donationis. Ex hoc sequitur quòd dictus Ioannes intrando posteà dictam possessionem dicitur iniustè & temerariè intrare ut dixi in euidentiali.

Prætereà titulus & possessio acquisitus à dicta donatione, in præmium emancipationis fuit annullatus & extinctus per dictam ratificationem factam per dictũ Ioannem, & per dictam concessionem ante factam per dictam transactionem per solennem stipulationem factam dicto ser Thomæ.

16 Nec † obstat si dicatur, quòd dicta ratificatio & promissio & concessio titulo transactionis non ualet, nec seruatis statutis & constitutionibus; quia immò ualet. Sed posito quòd non ualeret, quod negatur, tamẽ ex inutili contractu transfertur possessio, ut ff. de acqui. poss. l. i. §. si uir uxori. & ius possidendi dicto Thomæ si qua possessio reperietur posteà penes dictum Ioannem, esset clandestina, & diceretur clandestinè possessa à dicto ser Thoma & per consequens debet in hoc iudicio condemnari, ut no. in l. i. §. fi. uti possi. per Bar. & in §. hoc interdictũ & not. in l. clam possidere §. qui ad nundinas. de acquiren. possess.

17 Nec † obstat confessio Donni Gregorij licet cauillosè & iniquè nitaĩ dictus Ioannes probare. isti enim articuli confessionum sunt refugium uolentium probare contra ueritatem in prę iudiciũ eorum conscientię; Sed posito, quòd esset probata dicta confessio, non prodest dicto Ioanni, quia dictus Donnus Gregorius non emerat pro se, nec uolebat acquirere dominium, nec possessionem dictæ rei pro se: sed fratri Hugolino de ordine minorum, iste contractus fuit nullus ipso iure, nec ex eo potuit quæri dominium

minium nec possessio, nam Donno Gregorio non, quia uolebat sibi quærere, fratri Hugolino non, quia fratres minores nó possunt habere dominium neq; possessionem rerum. ut in cle. exiui. & quod not. Bar. in tracta. minoricarum.

18 Præterea † confessio Donni Gregorii non potuit præiudicare dicto ser Thomæ cui reuendidit, quia confessio auctoris non præiudicat successori habenti causam onerosam, ut not. in l. apud Celsum §. de auctore. & §. cum legitima. ff. de doli exceptio. Et posito quòd probaretur quòd dictus Donnus Gregorius fuisset confessus nullum ius habere, nec possidere dictam rem, tamen talis confessio

19 potest dici erronea, quod patet, † quia error probatur, probando rem aliter se habere, ut l. si filius. ff. de interrogato. actioni. & l. liberorũ. §. i. ff. de iis qui not. infa. apparet enim rem aliter se habere per instrumenta publica emptionis & reuenditionis. ergo ista erronea confessio potest reuocari usq; ad sententiam.

20 Nec † obstat si dicatur quòd erat in facto proprio, quia non apparet, quòd fuerit in lata culpa, quæ equiparatur dolo. & dolus consistit in animo & difficilis est eius probatio, unde reuocari potest usq; ad sententiam ut not. Bar. in l. non fatetur ff. de confess. sed credo, quòd uerum dixit dictus Dónus Gregorius, qui nullum ius habet, quia sibi uoluit quærere aliquod ius, & fratri Hugolino nó potuit, ut supra probatum est.

Circa secundum dicendum est, quòd dictus ser Thomas probat substãtialia, quæ requiruntur in isto iudicio, probat enim possessionem, ut patet ex dictis testium, qui dicũt, ꝙ dictus ser Thomas à multis annis circa possedit dictam rem cõtinuato tempore, ergo probat se possedisse ante turbationem, & de mense turbationis, & etiam tempore, quo testes deponunt, probat se possidere, dicunt enim testes, quòd uiderunt ipsum possidere cõtinuato tempore, ergo clare probant suam cõtinuatam possessionem, ergo probant suam possessionem temporibus requisitis à iure, titulos uerò probat ex instrumento ut supra narratur.

Probat enim, ꝙ dictus ser Ioannes turbauit & turbat d ctum ser Thomã de mense in accusatione contento non permittendo laborari, & cultiuari dictam petiam terræ, ut ex multis dictis testiũ apparet, sed posito quòd de istis actis turbationis nó esset probatum per dictũ ser Thomam, tamẽ sufficit quòd dictus Ioãnes cõparuerit in iudicio, ad contradicẽdum & dicendũ se possidere eo enim ipso approbata est turbatio, ut not Bar. in d. l. si prius, & per Bal. in d. l. si ordinarij. Item satis est probatum, quòd si buã possessionem habet dictus Ioãnes, dicta possessio est clandestina, respectu dicti ser Thomæ, seu auctor suus habuit antiquiorem possessionem, sed domina Bene fuit auctrix dicti ser Thomæ, habuit antiquiorem possessionẽ, ut supra probatum est. tam per constitutionem præcarii, quàm etiam per testes, quia probat ipsam possidere ante mancipationem prædictam, & etiam ser Thomam, quia licet donatio in premium emãcipationis præcedat primum & secundum decretum, tamen titulus dictæ donationis & possessio inde habita fuit annullatus, & extinctus per dictam renuntiationem & refutationem, & per dictam cessionẽ titulo transactionis, si ergo probaret dictus Ioannes post dictam cessionẽ possidere, eius possessio esset clandestina à dicto ser Thoma, nec potest allegare nec prætẽdere dictus ser Ioannes se nesciuisse dictum ser Thomã possidere, cũ dictus ser Thomas ei notificauerit per protestationem, quòd erat

21 in possessiõe, ut ex actis apparet. † Vnde dixit Bart. in consi. quod inci. in quæstione uertenti in curia Capitanei Narniæ, quòd eo ipso, quòd notificatur possessio per actorem, si posteà aduersarius intrat possessionem incontinenti probata est turbatio possessionis.

Circa tertium dicendum est, quòd licet utraq; pars nitatur probare de possessione dictæ rei & de mense in accusatione contento & post, tamen probatio dicti ser Thomæ præualet, quia probat de cõtinuata possessione à decem annis citra plus,

plus, & usque ad tempus quo testes deponũt, & sunt plures testes, & probãt de antiquiori possessione & titulo, possessio autem & titulus donationis in præmium emãcipationis extincti & annullati sunt, tam per concessionem titulo transactionis, tum remissione & renuntiatione, tũ quia approbauit primum & secũdum decretum ut supra dictum est, tum quia sciuit interpositionẽ dicti primi & secundi decreti & non cõtradixit. ut l. semper. ff. de re iudi. non ergo potest dictus Ioannes allegare, nec se niti ex possessione, & titulo donationis in premium emancipationis, de antiqua autem possessione dictus Ioannes non probat, quia licet quidam dicant, quòd uiderunt se possidere per duos annos in uita sui patris, scilicet ser Romani, illa possessio intelligitur iure familiaritatis; ut l. qui iure. ff. de acq. posses. Item testes probantes de possessione post mortem patris, probãt de uno anno tantum; sed ser Thomas probat de continuata possessione per decẽ & quindecim annos & plus. Ex quibus concludo, quòd partes iudicis sunt in condemnando dictum ser Ioannem. Laus D.

Et ita dico & consulo ego Marcus Angelielli de Perusio V.I.D. & ad fidẽ me subscribo, & meum sigillum appono, saluo semper saniori Consilio.

CONSILIVM D. MARCI DE PERVSIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Ex sola contradictione rei, etiam aliter non probata possessione tempore turbationis, & litis contestatæ, agens de ui turbatiua uidetur posse obtinere.*

2 *Resistentia in iudicio habet uim turbationis.*

3 *Diffamatio iuris alicuius iuncta eiusdem potentia, inducit possessionis turbationem.*

4 *Simplex negatio accusationis de ui turbatiua non infert turbationem.*

5 *Accusatus respondens accusationi de ui turbatiua facta, tunc demum turbata dicitur, quando negando se possidere asserit.*

6 *Possessio deducta per accusatũ non certo tempore, sed generaliter, nõ inducit turbationẽ.*

7 *Accusatus de ui turbatiua, quãdo protestatur facere defensiones suas ex causa sui iuris cõseruandi, non possessionis de nouo acquirendæ, non dicitur turbare accusatorem.*

8 *Turbatio possessionis requirit animum & actum turbatiuum.*

9 *Non solum iusta causa, sed etiam qualibet crassa ignorãtia non dolosa crimẽ excludit.*

10 *Habens iustam causam possidendi non debet ius suum deserere, cùm non constet alios in eadem re ius habere.*

11 *Possessio ex sola negatione partis, non redditur non pacifica.*

12 *Negans articulũ, ex tali articulo niti nõ põt.*

13 *Turbatio inferi non dicitur, ex auium aucupatione.*

14 *Casus in quibus licitum est ingredi possessionem alterius.*

CONSILIVM. XLVIII.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † Dubiũ principale est, an eo ipso quòd accusatus in accusatione contradicit accusatori in iudicio, dicatur probata turbatio possessionis, ex eo quia accusatus in suis capitulis ponit dictam petiam terræ ad se pertinere, & dixit esse suam, ita q̃ accusantes plenè habent probatam ipsorum intentionem, posito quòd dicti accusatores non probauerint se possedisse tempore turbationis, & tempore litis contestatæ, prout requiritur. ut institu. de interdict. §. hodie. Et uidetur, quod sit probata intentio & turbatio, & quòd accusatus cõdemnari potuerit per dictũ Bar. in l. si prius. ff. de noui ope. nuncia. ubi per contradictionem accusati in iudicio factam, uidetur turbatio probata. ergo cum accusatus tam in respondendo accusationi, quàm ponendo in articulis contradixerit, uidetur turbatio probata, & per consequens condemnatio debitè facta.

2 Prætereà † hoc uidetur tenuisse Compostelan. ex. de rescript. c. mandatum, qui dicit, ut refert Bal. resistentia in iudicio habet uim turbationis, & quòd non oportet aliter probare, ita refert Bald. C. de

de appel.in recollectis Florentinis, ergo apparet, quòd dictus accusatu facit resistentiam contradicendo, & sic quod probata est turbatio.

3 Præterea † facit, quod dicit Inno. quòd diffamatio iuris alicuius inducit possessionis turbationem, ut ipse not. in c.ij.de in integ. restitu. quod intelligit Bart. in l.pen.§.hoc agit.ff. uti. posside. & Ang. de ubal.ibidem, in uer.huius autem inter dicti, quando per diffamationem non impeditur possessio, secus si impediretur, puta quia nobilis & potens diffamat, & dicit rem ad se pertinere propter eius potentiam.non reperio laboratores & colonos, qui uelint cultiuare; si ergo diffamatio coniuncta potentia & nobilitate inducit turbationem possessionis, multo magis inducat resistentia, & contradictio facta in iudicio.

4 Sed ijs † non obstantibus, contrarium dicendum esse credo. Et primò quia Bal. in l. de appellat.de rei uendi. dicit si accusatus de turbata possessione negat simpliciter accusantis intentionem non propterea turbare dicitur, quia aliàs sequeretur absurdum, quod accusatus non posset proponere ius suum & defensiones suas facere.

5 Prææter à † Bal. ibidem dicit, quòd ad hoc, ut accusatus respondendo, seu resistendo in iudicio, dicatur turbare, oportet, quod in resistentia asserat se possidere, tunc enim cófiteretur se turbare, arg. not.in l.uim facit.ff.de ui & ui arma. Sed iste accusatus nec in responsione accusationis, nec in articulis id asserit; ergo turbatio non probatur.

Nec obstat, si dicatur, quòd in articulo primo asseratur dictam petiam terræ fuisse retentam & possessam, quia tunc uidetur negari de possessione præsenti, ut not.in l.certum.§. pen.ff. de confess. licet aliud sit in dominio.

6 Præterea † licet accusatus, dicat, quòd tenuit & possedit dictam petiam terræ pro sua & tanquam suá, tamen non declarando quo tempore, nec de necessitate sequitur, quòd dicat se possedisse de tempore in accusatione contento, nec de tempore litis contestatæ ergo per hãc contradictionem turbatio non est inducta nec probata.

7 Præterea † Bald.in d.l.de appella.dicit. quòd dictum Compostel. non est uerum si reus accusatus negat se turbare, sed ut patet, reus negat contenta, prout continentur, ergo consequenter negat turbationem immò ex quo dicit, quod tenuit tanquàm suam & pro sua dictã petiã suã terræ, euitat interdictũ uti possidetis, & turbationẽ istã, cũ facere uideatur causa sui iuris conseruandi, nó possessionis de nouo acquirendæ, & sic dicta protestatio multum utilis esse dicitur, ut tenet Bal. not.C.de cadu.toll..§. usufruct. Ergo ex quo etiam accusatus in articulis ponit se resistere causa sui iuris cóseruãdi, ac possessionis retinendæ, cum habeat potentius ius in ea, uidetur facere ratione illius potentioris iuris conseruandi, non turbandi accusatorem prædictum.

8 Pro † quo facit quod idem Bal. dixit in quodam consilio quod incip. in Christi nomine amen turbatio possessionis requirit animum & actum turbatiuum, ut ea.l. ubi dicit, quòd ille, qui probabili causa motus credit se possessorẽ, & ideò utitur possessione, præsumitur facere causa sui iuris conseruandi, & non aliũ turbandi.ff.pro socio.l.merito.

9 † quia nedũ per iustam causam excusatur quis à crimine, & per consequens à pœna fiscali, sed etiam quælibet spina & crassa ignorantia à dolo remota, crimẽ excludit.C. de plagia.l.plagij.ff.de ambi.l.pen.in fi. & per not.in l.igitur.de libera. causa.

Ergo in casu nostro, cum accusatus non ex dolo, sed ex iusta causa sui potentioris iuris conseruandi fecerit, patet, quod excusatur à pœna exturbationis, & crimine inferenda. non enim secundũ Inno.

10 habens † iustã causam posidendi debet temerè ius suũ indiscussum relinquere, cum non constaret, nec cóstare potuerit alios aliud ius in re prædicta habere, ut l.illud.ff.de peti.hære.

11 Præterea † ex respósione, quàm accusatus facit accusationi, nullam asseruit possessionem habere, sed solum negauit có-

M tenta

tenta in accusatione, prout continentur uera esse, ergo ut supra dixi secundum Bal. ex ista simplici contradictione & resistentia non dicitur turbatio, nec dicitur ex ista resistentia possessio minus pacifica, arg. ff. pro empto. l. alieno. Nec etiam ex narratis & positis in articulis probatur turbatio possessionis, nã licet in primo articulo dixerit, quòd tenuit & possedit, tamẽ accusatores non possunt ex primo & secundo articulis se iuuare, nec ex eis niti; cum ipsi respõdẽdo dictis articu-
12 lis negauerint ea omnia. † Et doctrina Bar. est, quòd ex articulo negato negans niti nõ possit, nec ex eo ꝓbationẽ aliquã. facere, ut ipse not. ĩ l. post legatũ, in prin. ff. de iis quib. ut indi. Idem tenet Glos. quo ad positionem negatam in c. ij. de confess. lib. vj.
13 Ad unum † tamen est aduertendum, uidelicet, quod in accusatione deducitur accusatũ retia in dicta petia terræ tenuisse, ad capiendos columbos, nam ex aucupatione auium non dicitur actus turbationis illicitus, ut not. Instit. de rerũ di-
14 ui. in §. feræ igitur † & not. per Glo. pen. dis. c. omnes, ubi ponuntur casus in quibus licitum sit ingredi alienas possessiones, inter quos connumeratur casus intrandi ad aucupandum pro non licito.
Laus Deo.

Marcus de Perusio. V. I. D.

CONSILIVM D. SIMEONIS. DE PERVSIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Iudex maleficiorum an sit iudex competẽs super turbata possessione ciuiliter intentata.*
2 *Iudex maleficiorum de causa ciuili se impedire & pronuntiare non potest.*
3 *Iudex maleficiorũ potest cognoscere de causa ciuili incidenter, & eam terminare, nisi ratione personæ, & causæ esset incompetens;*
4 *Differentia inter primò & secundo immissũ creditorem in possessionem bonorum debitoris ex primo & secundo decreto.*
5 *Nunquam potest perueniri ad secundum decretum nisi citato possessore, quo non citato decretum est nullum.*
6 *Quis dicitur ui, clam, uel precario possidere, non solum si turbet uerum possessorẽ, sed etiam si turbare seu uexare illum putauit turbando extraneum. seu tertium.*
7 *Secundus creditor si obtinet secundum decretum contra debitorem, contra quem primus creditor tale decretum obtinuerat, non præiudicat eidem primo creditori, & possessori.*
8 *Possessor antiquior præfertur in pari causæ possessionis.*
9 *Ad impediendum antiquiorem agentem possessorio, non sufficit, quòd reus probet se possidere, sed oportet probare se iuste possidere.*
10 *Secunda possessio, quãdo constat de antiquiori possessore, clãdestina et uiolẽta præsumitur.*
11 *Quando sunt plures creditores immissi ex re iudicata diuerso tempore, semper primus præfertur.*

CONSILIVM. XLIX.

IN Causa quæ uertitur inter Michaelem Leuiceti, actorem & quendam Iacobum Thomasini reũ, de & super turbatione seu inquietatione cuiusdam possessionis. Visis iuribus utriusque partis. duo dubia uidentur principaliter elijcienda.
1 Primum † an iudex maleficiorum curíæ potestatis fuerit iudex competens ad sic ciuiliter pronuntiandum, Secundum esto, quòd fuerit competens, an dicta sententia fuerit iusta uel iniusta.
2 Quo ad primũ uidetur, quod nõ, † quia solum de maleficijs, & delictis cognoscit ergo de causa ciuili, nec se impedire, nec pronuntiare potest l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. C. de agen. in rebus. l. ex eo. lib. xij.
Sed ueritas est in contrarium, quia licet principaliter cognoscere non possit de causa ciuili, tamen incidenter bene potest causam ciuilem expedire & suo iudicio terminare l. interdum. §. qui furẽ. ff. de furt. & ibi Glos. & Bart. plene in l. iiij. §. si dicatur. ff. fini. regũ. sufficit enim, quòd reus fuerit in periculo maioris pœnæ, scilicet fisco applicandæ posse condẽnari, licet aliter de crimine non constet, nec super eo crimine sententia fuerit la-

ea, quia nihilominus ciuiliter cōdemnā do accusatum, eiusdem iudicis ualidatur sententia, ut est tex. in d. §. qui furē uers. sed & si nihil. Item quia, † iudex, qui nullā iurisdictionem habet super re principali, quę intentatur, tamen de incidenti, & quod accessoriè uenit cognoscere potest & terminare l. quoties. C. de iudi. & quod non licet directo, licet in consequentiam. ff. de pact. l. si unus. §. illud, de auctorita. tuto. l. quod dicimus. nisi forte iudex aliàs esset incōpetens ratione personę, uel causæ sibi specialiter interdictæ ut extra qui fil. sint leg. c. lator. facit quod not. per Doctor. in l. cum Papinianus, & aucten. & consequenter. C. de sentent. & sic in casu nostro, esto quòd possessor iste non fuerit uitiosus, quia auctore prætore possidet, & sic à pœna criminali excusatur, tamē à uexatione & molestia, quā infert accusatori, qui potior est in ipsa possessione, ut infra dicam, ab eodem iudice compesci potest, & eius sententia ualet.

4 Quo ad secundum dubium † respondeo, quòd sententia dicti iudicis æqua & iusta fuit, quia licet immissus ex primo decreto, quando sunt creditores eiusdem tituli, etiam alijs creditoribus, qui posteà mittuntur non præferatur, sed pariter cō modo possessionis cum alijs posterioribus potitur. ut l. cum unus. ff. de bono. auctorit. iud. pos. & l si. C. qui bon. cedere possunt. ff. ut in poss. leg. l. is cui. §. si plures. etiam si ex officio iudicis nobili fuerint immissi l. si finita. §. si plures. ff. de dā. infect. Secus in creditoribus ex diuersis titulis causam prætendentibus, ut puta, quia unus ex causa lucratiua, alius ex causa onerosa immissionem ex primò decreto fuerit cōsecutus, quia tūc, qui prior est tempore, potior est in iure. l. ij. C. qui po. in pig. habe. l. si postquam. C. ut in poss. leg. Tamen quia hic agimus de secūdo decreto, in quo primus creditor præuenit in possessione, ex qua immissione creditor effectus est dominus rei, ut est casus in d. l. si finita. §. si plures, coniūcto §. seq. si uerò; Frustra ergo agimus hic de iure secundi creditoris, ex quo primus creditor per immissionem priorem ex secundo decreto fuerit effectus dominus, unde iste secundus nullū ius in ea re obtinere potuit ex secundo decreto, cum iam de bonis dicti debitoris res exiuerit per interpositionem secundi decreti primo creditori præuenienti in ipsa immissione.

5 Item † quia ista secunda immissio non solum deficit ex eo, quia iam erat translatū dominium in primum creditorē, & sic non fuit facta in bonis debitoris, ex quo desierat esse dominus, sed etiā deficit, quia non fuit facta rite; quia nunquā potest perueniri ad secundum decretum, nisi citato possessore, ut not. in d. l. si finita. §. Iulianus sed hic iste primus creditor, qui iā erat possessor, nunquam fuit citatus in processu habito coram dictis officialibus, sed semper debitor, ergo talis immissio huius secundi, etiam nulla fuit quia nec rectè, neque rite immissus fuit & sic non dicitur possidere auctore prætore, ut nota. in l iustè. ff. de acquirenda possessione.

6 Sed esto † sine præiudicio ueritatis, quòd iste secundus creditor fuisset possessionē assecutus ex decreto iudicis, adhuc dico, quòd talis possessio ipsum non tuetur, quominus debeat eadem priuari per iudicē, nam possidēs ui, clam, uel precario ab aduersario succumbit in interdicto uti posside. l. j. C. uti pos. Dicitur autem taliter possidere ab aduersario non solum si in absentia aduersarij possessionē clandestinè recipit, ut turbet uerum possessorem; sed etiam si turbare seu uexare illum putauit, turbando extraneū seu tertium; quia potius ueritatē, quàm opinionem inspicimus sic turbantis, ut à uero possessore clandestinè dicatur possidere. ff. quod ui aut clam. l. qui aliter. §. si quis cum putat. & hoc ibi tenet Dyn. & Barto. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. posses. & l. j. §. fin. ff. eo. titu. & Cyn. in l. j. C. uti posside. Cū autem iste secundus creditor non citato antiquo possessore, scilicet creditore prius immisso, recipit possessionem dictæ rei ex primo & secundo decreto, tanquā de bonis dicti sui debitoris, qui iam

desierat possidere & dominus esse, ut dixi propter secundum decretum; nihilominus dicitur à primo creditore antiquiori possessore clam possidere, ut potius ueritas quàm opinio attendatur.

7 Pro hoc † etiam facit, quia si aliquis recipit titulum ab eo qui clam, uel uiolenter possidebat, nihilominus dicitur clã, siue uiolenter possidere à primo possessore, qui desierat possidere, ut interdicto teneatur ad restitutionem possessionis, ut not. Glo in l. si duo. ff. uti poside. licet ergo ista possessio sit data isti secũdo creditori à iudice, tamen ipse clandestine à primo creditore iustè possidente dicitur possidere, quia nec ipse secundus creditor, nec iudex poterit de facto primum creditorem sua possessione priuare, nec debet esse melioris conditionis iste secũdus creditor, quàm eius debitor, à quo iste secundò immissus causam prætendit propter immissionem ex secundo decreto. ff. de reg. iur. l. in omnibus officiis. §. non debeo, sed debitor ipse post secundũ decretum primi creditoris non poterat ipsum primum possessione priuare, & turbando illum primum succumberet, ergo & iste secundus creditor, qui causam prætendit ab ipso debitore.

Sed etiam præsupposito, quòd iste secundus creditor possessionem fuisset assecutus ex primo uel secundo decreto, tamen intelligitur semper sine præiudicio primi & antiquioris possessoris; unde si primus possessor agat contra secundum possidentem, iudex, esto, ꝙ cognoscat utrũq; scilicet actorem & reũ possidere, tamen semper sententiam ferre debet pro antiquiore

8 possessore, † quia in pari cã possessionis antiquior possessor præfertur. l. si duo. §. fi. ff. uti poside. hoc tenet clarè Cyn. in d. l. i. C. uti poside. ibi decimo quæritur, & Barto. hoc tangit in l. i. §. fin. ff. eod. titu. ibi ulterius procedo, & c. ubi

9 tenet, † quòd ad impediendum antiquiorem agentem possessorio, non sufficit, qđ reus probet se possidere, sed requiritur, quòd probet se iustè possidere; Sed in casu nostro primus creditor est antiquior & potior in possessione quàm secundus. Item quia possessio rei nõ est iusta; quia primo possessore non citato: ergo merito in eius possessione actor est tuendus, argumen. l. si quis missus. ff. ne uis fiat ei. &

10 est ratio, ut dicit Iacob. de Are. † quia secunda possessio, ex quo constat de antiquiori possessore præsumitur clãdestina, & uiolenta, ut ibi not. Cy. & pro ista parte est casus in c. licet extra de probationi.

Præterea istam quæstionem quasi in terminis format Iaco. de Are. in l. ii. C. qui potio. in pigno. habe. ut ibidem recitat Cy. licet loquatur in duobus creditoribus immissis in possessione bonorum debitoris ex primo & secundo decreto, quorum alter creditor primo pręuenit secũdum creditorem ex re iudicata, & tenet quòd ultimus creditor, qui fuit immissus in possessionem in bonis debitoris, in quibus prius alius creditor fuerit immissus in possessionem ex re iudicata, succũbit, & primus præfertur; licet Cyn. ibi uidea-

11 tur tenere contrariũ & malè, † quia quãdo sunt plures creditores immissi ex re iudicata diuerso tẽpore, semper primus præfertur, ut est tex. ĩ l. si à iure. ff. qui potio. in pig. habean. & in l. postquàm. §. imperator. ff. ut in posses. lega. & hoc tenet Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Nã in istis seruatur regula; qui prior est in tempore potior est in iure l. potiori. & l. qui balneũ. ff. qui po. in pigno. habeant. Concluditur igitur ex prædictis clarè, primo, quòd ipse iudex maleficiorum competens fuit, secundò quod eius sententia fuit iusta & iuri consona.

Simeon de Perusio.

CONSIL. D. ANTONII DE MAPHEIS PERGAMENSIS LEGVM licentiati, & decretorum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Probatio debet necessariò concludere.*

2 *Delictum non præsumitur quoties aliqua alia causa subest.*

Testis

3 *Testis de auditu alieno, uel credulitate deponens non probat.*
4 *Attestationes iuratæ parte nō citata nō nocēt.*
5 *Citatio in processu quantumcunque summario, & extraordinario requiritur.*
6 *Probationes in criminalibus causis requiruntur omni exceptione maiores, necessariò concludentes ad condemnationem, & luce meridiana lucidiores.*
7 *Populi uanæ uoces in criminalibus non sunt attendendæ.*
8 *Fama populi non probat, nec præsumptionem aliquam inducit.*
9 *Temerarius actor damno expensarum afficitur.*
10 *Actore non probante reus debet absolui, etiamsi reus nihil probauerit.*
11 *Illatio non fit ex diuersis.*

CONSILIVM L.

IN CAVSA uertente coram Spectabili & Clarissimo Legum Doctore Domino Melchiore de Facinis asserto delegato Reuerēdissimi Domini episcopi, Dominique Tridenti inter Guarescum habitatorem ferrifossinarum uallanæ, siue eius procuratorem ex una, & ser Baldeserinum Garelli de Pergamo parte altera occasione certarum mularum, & unius equę assertarum acceptarum & derobatarum per suprascriptum Baldaserinum & Tonolum eius fratrem, in domo suprascripti Guaresci. Quòd partes suprascripti Domini asserti delegati sint & esse debeāt in absoluēdo suprascriptum Baldaserinum & in pronunciando & declarādo, bene fuisse & esse sententiatum & iudicatum per Spectabilem & sapientem Iuris utriusque Doctorem, Dominum Ioānem Antonium da Vsachetis in fauorem suprascriptorum fratrū de Pergamo, & in pręiudiciū suprascripti Guaresci, & in confirmando dictam sententiam præfati Domini Ioannis Antonii, probatur & ostenditur pluribus rationibus & mediis. Primò quia nullus est testis, qui dicat se uidisse prędictos fratres Videlicet Tonolum & Baldaserinum, uel aliquem eorū accipere & derobare, seu surripere prædictas mulas & equā, de domo suprascripti Guaresci; Licet quidam ex eis dicunt, se uidisse Baldeserinum sequentem dictas mulas, & equā, ergo eas surripuit, & accepit de domo Guaresci,
1 † quia probatio debet esse necessario cōcludens, alioqui non releuat probantem l.non hoc.C.unde cogna.l. non nudis. & l.non epistolis.& l.neque natales. C.de probatio.& per Ioan. And. in c.in præsentia extra de probatio.& in Glos.ordinaria in l.non omnium.ff.de legibus.
2 Præterea † quantumcunque aliqua alia causa subest seu subesse potest, non præsumitur delictū.l.merito. & quod ibi notatur.ff.pro socio. Sed bene in casu nostro probatur per duos testes suprascripti Guaresci, uidelicet per Bertonum & & Ioanninum dictum Marcham, quòd dictus Marcha & Bernardus Mulio suprascripti Guaresci ex una, & suprascripti Tonolus & Baldesarinus ex alia dederūt ordinē & fuere concordes de eūdo acceptū cum dictis bestiis, & cū bestiis seu cū uno filio suprascripti Marchæ certā quātitatem uini prædictis fratribus de Pergamo in loco de Cleuo; ergo non potest dici prædictas mulas & equam fuisse surreptas, nec acceptas animo derobandi, nec furtum committēdi, Sed ipse Bernardus famulus & mulio suprascripti Guaresci, una cum filio & bestiis suprascripti Marchæ ex ordine prius dato, sua sponte cū dictis bestiis iuit ad locum de Maleto. Non igitur probant, nec aliqualiter concludunt testes suprascripti Guaresci contra suprascriptos fratres, nec aliquē eorum de aliquo furto, nec de aliqua surreptione nec derobatione animalium prædictorum, maximè rationibus prædictis.
3 Tum † quia deponunt de auditu alieno & per uerbum credere, igitur &c. argumen. eorum quæ habentur & notat, in l.testium.C. de testibus & per Spec. in titulo de teste.§.primo.uersic.item quòd deponit de auditu alieno, & de credulitate, &c.
4 † Tum etiam quia non apparet quòd prædicti fratres de Pergamo unquàm fuerint citati ad uidendum iurare testes suprascripti Guaresci, & ad dādū,

& alle-

& allegandum suos notarios & superstites, igitur dictum talium testium nullũ. argumẽ. l. nam ita diuus ff. de adoptio. l. de unoquoque. ff. de re iudicata. & intra quatuor. de maioritate & obedientia.

5 † Et citatio ad hoc cum sit de iure ciuili non potuit, nec potest tolli, nec debuit aliqualiter omitti, ut in processu quantumcunque summario & extraordinario, ut in clemẽtina pastoralis. de re iudicata. & notat Barto. in extrauagant. ad reprimendum in uer. figura. Tum quoque, quia Bartholamæus Marcha, qui deponit super dictis bestiis, super generalibus dicit se esse compatrem suprascripti Guaresci, & sic nõ est testis omni exceptione maior. & Ioanninus dictus Marcha alius testis, qui similiter deponit super facto dictarum mularum & equæ super generalibus nõ est aliqualiter interrogatus, quod appareat ex processu per me uiso, igitur res suspitione non caret, & maximè in criminali causa, cuiusmodi uidetur causa ista, nam si diligenter animauertatur libellus suprascripti Guaresci principaliter concludit suprascriptum Baldeserinum condemnari debere secundum formam iuris, & statutorũ Tridenti, pro furto seu robaria, & surreptione dictarum mularum, & equæ, & incidẽter ad restitutionem dictarum bestiarum aut pretii earum, & in ducatis ducẽtis ꝑ asserto damno & interesse Guaresci suprascripti propter carentiam dictarum mularum & equæ, & in expensis &c.

6 Clarum est † autem quòd in criminalibus causis requiruntur probationes omni exceptione maiores necessariò concludentes ad condemnationes, & luce meridiana lucidiores. l. fina. C. de probationibus. iuncta l. absentem. ff. de pœnis. cũ similib. Sed ut superius mõstratũ est & deductũ nedum in cã criminali, sed nec in ciuili aliqualiter probatum est de surreptione, seu furto uel derobatione prædictarum mularum & equæ asserta facta per suprascriptos fratres de Pergamo, nec per aliquem eorum; igitur nulla de iure sequi potest condemnatio contra eos, uel aliquem eorum, sed absolutio.

Nec obstat quòd testes dicant publicè dici per totam uillam Maleti, contenta in capitulis suprascripti Guaresci esse ue-

8 ra &c. † quia uanæ uoces populi nõ sunt attendendæ, maximè in criminalibus, & ubi agitur de salute & fama seu statu ho-

8 minis, & in talibus † fama populi non solum non probat; sed nec aliquam præsumptionem inducit; ita notat expresse Barto. in l. de minore. §. tormenta. in ultima col. ff. de quæstionibus.

Cum igitur de surreptione, & derobatione dictarum mularum & equæ, nec de aliquo dãno & interesse suprascipti Guaresci sit sufficienter & legitimè probatum & maximè in tam ardua, & magna causa ducatorum ducentorum aurei, necessariò sequitur partes Domini iudicis præfati & asserti delegati, forè & esse debere in confirmando sententiam præfati Domini Ioannis Antonii, & in absoluendo suprascriptum Baldesarinũ à petitis

9 per suprascriptum Guariscum, † & in cõdemnãdo eundem Guarescum tanquàm temerarium litigatorem in expensis factis per suprascriptum Baldesarinum, in præsenti lite & causa per eum, l. eum quẽ temerè. ff. de iudiciis. & l. properandum.

10 §. & si quidem. C. eodem titulo. † Et quia actore non probante reus, etiam si nihil probauerit, uenit absoluendus, & actor in expensis condemnandus. l. qui accusare. C. de edẽ. & l. actor quod asseuerat. C. de probatio. cum similibus.

Prædictis etiam non obstat, quòd per aliquos testes deponatur de pensis quadragintaocto, seu quadragintanouem ferri, & de salmis quatuor uini &c. a serentes habitas per suprascriptos fratres de Pergamo, pro parte solutionis, seu in ratione librarum. lxxxi. promissarum per suprascriptũ Guarescum suprascriptis fratribus pro suprascripto Bernardo; quia hoc non probatur de surreptione, furto, uel derobatione prædictarum mularum

11 & equæ. † Et ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minori. Nec per hoc etiam est sublatum debitum prædictarum librarum. lxxxi. in totum. igitur probatio prædictorum nihil ad proposi-

tum

tum eius, quod petitur seu eorum, quæ petūtur per suprascriptum Guarescum, contra suprascriptum Baldesarinum.

Pro cuius etiam Baldesarini uictoria reportanda, peroptimè facit relaxatio seu reuocatio cuiusdam sequestri aliàs facti de dictis mulabus, & equa, tãquàm de bonis & rebus suprascripti Guaresci, per dominum Capitaneum uallis Camonicę, ad instantiã suprascripti Baldesarini &c. & prout in dicta reuocatione cõtinetur, rogata per Franciscum Gliscenti de Buerio notarium, Et aliud instrumentum retentionis dominii, & possessionis dictarum bestiarum, & manus iniectionis in eas, ubicunq; dictæ bestiæ repirerentur, alias factum per suprascriptos fratres de Pergamo, seu per alterum eorum tempore uenditionis, & traditionis per eos factæ de dictis mulabus & equa, suprascripto Bernardo mulioni suprascripti Guaresci. Et ita ex prædictis concluditur prædictum Baldesarinum indubitanter esse in casu uictoriæ & prædictum Guarescum in prędicta lite & causa debere succumbere. Cætera suppleat prudentia Domini iudicare debentis. Laus Deo.

Et ita ut supra conclusum est dico & consulo esse de iure Ego Antonius de Mapheis de Pergamo in iure ciuili publicè licentiatus, & decretorum Doctor minimus, ac iudex de Collegio Dominorum iudicum Pergami. & ad fidem præmissorũ me subscripsi, & sigillo meo sigillaui.

D. CALAPINI DE CALAPINIS DE TRIDENTO. I. V. D. RESPONSIO facta pręcedenti consilio. D. Anto. de Mapheis.

SVMMARIVM.

1 *Dictum testis debet de necessitate concludere.*
2 *Fur manifestus quis dicatur.*
3 *Testis necessario uel præsumptiuè præsumptione iuris concludere debet.*
4 *Repertus cum re furtiua, ipsam furasse præsumitur.*
5 *Testis per sensum corporeum rationem reddens concludit.*
6 *Probatio per uisum est magis generalis, & aliis efficacior.*
7 *Transigens super delicto, delictũ confitetur.*
8 *Limitatio ad l. merito. ff. pro socio.*
9 *Furtum præsumitur ex retentione facta rei alienæ, contra domini rei uoluntatem.*
10 *Consilium & opem furto præstans, furti actione tenetur.*
11 *Testis iurati parte nõ citata depositio nũ tenet.*
12 *Compater an repellatur à testimonio.*
13 *Erubescimus cũ sine lege loquimur.*
14 *Fama an & quando probet, uel indiciũ faciat.*

CONSILIVM. LI.

IN CHRITSI nomine Amen. Coram uobis spectabili Domino delegato ante dicto, comparet sæpè dictus Guarescus, in causa & quæstione de præsenti uertente corã uobis inter ipsum & Baldesarinum de Pergamo. Et inhærendo aliis suis allegationibus & iuribus, aliàs coram uobis productis, à quibus discedere non intẽdit, & ex quibus apertissimè constare potest, quæ partes uestræ esse debeant, in absoluendo uel condemnando dictum Baldesarinum, proponit & ꝓducit infrascriptas allegationes & exceptiones breuissimas, contra iura & allegationes, nouissimè coram uobis productas per procuratorem ipsius Baldesarini, quas non obstare in iure nec in facto dicto Guaresco clarè demonstrabitur.

Et in primis, Dum Spectabilis Dominus consultor partis aduersę nititur probare partes uestras esse in absoluendo dictum Baldesarinum, &c. eo quia non est probatũ dictum Baldesarinum fuisse uisum surripere dictas mulas & equam, in domo Guaresci, sed solum fuit probatum secundum ipsum, dictum Baldesarinum & fratrem in uia sequentes dictas mulas & equam, & illas conducentes, ergo non sequitur, quod fuerint surreptæ per ipsum, nec de domo Guaresci. † Et sic di-
1 ctũ ipsorum testium nõ concludit, quod concludere debet, per d. l. non hoc. C. unde cogna. & l. non epistolis, & l. neq; natales. C. de probat. & per Ioan. And. in c. in præsentia de probat. & est Glos. in l.

non

nõ omniũ .ff.de legib.per ipsum allegat. Nam cum eius supportatione, breuiter respondetur, quòd prædicta non obstant
2 in re ista. † quoniam non est necessariũ ad probandum furtum, quòd fur fuerit uisus furari in domo, uel in aliquo loco, ubi res furtiua fuerit constituta, sed sufficit quòd ubicunque extra locum rei fur uideatur uel reperiatur cum re furtiua, ut in l.fur est manifestus. cum legibus sequen. ff. de fur. & ibi Barto. Et si tunc dictus Baldesarinus fuisset depræhensus in uia, cum sequebatur ipsas mulam & equam, uel saltem contra eum fuisset clamatum, fuisset & esset fur manifestus. ut per Bar. in d.l.fur. & per Cy. in l.falsus.in iij. opposit. C.de furt. & Instit.de obliga.quæ ex quasi delic.nascuntur, in §. conceptum.
3 Et † dum dicit, quòd dicti testes non cõcludunt de necessitate, respondetur dupliciter, primò, quòd sufficit etiam si testis dictum suum concludat præsumptiuè, præsumptione iuris, ut not. Bar. in l. i. uers.contra hanc decisionem.ff. si cert.
4 pet. † Sed iuris præsumptio est, quòd si quis reperiatur cum re furtiua, ꝙ ipse sit fur, nisi ipse contrarium probet, ut in l. in ciuilem, & l. ciuile. cum ibi notatis. C.de furtis.
5 Præterea † dicti testes concludunt necessario, cùm reddunt rationem dicti sui per sensum corporeũ, scilicet per uisum, ut not. ipse Bar. in d.l.i.in uer.item oppo
6 no ratio testis &c.ff.si cer.pet. † & probatio per uisum est magis generalis & efficatior alijs, ut not. Cy. in l.testium.C.de testi. & Moder. in l. qui testamento.§.fi. ff.de testa.& sic constat prædictis non obstantibus probatum esse ipsum Baldesari
7 num esse furem. † quod etiam fuit probatum, in probando, quòd ipse uoluit trãsigere super ipso furto, & per eum non defecit.& est tex.not.& ibi not.in l. in fisci causis.ff.de iure fis.& in l. quoniam, ff.de infami.ubi transigens super delicto, confitetur delictum, de quo furto & delicto constat in pluribus & diuersis locis processus, ut aliàs allegatum & declaratum fuit.

Præterea nõ excusatur ipse Baldesarinus ab illo delicto per allegatum tractatum factum cum Bernardo mulione, de eundo acceptum uinum &c. inferendo quod illas mulas non sequebatur causa furandi & deprędandi, sed causa eundi acceptum illum uinum, quòd in dubio debet
8 præsumi, † per d.l.merito.ff.pro socio per ipsum allegata, quoniam illa lex procedit in dubiis, sed hic non est dubiũ, quin illud fecerit animo furandi, & non accipiendi uinum, quoniam exitus acta probat, nam constat ipsum non iuisse acceptum uinum in Cano. sed iuisse Maletũ, & posteà Pergamum cum ipsis mulabus & equa oneratis.

Et quòd fecerit animo furandi patet, nam per actus extrinsecos cognoscitur ani-
9 mus. † ut quia ipsas conduxit uias, & illas detinuit, ex qua etiam detentatione facta inuito Guaresco fit furtum, præsupposito quòd à principio non fuerit, ut in.§.gallinarum. Instit.de re.diuisio, & in l.alienum.C.de furt.& ibi Gloss.in uerb. donauerit.facit.l. qui re sibi cõmodata.ff.de furt.& in.§. furtum autem fit. Insti.de obliga.quæ ex delic.nascuntur. Et si uellet dicere, quòd Bernardus illas conduxit, hoc non est probatum per ipsum. & ex hoc non excusaretur propter illũ tractatum seu ordinem datum cum illo, immò uideretur ficte fecisse tractatum de furando ipsas mulas ostendendo ire acceptũ uinum, cũ posteà illas uias conduxit, & detinuit inuito Guare-
10 sco. † Et illi uideretur dedisse consilium & opem illas sequendo, ex quo etiam teneretur furti actione, ut l.is qui opem, & l.qui.seruo.§.plus. & l.in furti.§. ope.ff. de furt. ex quo patet, quod præallegata exceptio non habet aliquo modo dictum Baldesarinum excusare à prędicto delicto.
11 Dum † uerò excipitur, quòd non fuerit citatus ad eligendum notarios uel uidẽdum iurare testes, unde despositio testiũ tenere non debet per l.nam ita Diuus.ff. de adoptioni, & l.de uno quoq;.ff. de re iudica. Respondetur, quòd exceptio ista falsissima est. Nam de consensu partiũ fuit

fuit electus filius uester pro notario, ut constare debet in actis, quando uos pronuntiastis uos esse iudicem competentem, quoniam tunc fuit electus ipse pro notario, ut supra, fuit etiam pars aduersa, uel eius procurator admonita & admonitus ad uidendum iurare testes singulis diebus & horis, ut moris est.

Nec iura per ipsum allegata probant dictum testis esse nullum, si pars non fuit citata ad uidendum iurare testes, licet hoc alibi statuatur. Vnde eius exceptio non habet obstare, nec est probata.

12 Similitet † dum dicit, quòd Marcha est
13 compater uaresci. quoniam † erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de collatio. & non reperitur iure cautū, quòd ratione compaternitatis testis repellitur à testimonio, immò contrarium expresse tenet Baldus. in l. parentes uersicul. deinde nos uidemus. C. de testib.

14 Dum uerò dicit, † quod fama probata non probat, ut per Barto. in l. de minore. §. tormenta in fi. ff. de quæstioni. respondet quòd Barto. dum illud dicit, non loquitur in casu nostro, si rectè consideretur, nam facit plures distinctiones, de quibus ibi per eum, quoniam illud esset uerum, quando fama solum esset inducta ex sola uoce populi, non præcedentibus aliquibus legitimis præsumptionibus, uel indicijs, quia tunc non probaret, aliàs benè probat, maximè in casu nostro; quoniam orta est præcedentibus indicijs, præsumptionibus de ipso furto facto, ut supra quod etiam fuit probatum, & sine dubio probatum fama confirmat. ut ibi per Bar. & not. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

Dum uerò dicit, quòd probatio solutionis uini & ferri facta per Guarescum non releuat, quia per eam non probatur furtum. Respondetur, quòd illi testes non fuerunt producti ad probandum furtum, sed ad probandum solutionem dictarum mularum & equæ, quæ legitimè fuerit probata, ut ex eorum testium depositione constare potest.

Non etiam operatur aliquid relaxatio dicti sequestri, ut aliàs probatum & allegatum fuit, super quo in præsenti, breuitatis causa non insisto. Et ex ijs breuibus patet allegata in contrarium non obstare, & partes uestras e[illegible]e in condemnandum ipsum Baldesarinum iuxta petitionem dicti Guaresci. In cæteris uero suppleat prudentia uestra iuxta l. unicam. C. ut quæ desunt aduo. iud. sup. Laus Deo.

Et ita dico & cōsulo ac iuris esse affirmo, ut suprascriptum est. Ego Calapinus de Calapinis de Tridento, Iuris utriusque Doctor, & in fidem præmissorum me subscribsi, & proprio, ac consueto sigillo sigillaui, Saluo semper saniori iudicio.

CONSIL. D. CALAPINI DE CALAPINIS DE TRIDENTO. V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in criminalibus est necessarius.*
2 *Vbi maius est periculū, ibi cautius est agēdū.*
3 *Libellus in causa ciuili requiritur.*
4 *Causa qualibet criminalis maior est quacunque ciuili pecuniaria, etiam magna, & infra nume. 29.*
5 *Quæ et quot in criminali libello requirātur.*
6 *Accusatoris nomen quando debeat de libello cancellari.*
7 *Accusator quādo possit accusatū reaccusare.*
8 *Criminis accusatio quanto tempore tollatur.*
9 *Libellus in criminalibus hodie de consuetudine non offertur, sed accusatio, quæ omnia in libello requisita continere debet, aliàs uitiatur, & supra nu. 5. & infra nu. 10.*
11 *Testes in criminalibus omni exceptione maiores esse debent.*
12 *Testis dictum necessariò concludere debet.*
13 *Testes in dicto suo singulares non probant. & infra nu. 20. 21. & 24.*
14 *Testes singulares habens non facit semiplenam probationem.*
15 *Testes super capitulis & non extra deponere debent. & infra nu. 20. & 23.*
16 *Testis de auditu deponens nō probat, & infra nu-*

CONSILIVM. LII.

VISIS diligenter ac maturè consideratis actis & actitatis, & attestationibus productis, ac toto processu agitato inter Valentinum filium quondam ser Michaelis de Ayguabona montis Castegnedi, accusantem & querelantem Antonium Zunt de Castegnedo, accusatũ, &c. Ac etiam uisis querelis datis contra dictum Antonium in eadem materia per Vngerle & Michaelem Cloch, ambos de Castegnedo, quæritur à me, an dictus Antonius à dictis querelis absoluendus sit, uel condemnandus. Et ad ueritatem præsentis quæstionis plenius, & melius quærendam, tria dubia discutere & examinare decreui. Primum an accusatio seu querela data per dictum Valentinum contra dictum Antonium, bene & rectè, fuerit formata, & in ea sint omnia necessaria & opportuna, & sic an ualida sit. Secundum an testes producti per dictũ Valen. super dicta querela & contentis in ea, faciant plenam fidem, & probent contenta in dicta querela, uel saltem faciant præsumptiones & indicia contra dictum Antonium. Tertium præsupposito, quòd dicti testes faciant præsumptionem & indicia, an ex præsumptionibus & indiciis, possit & debeat Dominus Vicarius peruenire ad diffinitiuam sententiam condẽnatoriam, subiiciendo quæ partes esse debeant iudicis in iudicando.

CHRISTI Ac Gloriosiss. Matris Vir. Mariæ pijssimæ inuocato nomine, à quo unumquodque rectum & iustum procedit iudicium. Circa primum dubium an accusa seu querela data per dictũ Valentinũ contra prædictũ Anto. sit ualida, & omnia necessaria contineat. Ad præsentis dubij dicendi euidentiam præmitto,
1 quòd † olim & hodiè de iure communi in causis criminalibus est necessarius libellus solennis, sicut & in ciuilibus causis, & hoc siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. ut in l. libellorum & ibi Doct. ff. de accusatio. & C. de accusatio. l. si quis. & l. in causis, & l. accusationis. & ff. de priuat. delict. l. fi. & C. qui accusa. poss. l. negãda. & l. crimẽ. & ff. de furt. l. fin. & l. quę
2 situm. ff. ad sena. consul. Turpil. † Nã ubi maius uertitur periculum, ibi cautius est agendũ, ut de Carbonia. edic. l. j. & C. de appellatio. l. addictos. & ff. de uent. inspi.
3 l. j. §. j. † Vnde cũ requiratur in omni causa ciuili. ut in auct. offeratur. C. de lit. cõtesta. multo fortius in causa criminali.
4 Nam † unaquæque causa criminalis et minima, omni causa pecuniaria de mundo maior esse censetur, ut ff. de pœn. l. in
5 seruorum. § fi. † In libello autẽ criminali omnia infrascripta sunt necessaria, & opportuna. Primò nomen accusatoris, seu querelantis, nomen accusati, nomen iudicis, coram quo fit accusatio, Item crimẽ commissum; & criminis magnitudo. Item cum qua persona sit commissum delictum. Item in quo loco sit commissum, & locus loci. Itẽ quo anno, die, mẽse fuerit cõmissum delictũ. Item quo anno, die, mense, fuerit productus libellus. Itẽ olim necessaria erat subscriptio accusatoris ad pœnam talionis, licet hodiè non,

de consuetudine cōi; Quæ omnia & singula nisi accusator in libello suo comprehenderit, libellus reprobatur, & est nullus, ita dicit & tenet Excellētissimus practicus Gandinus in opere maleficio. in titu. qualiter fiat accusatio. circa princip. Idem tenet alter Excellentissimus criminalista Guido de Suzaria etiā in opere suo maleficiorum in eo. titu. qualiter fiat accus. & te. in l. libellorum. ff. de accusa.
6 & Glo. inst. de publi. iudi. in princip. † Et quādo libellus est male formatus, & ita minus legitimè ordinatus, quia in eo careat unū ex suprascriptis necessariis ad instantiam accusati, potest, & debet nomē ipsius accusari, aboleri de dicto libel
7 lo, & ab illa instantia absolui, † Datur tamen facultas accusatori reaccusandi infra tingita dies. l. libellorum. §. fin. ff. de accusatio. nisi alia de causa impediatur, nam tunc reaccusare poterit infra uigin
8 ti annos. † Nam tāto tempore tollitur accusatio criminis, ut. C. de fal. l. querela. nisi accusatio specialiter tollat minori tēpore, ut in adulterio. ut in l. adulter. & l. iuramenti. & l. ad cōmissa. C. ad l. iul. de
9 adul. cum simi. Et licet † hodiè de iure p iura superius allegata, in causa criminali libellus requiratur; tamen hodiè per consuetudinem totius Italiæ, in causa criminali non offertur libellus, sed simplex accusatio, seu querela, quę describitur in libro cōmunis. Et licet talis scriptura non appellet communi usu libellus, sed simplex accusatio, tamen omnia prędicta in libello requisita, debent inseri in illa tali scriptura, seu accusatiōe, præterquā subscriptio accusatoris, quoniam hodiè illa non requiritur, ut supra dixi, & per omissionem unius necessariorum prædictorū uitiatur dicta scriptura, siue accusatio sicut libellus, ita dicit & tenet Guido de Suzaria in opere suo maleficio in d. titu. qualiter fiat accusa. in §. hodiè autem cōmuniter. & Gandi. in eodem opere suo maleficio. in titu. qualiter fiat accusat. §. hodiè autem de consuetudine. & Mod. in l. libellorum. ff. de accus.

10 Iis sic præmissis † ad euidentiam, modo uidendum est, an in accusatione & querela antedicta data pèr Valentinum contra dictum Antonium contineantur omnia prædicta & necessaria, ut si omnia contineantur, dicatur ualida, & recte formata, si uerò aliquid eorum defficiat, dicamus per prædicta non esse ualidam & reprobari debere, & nomen accusati esse abolendum, & à tali instantia accusatum absolui debere. Et siquidem rectè inspiciat in dicta accusatione siue querela, nō inest nomē iudicis, coram quo proposita fuit nomen Domini Ioannis Orhelrigel Vicarii Perzini & Comitatus, qđ quidem est necessarium & opportunum ut supra dictum est, & ita ubiq; practicatur, cuius omissio, ut supra habet uitiare accusationem, & querelam &c. Item non inest annus, mensis, nec dies commissi delicti contenti in dicta accusa, sed solùm & obscurè dicitur in dicta querela de tempore, quo ponuntur saltuarii in regulis uinearum montis Castegnedi, &c. Item non est appositus locus commissi delicti, nec locus loci. Item non continet crimen expressum, sed solùm dictum Antonium dixisse, tu nunquàm bene habebis, quæ uerba non habent importare aliquod crimen uel delictum, & licet quasi in fine querelæ dicat, se dixisse illi Antonio una die, Antoni tu es ille, qui facis me habere infirmitatem istam, destruas facturas & incantationes, quas fecisti super me, quæ uerba sunt narratiua; Tamen expresè non dat querelam officiali, quod dictas facturas & incantationes fecerit, de quibus omnibus & eorum singulis carentibus in dicta accusatione, potest dici, concludi, & determinari dictam querelam esse nullam, male formatam, & reprobādam per superius allega. & nomē accusati aboleri debere, & absolui ab instantia ut supra, si alia nō essent, de quibus ifra uidebimus.

Super querelis autem aliorum duorū non insisto, quia ipsi non processerunt in causa, nec aliquid probarunt, & remota ista, multo fortius & illæ essent remouendæ, quoniam illis idem obiici potest, quod isti obiicitur, &c.

Circa secundum dubium, quo quæritur,

an testes producti super dicta querela Valentini faciant plenam probationem, uel saltem præsumptiones uel indicia. Ad euidentiam præmittēdum esse duxi, quòd ad hoc, ut testes plenè probent, plura sunt necessaria, sed tantum attingam necessaria, ad præsentis dubii decisionē,

11 Primò † quòd testis sit omni exceptione maior, nam in causis criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores l. sciant C. de probationib.

12 Item † requiritur, quòd necessariò dictum testis concludat, ut l. in hoc C. unde cogna. & ibi Bart. Bal. & Cy. & alii & Bar. in l. i. ff. si cer. peta. & Bal. in l. ii. C. quam fis. uel priuat. idem tenet Ange. in auctenti. de hære. & fal. coll. j.

13 Item † quòd testes non sint singulares in dicto suo; nam si singulares sunt, non probant, ut l. iureiuran. C. de testib. & l. ubi numerus. C. de testib. & c. in omni negocio. de testib. & c. licet. eod. titu.

14 Immò† habens testes singulares non facit semiplenam probationem, dictum est singulare Bald. in l. de quibus. ff. de legi.

15 Item† quòd testis deponat super capitulis, super quibus est iuratus; nam si deponat extra capitula, in illo nihil probat, tanquàm super illo deposuerit sine iuramento, hoc tenet Bart. in l. si duo patroni. §. idem iulianus. ff. de iureiuran. quem sequitur Ang. in l. si libertatem. in fin. ff. de pet. hæred. & Canon. in c. de testib. ex

19 tra de testi. † Item quòd testis non deponat de auditu, nam de auditu deponētes non probant. l. si arbiter, & ibi not. ff. de test. & l. testium. C. eodem titu.

17 Item † quòd testis inhabilis & non idoneus a deponendúm, si sit examinatus nulla opposita exceptione contra eū, nō probat indicium, licet in causa ciuili probaret, text. est notabilis & ibi Bar. in l. in criminibus. §. Diuus. ff. de quæstion.

18 Item † indicium non potest probari nisi per duos testes ad minus, nisi specialiter deponeretur de ipso crimine; ita tenet Bar. in l. fi. in fi. ff. de quæstion. & est Glo. & ibi Doct. in l. fi. C. fa. hær.

His breuiter sic præmissis, descēdo ad depositionem uniuscuiusq; testis producti

19 super dicta querela, † Et in primis si rectè inspiciatur dictum Leonardi quondā ser Antonii Poper. primum in ordine processus, dictum ipsius nō ualet, nec aliquid probat, quoniam de auditu deponit dicens, contēta in sua depositione se audiuisse ab uxore sua, & à dicto Valētino. & dictum de auditu nō tenet per d. l. si arbiter. & ibi not. & hoc est in iure clarissimum, & sic eius depositio habetur pro non facta.

Depositio Vayt Gretei hers de Castegnedo, secunda in ordine processus, etiā non probat, nam ipse non deponit super contentis in dicta querela, sed solum deponit de quadam tunica, quam dictus Antonius inuenire promisit, &c.

20 Item † est singularis, quia nemo alius est, qui deponat de iis, quæ ipse deponit. unde tanquam testis deponēs extra querelam & sic extra capitula contenta in querela, super quibus fuit iuratus, & tanquàm singularis non probat, nec facit indicium per superius allegata, ut not. per Canonist. in c. de testib. extra de testib. & Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurand. & in l. iurisiurandi. C. de test. & c. licet de testi. & Bart. in d. l. fi. in fi. ff. de quæstio.

21 Insuper † depositio Zerbini tertia in ordine processus non probat, nec facit indicium, quia singularis est, & non deponit aliquid de dicto Antonio accusato, ex quo possit cadere aliqua præsumptio contra eum; sed tantum deponit quædā de uxore ipsius Antonii, nihil importantia, unde dictū ipsius nihil facit, per tex. & ibi Bar. in d. l. in hoc C. unde cogna. & Bar. in l. i. ff. si cer. peta. & Bar. in d. l. fi. in fi. ff. de quæstioni.

22 Prætereà† dictum Michaelis de sancto Vito & Iacobi eius filii, qui deponunt dictum Antonium dixisse in domo sua, dū ab eius uxore interrogaretur, quomodò facit Valētinus &c. est sibi factum & erit hinc ad unum annū se siccare, sicut unus roschus super uno baculo & in hoc concordat cum filio, in residuo est singularis, non probat, nec dictum ipsorum necessario concludit, nam licet dixerit illa

uerba

uerba, est sibi factum. nõ tamen sequitur, quòd ipse fecerit, per d.l.in hoc. C. unde cogna. Secus si dixisset, ego feci, & confessus fuisset se fecisse, quoniam tunc licet non plenè probarent, tamen facerent aliquod indicium, ut est Glos. in l. capite quinto. ff. ad legem Iul. de adulte.

23 Prætereà † deponunt extra querelam, nam in dicta querela non fit mentio de uerbis suprascriptis contentis in eorum depositionibus, unde mente non probāt, per iura superius sæpissimè allegata.

24 Dictum † uerò Bartholamei Poss. de Castegnedo, non probat, nec facit indicium, quia singularis, quoniam cum nullo concordat, nec per id probatur, quod illud sciat facere, nec quòd illud fecerit dicto Antonio; Vnde nullam fidē facit, per iura superius allegata.

25 Dictum † etiam Viritii de Sotto prępda, de Castegnedo nihil ꝓbat, maximè quia deponit de auditu, & depositio de auditu non ualet, ut sæpius dictum est; unde omninò non probat &c.

Gaspar uero Scāder super nihilo deponit, nam dicit se nihil scire de contentis in dicta querela &c.

26 Dictum † etiam Nihilæ Pager nihil probat, nam deponit de auditu, cuius depositio nõ probat. ut d.l. si arbiter. ff. de testi. & l. testium. C. eodem titulo. Ex quibus omnibus concluditur expressè, quòd suprascripti testes non probant, nec ullum uerum & euidēs indicium faciunt, & sic remanet expeditum secundum dubium.

27 Circa tertiũ dubiũ quo quæritur, † præsupposito non tamen concesso, quòd suprascripti testes saltem faciant præsumptiones & indicia, an ex præsumptionibus & indiciis possit perueniri ad diffinitiuam sententiam condemnatoriam. Breuiter ita respondendũ esse iudicaui, quod ad talem sententiam ex præsumptionibus & indiciis in causa criminali minimè perueniri posit, & moueor pro præsenti infrascriptis rationibus.

28 Nam † in multis causis ciuilibus ad ꝓbationem ipsorum ad minus requirũtur tres testes. ut l. fi. C. si cert. pet. & in auct. de fide instrumen. §. opera. & §. sed hoc dicimus, & aliquando quinque, ut l. testiũ. C. de testi. multo fortius in qualibet causa criminali duo uel tres pręsumptiones unam plenam probationem poterũt operari.

29 † Quoniam quælibet causa criminalis etiam parua omni pecuniaria causa de mũdo maior esse cēsetur. ut d. l. in seruorum. §. fi. ff. da pœnis.

30 † Et licet in causa ciuili duæ semiplenæ probationes, ut fama publica & dictum unius testis unā plenam probationem facerent. ut C. de ꝓb. l. ꝓprietatis, & ff. de testi. l. iii. §. eiusdē. & extra de testi. c. prætereà, tamen in criminali causa, & dictis semiplenis ꝓbationib. nõ erit quis diffinitiue dānandus;

31 nam † tunc probationes debent esse luce meridiana clariores. l. sciant. C. de prob.

32 & l. scientiam. C. d. pœnis. † Et strictius est procedendum, cum de hominis salute tractatur. ut C. de appellatio l. addictos. & notat. extra de testi. c. ueniens.

33 Secundò † quia licet indicia habeantur pro quadam specie probationum, ut no. ff. fini. regundo. l. si irruptione. §. fi. C. eo.

34 tit. l. iii. † Tamen in euidentibus indiciis reperitur quem fore deceptum. arg. ff. de furt. l. iii. cum l. seq. & ff. de actio. emp. l.

35 exempto. † & proptereà ex talibus indiciis non debet quis damnari. argu. ff. de ritu nuptia. l. palam. §. quæ in adulterio, & C. de defenso. ciuita. l. defensores.

36 Prætereà quia † ex indiciis & præsumptionibus non redditur res certa sed dubia. Quare sanctius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. l. absentem. C. de pœnis. & l. obseruare. C.

37 quæ appella. nõ recipi. † & in dubiis pœnæ potius sunt moliendæ, quam exasperādæ. ff. de pœnis l. interpretatione. & l. si præses. Et ex iis remanet expeditum tertium dubium. Vnde & omnibus præmissis discussis & examinatis concludo, ꝙ cum dicta querela non sit bene formata, & suprascripti testes non faciant plenā fidem, nec etiam indicia euidentia, ut supra probatum est, meritò partes Domini Vicarii in sententiando,

38 † esse debent in absoluēdo dictum Antonium accusatum diffinitiuè à dictis querelis, quia nihil probatur, ut supra. iuxta l. qui accusare.

sare. C. de eden. cum ibi not. nam actore nó probante reus est absoluendus ut ibi. Laus Deo & Gloriosæ uirgini Mariæ. Et uictus Victori in expensis uenit condemnandus.

Et ita dico & cõsulo ac iuris esse affirmo. ut supra scriptum est Ego Calapinus de Calapinis de Tridẽto Iuris utriusq; Doctor, & in fidem præmissorum me subscripsi, & proprio ac consueto sigillo sigillaui, saluo semper saniori iudicio &c.

CONSIL. D. MICHAELIS DE ACOLTIS DE PONTE NANO Aretini. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Notarii scriptura si habet tempus commissi delicti, & ipsa mittitur ad cameram, an si in libro deficit tempus delicti, inquisitio uitietur per tot. consilium.*

2 *Loci appositio uidetur esse de substantia inquisitionis. sicut accusationis, alias est inepta & inualida, & totus processus est nullus.*

3 *Sententia diffinitiua uel absolutoria ab obseruatione iudicii, super inepta inquisitione fundari non potest.*

4 *Principio deficiente, deficit medium.*

5 *Dies commissi delicti si in inquisitione reperitur, & non locus, præsumitur id factum per errorem notarii.*

6 *Error scribentis non reddit inquisitionem inualidam, nec habet modo aliquo obesse.*

7 *Præsumitur pro iudice quòd omnia gesta & acta coram eo, legitimè & solenniter acta fuerint.*

8 *Sumptum uerificatur ex protocolo, & error præsumitur in ipso sumpto nõ in protocolo.*

9 *Sumptum inquisitionis transmissum ad cameram, æquè censetur principale, sicut ipsa inquisitio in libro contenta.*

10 *Quæ incontinenti fiunt, eodem tempore fieri dicuntur.*

11 *Argumentum à communiter contingentibus est in iure ualidum.*

12 *Error corrigi debet, & quando de eo constat, se ipsum quoddam modo corrigit.*

13 *Ex duobus publicis instrumentis manu eiusdem notarii, debet stari pleniori.*

14 *Vna scriptura suppletur per aliam.*

15 *Paria sunt actum esse ualidum, & legitimè factum, uel inualidum, si tamen de eius inualiditate opponi non possit.*

16 *Si post latam sententiam per inquisitionem delicti, in qua non fuit appositus locus, etiam si opponatur de defectu loci, & ineptitudine dictæ inquisitionis ac nullitate sententiæ, locus tamen delicti addi potest.*

17 *Tempus præfixum à statuto ad peremptionẽ instantiæ, intelligitur de plena contumacia, & sic etiam de lapsu termini banni.*

18 *Bannitus habens pacem ab offenso, siue illius consanguineis, si ex dispositione statutaria non potest impunè offendi, si offendatur ab ignorante huiusmodi pacem, tunc offendens tanquàm offenderit rebannitum, poterit puniri, pœna tamẽ extraordinaria, ex quo abfuit dolus & lata culpa.*

19 *Paria sunt quẽ esse talem & haberi pro tali.*

20 *Ignorantia in facto alieno est tolerabilis.*

21 *Scriptura publica excusat à dolo.*

CONSILIVM LIII.

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi amen. Visa inquisitione formata contra Papirum Vannis occasione delicti per seipsum cõmissi in personam Symeonis, & ponderata copia dictæ inquisitionis in publicam formam ad cameram missa, in qua est locus delicti cõmissi, & quòd dicta copia est manu eiusdem notarii, qui dictam inquisitionem in libro maleficiorum & actorum criminalium scripsit, & uisis & examinatis statutis Communis Pistorii, & præcipuè statuto de officio iudicis maleficiorum, tria principaliter examinari incumbit.
1 Primum † an dicatur dicta inquisitio seu libellus inquisitionis ineptus, & consequenter inualidus, ex quo in ipso libello non reperitur appositus locus delicti cõmissi. Secundum an posito, quòd ipse inquisitionis libellus esset rite conceptus, dicta instantia dictæ causæ criminalis sit perempta, pensato diligenter statuto antedicto. Tertium & ultimum, an dictus Papirus potuerit dictum Symeonem impune offendere, ex quo ipse Symeon erat ban-

bannitus in tanta quantitate pecuniæ, ꝙ attenta forma statutorum Cõmunis Pistorii poterat impunè offendi, ex quo dictus Papirus allegat se ignorasse dictũ, s. pacem habuisse, & ideò credebat dictũ s. bãnitum fuisse & impunè offendi pos
2 se. † Et circa primum & principale quæsitum uidetur expressè dicendum, quòd propter defectum loci delicti commissi, ipsa inquisitio cẽseri debeat ex toto inepta, quia dicta inquisitio loco accusationis succedit, immò aliquando est maioris effectus, seu efficaciæ, iuxta not. per Bart. in l. si maritus. § i. ff. de adulteri. & per not. per Cyn. C. de accusa. l. ea quidem & in Spe. de accusa. §. pen. & fin. cum ibi not. per Bal. in addi. suis, & præcipuè attenta forma statutorum Communis Pistorii permittentis & disponentis, scilicet quòd rectores uidelicet Dominus Capitaneus, potestas & eorũ iudices possint de maleficiis inquirere, & maximè talibus, ut patet in statuto sub rub. de casibus, in quibus permissum est Capitaneo & potestati & eius iudici maleficiorũ, & cuilibet eorũ per inquisitionẽ procedere, secũdum not. per Bar. in d. l. si maritus. §. i. ergo sicut solẽnitas substãtialis est loci delicti cõmissi appositio in libello accusationis, ut in l. libellorũ. & ibi nota. per Bart. ff. de accusa. idem censetur in ipso libello inquisitionis, argum. l. si quis eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & per plenè nota. per Barto. in l. i. § hæc actio. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuer. & ꝙ requiratur locus delicti in inquisitione speciali, tenuit Iaco. Butri. institu. de publi. iudi. in prin. aliàs de actioni. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. ꝓcõ
3 sul. & lega. † ergo luce clarius infertur, ꝙ dicta inquisitio fuit inepta, & per consequens non potest super ea fundari sentẽtia diffinitiua, sed absolutoria ab obseruatione iudicii. ut l. libellorum. §. si libelli, & quod ibi per Bart. ff. de accusatio sicut dicimus in causa ciuili. ex. de iudi. c. examinata. & ibi plene not. per Innoc. & Ioã. Andr. & per Bald. in l. edita. C. de eden. & per consequens dictum bannum datum & omnia acta, & actitata in dicta causa funditus nulla sunt, ut plene nota. per Bald. in additio. Specu. in titu. de accusa. §. & nota, quòd accusatio dicit inepta plurib. modis, & in uer. seq. & ꝑ Ioã.
4 And. in d. c. examinata. † quia quãdo deficit principiũ, deficit medium. & ut ibi nota. & plene per Baldum in dicta l. edita supra allegata.
5 Sed iis † non obstantibus contrarium arbitror de iure dicẽdum, nam, ex quo dies delicti cõmissi erat in ipsa scriptura publica ad cameram missa manu eiusdem notarii, cẽsetur per ipsum Dominum Potestatem & eius iudicem locũ delicti in ipsa inquisitione fuisse appositum, sed in ipsa scriptura inquisitionis, quæ remãsit in actis curiæ per errorem ipsius notarii scribẽtis, ipsum locũ delicti fuisse omis
6 sum, † qui error scribentis non reddit inquisitionem inualidam, nec habet modo aliquo obesse. C. de testa. l. error. & ff. de statu hom. l. Imperator, cum ibi plenè nota. per Bald. & præcipuè hoc dicit, urget,
7 † quia ius præsumit pro iudice, quòd omnia iustè & legitimè faciat. ut l. i. C. de offic. ciuili. iudi. & facit de renuntia. in præsentia. cum ibi nota. & quia omnia gesta & acta in iudicio præsumuntur legitime & solenniter acta, ut singulariter no. Innoc. in c. innotuit. de eo, qui fur. or. succe.
8 Non † obstat, si dicatur, quod dicta scriptura inquisitionis sic in actis curiæ registrata præsumatur originalis scriptura, cui omninò stari debeat, & non dictę copiæ ex ea sumptæ, quia ex protocolo uerificatur sumptum, in auct. de tabel. §. penul. & sic error in sumpto, & sic in dicta copia emissa ad cameram præsumitur, & non in ipso protocolo, seu originali scriptura, secundum plene nota. per. Bal. in l. si librarius. ff. de regu. iur. ex quo pro liquidò constare uidetur, quòd dicta inquisitio patenter inepta fuit, siue nõ ritè for
9 mata, † quia hoc non est uerum in casu præmisso, immò & dicta scriptura ad cameram missa publica censetur æque principalis, sicut dicta iquisitio in libro, quia, ex quo ambæ scripturæ sunt publicæ, & in publicam formam redactæ manu publici notarii, ita cẽsetur originalis

&

& principalis una ſicut alia ut ꝓbat tex.
ſingularis in l.Sempronius.ff.de lega. ii.
& ibi nota. per Barto.
Nec obſtat,quòd primò ſcripta ſit,quia ta
les ſcripturę eodem inſtanti fiunt &fie-
ri cõſueuerũt, immò & aliquando primò
ſcripta ad cameram mittitur, ut pluries
10 fieri uidi, † & quæ incontinenti fiunt ui
dentur ineſſe,& eodem tempore fieri di
cuntur.ut l. lecta.cum ibi nota.ff.ſi certũ
11 peta. † & quia argumentum à communi
ter contingentibus eſt ualidum de iure.
l.certi cõdict.§. ſed ſi numos.ff.ſi cer.pe.
Et ſic non obſt.d.§. pen.in auc.de tabel.&
l.ſi quis ex argentariis.§.penul.& fina.ff.
de eden.quia ex quo ambæ ſunt publicę
& manu eiuſdem notarii ſcriptæ,pariter
principales cẽſetur, ut d.l. Sempronius.
12 cum ibi not.per Bald. † Et per prædicta
apparet,ꝙ non obſt.not.per Bar.in d.l.ſi
librarius,attenta potiſsimè præſumptio
ne iuris pro geſtis in iudicio,ut ſupra di
xi,qui error corrigi debet,ut not.Bar.in
d.l.ſi librarius, et adeò quòd liquidò de
tali errore conſtat,quòd ſeipſum quodã
modò corrigat. ſecundum plenè & ele-
gãter notata. per Bal.in l.Imperator. de
ſta.homi.ubi ad propoſitum notabiliter
13 decidit,quòd † quando ſunt duo publica
inſtrumẽta manu eiuſdem notarii debet
ſtari pleniori, ut l.ſi ita ſcriptum . ff. de
14 hęre.inſtitu. † Et quia una ſcriptura ſup
pletur per aliã d.l.ſi quis ex argentariis.
§. ſi initium tabularum, cum ibi not per
Bar.ff. de eden.
Item pro hoc facit ſtatutum dictæ ciuita
tis,ſub rub.quòd condemnati, uel exbã
niti per contumaciam intelligantur rite
& de iure condemnati,& nõ poſsint con
tra ipſorum condemnationem uel ban-
num opponi &c.quia attento ipſo rubro
& nigro ſequẽti,pluſquàm liquido con-
ſtat,quòd talis exceptio libelli non rite
formati non poteſt opponi ad infringen-
dum,uel ad annullandũ bannum uel alia
15 actitata in cauſa, † & qa paria ſunt actũ
eſſe ualidum & legitimè factum,uel inua
lidum , ſed de eius inualiditate opponi
non poſſe, ut ff.de manu. teſta.l.qui ha-
16 bebat, † poſſet etiam dictus locus dicti
delicti commiſsi addi per ea , quæ plenè
habentur per Bar. & alios in l. edita.C.
de eden.ſed non puto hoc neceſſarium
per ea,quę ſupradixi.
17 In † ſecundo uerò conſultationis articu
lo pro rei ſumma concludo, quòd dictũ
tempus præfixum ad expediendum pro-
ceſſum in confeſſum uel contumacem
non ſit elapſum: & ſic dicta inſtantia di-
ctæ cauſæ criminalis non ſit perempta,
quia & dictum tempus præfixum à ſtatu-
to præmiſſum ſub rub.de offi.iud. male-
ficio . uerſi . inquiſitiones , ubi inquiri
permittit &c. & dum ſubdit infra men-
ſem in confeſſum uel contumacem,inci-
pit à die confeſsionis in confeſſum, &
contumacem à die plenæ contumaciæ,
& ſic à die elapſi termini banni , quia ex
quo ſtatutum intelligat terminum cita-
tionis ad comparendum,non poteſt dici
in termino in effectu contumax.arg.eo-
rum, quæ not.Inno.de off. delega.c.con
ſuluit.& quia uerba ſtatuti debent intel
ligi cum effectu, & ſic in cõtumacia ple
na.& quo ad omnia.ut l.iii.§.hæc uerba,
quod quiſq; iur. cum ibi not.
Super tertio uerò quæſito ſub compen
18 dio dicendum† eſt dictum Papirum non
potuiſſe impunè offendere dictum Symo
nem,ex quo dictus Simon habuerat pa-
cem ab offenſo,& ſic uigore reformatio-
nis factæ in fauorem laboratorum pro
commune Florentiæ , dictus Symon la-
borator debebat haberi pro rebãnito , &
pro exiſtente in uera proteſtatione com
munis quantum ad hoc, ut non poſsit of
fendi , ut directo uolunt uerba reforma
19 tionis prædictæ, † & paria ſunt quẽ eſſe
talem,& haberi pro tali,quo ad iuris ef-
fectus,per not.plenè per Bar. in l. ſi ma-
ritus.§.lege Iulia.ff.de adulter.& in l. ſi
is qui pro emptore.ff. de uſuc.tamẽ quia
dictus Papirus ignorabat pacem factam
& habitam per dictum. S . non cenſetur
20 fuiſſe in dolo ipſum offendendo, † quia
in facto alieno tolerabilis eſt ignoran-
21 tia.l.fi.ff. pro ſuo. † & ſic dicta ſcriptu-
ra publica banni excuſauit & excuſat di-
ctũ Papirũ à dolo,& fortè à lata culpa l.
de ętate.§.ex cã.ff.de interrogato, actio,
& uoluit

& uoluit hoc Bal. in quodam suo consilio incipi. iste Iacobus accusatus &c. pro quo faciunt plenè notata per Bar. in l. inter omnes. §. rectè circa fin. ff. de furt. & per Bal. eod. tit. l. si quis seruo, tamen quia dictus Papirus sic offendens nõ fuit sine culpa saltem leui, quia debebat diligẽter perscrutari & inquirere, antequàm offenderet dictum. S. an dictus. S. habuerit pacẽ, & maximè ex quo uidebat eum stare & laborare, & non molestari ab aliquo rectore occasione dicti banni, unde tale delictum non debet transire impunitum, quia in culpa fuit, sed non debet puniri pœna ordinaria statuti, disponentis de pœna percutiẽtis aliquem cum effusione sanguinis, quia illud statutum in dubio requirit dolum plenè not. p Bar. in l. i. §. i. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. Sed debet puniri mitiori pœna extra ordinem, prout arbitrio religionis dicti domini potestatis uidebitur conuenire, secundum plene not. per Bar. in l. pen. ff. de adulter. in quæstione formata per eum de interficiente non rite bannitum, & iura & rationes per eum allega. quæ hic referre gratia breuitatis omitto. & in l. iij. §. si quis seruam. de acquir. possesione.
Michael de Acoltis de Ponte Nano de Aretio.

CONSILI. D. ALEXANDRI MAGII BASSANENSIS LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Persuadens ueneficium de sola persuasione tenetur.*

2 *Persuasor maleficii quis dicatur, & quis maleficii auctor.*

3 *Mandatum ex quibus uerbis resultet, & ex quibus persuasio.*

4 *Auxiliũ ad maleficium quot modis prestetur*

5 *Emens, uel retinens malum uenenum, hominis necandi causa, qua pœna puniatur.*

6 *Effectus & nõ affectus à statutis cõsideratur.*

7 *Statutum quamuis durum seruandum est.*

8 *Ex sola scientia an quis teneatur pœna legis Iuliæ maiestatis.*

9 *Culpa nulla ẽ, se in discrimine ulta nõ ponere.*

10 *Sensus corporis, et primi motus non sunt in potestate nostra.*

CONSILIVM LIIII.

IN CHRISTI nomine, & eius intemeratissimæ Matris Virginis Gloriosę. Cum Brigida quõdam Bonapassij de Cernico, plebis Condini fuerit inquisita per nobilem uirum Dominum Sigismũdum Haysuirach Capitaneum castri Cornu & pertinentiarum Pro Reuerendissimo in Christo patre & Domino, Domino Ioanne, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo & Domino Tridenti dignissimo, &c. Quæritur qua pœna ueniat punienda, postquàm est confessa in inquisitione prædicta contenta, & nihil contra eam deduxit, aut probauit in termino sibi statuto, sed in ea perseuerauit, ratificauit, & medio suo iuramento con-
1 firmauit, † Et breuiter agendo in hoc primo, de quo in inquisitione dicendũ uĩ ꝙ ipsa Brigida inquisita teneatur tanquàm persuadens, seu consulens ipsi Anzelino ad uenenandum Christinam uxorẽ suã & sic non tanquàm uenefica, sed mitius, ut inquit Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & Bal. in l. i. C. de ser. fugiti. & Ange. de Are. in suo tract. malefic. in glos. in uer. & Andræam auxiliatorem in xix. col. in uers. duodecimo quæro, &c.
Et quòd hoc sit uerum, quòd dicta Brigida inquisita teneatur ex persuasione solùm, patet ex serie & tenore ipsius inquisitionis, in qua dicĩ, quòd ipse Angelinus libenter uenenaret Christinam eius uxorem, & si hoc faceret, faceret amore Beneuenutæ, quam posteà acciperet in uxorem, quæ respondit, quòd bonum esset, & sic persuasus hoc fecit. Et cum dixisset emisse uenenum causa prædicta, dixit, quòd bene fecerat, & sic ad ipsum homicidium Angelinum adiuuit & confor
2 tauit. † Allego bonum tex. ad hoc iudicio meo, in c. sicut dignum, ex. de homici. & ibi Glos. Bernar. in uer. inflãmasse, ubi Glos. expresse dicit, quòd, qui animum occisoris inflãmat ad homicidium

perpetrandum,de sola persuasione tenetur,& sic est persuasor,non auctor; hæc enim differunt inter se realiter, & essentialiter,quia ille est auctor, qui sua potestate natura peruersa texit,& orditur malum suo proprio consilio, ut l.in hoc iudicium,in fi.ff.de ser.corrup.l. meminerint.C.unde ui.l.quoniam multa facinora.C.ad l.Iul.de ui.Ille enim dicitur persuasor,qui uel facturo, uel non facturo aliquo demonstrat, ut animus persuasi ad crimen inducatur explicandum, sicut fecit ista inquisita,quæ dixit quòd bonũ erat, & quod bene fecerat, & hoc modo malitiam & iniquum propositum laudauit Anzelini,ut ff.de ser.corrup.l.i.§.persuadere &.§. seq.ibi hoc uerò huis ꝓpositi laudator extitit. &c. facit.ff.ad l.aq. l.item si obstetrix.§.i.& ista persuasio ad ipsum Anzelinum,& Beneuenutam,quã amabat,&accipere uolebat in uxorem relata,indicat,quòd habebat iam propositũ deliberatum causa explendæ suæ libidi-
3 nis,†& sic non causa ipsius Brigidæ inquisitæ,sed dictæ Beneuenutæ, & ipsius Anzelini,non resultat ex ipsis uerbis mandatum aliquod,sed persuasio,consilium, & solicitudo.ff.de pact.l.si cum fundum, & hoc tenet Bar.in d.§. si mandato. ff.de iniur. Et probantur expreſsè prędicta in l.apud Celsum,in Glos.in uer.decipiendi ff.de doli exceptione,ubi expreſsè deciditur.Quod an quis esset alias maleficium commissurus uel nõ,ut sic cognoscat,an alius fuerit uel sit mandator uel persuasor, ex præfationibus malefactoris deliquẽtis probatur. facit. ff.ex quib. cau.in possessio.ea.l.fulcinius.§. quid sit latitare,in Glos.hæc autem præfationes apparent ex ipsa inquisitionis forma, & tenore uerborum; Cum igitur ipsa Brigida inquisita non sit propriè uenefica & homicida,nec mãdatrix,sed quodammodo propter persuasionem auxiliatrix, habet locum in ea pœna fauentis & auxiliãtis,nã ex quo persuasit & solicitauit, aut instigauit, fauit ut in l.i. §.incidit.ff.ad turpill.& per Bar.in d. §.si mãdato, & sic
4 mitius punitur.† Multis enim modis prestantur auxilia,corpore, pecunia, clamoribus,persuasione & consilio &c. ut ff. ad syllania.l.i.§.tulisse,& per Bar.in l.is qui opem,& in l. furti.§.ope.ff.de furt.

De alio etiã inquiritur ipsa Brigida, uidelicet de malo ueneno sibi dato per Pasotium causa uenenandi Cominam uxorẽ
5 suam,& quod illud deberet experiri.†unde propter atrocitatem criminis succedit doctrina Bart. quòd emens seu retinens uenenum causa hominis necandi, licet illud non perpetrauerit,punitur,ac si illud dedisset,qui allegat tex.in l.i.in fi.ff. ad l.Pompe.de parrici.facit l.i. C.de malefi.& mathema.& l.eiusdẽ in princ.ff. de sicar.ubi punitur contrafaciens, uel retinens uenenum hominis necandi causa. Pro ueritate tamen Saly.in hoc tenet cõtra Bart.in l.i. C.de malefi.& mathe. dicens,quòd tex.quem alleg.Bar.non probat.& ita etiam tenẽt Moderniores contra Bar.in rub.C.de iis qui parẽ. uel libe ros occide. & Io. de Platea in §. eadem lex.Instit.de publi.iudi. tenet etiam contra Bar.nisi peruentũ esset ad actum proximum,ut dicitur in homicidio,quod fallit in filio ut in d.l.in fin. ff. de parrici.de quo etiam per Florian.in l. si seruus seruum.§.si quis.l.item si obstetrix. ff. ad l. aquili.& D. Pau.de Cast.in suo consilio incip.in Christi nomine Amen. uisa inquisitione suprascripta.&c.numero.197. in fi.iiii.col. notabiliter dicit, quòd pro sola retentione ueneni mali, causa hominis necandi,quis non incidit in l.Cornelia de sicar.sicut ille qui cum telo dicta de causa ambulauerit, ut C. de sicar.l.is
6 qui cũ telo,† De consuetudine & æquitate,& secundũ formam statutorum, secundum quæ consideratur effectus,& nõ affectus secundum Doctores.ut no.Bar. in l i.§.Diuus.ff.ad l.Cornel.de sica.& sic ex hoc solo sequi non potest condemnatio contra ipsam Brigidam inquisitam.

De tertio uerò, pro quo inquiritur ipsa Brigida,uidelicet pro duobus furtis diuerso tempore factis de libris nouem, & octo,extat statutũ sub rubrica de furtis,
7 quod†quamuis durum sit, seruandum est l.prospexit.ff.qui & à quibus.
8 Ad quartum † cum inquiritur, quod sciuit

uit conspirationem fieri debere contra castrum Cornu. uidetur quòd ex ista sua simplici scientia inciderit in l. quisquis. §.pen. C. ad l. Iul. maiest. & q; ex sosa sciētia quis teneatur ex tali delicto & pluribus aliis notat Bar. in l. utrū. ff. de parrici. & plenè Sal. in d. l. quisquis §. pen. ubi etiam ponit, an sciens patiatur talem pœnam sicut faciens, quod tamen Bal. notabiliter limitat in quodam suo consilio incip. quāquàm allegata sint multa & plura, &c. dicit esse uerum si talis scientia sit probabilis, ut l. qui accusare. C. de eden. Ad quid enim tenetur quis reuelare, quod probare non potest? certè nemo debet se subijcere tormentis, quæ hoc casu delatori referuntur, ut l. iii. ad l. Iuli. ma
9 iesta.† Nulla enim est culpa se in discrimine uitæ nō ponere, ut uoluit Gl. in l. neminē. C. de infami. facit. l. nostris. C. de calumniatori. in fi. Ex quibus infert Bal. quod assessores euntes post Bar. opinionem in d. l. utrum, & occidētes homines propter non reuelare secretum non probabile, sunt homicidæ, quia uisus uel lit, nolit, uidit, ita auris audit, uellit no
10 lit.† quia sensus corporis, & primi motus, non sunt in potestate nostra, ut not. Glos. in l. i. §. Ius naturale. de Iusti. & iure; Et propter hoc deplorat ibi Bal. in d. consi. memoriam Clarissimi Militis Florentini Domini Donati de Barbadoris, qui ob hāc causam cum suis aliquibus se quacibus fuit decapitatus, ut refert Io. de Platea in. §. publica autem. Instit. de publi. iud. pro quo facit. ii. q. vii. c. quia plerunque. Et istam opinionem pro præsenti in ista muliere uidetur mihi amplectenda tanquam æquior, & humanior.

Concludo ergo, quòd ex suasione & sic ex ope & auxilio præstitis dicto Anzeli nō ueniat condemnanda in libris ducentis ex arbitrio. Pro dictis uerò duobus furtis fustigetur & ppetuò banniatur secundum formam statuti. Laus Deo.

Ego Alexander Magius Bassanensis inter legum Doctores minimus, & ad præsens Tridenti Potestas, pro Reuerendissimo in Christo patre & Domino Domino Ioanne Dei & apostolicæ Sedis gratia Episcopo, & Domino Tridenti meritissimo, ut supra scriptū legitur in puncto iuris esse ideò dico & consulo, & ad fidem manu propria scripsi, & sigillaui, cuiuslibet alterius saniori iudicio semp saluo.

Laus Deo

CONSIL. D. IOANNIS HIERONYMI DE EVGVBIO V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Faciens pacem, an possit bannitum occidere, per tot. consilium.*

2 *Statutum disponens quòd bannitus pro maleficio impunè offendi possit, ualet & tenet.*

3 *Bannitus ex forma statuti, de quo supra, si offendatur ab habente cum eo pacem, impunè offenditur dicta pace non obstante.*

4 *Iuri introducto in fauorē reipublicæ, & propter publicā utilitatem renuntiari non pōt.*

5 *Banniti reputantur ut hostes, quos ex causa reipublicæ decipere licet.*

6 *Quod fit lege permittēte, pœnā non meretur.*

7 *Offendēs bannitum, ex quo prosequitur uindictam publicā per pacem cum eo factam, tale ius ei non censetur remisisse.*

CONSILIVM LV.

1 CHristi nomine inuocato, † Viso casu prædicto, qui posset per plura uerba examinari, potest tamen & breui sermone discuti, nam consideratis statutis, de quibus supra, quæri potest, an dictus Meus potuerit impunè occidi, an uerò dictus Angelus occidens teneatur ut homicida, uel ad minus ad pœnam statuti contra rumpentem pacem, pariter & ad pœnam conuentionalem, & utranque quæstionē disputatam reperio per Iaco. de Belui. & Oldra. & demum per Bar. cuius disputatio īcip. Lucanæ ciuitatis &c. Et quia de ultimis duobus in proposito non quæritur, licet idē communiter concludat, quod in prima, ut patet in disputatione prædicta, tamen pro nunc illas aliter non attingo. Sed dumtaxat ad quæsitum respondeo, uidelicet an respectu homicidii ipse Angelus sit immunis, quo

casu sine dubio dicendum est, quòd sic,
2 quoniã † statutum, de quo supra, expressè permittit impunitatem, ut patet ex eo, & in ipso bannito concurrunt qualitates, ut impunè offendi & occidi potuerit, per not. in l. aut facta. ff. de pœnis. Et per Bar. in cons. quod inci. statuto castri plebis, quoniam pro maleficio est bannitus, ualet enim dictum statutum; de quo per Bar. in l. iiii. ff. de adimen. legat. & p Bal. in l. i. C. de hæred. instituen.
3 Nec † obstat pax facta ab ipso Angelo primo offenso, quoniam talis pax nõ potest, nec debet bannito seruari, ut not. Oldra. in disputa. sua, & idem Bar. in dicta disputatione Lucanæ ciuitatis; Quoniam, quod banniti pro maleficio impunè possint occidi, introductum esse dicitur pro quiete communi, ut l. i. & ii. C.
4 quã. licet, se sine iudi. uin. † unde, ut istud sit introductum in fauorem reipublicæ, & propter publicam utilitatẽ, ut ibi not. non potuit per ipsum Angelum ipsi iuri renuntiare, ut l. ius publicum. & l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact.
5 Præterea † illud uidetur bonum, uidelicet hostem reipublicę decipere, ut l. i. §. non fuit. ff. de dolo. hostes enim dicuntur banniti, quibus est indictum bellum ut. ff. de capit. diminu. l. amissione, §. qui deficiunt. secundum Bar. ut supra, quod etiam admittit Bal. quantum ad pœnam publicam, quia delictum non est punibi-
6 le, ex quo statutũ permittit; † nam quod secundum legem fit, pœnam non meretur, ut l. Gracchus. C. de adult. & l. si seruus. C. de iis qui ad ecclesi. confugi.
7 Præterea † cum offendens bãnitum prædictum iure publico, uindictam prosecutus est, ut supra dictum est, & tale ius pacem faciendo remisisse non uidetur, facit. ff. de inoff. testa. l. filius. de bon. li. l. si filius. & idem tenet Bal. in pluribus locis præsertim. C. quan. li. se sine iud. uind. & in d. §. si paciscar. unde cum res clara sit, quia per Doctores iuris, & plures ita cõsultum reperio, & ita iam consultum, pariterq; sententiatum sit, aliis non iuuo rationibus, concludens dictũ Meum bannitum prædictum impunè occidi potuisse à dicto Angelo, sicut à quolibet alio, non obstante pace prædicta, quæ, ut dixi nil obuiat in oppositum. Laus Deo.
Ioãnes. Hieronymus de Eugubio. V. I. D.

CONSIL. D. ANGELI DE GAMBILIONIBVS ARETINI. V. I. D.

In casu antescripto.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, an ipse bannitus possit impune occidi ab eo, qui sibi pacem fecit.*
2 *Defensor in causa criminali admittitur ad allegandum causas facti.*
3 *Defensor admittitur in causa criminali ad allegandas etiam causas iuris, & hoc ratione publici interesse.*
4 *Statutum disponens bannitum impunè posse offendi, tanquàm lex localis, extra locum statuti non procedit.*
5 *Dictio, seu, est alternatiua, & addit.*
6 *Pœna suum auctorem tenere debet.*
7 *Casus omissus à statuto, remanet in dispositione iuris communis.*
8 *Homicida non faciens ad sui defensionem, de sicariis tenetur.*
9 *Statutum ciuitatis extenditur ad comitatũ, nisi ibi sit statutũ particulare in contrariũ.*
10 *Quibus uidetur uelle se dispositioni iuris submittere.*
11 *Statutum generaliter loquens & indistinctè, licet odiosum, debet generaliter intelligi.*
12 *Exceptuatio in certis casibus, in reliquis regulam confirmare uidetur.*
13 *Bannitus tanquàm hostis reipublicæ, ex quo contrauenit statutis, non potest statutum ad sui fauorem allegare.*
14 *Statutum quandoque à iure communi recipit restrictionem.*

CONSILIVM LVI.

1 IN DEI nomine amen. † Angelus de Faltona fuit percussus & uulneratus à Meo de le rice, de dicto loco, pluribus uulneribus propter quod Meus fuit condemnatus & bannitus, in lib. ccc. & reperitur

ritur condemnatus in Camera communis Florentiæ. Posteà Angelus per publicum instrumētum reddidit pacem Meo, & promisit ipsum non offendere, posteà Angelus interfecit dictum Meum sic bānitum, propter quod inquiritur contra dictum Angelum, & allegatur contra eū instrumentum pacis; Nūc quæritur quid iuris. Visa dicta pace, & uiso quoddam statuto, quòd banniti possint impunè offendi producto per Nannem eius patrē,
2 Et † uidetur primò dicendum, quòd dictum Nannes non admittatur, quia talis defensor non admittitur ad allegandum nisi causas facti, non autem de iure, uidelicet, quòd talis Meus potuerit impunè occidi, nec ne, ut not. Bar. in l. penul. § ad crimen, ibi quæro & intro materiam nostræ legis &c. ff. de publi. iudi. & Inno. in c. ueniens, extra de accusatio. † Sed hoc
3 nō obstāte dico, quòd Nannes potuit, & debuit admitti, ut not. Bar. in d. §. ad crimen, ibi quæro, procurator habens mandatum &c. & C. de transact. l. ubi pactum ibi & ideò iam de facto dixi, statuto cauetur &c. & Franc. de Alberg. de Aretio in l. reos. C. de accusa, ubi dicūt, quòd si bannitus fuit interfectus, & reus non audeat cōparere, quilibet admittitur ad docendum de banno interfecti, & ꝙ ex forma statuti potuit posteà per talem offendentem interfici, quia publicè interest, ut banniti interficiantur, ut l. j. & ij. C. quan. li. se sine iudi. uindi. igitur &c. Et hoc etiā est clarè determinatum per statutū, quòd exbāniti Communis Florentiæ possint impunè offendi, in fi. ubi dicitur, quòd postquàm fuerit productum instrumentum banni à quocunque, quocunque tempore, non procedatur posteà contra offendentem taliter exbannitum siue comparuerit offensor coram iudicio, siue non.
4 Secundò † uidetur dicendum dictum Angelum debere condemnari à dicto uicario, non obstāte, quòd Nannes eius pater admittatur, nam dictum statutum, ꝙ banniti possint impunè offendi &c. & statutum de officio notarij super exbannitis &c. loquitur & loqui uidetur, de bannitis & condemnatis à potestate, domino Capitaneo & executore communis & ciuitatis Florentiæ, ut clare patet ex uerbis suis, Vnde cū dicta lex sit localis nō egrediuntur suos terminos, & extra ciuitatem Florentiæ ut arg. l. sacrosancta. & quod ibi not. Glos. cum simili. C. de sac. sancto. eccle.

Præterea alius est officialis populi & communis Florētiæ, & isti sunt officiales qui sunt in ciuitate Florentiæ, & alij capitaneus & potestas, & Vicarij eorum comitatus non dicuntur officiales uel magistratus populi Florentiæ, ut est tex. in l. hos accusare in prin. ff. de accusatio. & in l. iij. §. j. ff. quod met. cau. Sed dicta statuta semper loquuntur de officialibus communis Florentiæ, uel ciuitatis Florētiæ, saluo quàm in statuto de officio notarij ibi, & quòd omnes & singuli, qui fuerint
5 condemnati & exbanniti &c. † ubi est dictio, seu, quæ est altermatiua & addit. ut not. Bart. in l. si quis ita. ff. de au. arg. leg. & in l. is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dubi. uoluit etiam dicere dictum statutū in d. uers. quod omnes & singuli banniti communis Florentiæ, hoc est per officiales existentes in ciuitate Florentiæ, seu per aliquem rectorem, uel officialem dicti Communis &c. & sic etiam uoluit ampliare in quoscunq; uicarios comitatus, ut d. l. hos accusare, Tamē ut clarè patet dictum statutum in d. uers. solum loquitur de illis, qui intulerunt uulnera in uultu cum uituperatione, ut patet ibi feritis & uulneribus illatis in uultu cū uituperatione &c. Sed in casu nostro non præsupponitur, quòd Meus uulnerauit Angelum in uultu cum uituperatione; igitur dictum statutum tāquàm odiosum, quia non permittit, quòd pœna teneat suū au
6 ctorem, † ut tenere debet, ut l. scimus. C. de pœn. ergo non est trahendum ad consequentiā & ad casum non expressum ut l. quòd sine ratione. & l. quod contra & l.
7 ius singulare. ff. de legib. † immò dictus casus dicti Mei uulnerātis aliàs quam in uultu, tanquàm omissus remanet in dispositione iuris communis, ut l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. & l. si constante. in

8 te.in princ.ff.sol.mat.† Sed regula iuris communis est, quòd ille qui interficit, dummodo non faciat ad sui defensionē, tenetur de sicarijs.ut l.ut uim.ff.de iusti. & iu. & l.scientiam.§. qui cum aliter.ff. ad l.aquili.& l.j.§. Diuus. & l. Diuus.ff. de sicari.& l.j.C.eo.tit. Sed hoc nō obstā
9 te dico, † dicta statuta comprehendere casum nostrum, primò ex iuris dispositione,& ex mente, & posteà etiam satis clarè ex uerbis & ex mente est, quia statutū ciuitatis trahitur etiam ad Comitatēses & subditos, ut not. singulariter Bal.in l. ij.ff.de uer.signi.ibi sed quæro, quid quādo ciuitas &c.unde ex iuris dispositione, statuta prædicta ciuitatis Florentiæ habent etiā locum in uicariatu Anglaris cū sit de eius comitatu, probatur in l.qui ex uico.ff.ad municipal.coniuncta.l.ciuibus.C.de municipali. & origina. lib.x.facit l.j.§.cum urbem.ff.de offi.præfect. urbi. Et per consequens cum dispositio iuris hoc comprehendat, ergo & mens sta-
10 tuentium hęc uidetur fuisse, † quia quilibet uidetur uelle se dispositioni iuris submittere, ut l.si debitor.§.fin.ff.quib.mod. pig.uel hyp.solua. Et etiam si dicti statuentes fuissent interrogati, an uoluerint, ꝙ dicta corū statuta extendantur etiā ad comitatum in illo tamē loco, in quo nō est statutum super hoc particulare, & cōfirmatum per dictum Commune Florentiæ, respondissent, quòd sic, ergo habetur pro expresso, ut not. Glos. in l.tale pactū. §.fi.ff.de pact. Nam uicariatus Anglaris, cum sit sub dominio & iurisdictione Cōmunis Florētiæ, regitur & regi debet statutis ciuitatis Florētiæ in illis, in quibus specialiter & expressè non prouident eorū statuta, ut not.Doct. & Cyn. in l.etiā. C.de iure do.Guli.de Cu. & Bart. in l.si cōuenerit.§.si nuda.ff. de pigno. actio.& facit, quod not.in l.j.ff. de leg.j. & in l.j. & ij.C.cōmu. de leg. sed nō credo, quòd in uicariatu Anglaris super hoc sit statutum speciale & expressè prouidens; igitur &c.

Præterea dico, quòd satis ex uerbis dictorū statutorum continetur, nā statutum sub rub.quòd banniti Communis Florentiæ &c.dicit, quòd quilibet bannitus Communis Florentiæ pro maleficio, qui reperiretur descriptus in libris bannitorū, & in camera Cōmunis Florentię, possit impunè offendi, usq; ad mortem inclusiuè; & dictum statutum loquitur generaliter & indistinctè, quia nō dicit à quo fuit cōdemnatus. Sed non potest negari, quòd dictus Meus non fuerit bannitus Communis Florentiæ,& descriptus & incame
11 ratus, † ergo dictum statutum, quàmuis etiā odiosum, debet generaliter intelligi ut not. Glos. not. in auc. Sed cū testator C.de colla. igitur cōprehendet bannitos ab officialibus populi Florentiæ & ab alijs officialibus Comitatus.

Hoc etiam satis colligitur ex uerbis alterius statuti sub rub.de officio notarij &c. in uer.& quòd omnes & singuli, qui fuerint condemnati &c. nam, ut supra dixi, per dictionem seu, loquitur etiam de officialibus Comitatus, & tamen dictū statutum solum uoluit dicere de ijs malefactoribus, qui ipso iure habentur pro descriptis & registratis in libris bannitorū propter enormia delicta, non tamen negat illud statutum in dicto uers.immò uidetur consentire à contrario sensu, quòd in alijs non atrocibus delictis, sit necesse quòd banniantur, & describātur in libris bannitorum,& in camera Cōmunis Florentiæ ponantur, arg.l. cum prætor.ff. de iudi.& l.si maritus.C. de procura. sed in casu nostro dictus Meus fuit bannitus & descriptus in libro bannitorum, & incameratus per officialem & rectorem dicti Communis Florentiæ, uidelicet, per Vicarium Anglaris, & ultra centum libras ut patet in dicto statuto: ibi possit tamen & debeat registrari, & in pluribus partibus eius, & in dicto statuto, quòd banniti Communis Florentiæ &c. in uersic. & prædicta uerò uendicent sibi locū &c.
12 † ubi exceptuando certos casus, in alijs uidetur confirmare regulam, ut argu d.l. cum prætor & l. nam quod liquidè.§.fin. ff.de uino & oleò lega.& not. per Barto. in l.j.ff.de regu.iur. & per Dyn.in regula prima.de regulis iuris.

Non obstat instrumentum pacis factæ inter

ter dictū Angelum & Meum, quia quanuis habuerit pacē à dicto Angelo, tamen quia dictus Meus hostis erat Communis Florentię, & bānitus, & ei erat interdictū bellū, quia poterat impunè occidi, ut supra dictum est, non obstante dicta pace, dictus Meus potuit impunè occidi à dicto Angelo. hoc latisime disputat Bar. in quadam sua disputatione quæ incip. Lucanæ ciuitatis statuto cauetur &c.

13 Nec ēt † obstat dictū statutum de pace, quod incipit quicunque ruperit pacem factam &c. quia dictum statutum, quod imponit dictam pœnam quingētarum librarum ultra pœnam cōuentionalem, intelligitur, nisi talis offensus fuerit bannitus, quia tunc, cum ipse sit bannitus & hostis reipublicæ, & faciat contra eius statuta, non potest statutum in sui fauorem allegari, ut l. auxilium. in fin. ff.
14 de minori. † Et per consequens dictum statutum patitur restrictionē à iure cōmuni, Videlicet, quòd quicunque ruperit pacem, condemnetur in libris quingentis, intelligitur & restringitur, nisi ille, cui facta fuerit pax, fuerit bānitus & hostis reipublicæ ut not. Glos. in c. cum dilectus. de cōsue. & in l. ii. C. de noxa. & in l. fi. §. in computatione. C. de iure deli.

Ex quibus omnibus cōcluditur, quòd partes dicti Domini Vicarii sunt in pronuntiando dictum Angelum potuisse impunè occidere dictum Meum, & per consequens, absoluere dictū Angelum à dicta inquisitione, & cōtentis in ea, reseruādo tamen hæredibus & consortibus dicti Mei, omnia iura, quæ habent, uel habere possunt contra dictum Angelum, & suos cōsortes ad pœnam cōuentionalem contentam in instrumēto prædicto pacis fractæ inter eos. Laus Deo.

Ego Angelus de Gambiglionibus de Aretio, Vtriusque Iuris Doctor.

CONSILIVM D. ANGELI DE GANBIGLIONIBVS DE ARETIO. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio domini pro seruis, ab homicidio eos releuat.*

2 *Exculpatio uulnerati non prodest aliis seruis domini, quominus teneantur ex uindicta publica.*

3 *Inculpatio domini non nocet seruo, ita exculpatio uulnerati non releuat uulnerantem.*

4 *Inquisito negante in inquisitione contenta, qua negatione attenta transfertur onus probandi in curiam, et si eum inquirentem, & eo non probante, inquisitus absoluitur, ut in accusatione.*

5 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

6 *Procurator in crimine publico non admittitur pro inquisito, uel accusato absente, secus si inquisitus, uel accusatus est in carceribus constitutus, & si fuerit admissus, processus est nullus.*

7 *Pro inquisito & accusato de crimine publico, admittitur uolens comparere, ut coniunctus, & ut quilibet de populo ad allegādas causas absentiæ, et exceptiones in facto, non autem in iure consistentes.*

8 *In causa criminali admittitur quis ut procurator, ut coniūcta persona, ut quilibet de populo, ad proponendas causas absentiæ et exceptiones, non solum factum, sed & ius concernentes, quando per eas dicitur iudici nō competere facultatem et iurisdictionem examinandi quæstionem & crimen deductum.*

9 *Legis uerba clara, declaratione nō indigent.*

10 *Verba legis quamuis duræ sunt seruanda.*

11 *A uerbis claris legis superioris non est recedendum.*

12 *Limitatio, seu reformatio, seu statutum limitatum, limitatum producit effectum.*

13 *Dispositio ad diem, uel ex die, et post diem non habet effectum.*

CONSILIVM. LVII.

IN DEI nomine Amen. Inquiritur cōtra Grassinum, quia interfecit Thomeum, & contra Petrum, quia præstitit auxilium, comparet Petrus, & negauit inquisitionē & induxit duos testes, quòd Thomeus in mortis articulo dixit & confessus fuit, quòd Petrus non præstitit aliquod auxilium, & ultra hoc ut frater & coniuncta persona, & ut ꝓcurator Grassini, dicit, quòd Dominus Vicarius Anglaris

glaris non potest contra eum procedere, quia solum potest cognoscere de maleficijs commissis tempore sui officij, uel per sex menses ante, sed hoc maleficium fuit commissum per octo menses ante, ut patet in reformationibus Communis Florentiæ, igitur nunc quæritur quæ sint
1 partes Domini Vicarij. † Et quo ad Petrum uidetur, quòd dicta attestatio siue confessio facta per dictum Thomeũ, non releuet ipsum Petrũ, ut uidetur esse tex. in l.j.in fi.cũ l.sequen.ff.ad Syllania. ubi tex.dicit quòd si dominus testatus est & purgauit officium seruorum, quòd preces pro seruis, nec solicitudo hæredis obtinere debent, ut ad pœnam non teneantur, quos absoluit dominus ipse, & hoc est ibi, ut dicit Glos. & Barto.quia serui sunt multum adstricti ad adiuuandũ dominum proprium quando ei fit iniuria, unde nimirum si dominus potest remittere seruis proprijs, sed non alijs, qui non
2 sunt sibi serui. † Nam ex iniuria illata in dictum Thomeum, nata fuit duplex iniuria, una sibi & suis hæredibus, & illam potuit remittere, aliam fisco & reipublicæ, ut delicta non remaneant impunita, ut l. ita uulneratus.ff. ad legem aquiliã. & ut prouincia purgetur malis hominibus.ut l.iij.& l.congruit.ff.de offic. præsi. & istã dictus Thomeus, uel alius offensus non potest remittere, ita dicit Glos. singulariter in dicta l.ij.ff. ad Syllania, pro hoc etiam facit l.si quis in graui.§.si quis mo
3 riens.eod.titul.ubi dicitur, † quòd si dominus moriens dixerit, uim mortis sibi illatam esse à seruo, non creditur sibi, ergo eodem modo arguendo, si dixerit nõ esse præstitum auxilium a dicto Petro cõtra se, non creditur, ut contrariorum eadẽ sit disciplina, & regula, ut l.j. in prin. ff.de ijs qui sunt sui uel alie.iur.facit qđ notatur in l. transigere. per Doctores. C.de transactionibus.

4 Sed † tamen hoc non obstante in casu nostro, contrariũ de iure uerius est, quia cum dictus Petrus comparuerit & negauerit inquisita cõtra eum, trãstulit onus probandi in curiam Domini uicarij, arg. not. per Bart.& Bald. in l. si cui.§.j.ff.de lega.j. Nam cum dictus D. uicarius inquisiuit, statim assumpsit sibi partes accusatoris, quia inquisitio successit loco accusationis, ut not. in l. rescripto.§.si quis accusatorem non habens.ff. de muneri.& honori.& not.plenè Bar.in l.ij.§. publico.ff.de adulter.& Ang.in l. si uacãtia.C.de bon. uacan. Sed si dictus Petrus fuisset accusatus, & accusans non probasset suam accusationem, secundum ꝙ per curiam dicti Domini uicarij non est etiã probatum, dictus Petrus uenisset absoluẽdus, ut l. qui accusare cum simili.C. de eden.& l.actor.C. de proba. ergo multo fortius in causa criminali, & quando agi
5 tur per inquisitionem, † quia in criminalibus debent esse probationes ad hoc ut fiat condemnatio, luce meridiana clariores, ut l. sciant.C. de probat. igitur, &c.

6 Secundo † est uidendum quid de Grassino, de quo non dubitatur, quòd dictum homicidium non commisserit, an dictus Petrus pro eo potuerit comparere, & prędicta dicere, & allegare.& uidetur, quod non, quia dictum maleficium est publicũ crimẽ & ad crimẽ† publici iudicij nõ interuenit procurator, maximè ex parte rei ut l. reos.C. de accusa. & ibi plenè Cy.l.pen.§.ad crimẽ ff.de publi. iudi. & ibi plenè Bart.quamuis etiam secundum formam statuti dictus Grassinus absens, & per contumaciam posset ad mortem damnari, ut not.Barto. in d.§. ad crimen ibi sed primo quæro, pone quod in casu, &c. sed dictus Petrus interuenit ut procurator dicti Grassini absentis & non carcerati, nam si dictus Grassinus esset in carceratus, & sic clarum esset, quòd sentẽtia, si ferretur condemnatoria, non esset elusoria & posset tenere suum auctorem, tunc posset dictus Petrus ut procurator dicti Grassini interuenire, ut not. Barto. in d.§.ad crimen uersicu. Item oppono de l.Lucius ibi modo, quando quis est in uinculis admittitur pro eo, &c. Item ut procurator dictus Petrus non potest interuenire; Et licet fuerit admissus per dominum uicarium de facto, tamen processus uidetur nullus, ut not. Barto.in d. §.ad

§.ad crimen in ult. quæstione.

7 Nec † etiam uidetur, quòd dictus Petrus potuerit interuenire ut coniunctus, & ut quilibet licet non procurator, quia tales admittuntur ad allegandum causas absentiæ, ut l. seruum, quoq; §. publicè. ff. de procura. & ibi plenè Gloss. & talis admittitur ad allegandum exceptiones, quæ consistunt in facto, ut puta, talis est infirmus, non potest comparere, uel est impeditus & simi. exceptiones autem circa ius nō admittitur ad proponendum ut not. Inno. in c. ueniens, de accusa. & Bart. in d. §. ad crimen ibi. Quæro & intro materiam nostræ legis, &c. Sed iste Petrus allegat exceptionē in iure, quia dicit, ꝙ per dominum uicarium non potest cognosci, uel procedi, & sic denegat de iure cognitionem & iurisdictionem domini uicarii, ergo non debet audiri.

8 Sed ijs † nō obstantibus contrarium de iure uerius est, immò dico ꝙ dictus Petrus ut frater, & coniuncta persona, & unus de populo, & ut procurator Grassini potuit in casu nostro interuenire, & allegare, & producere, quæ allegauit & produxit, uidelicet quòd per dictum uicarium non potest in dicto crimine procedi, ita not. Bartol. in d. §. ad crimen ibi quęro procurator habens mādatum, &c. ubi concludit, quòd talis procurator admittitur ad proponendum omnes exceptiones, per quas crimen non examinatur, sed in casu nostro non negatur crimen fuisse commissum per dictum Grassinum, immò fuit & est etiam notorium quādo ante introitum domini uicarii per octo menses ante hoc commisit, ergo talis suus procurator potest hoc opponere, arg. l. fulcinius. §. si quis actione ex quib. caus. in posses. ea. coniuncta. l. si eo tempore. ff. de pecu. facit ad hoc, quod not. Barto. in l. ubi pactum. C. de transf. ibi & ideò iam de facto dixi statuto &c. & D. Fran. de Albergo. de Aretio, in l. reos. C. de acc. & per cōsequens cū dicta reformatio facta. MCCCCXXVIII. Die primo mensis Octobris, auferat, & amputet restringat & annullet autoritatem dicti domini Vicarii in cognoscēdo, irrogādo & cōdēnādo & puniēdo maleficia, & delicta cōmissa ante ītroitū sui officii per sex menses, ergo in aliis commissis antè, facit ipsum priuatum, cum auferat iurisdictionem, ergo tanquàm priuatus non potest cognoscere nec punire, ut C. si à non

9 competen. iudi. per tot. † & dicta reformatio, & eius uerba sunt clara, igitur non indigēt declaratione, ut l. i. in fi. ff. de do.

10 prælega † uerbis igitur dictæ reformationis, quamuis sint dura, standum est, ut l.

11 prospexit. ff. qui & à quib. † Nā à uerbis legis & maximè superioris, & quando sunt clara, non est recedendū, ut l. non aliter. ff. de leg. iii.

Ex quibus omnibus dico, quòd partes dicti domini Vicarii sunt in absoluendo dictum Grassinum, & Petrum & quemlibet eorum; Grassinum, quia de suo maleficio tanquàm commisso per plus quàm per sex menses initij officij dicti domini uicarii; Et Petrum, quia eodem modo de sui maleficio non potest cognosci, ac

12 etiā quia non est repertus culpabilis † Limitata enim reformatio, & baylia, limitatum parit effectum, ut l. quod dictum.

13 ff. de pact. † Et dispositio ad diem uel ex die ante diem & post diem non habet effectum, ut l. hæreditas ex die. ff. de hær. insti. & l. si eo tempore in fi. ff. de pecu. & l. Imperator. ff. de postulā. Et de ista quæstione est dictum Bartol. in l. fi. ff. si quis testa lib. esse ius. fue. Et hoc consuluit D. Ludouicus de Albergo. Laus Deo.

Ego Angelus de Gambiglionibus de Aretio. V. I. D. &c.

CONSILIVM D. ANGELI DE GAMBIGLIONIBVS ARETINI. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Verbis statuti, quando clara sunt, est standū, ne quis damnum indebitè patiatur.*

2 *Statutū quando loquitur taxatiuè, quòd potestas habeat iurisdictionē de delictis commissis in suo territorio, nō pōt extendere manū ad delicta extra territorium commissa.*

3 *Determinatio una respiciēs plura determinabilia, dēt uniformiter et pariter determinari*

P *Index*

4 *Iudex habet potestatem ratione delicti cōmissi extra territorium, non circa pœnam, sed circa cognitionem, & condemnationem.*

5 *Condemnatus de uulneribus in loco delicti, & soluta pœna, amplius in loco originis accusari, nec condemnari potest.*

6 *De delicto eiusdem hominis sæpius inquiri nō debet.*

7 *Præuentio per citationem & sententiam in loco delicti, tollit cognitionem de eodem delicto, in loco originis ipsius rei.*

8 *Sententiam quam quis soluit, potest in sui fauorem allegare.*

9 *Condemnatio et solutio pœnæ facta in loco delicti, tollit & impedit accusationem de eodem delicto alibi fieri.*

10 *Inquisitio ubi est remedium ita ordinarium sicut accusatio, eius pendentia impedit accusationem alibi fieri.*

11 *Vulneratus superuiuēs per aliquod tēpus post uulnerationem, præsumitur mortuus non ex illis uulneribus, sed ex negligentia sua.*

12 *Periti esse præsumuntur in ciuitate, in qua est merum & mixtum imperium.*

13 *Vbi sunt plures medici, & unus tantum fuit ad habitus ad curā alicuius uulnerati, ille præsumitur culpa & negligentia suorū nō adhibentium plures medicos decessisse.*

14 *Lex ubi utitur plurali numero loquendo de medicis, ibi non uidetur esse contenta cura unius medici tantum.*

15 *Præsumptiones duæ ubi sunt, illa capitur, quæ est magis fauorabilis.*

16 *Vulneratus quòd decesserit ex infirmitate præambula, potius quàm ex uulnere illato, est fauorabilis coniectura siue præsumptio.*

17 *Vulnera illata per primum percussorem in rixa quando fuerunt sanata, licet uulneratus postea decesserit, uulnerans de occiso non tenetur.*

18 *Præstans auxilium homicidio, quando ex forma statuti nō tenetur pœna capitali, accusatio de homicidio contra eum facta est falsa.*

19 *Accusatio facta de homicidio coniunctim contra duos, si est falsa respectu unius, reputatur falsa etiam respectu alterius.*

20 *Probationes & argumenta in criminalibus, luce meridiana clariores esse debent.*

21 *Confessio facta in iudicio inquisitionis, potest reproduci in iudicio accusationis.*

22 *Probans causam & principiū necessariū, probat etiam finem, qui habet necessariam causam ad principium.*

23 *Confessio facta per reum ad accusationem, uel inquisitionem, transfert in eum onus probandi, quòd mors sit secuta ex alia causa, quàm ex uulnere per ipsum illatum.*

24 *Confessio facta coram uno iudice, prodest corā alio, etiāsi primus iudex fuisset incompetēs.*

25 *Delictum ex instrumento probatur.*

26 *Confessio est probata probatio, & admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*

27 *Quando proceditur contra reum in loco delicti, non est prohibitus processus etiam in loco originis, quando proceditur uia accusationis, secus si uia inquisitionis.*

28 *Ad accusationē prosequentium suam uel suorum iniuriam, admittuntur alias inhabiles.*

29 *Vbi in inquisitione dicitur, quod iudex intendit punire secundū ius commune, tūc iudex originis coram quo proceditur, poterit imponere pœnam secundum ius commune, idem in iudice loci delicti.*

30 *Reus sponte comparens coram iudice loci originis, etiā si corā eo accusatio locū non haberet, si confitetur contenta in accusatione, seu aliàs eius nomen receptum sit inter reos, tūc censetur prorogasse eius iurisdictionem.*

31 *Statuta recipiunt interpretationem secundum ius commune.*

32 *Statutum tribuens iurisdictionem in delictis intra certum territorium, ampliatur etiam si per suos districtuales, & similes districtuales extra territorium illa committuntur.*

33 *Pro homicidio commisso, cuius respectu est processum, & in inquisitione est dictum, quod iudex intendit punire secundum ius commune Romanorum, licet etiam dictum fuerit, quod intendit procedere secundū statuta terræ, per quæ pro homicidio soluitur pœna pecuniaria, tamen punitur taliter inquisitus, pœna legis Cornel. de sicar.*

34 *In claris non est locus coniecturæ.*

35 *Statuta terrarum licet possint dici ius commune quo ad proprias terras, non tamen dicuntur ius commune uniuersale Romanorum. etiam quo ad illas terras, in quibus condita sunt, uel seruari debent.*

36 *Statutum contra ius diuinum non ualet.*

37 *Creatura non potest disponere contra statutū*

sui

sui creatoris.

38 *Hominis liberi uita inextimabilis est.*

39 *Processus & sententia lata contra reum per iudicem delicti super uulneribus, non impedit accusationem de homicidio coram iudice originis.*

40 *Sentẽtia uires suas extẽdere non debet ultra, quam in ea sit scriptum & comprehensum.*

41 *Ius cõmune attenditur ad uulnera & animũ ea inferẽtis, statutũ uero ad factum tantum non autẽ ad animũ, ideò in inquisitione ubi ponitur de uulneribus simpliciter sine dictione homicidii, non infertur ad homicidium.*

42 *In incertis non certis locus est coniecturæ.*

43 *Ex separatis non rectè infertur.*

44 *Inquisitio quando non est formata ad instigationem consanguinei occisi, tunc ipse consanguineus per dictam inquisitionem nõ impeditur quin uia accusationis suam & suorum iniuriam prosequi possit.*

45 *Vulneratus quod superuixerit per aliquot dies à die illatorum uulnerũ usque ad mortem, non releuat, quin dicatur ex uulneribus decessisse, si de delicto tempore medio, uisus non fuit ambulare.*

46 *Depositio unius medici, qui ad fuit curæ et gubernationi uulnerati, sufficit, quandò aliorũ plurium medicorum copia haberi nõ potuit.*

47 *Quando coniuncti alicuius inquisiti potuerũt destinare medicum salariatũ de mandato iudicis ad curãdum uulneratum, & infirmũ, qui iam elegerat alium medicũ, & illud nõ fecerunt, tũc intelligunt approbasse medicũ electum ab infirmo, ita quòd eum & eius depositionem amplius reprobare non possunt.*

48 *Inquisitus de uulneribus per eum illatis uulnerato, si est certificatus de periculo uitæ dicti uulnerati, et nõ petiit à iudice, ut plures medici per eum adhiberentur ad curãdũ infirmum, tunc ei est imputandum, si uulneratus ex dictis uulneribus decessit.*

49 *Diligentia & depositio officialium qui uisitauerunt uulneratum in infirmitate, & post mortem uiderunt uulnera non bene sanata, nocet inquisito & uulneranti ad eius condemnationem.*

50 *Medicus si unus tantum est in loco, in quo uulneratus decessit, tunc illius iudicio statur, in tantũ, quòd nisi probetur per accusatũ, quòd ille non sit mortuus ex dictis uulneribus, debet condemnari.*

51 *Vulneratus non præsumitur decessisse ex infirmitate præambula, sed tantum ex uulneribus, quando post uulnera non est secuta alia infirmitas.*

52 *Probatio debet necessario concludere aliàs non releuat.*

53 *Vulnera illata in corpus infirmũ, licet aliàs de sui natura non sint mortalia in homine sano, tamen in debilitato mortalia censentur.*

54 *Mitior præsumptio ex pluribus capitur in re dubia & præsumptiua, non autem in re clarà & manifesta.*

55 *Ordo scripturæ non attenditur, neque illi statur quando accusatio seu libellus accusatorius est unus & integralis.*

56 *Si per unum in aliquem fuit illatum primò uulnus lethale, secundò uulnerans pariter cum primo de occiso tenetur.*

57 *Accusatio contra duos de homicidio, etiam si de uno tantum constet, quod fuerit homicida, tenet & ualet, & de illo homicida est puniendus.*

58 *Clausula non se astringens saluat accusationem factam contra duos de homicidio, etiam de uno tantum illo probato.*

59 *Iudex originis pro homicidio commisso per originarium extra eius territorium, potest ex forma statuti condemnare, & punire pœna capitis.*

60 *Iurisdictio iudicis originis ut procedat contra delinquentes districtuales extra territorium, confirmatur ex consuetudine introducta in sic procedendo.*

CONSILIVM LVIII.

CHRISTI nomine inuocato. Videtur prima fronte dicendum dictos Gasparem & Riccutium non posse condemnari per D. Potestatem terræ Nursiæ de Sicarijs & sic capitaliter, sed debere absolui diffinitiuè, uel saltem debent pecunialiter condemnari secundum statuta ciuitatis Fulginii, causis & rationibus in supradicto puncto allegatis.

1 Et primò † quia quoties uerba statuti sunt clara, eis stãdũ est, ut l. nõ aliter. ff. de leg. iij. & l. prospexit. ff. qui & à quib. & maxi

maximè ne quis damnum & pœnam patiatur, ut not. Bar. in l. j. ff. de no. oper. nũcia. Sed dictum statutum tribuens iurisdictionem Domino potestati, tribuit solũ super maleficijs commissis in suo territorio, igitur, &c. Et hoc præcipuè uidetur dicendum, quia dictum statutum, sicut uetat inquisitionem super delictis commissis extra territorium, ita etiam uetat per accusationem procedi.

2 Sed † de iure communi, quoties statutũ loquitur taxatiuè, quòd potestas habeat iurisdictionem de delictis commissis in suo territorio, non potest inquirere de delictis commissis extra suum territorium ut not. Bar. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide cathol. & Bal. in l. ea quidem. C. de accusatio. licet Cy. tenuerit contrarium, & Ange. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. per l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. tamen prima est communis opinio, ergo cum dictum statutum pariter, & simul æquiparet istos duos casus, quòd potestas habeat iurisdictionem de delictis commissis in territorio Nursiæ, tam per modum inquisitionis, quàm per modum accusa-

3 tionis, † Ergo una determinatio respiciẽs duo determinabilia debet uniformiter, & pariter determinare, ut l. iã hoc iure de uulgar. & pupilla. Et per consequẽs sicut prohibita est inquisitio super talibus delictis, ita etiam uidetur esse prohibita accusatio.

Secundò uidetur omninò dicendũ, quòd etiam si potestas Nursię procedit contra dictos Gasparem, & Riccutium, non debet fieri condemnatio secundum statuta ciuitatis Fulginei hoc not. in d. l. j. C. de sum. trini & fid. ca. per Docto. hoc etiam uoluit, Bal. in l. ij. C. de eunuchis, ubi di-

4 cit, † quòd iudex habet potestatem & iurisdictionem ratione commissi extra territorium non circa pœnam, sed circa cognitionem, & condemnationem, ut in l. j. C. ubi de cri. agi. opor. igitur, &c.

5 Tertiò † uidetur dicendũ idem, quãdo de dictis uulneribus dictus Gaspar & Riccutius fuerunt condẽnati in ciuitate Fulginij, & sic in loco delicti, & ibi pœnam soluerunt, ergo amplius in loco originis & sic Nursię de delictis prędictis non possunt accusari, nec accusati condemnari

6 ne ex † delicto eiusdem hominis sæpius inquiratur. ut l. licet. §. fina. ff. nau. caupo.

7 stabu. † Et maximè hoc uidetur dicendũ, quoniam per prius in ciuitate Fulginij fuit processus de dictis uulneribus initiatus, & per prius ipsi Gaspar, & Riccutius fuerunt Fulginij citati. arg. l. si quis postea quàm. ff. de iudi. & ideò debet ibi iudicium finiri, non obstante processu postea facto, per dictum D. Potestatem terræ Nursiæ, ut l. ubi cœptum, & quod ibi not. Bar. ff. de iudi. & maximè cum in dicta ciuitate Fulginei dicti Gaspar & Riccutius condemnati pœnam pecuniariã soluerunt, & sic comparuerunt coram iudice loci delicti, & suæ sententiæ paruerunt,

8 † ergo ipsam sententiam in sui fauorem possunt allegare, secundum quòd not. Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. uiola. igitur, &c.

9 Quartò † hoc idem uidetur dicendum, quoniam tum per dictum D. Potestatem terræ Nursiæ, tum etiam per potestatem ciuitatis Fulginei contra dictos Gasparẽ & Riccutiũ fuit processum de dictis uulneribus; & de dictis uulneribus, ut supra dictum est, fuerunt per potestatem loci delicti condemnati, & pœnam soluerũt, ergo amplius de dictis uulneribus cum adiectione mortis non possunt accusari, nec accusati puniri, ut de hoc uidetur esse dictũ Bar. in l. nũquàm plura. ff. de priuat. delict. ibi, quæro circa hoc, quid si uolo reaccusare de uulneribus, &c. facit l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. Sed dicti Gaspar & Riccutius, ut supra dictum est, de dictis uulneribus fuerunt condemnati meritò.

10 Præterea † adhuc pẽdet dicta inquisitio de dicto homicidio, facta & formata per dictum D. Potestatem terræ Nursiæ, ergo cessare debet accusatio, hoc tenet expressè Bar. in l. iij. §. fi. ff. de adulter. & maximè attenta forma dicti statuti terræ Nursiæ, ubi inquisitio est ita remedium ordinarium, sicut accusatio, hoc idẽ not. Ange. in d. l. si uacantia. C. de bon. uacan.

lib.x.igitur, &c.

11 Quintò † hoc idem uidetur dicendum, quia dictus Matthæus post uulnera in eũ illata superuixit xxij.diebus; ergo iuris præsumptione non uidetur mortuus ex illis uulneribus, ut no. Gl. singularis in l. i.C.de emenda. seruo. quæ dicit, quòd si superuixit per dies tres, & fuerit uisus ambulare etiam super baculo, non præsumitur mortuus ex illis uulneribus, idem etiam uidetur uelle tex. in c. si qua fæmina, l. distin. & in c. continebatur. extra de homici. uidetur dicere de octo diebus facit c. presbyterũ eo. ti. ubi dicit, infra paucos dies, & c. ad audientiam. eod. tit. dicit aliquandiu, & sic si isti tex. rectè ponderentur, uidentur uelle de minori tempore quàm de supradictis xxii. diebus, & maximè hoc uidetur dicendum per regulam uulgatam l. interpretatione. ff. de pęn. & l. Arrian. ff. de actio. & obliga. Prætereà Barto. in l. si in rixa. in fin. ff. de sicar. dicit in hoc standum iudicio medicorum, de quo iudicio & medico infra dicam.

12 Sextò † ad idem facit, quia ad curam dicti Matthæi non fuerunt adhibiti plures medici periti, cum in terra Nursiæ & in locis circunstantibus sit copia medicorũ peritorum, & copia adesse præsumatur, cum in terra Nursiæ exerceatur merum & mixtum imperium, ut not. Barto. in l.

13 in bonorum. ff. de bono. possessio. † ergo si est copia medicorum peritorum, consanguinei, & coniũcti dicto Matthęo, deputãdo unũ tantũ medicum, & in scia inexpertum fuerunt in culpa, & per consequens magis ex culpa & negligentia suorum cõiunctorum præsumitur mortuus, quàm ex dictis uulneribus, facit. l. utiq; culpa, de rei uen. & hoc uidetur uelle Barto. in d. l. si in rixa. in fin. ff. de sica. ubi dicit, quòd in dubio, recurrendum est ad iudicium medicorum peritorum in arte

14 ut l. si semel. C. de re mil. li. xii. † Et notãdum est, quòd dicit medicorum, & sic in plurali; ergo non est uerificatum in iudicio dicti solius medici qui fuit ad curam dicti Matthæi, & maximè cum sit idiota, facit. l. ubi numerus. ff. de testi. Et quando plures medici non reperiuntur, tunc statur dicto unius tantum, sed ut dixi plures medici aderant, & hodiè in terra Nursiæ àdsunt, ergo ipsi alii medici fuerunt adhibendi, & quoniam non fuerunt adhibiti, neq; admissi, non præsumitur Matthæus mortuus ex dictis uulneribus, facit l. qui occidit. §. fi. & l. si ex plagis, in prin. ff. ad l. aquil.

15 Septimo † quoties sunt duæ præsumptiones, illa præsũptio & coniectura capiẽda est, q̃ est magis fauorabilis. ut l fauorabiliores. ff. de reg. iur. & d. l. Arria. de act. & obli. Sed hic possunt esse duæ p̃sumptiones, uel ꝙ sit mortuus ex dictis uulneribus, uel quòd sit mortuus ex præãbulis

16 infirmitatibus. † Et præsumptio & coniectura, quòd sit mortuus ex antiqua infirmitate, est magis fauorabilis, quia tendit ad liberationem dictorum Gasparis, & Riccutii; ergo illa coniectura capienda est, & non illa, quòd sit mortuus ex dictis uulneribus, facit. l. præses, & l. si de interpretatione. ff. de pœn.

Prætereà pro hoc facit. l. qui occidit. §. fin. & l. ita uulneratus, in prin. & l. si ex plagis in prin. & l. qua actione. §. si quis seruum ignotum. ff. ad l. aquili. facit quod not. Barto. in d. l. si in rixa, in penult. colum. ff. de sica.

17 Octauò † & ultimò pro ista parte facit, quia tempore mortis dicti Matthæi, uulnera capitis, & sic uulnera illata per dictum Gasparem erant sanata, & ipse Gaspar fuit prior percussor, ergo ipse saltem non tenetur de occiso, ita ad literam determinat Bart. in d. l. si in rixa. in penult. colum. ff. de sicar. & allegat. l. item Mela. §. si plures. ff. ad l. aquil. ergo necessariò sequitur, quòd licet dictus Gaspar teneatur, quia astitit dicto maleficio, & opem & auxilium præstitit dicto Riccutio ut dicit Bartol. in d. l. si in rixa, & in l. qui

18 seruo. §. fin. ff. de furt. † tamen non tenetur de occiso, & secundum formam statuti terræ Nursiæ, præstans auxilium, & opem homicidio, non tenetur pœna capitis, sed ad pœnam pecuniariam; ergo necessariò sequitur, quod saltem quo ad dictum Gasparem, dicta accusatio de homicidio est falsa, & non procedit; ergo in totum,

tũ, & sic etiam quo ad dictum Riccutiũ
26 procedere non debet,† quia quoties una oratio,siue unus libellus formatur contra duos, pariter & simul est falsus, & nõ procedit cõtra unum in totum, etiam in reliquum falsus reputatur,& non procedit,ut l.is qui ducenta.§. utrũ.ff. de reb.
20 dubi. † Et pro ista parte facit,quia in cri minalibus probationes & argumenta de bent esse luce meridiana clariores, quod hic non uidentur. igitur, ut l. sciant & quod ibi notat.C. de probat. igitur, &c.
In partem aduersam arguitur sic.dicti Ga spar & Riccutius, cùm intulerunt dicta uulnera,statim per dictum potestatẽ ter ræ Nursiæ fuit contra eos processum de dictis uulneribus, & ipsi comparuerunt & confessi fuerunt omnia & singula con tenta in inquisitione, excepto quàm de auxilio, & quòd non fecerunt ad uindictam,& excepto eo quod dicitur de uulnere illato in facie, cuius responsionis & confessionis copia uobis transmittitur. Præterea constituti coram potestate ciuitatis Fulginii, qui procedebat contra eos de dictis uulneribus, & quòd fecerunt ad uindictam,& de uulnere illato in facie,& de auxilio,& fauore,& sic ad literã de omni & toto eo in effectu de quo Potestas Nursiæ per modum inquisitionis processit,& nunc per modum accusationis procedit, Potestas ciuitatis Fulginij procedebat. & tamen dicti Gaspar & Riccutius sponte & ex certa scientia & non per errorem confessi fuerunt omnia & singula contenta in dicta inquisitione. Et sic confessi fuerunt famam, & uulnera,& ad uindictam,& opem, & auxilium,& locum,& tempus, & alias qualitates,ut eleganter ad propositum dicit Bar.& Bal.in l.si cui.§.i.ff.de leg.i.& dictus Bonannus accusator prædictus omnia ista facta, coram dicto D. Potestate
21 terræ Nursiæ ꝑducit,quod potest,† quia acta facta per uiam inquisitionis coram iudice possunt posteà in uiam accusationis coram eodem iudice produci, ut not. Ang.de Peru.in l.si uacantia,ibi,sed quæro in casibus,in quib. silet inquisitio &c. C.de bon.ua. lib.x. ergo si probatum est per confessionem dictorum Gasparis & Riccutij, quòd intulerunt dicta uulnera & quòd in effectu omnia & singula contenta in dicta accusatione confessi fuerunt,excepto quòd de morte,& de occiso dicti Matthæi, ergo probata est mors
22 & occisio dicti Matthæi. † quia qui probat causam & principium necessarium, probat etiam finem, qui habet necessariam causam ad principium,ut l.damni. §.Sabini ff.de dam.infec.& quod ibi not. & facit l.illud & quod ibi not. ff. de acq.
23 hæred.cum simili. † In tantum quòd saltem onus probandi translatum est in dictos Gasparem & Riccutium, quòd dictus Matthæus non sit mortuus ex dictis uulneribus, sed ex alia causa siue alia infirmitate.
24 Nec † obstat,si dicatur confessio facta coram iudice ciuitatis Fulginii, non prodest dicto Bonanno accusatori prædicto in terra Nursiæ per not. per Ang. secundum Oldrad.in d.l.si uacantia in d.uers. sed quære in casibus &c.quia dico,quòd non est uerum,ut ibi determinat Ang.& maximè cum Potestas Fulginii in eo casu,quando dicti Gaspar, & Riccutius cõparuerunt,erat eorum iudex competens tanquàm iudex loci delicti,ut l.i. & per tot.C.ubi de cri.agi oport.ergo talis confessio potest in iudicium produci, & fi-
25 dem facit,†& maximè cum etiam ex instrumento possit probari delictũ,ut not. Gloss.in l.contra negantem C.ad l.aqui. & Cyn.& Bald.in l.fi.C.de proba.& Bar. in l. in senatus. ff. ad Turpillia.& hoc de ista confessione est in tãtum uerum,quia etiam si potestas Fulginii fuisset iudex incompetens, tamen nunc coram potestate terræ Nursiæ eius iudice cõpetẽti, cogeretur persistere in sua confessione, facta etiam coram iudice incompetenti, ut not. Innoc. in c. at si clerici.extra de iudi.merito &c. Ex quibus necessario infertur, quòd cum sit probatum per confessionem eorum, quòd ipsi ueniunt condemnandi de sicarijs, & sic quòd caput debeat amputari, prout etiam dictat sta-
25 tutum terræ Nursiæ,† nam nulla potest esse maior probatio, quàm confessio par

tis

tis,quoniam dicitur probata probatio,ut not.Bal. in l.Deo uobis.C.de episcop.& cler. Intantum quòd admittitur contra præsumptionem iuris & de iure, contra quam non admittitur alia probatio , ut not.Gloss.in l.in contractibus.C.de non num.pe.& in auc.sed iam necesse. C. de do.ante nup.

27 Non † obstant allegata in contrarium, ex quibus responsionibus clarius apparebit de Iustitia dicti Bonāni accusatoris prædicti. Et primò non obstat primũ argumentum, quia illud ꝙ dicunt Doc. in l.i.C.de summ.trin.& fi.cat. loquitur & locum habet, quando per uiã inquisitionis proceditur, secus autem quando per uiam accusationis, quoniam accusatio est remediũ ordinarium, & est actio & ius quæsitum parti, & sic dicto Bonanno,maximè qui prosequitur suam & suo

28 rum iniuriam, † ad quam accusationem prosequentium suam uel suorum iniuriam admittuntur etiam aliàs inhabiles. ut in l.i.& ii.cum si.ff.de accusa.

29 præterea † utrum etiam posit procedi per inquisitionem,nondum terminatum est,quia si quis subtiliter inspexerit Bal. in d.l.i. C.de sum.trin.& fi.cat.uult,quòd etiam per uiam inquisitionis posit procedi, & idem uoluit Cyn.disputando, & ita etiam determinat Ang. de Peru.in d. l.si uacantia. ibi sed incidenter quæritur de quæstione , &c. Præterea dicit in d. l.i.C. de sum. trin.in fi.quòd si iudex originis dicat,super quibus omnibus procedere intendit secundum formam statutorum, & puniret secundum ius commune, quod tunc iudex originis potest procedere & condemnare,& pœnam imponere secundum ius commune.Sed dictus D.Potestas terræ Nursiæ in fine dictæ accusationis dixit dicto modo & forma tradita per dictum D.Bar. igitur &c.

30 Præterea † posito sed non concesso, ꝙ non posset procedi etiam per accusationem, stante dicto statuto, tamen cum nunc procedatur per modum accusationis, & ipsi Gaspar,& Riccutius comparuerint sponte, & partim confessi fuerũt & partim negauerunt, coram D. Potestate terræ Nursiæ, tunc in isto casu suam iurisdictionem prorogauerunt, ita elegãter determinat D. Bartholome.de Saly. in l.i.C.ubi de cri.agi oport.ergo per D. Potestatem terræ Nursiæ potest procedi saltem nunc per uiam accusationis,ergo cessat dictum argumentum.

Præterea , dictum statutum si quis subtiliter inspexerit in sui principio & proœmio , & maximè in uersi. & ideò per supradictos Dominos statuentes &c.apparet manifestè ,quòd uoluerunt dare omnem iurisdictionem & imperium in dictum Potestatem arg.l.fi.ff. de hæredib. inst.ergo non posteà restringitur ex illo uersi.& quòd tam ipse potestas &c . quia ille uers. & tam ipse potestas,loquitur secundum cõmuniter accidentia l. nam ad ea.ff. de legib.ideò non est trahendus ad correctionem primi uersi. ne uideantur legislatores statim se corrigere,ut l.non ad ea.ff.de condi.& demonst. & maximè cum dictus uers.& quod tam ipse potestas &c. sit exorbitans à iure communi, & maximè quo ad partem accusatoris, quia accusatio est remedium iuris communis & ordinarium , & maximè prosequẽtibus suam & suorum iniuriam.ideò strictè debet intelligi & non latè,intellige ergo dictum uers. secundum ius com

31 mune, † quoniam statuta recipiunt interpretationem secundum ius commune,ut l.ii.C.de nox.& in l.fi. §.in computatione.C.de iure delibe.& in c.cum di-

32 lectus de consue. † uidelicet ꝙ habet iurisdictionem de delictis commissis intra territorium Nursię,nisi fuerit delictũ commissum per Nursinum uel districtualem in Nursinum uel districtualem , ut l.i.C.ubi de cri.agi opor.& l.ii.C. de eunuchis.& l.fi.ff.de decret. ab ord. faci.& quod ibi not.

33 Non † obstat secundum arg . quia per not. per Bar.in d.l.i.C.de sum.trin.& fi. ca.uidelicet quia dictus d. Potestas Nursiæ,in conclusione supradictæ accusationis dixit,super quibus omnibus & singulis &c. procedere intendit secundum statuta Nursiæ,& punire secundum ius cõmune Romanorum , ut patet in fine dictæ

ctæ accusationis, copia uobis transmittitur. Igitur &c.

Nec huic responsioni obstat, si dicatur, statutum Fulginei est ius commune quo ad punitionẽ dicti delicti in dicta terra Nursiæ, quia ius commune dictat, ꝙ secundũ dictum statutum Fulginei debet pœna imponi. ita eleganter not. Bal. in l. negãda. C. qui accu. non poss. facit quod habetur in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. quia illud esset uerum, nisi expresse & specificè de intentione dicti D. Potestatis terræ Nursiæ appareret in contrarium, uidelicet, ꝙ uoluit eos punire de sicarijs quod manifeste apparet ex adiectione il
34 lius uerbi, Romanorum, † & sic cum simus in re clara, non est locus coniecturæ. ut l. ille aut ille. §. cùm in uerbi. ff. de leg. iii. Præterea etiam si uerba essent dubia, quæ tamẽ clarissima sunt, debent intelligi, secundum intentionem dicti Potestatis ponentis. ut l. si quis intentione ambigua. ff. de iudiciis.

Præterea etiam si simpliciter D. Potestas dixisset, intendit eos punire secundum ius commune, etiam nõ adiiciendo illud uerbum Romanorum, intelligeretur in dubio de iure communi Romanorum, ut instit. de iu. na. §. sed ius quidem.

Non obstat quod notat Bal. in d. l. negan
35 da, † quia licet statuta terrarum possint dici ius commune quo ad proprias terras, non tamen dicuntur ius commune uniuersale Romanorum, etiam quo ad illas terras, in quibus condita sunt, uel seruari debent, ut not. plenè per Bar. in d. l. omnes populi, facit l. de quibus in prin. ff. de legibus.

36 Præterea † dictũ statutum Fulginas, non ualet de iure, quia est contra ius diuinum, ut patet in passione Domini nostri Iesu Christi, ex uerbis Iesu dicentis Petro, uidelicet, qui gladio ferit de gladio perit. ergo dictum statutum non ualet,
37 quia † creatura nõ potest disponere contra statutum sui creatoris, ita eleganter not. Bar. in d. l. omnes populi, ibi secundo quæro, iuxta prædicta quæro an possit fieri statutum &c. ubi expresse determinat, ꝙ tale statutum, cum sit contra ius diuinum, & nutriat summum peccatum, non ualet nisi ex iusta causa, de qua causa habetur in l. i. & ii. C. quan. lice. se sine iudi. uin. sed dictum statutum Fulginei indistinctè & generaliter permittit homicidium soluendo libras mille, etiã sinè aliqua causa, ergo modo aliquo non ualet. Igitur potestas terræ Nursiæ non cogitur stare dicto statuto Fulginei, sed dictis inquisitis imponere pœnam iuris communis Romanorum, & sic de sicariis, uel imponere pęnam statuti terræ Nursiæ, quæ conformatur cũ iure communi Romanorum, & maximè dictum statutum Fulginei nõ ualet, quia dat materiam delinquẽdi, quilibet enim diues soluendo libras mille, posset homi
38 nem interficere, † cuius enim hominis liberi uita inextimabilis est, ut l. liber homo. ff. ad l. aquili.

Præterea immò plus uidetur, quòd ultra dictam pęnã statuti Fulginei, possit etiã imponi pœna iuris cõmunis, uel statuti terræ Nursiæ, per not. per Bar. in l. i. in fi. ff. ui bono. rap. Cyn. in l. qui sepulchra. C. de sepulc. uiola. & maximè cum in statuto Fulginei non sit clausula derogatoria legibus, facit l. quoties. ff. de actioni. & obligationib.

39 Tertio † non obstat tertium argumentum de eo, quod not. Bar. in d. l. sepulchri, quia illud uerum esset, si in ciuitate Fulginei fuissent de homicidio condemnati & puniti saltem secundum statutũ dicti loci, sed potestas Fulginei solum inquisiuit de simplicibus uulneribus, & nõ de homicidio, & pęnam secundum dicta uulnera, & non de homicidio imposuit, ut patet in suo processu, & sua condemnatione. ergo nullo modo habet impedire processum nunc formatum per modum accusationis coram iudice originis. quoniam processus & sentẽtia limitata, quod uulnera tãtam limitatam pariunt exceptionem rei iudicatæ, ut l. quod di-
40 ctum ff. de pact. † & maximè cum sentẽtia sit stricti iuris ut l. i. C. si plures una senten. ergo non debet extendere uires suas ultra quàm in dicta sententia sit scriptum & comprehensum, sed dictum homicidium

micidium non est scriptum neque comprehensum in dictis processu & sententia Fulginei ergo &c. & hoc expresè etiam uoluit Bart. sanè intelligendo in d. l. sepulchri.& clarius hoc determinat ad literam in l.senatus. ibi extra Gloss. quæro &c.ff.de accusa. igitur &c.

41 Quartò † non obstat quartum argumentum de notatis per Bart.in d.l. nunquam plura de priua.delict.ibi quæro circa hoc,quia respondeo quòd dictū. Bart. in d.l.nunquam plura.debet intelligi secūdum ius commune Romanorum, hoc est,quia secundum ius commune non attenditur,utrum homo fuerit occisus necne,sed attendūtur uulnera, & animus inferentis, ut l.j.C. de sicar.& l.j.§.Diuus. & l.Diuus.& quod ibi not. Bart.ff. de sica.nā eo ipso quòd ponit uulnera & animum inferentis, ponit etiam homicidiū medulitus & intrinsecè,saltē quoad pœnam capitalem,sed secundum statuta terrarum,quæ puniunt solum factum & nō animum tantum.not. Bart.in dictis locis necessariò sequitur, quòd ponendo uulnera simpliciter sine adiectione homicidij uel mortis, non infertur ad dictū homicidium uel mortem, ita elegāter not. Bart in d.l.sena.in d.uersi.extra Glo.quęro.in fi.sui, qui elegāter declarat ea quæ dixit in d.l.nunquam plura.& dat uerum intellectum ad l. prætor edixit.§. primo. ff.de iniurijs.

42 Præterea † in incertis,& nō certis est locus coniecturæ,ut l.cōtinuus.§. cum ita. ff.de uer.oblig. sed processus & sententia Potestatis Fulginei solùm est de uulneribus,& pœnā condignam de dictis uulneribus,& nō de homicidio imposuit, nam etiam Fulginei minor pœna est de simplicibus uulneribus quàm de homicidio, & Dominus Potestas imposuit pœnam secundum statutum de uulneribus, & non secundum statutum de homicidio. ergo dicta sententia condemnatoria, de uulneribus non extenditur ad homicidiū, nec

43 ad pœnam homicidij. † quoniam ex separatis non est recta illatio, ut l.fin.ff.de calumniatoribus.

44 Præterea † non obstat dictum Barto. in dicta.l.iij.§.fina.ff.de adulte.cum alijs supra allega.quia illud esset uerū, si inquisitio potestatis Nursiæ esset formata ad instigationem dicti Bonanni, uel dicta inquisitio esset formata dicto Bonanno negligente & retardante, uel timeretur de collusione dicti Bonanni, quia fortè non prosequeretur suam uel suorum iniuriā, sed dictus Bonannus non instigauit Dominum Potestatem Nursiæ ad inquirendum,nec instigare potuit,nec fuit tardus uel remissus, quoniam tempore fortunæ dictæ inquisitionis per Potestatem Nursiæ,dictus Bonānus erat in ciuitate Florētiæ,& ante per longum tempus fuerat,& ut nepos dicti Matthæi interfecti prosequitur suam & suorum iniuriā, igitur admitti debet, & super inquisitione iam formata superse deri debet, ita determinat Bartol.in d.l.iij.§.fina. & Ang. in dicta l. si uacantia. Et ita pronuntiatum fuit per D.Potestatem terræ Nursiæ, ad instātia dicti Bonanni accusatoris prædicti dictis inquisitis & accusatis citatis, facit quòd not.Bar.in simi.in dicta l.senatus in d.uersi.extra Glo.quæro.

45 Quinto † non obstat quintum argumētum de Glo.in l.prima.C.de emē.seruo. quia illud fortè esset uerum, si post triduū à die illationis uulnerū dictus Matthæus fuisset uisus ambulare, sed dictus Matthæus à die illationis dictorū uulnerū usque ad diem mortis inclusiuè semper iacuit infirmus in lecto, & nunquā surrexit neque surgere potuit propter grauitatem dictorum uulnerum.

Præterea dicta Glo.loquitur secundum legē Mosaycam,ergo de iure communi cōtrariū statuitur, ut patet per tex.in l. ait lex.in prin.ibi & post longū & interuallum. ff.ad leg.aquil. facit quod habetur in c.ij.de cleri. percus.à contrario sensu.

46 Præterea † Bar.in d.l.si in rixa.ff.de sica.ibi posses quærere &c. dicit, quòd in dubio recurrēdum est ad iudicium medicorum,facit.l.si semel.C. de re mili. lib. xij.in tantū quòd sufficit iudicium unius medici,quando copia aliorum medicorū haberi nō potest, sed ad curam dicti Matthæi non fuit nisi magister Philippus de

Monte Sancto, ergo ei soli credendum est, ut not. Bart. in dicta l. si in rixa. & ipse magister Philippus qui uidit, testimonium ueritatis potest perhibere, & non alij duo medici terræ Nursiæ, qui nō fuerunt ad curam & gubernationem dicti Matthæi, quoniam dictus Matthæus fuit uulneratus in comitatu Fulginei, & portatus ad dictum castrum Montis Sancti, quod castrum nō est de territorio neque de iurisdictione terræ Nursiæ distat à terra Nursiæ per quindecim milliaria, in quo castro habitat dictus Magister Philippus, de cuius peritia & experiētia multi testes attestantur, ut est Nicolaus Antonij & multi alij de dicto castro.

47 Nec † obstat, quod dicitur, quòd quidā medicus Communis Nursiæ iuit ad uisitandum dictum Matthæum ad dictū castrum Mōtis Sancti, quod non fuit admissus, neq; potuit uidere uulnera dicti Matthęi quia dictus Matth. & alij sui circum astātes interrogauerunt dictum magistrum salariatū à Communi Nursiæ, si erat missus ad ipsum uisitādum per Dominū Potestatem terræ Nursiæ, & ipse magister salariatus dixit, quòd non, sed quod fuerat solum missus à coniunctis dictorum inquisitorum, ergo ipse Matthæus & sui coniuncti non cogebantur uulnera ostendere dicto magistro salariato. Debebant enim coniuncti dictorum inquisitorum, legitimè protestari coniunctis dicti Matthæi, quòd uolebant ad curam dicti Matthæi alios medicos adhiberi, & ita etiam legitimè petere coram dicto D. Potestate terræ Nursiæ, unde cùm prædicta non fecerint, uidentur tacitè approbasse dictū magistrum Philippum pro perito, & bono medico, & se uelle stare & acquiescere curæ & medicinis dicti magistri Philippi; ergo dictū magistrum Philippū amplius non possunt reprobare. ut l. Pomponius. ff. de nego. gest. & per consequens cum non fuerint protestati dictis coniunctis uel saltem dicto Do. Potestati, quòd adhiberetur alius medicus, sibi debēt imputare, & uidentur acquieuisse ijs, quæ gererētur per dictum magistrum Philippū, facit l. filius familias. in. §. inuitus. ff. de procura. & quod not. Dyn. in reg. qui tacet in ui. facit l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquiren. hære. sicut enim coniuncti dictorum inquisitorum miserunt dictum medicum salariatum Communis, illum miserunt proprio motu, potuissent etiā illum mittere cum præcepto dicti Potestatis terræ Nursiæ, & tunc dictus Matthæus & sui cōiuncti permisissent dictū Matthæum uideri & curari à dicto magistro salariato, & si non permisissent fuissent in culpa, & meritò posset eis ĩputari.

48 Sextò † non obstat sextum argumentum, quia per supradicta in responsione ad quintum argumentum apparet clara responsio ad istud sextum argumentum, nam illud esset uerū, si plures medici fuissent ad curam dicti Matthæi, uel fuisset postulatum pro parte dictorum inquisitorum, quòd plures medici per potestatem adhiberentur ad curam dicti Matthæi, & maximè hoc facere debebant, quia quando Potestas terræ Nursiæ inquisiuit contra eos de uulneribus simplicibus, & dicti inquisiti respondendo dictæ inquisitioni & depositum faciendo Cancellario Communis Nursiæ, ut possent relaxari secundum formam statutorum terræ Nursiæ, tamen Potestas terræ Nursiæ ipsos retinuit, ex eo quia depositum non fuit rictè factum, ac etiam quia ad notitiam dicti D. Potestatis peruenerat, quòd timebatur de morte dicti Matthęi, & hoc necessariò peruenit in notitiam dictorum inquisitorum, quia fuerūt detenti per potestatem terræ Nursiæ, ergo amplius ignorantiam allegare nō possunt. ut l. j. in fi. ff. de actio. emp. debebāt igitur suo facto præcauere, & petere, quod alius medicus adhiberetur, unde cū hoc non fecerint sibi debent imputare, ut in reg. damnum quod quis sua culpa sentit.

9 Prætereà † Potestas Nursiæ pluries & pluries tam in uita quàm in morte dicti Matthæi misit suos officiales ad uisitandum dictum Matthæum & perscrutandū uulnera, qui retulerūnt dictū Matthęum malè se habere & dicta uulnera maximè illata per dictum Riccutium fuisse & esse mortalia, & post mortē dicti Matthæi antequàm

antequàm sepeliretur, dictus Potestas misit duos suos officiales ad uidẽdum dictum Matthæum, qui retulerunt uulnera illata per dictum Riccutium non esse sanata, immò adhuc humectare, & aquã proiicere, & per cõsequens apparet manifestè, quod Potestas terræ Nursiæ fecit diligentiã suam, & dictis officialibus credendum est, facit l. Diuus. & quod ibi nota. Bar. ff. de custo. reo. & quod idem Bar. not. in l. fin. ff. de quæstio. facit quod no. Saly. in l. ea quidem. C. de accusa.

50 Prætereà†, ut dixi, dictũ castrũ Montis Sancti, ubi d. Matthæus semper iacuit infirmus, & mortuus est, distat à terra Nursiæ ꝑ quindecim milliaria, & in dicto castro Montis Sancti non est alius medicus quã dictus magister Philippus; ergo eius iudicio standum est, ut not. Bar. in dicta l. si in rixa. In tantum quòd saltem transfert onus ꝓbandi in dictos accusatos, qui debeant aptè probare, quòd dictus Matthæus non sit mortuus ex dictis uulneribus, sed hoc non probauerunt, igitur debent condemnari, facit, quod habetur in l. in exceptionibus. ff. de proba.

Nõ obstat, quod habetur per Bar. in d. l. in bonorum. ff. de bon. posses. quia illud fortè uerum, si dictus Matthæus iacuisset infirmus in dicta terra Nursiæ uel eius Comitatu, sed in dictis locis non iacuit infirmus, ut dictum est, igitur &c.

51 Septimò† non ob. septimum argumẽtũ, quia licet ꝓ parte dictorũ accusatorum sit probatum, quòd dictus Matthæus iã est annus elapsus, & ab inde in anteà, uel iam sunt sex menses elapsi, & ab inde in antea, passus fuit plures infirmitates, non tamen sequitur, quòd post dicta uulnera illata ipse passus fuerit aliam infirmitatẽ quàm infirmitatem uulnerum, & quòd ex alia infirmitate mortuus est, quia nõ probat hoc esse &c. ut l. non ab hoc. C.

52 un. cog. † & probatio debet necessariò concludere, aliàs non releuat ut in c. quoniam contra. extra de proba.

53 Præterea † quod plus est, clarè probatũ est per dictum magistrum Philippum & plures alios, ꝙ dictus Matthæus non fuit passus aliam infirmitatem, quàm infirmitatem uulnerum, & ꝙ dictus Matthæus non est mortuus nisi solùm & dumtaxat propter dicta uulnera. igitur &c. Præterea parcat mihi reuerentia defendẽtium dictos accusatos, quia capitulauerunt & probauerunt contra dictos accusatos, quia si dictus Matthæus erat infirmus per prius ante uulnera illata, & erat corpus infirmum, tunc posteà dicti Gaspar & Riccutius inferendo supradicta uulnera, quæ, licet de sui natura nõ essent mortalia in homine sano & forti, tamen in homine debilitato & infirmo mortalia sunt & mortem inferunt, ita dicit Bart. ad literam in d. l. si in rixa. ibi datis ijs regulis &c. de hoc est tex. in l. qua actione. §. sed si quis seruum ægrotum, & in l. ita uulneratus in prin. ff. ad l. aquil. agit &c.

54 Nec† ob. quod dicitur de duabus præsumptionibus, ꝙ mitior sit capiẽda. quia illud uerum in re dubia & præsumptiua non autẽ in re clara, & manifesta, ut est in casu nostro, facit d. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis, & quod ibi not. Iac. de Are. & Bar. ff. de leg. iii.

Octauo nõ ob. octauum argumentũ, quia dictum Bar. in d. l. si in rixa. esset uerũ, si fuisset capitulatum & probatum, quòd dictus Gaspar fuerit prior percussor, sed hoc non est neq; capitulatum, neq; deductum neque probatum, igitur &c.

55 Non † ob. si diceretur, ordo scripturæ est attendendus in l. scripturæ. ff. de solu. sed ex serie dictę accusę apparet, quòd dictus Gaspar fuit prior ꝑcussor. ergo &c. quia respondeo, quòd ordini scripturæ non est standum ut not. Bar. plenè in l. ii. §. si prius. ff. de uulg. & pupil. & maximè cum dicatur una accusatio integralis, facit l. furiosum. C. qui testa. face. pos. & unus libellus accusatorius, facit quod not. Bar. in l i. in fi. ff. de testa. & in l. libellorum. §. sed si aliud. ff. de accu. ergo cũ nõ appareat, quis fuerit prior percussor, omnes de occiso tenentur, ut in l. item Mela. §. sed si plures, & §. si plures. ff. ad l.

56 Aqui. & not. Bar. i d. l. si in rixa. † Potuit enim esse prior percussor dictus Riccutius, q manifestũ est, quòd intulit uulnera lethalia, & posteà percussit dictus Gaspar,

ſpar, qui poſito, quòd non intuliſſet uulnera lethalia, ſi tamen dictus Matthæus erat iã lethaliter uulneratus & debilitatus, dictus Gaſpar dicitur intuliſſe uulnera lethalia, & de occiſo tenetur, ita ad literam determinat Bart. in d. l. ſi in rixa.
57 Ex † quibus infertur, quòd non obſtat illud, quod dicitur, quòd dictus libellus accuſatorius non procedit, ex eo quia duo ſunt accuſati de homicidio, & non fuit homicida niſi unus, quia hoc eſt falſum, ut ſupra dictum eſt. Ac etiam quia poſito, quod unus tantum eſſet homicida, tamen quia iſta ſunt ſeparabilia ſaltẽ quo ad Riccutium homicidam, dicta accuſatio tenet, & ipſe de homicidio puniẽdus eſt; iſtud eſt dictum Bar. in ſimili in l. i. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. oblig. in fi. facit l. ſancimus. C. de dona. † & maximè hoc eſt uerum uirtute clauſulæ adiectæ per dictum Bonannum accuſatorẽ præ-
58 dictum. Videlicet non aſtringens ſe adprobãdum &c. quæ clauſula quo ad hoc utilis eſt, ut not. Bar. in l. diuus in uerſi. quæro, hic dicit teſtib. &c. in fi. ff. de re iudi. † Ex quibus omnibus clariſſimè patet, quòd dicti Gaſpar & Riccutius & quilibet eorum, & maximè dictus Riccutius
59 ſunt homicidæ, & poſſunt per Poteſtatẽ terræ Nurſiæ ſecundum ius Romanorum, & ſic de ſicariis, & per conſequens capitaliter puniri & condemnari. ac etiã ſecundum formã ſtatutorum terræ Nurſiæ, quæ etiam homicidis imponunt pęnas capitis, licet dictum delictum fuerit commiſſum extra territorium Communis Nurſię, ut d. l. i. C. ubi de cr. agi opor. & l. ii. C. de eunuchis, & l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. † & hoc maximè uerum eſt, quia à xxx. annis citra, ter, quater, & pluries per officiales terræ Nurſiæ fuit pro-
60 ceſſum contra Nurſinos & diſtrictuales etiam per modũ inquiſitionis de uulneribus, iniuriis & homicidio illatis in perſonam aliquorum de Nurſia, uel eius diſtrictu licet in contumaciam dictorum inquiſitorum, ut patet in libris dictorũ officialium exiſtentium in archiuo publico dicti communis, qui omnes ſic delinquentes extra territorium terræ Nurſiæ fuerunt condemnati per officiales dictæ terræ ſecundum ius commune & ſecundum ſtatuta terræ Nurſiæ, & non ſecundũ ſtatuta loci delicti commiſsi. igitur &c. facit l. iii. C. de epiſ. audi. & quod plene habetur in l. ii. C. quæ ſit lon. conſue. & in l. de quibus. ff. de legi. Laus D.

Ego Angelus de Gambig. de Aretio &c.

CONSI. D. IOANNIS PETRVTII DE MONTE SPERELLO Senenſis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis citatus ad teſtificandum, & allegans priuilegium, quod ad id compelli non poteſt, non docto de priuilegio, ut priuatus, non ut priuilegiatus compelli poterit.*

2 *Teſtis etiam ſi ſe allegat priuilegiatum, & dicat ſe non poſſe compelli ad teſtificandum ratione priuilegii, ſi eſt teſtis inſtrumentarius poterit compelli non obſtante quocunque priuilegio.*

3 *L. ad egregias. ff. de iur. iuran. non habet locum in cauſis criminalibus, in quibus inuitus cogitur uenire ad teſtificandum.*

4 *Oppoſitio facta contra teſtem de falſo, niſi incontinenti probetur, ſi requirit altioram indaginem, reſeruatur in proceſſu ad ultiorã facta proteſtatione per partem, per quam deducitur talis oppoſitio, & hoc procedit etiã in cauſa criminali.*

5 *Oppoſitio contra teſtem quod eſt cõcubinarius, & in peccato mortali, licet contineat infamiam, & allegetur, quod id ſit notorium, tamen recipitur teſtis, & allegatur talis exceptio examinanda in proceſſu.*

6 *Infamia oppoſita contra aliquem, quando de ea non conſtat per ſententiam, uel aliàs & aliter, iudex non debet aliud facere, niſi procedere contra infamatum prout de iure, & ſi de infamia conſtat, iudex non poteſt illum in integrum reſtituere, ſed id ſpectat tantũ ad Papam, uel Imperatorem, uel alium non recognoſcentem ſuperiorem.*

7 *Statutum laicorum contra res & bona eccleſiarum non ualet.*

8 *Statutum puniens patrem pro filio, uel filium pro patre non tenet.*

Filius

9 *Filius rebellis natus & procreatus pôt patris bannum extra ciuitatem à qua pater fuit bannitus, non censetur rebellis.*
10 *Iudex non debet iudicare secundũ consciẽtiã propriã, sed secundum allegata & probata.*

CONSILIVM. LIX.

DOMINO Potestati Grusseti amico Carissimo. Vidi dubia, de quibus mihi per latorem præsentium scribitis, requirendo ut uobis, quid iuris sentiam, rescribam impeditus circa lecturam, & uariis occupatus omittam prolixitates, solum ueritatem attingendo.

1 Et † primò circa Petrum de Pisis testem nominatum in causa, qui citatus ad iurandum de peribendo testimonio non ueniens, dum ad patris instantiam uultis ipsum cogere, comparuit & opposuit, per uos neq; per alium magistratum ad instantiam alicuius, uel quouis modo aliò conueniri, neq; ad testificandum in quauis lite & causa se cõpelli posse, quoniam de & super hoc est priuilegiatus ab excellenti consilio generali nostræ inclitæ Communitatis Senarum: Respondeo, quòd nisi infra certum terminum ꝑ uos sibi ad partis instantiam præfigendũ non docuerit de tali priuilegio, certè poteritis ipsum cogere ad iurandum & testificandum; ut in rub. & per tot. extra de testi. cogen. quia non docendo de priuilegio, reputatur & cẽsetur persona priuata, & nõ priuilegiata, ut se asseruit, sed si doceat de tali priuilegio sufficiẽti, ipsũ
2 cõpellere non potestis. † Sed cum interrogassem latorem præfatum, qui mihi uidebatur uir satis sagax, an iste Petrus fortè esset testis descriptus in instrumento ꝓducto, qui dixit, quòd sic, ex quo dico uobis pro constanti, quòd cum ipse Petrus passus fuerit se describi pro teste in ipso instrumento, potest indistinctè constringi ad iurandum & testificandum, nõ obstante quocunque priuilegio ut not. Glo. in l. inuiti. ff. de testi. & per Doct. in c. i. de testi. cogen.
3 Et † unum aliud pulchrum uobis dico, si casus occurreret, quòd l. ad egregias ff. de iure iuran d. nõ habet locum in causis criminalibus, quia quis potest compelli inuitus uenire ad iurandum. Glo. est singu. in c. j. de testi. cogen.
4 Ad secundũ de Antonio de Pistoia, qui inducitur testis ad iurãdũ & testificandũ, pars aduersa citata ad uidendum iurare, obiicit contra ipsum nõ esse recipiendũ seu admittendum, ex eo, quia est infamis dupliciter. Primò, quia cũ esset notarius deputatus ad Tribunal Potestatis Pistoię ad scribendum processus in causis &c. falsificauit dicta & attestationes certorum testiũ in quadam causa examinatorum, & quòd ob hoc fuit condemnatus de falso, & ideò à dicto officio depositus & remotus, & pariter etiam ab officio & exercitio tabellionatus in totũ, & quòd hoc est notorium in ciuitate Pistoiæ.
Secundò quia est fama publica in dicta ciuitate Pistoiæ, quòd ipse Antonius est in peccato mortali constitutus, quia est opinio uulgi, ꝙ tenet concubinam, licet sint multi habentes eum pro bono uiro. Replicat pars illum producens, quòd talis obiectio non habet impedire, quin iste Antonius recipiatur, seu admittatur ad iurandum & testificandum, dicit pars altera, ex quo ista notoria sunt, nõ debet recipi in testem, & quod est ita notoriũ sicut notorium est, quòd palacium Dominorum est in platea Senarum. Ad hoc respõdeo uobis, quòd si pars obiiciẽs haberet sententiam cõdemnatoriam de falso, & remotionẽ prædictam penes se, & ad statim probãdum obiectionem huiusmodi illam exhiberet, & ipse Antonius non allegaret & doceret de restitutione in integrum sufficienti, illi à tali concessa, qui posit concedere contra infamiã suam, certè isto casu Antonius nullo modo esset admittendus, seu recipiendus. Si uerò pars obiiciens nõ haberet sentẽtiam huiusmodi, sed ꝑ testes probare uellet, cum talis probatio requireret altiorẽ indaginẽ, ut quia ipse Antonius uel pars producens uellet reprobare testes, profectò ne protelatur processus & examen testium qui deficere possent interim, & ex hoc pars remaneret læsa producere uolens

lens.& ita dico isto casu, dictum Antoniũ admittendũ & recipiẽdum, reseruato iure parti aduersæ prędictæ obijciendi, & opponendi, tam contra personam, quã testificatum ipsius Antonij post processus publicationem, immò pars ipsa protestari hoc debet, ut est Glo. in c. præsentiã de testi. in vi. Secundum quam quotidie practicant, & faciũt procuratores in prætorijs coram magistratibus & iudicibus ꝙ citati ad uidẽdũ iurare testes, dum testis iurat, dicunt pręsente tali, &c. procuratore talis, &c. protestante quòd sibi & parti suę saluum sit & illæsum ius opponendi, tam contra personam ipsius pręte̅si testis, quàm depositionem eius, si & prout sibi expedire uidebitur, prout de iure, &c.

5 Non † obstat, ꝙ dicto Antonio etiã obijciatur, quòd est publica fama in Pistoia, quod ipse est in peccato mortali constitutus, eo quia tenet cõcubinam, quia est opinio uulgi, licet sint multi habentes eũ pro bono uiro, & quòd de ista fama est notorium ibidem, sicut notorium est, ꝙ palacium Dominorum est in platea Senarum; Respõdeo, nam clarum est, quòd constitutus in peccato mortali est infamis, ut no. in l. fi. C. de ijs qui not. infam. Sed quia nõ constat ipsum Antonium esse constitutum in peccato mortali, cum præsumendum sit ipsum & quemlibet hominem confiteri anno quolibet peccata sua sacerdoti proprio, uel religioso habẽti potestatem absoluendi, ad audiendum confessiones deputato, & ita non esse in peccato mortali constitutum, secundum Iacob. Egidij in suo tracta. de reproba. testi. Et quia allegatur, quòd tenet concubinam, & ita causa propter quam obijcitur, quòd sit in peccato mortali, nã cognitum non est, nec declaratum quòd sit concubinarius, nec constare posset sine ualde longa indagine. Neque etiã bene infertur & equiparatur, de notorio famæ prędictæ, ut proceditur ad notorium palacij dominorũ in platea Senarum, &c. Quia istud notorium, quòd palacium sit in platea, istud est non solum notorium sed notorijssimum, permanens indifferenter cunctis gẽtibus ad oculum & sciẽtiam omnium habitantium Senis, & subditis communitati nostræ, qui dietim ueniunt & redeũt Senas, & de hoc notorio probando non oporteret hæsitare, quando de hoc notorio allegato esset contentio Senis, uel in terris subditis, sed quando talis contentio esset in partibus remotis, oporteret probare per testes, & ita requireretur altior indago.

Sed allegare famam contra Antonium quòd sit in peccato mortali in Pistoia, eò quia tenet concubinã, & quòd de ista fama est notorium, &c. dato quòd esset, non tamen concesso, Dico, quòd ista probari debent, & non habent impedire, quin deferri debeat iuramentum ipsi Antonio tanquàm testi, & examinari, & ita facere debetis reseruato iure parti ad opponendum contra personam suam, & eius depositionem, & ita etiam pars ipsa protestari potest; posteà publicato processu & actibus decernitur copia & partes opponunt, & probant, prout de iure, & posteà imponitur finis liti per sententiam diffinitiuam &c.

6 Ad † aliud, quòd scribitis de infamia &c. respondeo uobis, quòd si infamia laborat contra aliquem de aliquo delicto de quo non constat, nec pro eo cõuictus seu sententiatus de tali infamia, non habetis quid facere, nisi procedere contra infamatum prout de iure, & absoluere uel condemnare, sed si est infamia, qua quis sit maculatus, ex eo quia fuerit conuictus seu condemnatus de falso, uel alio delicto, ex quo irrogatur huiusmodi infamia, & sic per talem condemnationem censetur infamis, certè non potestis concedere in integrum restitutionem, contra talem infamiam, sed hoc pertinet ad superiores maiores nostros, et ista est uia magis tuta et uerissima. Et si quis diceret, quòd est una Gloss. in l. penult. C. de ijs qui not. infam. quæ dicit, quòd in integrum restitutio non datur contra talem infamiam, una alia est etiam Gloss. in l. j. ff. ad l. Iuli. de ambi. quæ tenet oppositum, igitur teneatis, quòd talis infamia seu infamiæ nota, seu macula est

est tergenda per superiores præfatos, ut puta per Papam, uel Imperatorem aut per Communitatem nostram Senarum.

7 Ad † statutum productum coram uobis factum per laicos contra res & bona ecclesiarum, dicò, quòd tale statutum non ualet, ut not. Innoc. & Anto. in c. cum ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutio. & Cyn. Bartol. & Bald. & legistæ in auctenti. cassa & irrita. C. de sacrosanct. ecclesiis.

8 Et † similiter etiam non ualet statutum puniens patrem pro filio, & filium pro patre, ut not. Gloss. singularis in rub. C. de decre. curio. super immuni. conce. libro. x.

9 De Ioanne filio Perizoli † banniti pro rebelle Senarum nato & procreato post bannum patris in Florenzola Florentinorũ, & per uos capto in territorio Montis Alcini nouiter Senarum, an ipse Ioãnes debeat censeri rebellis, respondeo, quòd non, facit quod not. Gloss. in l. fin. C. de Orfi. & ibi not. per Ric. Malumb. cum concordan. ibi allegatis in Gloss. & not. in l. obligationũ. §. placet, de actio. & obliga. & in l. cum manumissus cum ibi notatis seu allegatis. C. de libert. & eo. liber. ff. de sta. ho. l. qui in utero, & in l. Imperator. eo. tit. & in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. Persuadeo tamen uobis, ut ipsum non diferatis mittere Senas pro bono respectu. nihil potestis cũ isto filio lucrari.

10 Ad † ultimum an liceat uobis in aliquo iudicare secundum conscientiam uestram inter litigantes, respondeo, quòd non, sed debetis iudicare secundum allegata & probata. c. cum æterni de re iudi. lib. vi. & l. i. & ibi Cyn. C. ut quæ desunt aduocat. parti. & per Bar. in l. illicitas. §. j. ff. de offi. proconsul. per Gl. & Canon. in c. i. de offi. ordina. Valete.

Ioannes Petrutius Senensis dictus de Mõte sperello. I. V. D.

CONSIL. D. LVDOVICI DE INTERAMNE. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Dicti, nullatenus, posita per statutum ad limitationem iurisdictionis est prorsus exclusiua, ita quòd, quicquid actũ est contra dispositionem dicti statuti, censetur actum à iudice incompetente.*

2 *Tempus a lege, uel statuto præfixum, in sui principio dicitur utile, licet ex postfacto sit continuum, & ideò non incipit currere, nisi à die scientiæ.*

3 *Omnis præscriptio à sui principio dicitur habere tempus utile, & ideò requiritur à principio scientia, licet ex postfacto currat contra ignorantem.*

4 *Reipublicæ expedit, ne maleficia impunita remaneant.*

5 *Stante statuto, quòd de maleficiis antiquis Capitaneus nullatenus se intromittat, quando illa fuerunt occulta usque ad tempus sui officii, Capitaneus poterit de illis cognoscere, quia statutum non intelligitur de occultis.*

6 *Grauius est agendum contra clam, uel occultè delinquentes.*

7 *Confessio inducta per statutum, sicut illa, quæ inducitur à iure communi ex contumacia parificatur confessioni simpliciter factæ, & inter eas est omnimoda propositio.*

8 *Confessus simpliciter, confiteri uidetur omnes qualitates contentas in accusatione.*

9 *Contumax non potest allegare lapsum temporis præfixi à statuto, quia lapsus temporis non facit maleficium non esse maleficium.*

10 *Libellus licet sit nullus, ubi ex eo apparet exceptionem non competere, tamen quando maleficium fuit occultum, & sic illud non continetur in dispositione statutaria, tunc libellus procedit.*

11 *Processus, quando competit actio, quæ posteà præscripta est, si non opponatur, tenet.*

12 *Cursus temporis non extinguit, neque tollit ipso iure actionem, licet pariet exceptionem, quæ tunc demum impeditur, quando opponitur a parte.*

23 *Lapsus temporis ad cõgnoscendum de furto, non tollit, quin fur aggrauetur ex numero triũ furtorũ, et sic non tollit, quin fur nõ debeat*

beat suspendi.

14 *Statutum loquẽs, quòd de maleficiis antiquis officialis se non intromittat, præsupponit, quòd illa fuerunt manifesta et quod de illis ideo non fuerit cognitum, quia non commissa, & sic secus in occultis.*

15 *Mandans potest accusari in loco mandati, ratione domicilii & habitationis.*

Item quando est uagabundus, item ratione traditus, Ac etiam ratione pecuniæ exbursata. nu. 17. 18. & 19.

16 *Delinquens alibi, in loco domicilii seu habitationis conueniri potest.*

17 *Vagabundus perdit omne priuilegium, & ubiq; tam ratione contractus, quàm delicti potest conueniri.*

18 *puniri ibi quis potest, ut maleficiũ tractauit.*

19 *Dans pecuniam ad occidendum, dicitur immediatè delinquere.*

20 *Mandans potest conueniri in loco mãdati, prout illud cadit in crimine extraordinario.*

21 *Mandans potest conueniri & puniri in loco mandati ratione mandati, si non ratione delicti consummati.*

CONSILIVM LX.

IN accusatione exhibita per Arcionem contra Aloysium, duæ principales sunt dubitationes, prima an possit cognosci, quia lapsum est tẽpus à statuto præfixũ. Secunda an cognosci posſit in ciuitate Senarum, ex quo maleficium commissum,
1 est in Ciuitate Florentiæ.† Circa primũ dicendũ uidetur, ꝙ cognosci non possit quia statutum dicit, ꝙ de maleficiis antiquis Capitaneus nullatenus se intromittat, sic uerba diriguntur ad Iudicem, & sunt uerba prorsus exclusiua, illa enim est natura dictionis, nullatenus, ut in auten. si qua mulier. C. ad uelleia. & sic uidetur uerba prædicta sonare, quòd nullo modo iudex se impedire possit, & sic exclusiua prorsus iurisdictionis, sicut in simili habetur, in l. properandum, in prin. C. de iudi. & in l. i. C. ut omnes tã ciuil. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. ꝓcõ. & lega. & in c. de causis, de offi. deleg. & ideò uidetur, ꝙ quicquid posteà actũ est, de iure non ualeat, tanquàm actum à iudice incõpetenti. iuxta ea, quæ habentur in l. i. & ii. & per totum illum titu. C. si à non competenti Iudice.

Hoc tamen non obstante, contrarium arbitror de iure uerius, nam illud est cla-
2 rum † ꝙ ubi à lege præfigitur tẽpus, ꝙ illud semper iudicatur utile in sui princ. licet expost sit continuum, & ideò nunquam à princ. incipit currere nisi ex quo res, cui expediẽda pręfigitur, talis terminus deuenerit in notitiam, ut in l. patronum, si lib. ingenu. esse dica. iũcta. l. ii. §. quinquẽnium, de collu. detegen. & quod habetur in l. fi. C. ne de sta. defunc. & est tex. in c. cum intra qui matrimo. accusa. pos. & in c. licet, de sup negli. præla. & in c. ne pro defectu. de elec. & ibi ꝑ Gloss. & ideò Ang. in l. genero. ff. de ijs qui not. infa. refert & not. Glo. in rub. & in l. i. ff. de
3 diuer. & tẽp. præscrip. † ꝙ omnis pręscriptio à sui princ. ducitur habere tempus utile, & ideò requiritur à princ. scientia licet ex postfacto currat contra ignorante. Planè ergo dicendum est, ꝙ tempus præfixum à dicto statuto in maleficiis puniendis dẽt intelligi à principio utile, & ideò non currit nisi à die scientię, & ideò nõ docto, ꝙ de maleficio publica uox & fama fuerit, & sic ꝙ à die notitiæ sit tempus à statuto præfixum iam decursum, procul dubio de tali maleficio potest cognosci, ut est text. in l. annus. ff. de calumnia. & ad hoc not. doctor. Bar. in l. i. §. occisorum. ff. ad syllanian. in d. l. genero, & in l. semper. §. hoc interdictũ. ff. quod ui
4 aut clam. & ibi etiã Ang.† Expedit enim reipublicæ, ne maleficia remaneãt impunita, ut in l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil.
5 & in l. cõgruit ff. de off. præsid.† & ideò si maleficia fuerunt occulta, & in notitiã non deuenerunt, dè plano fatendum est, ꝙ adhuc cognosci potest, neque tempora sunt decursa, aliàs enim maleficia occulta leuius punirentur, quod nequaquã
6 fatendum est, † immò grauius est agendũ in eos, qui clam & occultè delinquũt, ut in l. fi. de rit. nup. & in l. nõ inteligitur. in princi. ff. de iure fisc. & hanc conclusionẽ, ꝙ de maleficiis occultis non intelligatur tale statutum, & quæ in notitiam non de-

uene-

uenerunt,sequitur Bar.in l.eum qui.§.in popularibus.in fi.ff.de iureiuran.licet in l.pen.ff.si quis te.liber.ius.esse fuerit,nõ decidat,quia refert, quòd hęc quęstio pẽdebat de facto. Cum ergo ex tenore accusationis liqueat, quòd hoc delictũ fuit occultum. Item ꝙ nuper ad notitiam deuenit,sequitur, ꝙ tempora non fuerunt decursa,& hoc sequitur Angel. & refert aliàs,ita fuisse Perusij obseruatũ in quadam cã capitali,in præallegata l.genero.

7 Nec prædictis habet obstare, † ꝙ licet asseratur per accusatorem, tamen non est probatum, quia per contumaciam Aloisij,ex qua uigore statuti inducitur cõfessio, sicut & aliquando ex contumacia de iure communi confessio inducitur,ut in l.eius qui delatorem.ff.de iur. fisci. & in l.j.C.quor.app.non recip.hoc probatum est,nam uigore statuti habetur pro confesso.

8 † Ideò sicut confessus simpliciter confiteri uidetur omnes qualitates intentatas in accusatione. ut in l. si cui.§.j.ff. de lega.j. & ibi hoc tenet Bartol. Idem dicendum est in eo,qui uigore statuti habetur pro confesso,ut est in terminis,de quibus dubitatur, eius enim quòd quis proprio ore fatetur & quod statutum habet pro confesso omnimoda est proportio,ut no.dicit Bal.in l.omnes populi, de iust. & iure.

9 Secundò principaliter est dicendũ, † ꝙ licet etiam delictum, de quo accusatur, fuisset manifestum, ex quo tamen citatus non comparuit & passus est se poni in banno, ad euitandum condemnationem,nõ potest hoc allegare,debuit enim comparere,& opponere de lapsu temporis,quia lapsus temporis non facit maleficium non esse maleficium,ut in l.si maritus §.præscriptiones.ff.de adul.& decidit Bar. quasi in terminis in l. absentem ff.de pen. & in cons. suo. incipien. à domino Cyno.

10 Nec prædictis habet obstare,† ꝙ ex libello accusatorio liquebat exceptionem temporis competere supradicto Aloisio, & ideò non uidebatur necessarium,quod ipse compareret, cum iudex ex officio hoc casu sine partis obiectione teneatur supplere,ut in l.eum qui ita.§. qui ita.ff. de uer. obli. ubi hoc tenet Bartol. Nam ubi ex libello liqueat exceptionem ipso iure non competere, libellus est nullus, ut in l.ij.C.de formul. Quia respondeo, ꝙ,ex quo est dictũ supra, quod in libello præsupponitur maleficium fuisse occultum,clarum est,quòd non continetur in dispositione statutaria,& ideò ex libello non liquebat exceptio. Item & quia illud habet locum, ubi nunquam competijsset ius accusandi,quia liqueret non esse nec fuisse maleficium, secus autem est ubi maleficiũ est, licet lapsum sit tẽpus. hoc enim casu debet pars comparere, & opponere,ut in d.§.præscriptiones. Quid enim si pars uult pati se condemnari,nã nullum est dubium quòd licet tempus sit lapsum, quòd tamen condemnari potest. Sufficit enim, quòd semel competijt ius cognoscendi de tali maleficio; si

11 cut † habetur, quando competijt actio, quæ posteà præscripta est: si non opponatur tenet processus,ut in l.si Titius.ff.de uerbo.obli.& ibi per Bar. & l.Iul.§.quantũ.ff.ad exhibẽ.& l.ij.in prin. de do.præ.

12 Cursus † enim temporis non extinguit, neque tollit ipso iure actionem, Sed dũtaxat exceptionem parat,ut in l.fi.ff.rem ratam.habe.& ibi hoc tenet Bar.Bald.in auctẽ.ad hęc.de usur.Angel.in l. omnes.

13 C.de præscrip.xxx.anno. † Et ideò licet lapsum sit tempus ad cognoscendum de ferro, bene tamen aggrauat,& continetur in numero trium furtorum, ut laqueo suspendatur,ut Bal. not.in aucten. sed nouo iure.C. de seruis fugitiui. in l. castitati.C. de adulterijs.

14 Ex † quibus etiam colligitur clara responsio ad obiecta in contrariũ, quia statutum prædictum,quòd elapso termino de maleficijs antiquis Potestas uel Capitaneus nullatenus se intromittat, intelligi debet, quando maleficia in notitiam deuenerunt,præsumit enim statutum, quòd ideò non fuerit cognitum, quia non commissum, & sic ex lapsu temporis purgatur omnis suspicio, sicut in simili,in auctẽ.sed nouo iure.C. de pœna iudi.qui male iudica. hæc autẽ ratio cessat

sat in maleficijs occultis, ut in terminis nostris, ideò in illis non habet locum dictum statutum, ut supra dictũ est, & hoc tenet etiam Gandinus magnus practicus in suo tracta. malefi.

15 Circa † secundum dubium, uidetur obstare, quòd not. Barto. in l. si ut proponitur. ff. de fideiusso. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. ubi concludit, quòd mandans, in loco cõsumati delicti ualet conueniri, non autẽ in loco iniuncti mãdati, & ideò uidetur quòd Aloisius prædictus in ciuitate Senarum non posit cõueniri, licet hoc mãdauerit, sed in ciuitate Florentiæ, ubi delictum fuit consumatum. Contrarium tamẽ est uerius quòd multiplici ex capite potest conueniri Aloisius in ciuitate Senarum, primò ratione habitationis, erat enim habitator ciuitatis Senarum, seu eius Comitatus tempore cõmissi delicti, ut in accusatio-
16 ne continetur, † non est autem dubium quòd delinquens alibi potest conueniri in loco habitationis seu domicilij ut in l. j. C. ubi de crimi. agi opor. iũcta l. j. §. pẽ.
17 ff. de ijs qui deiece. uel effud. † Secundò quia in accusatione asseritur, quòd nunc est uagabundus. Clarum est autem quòd uagabundus ubique potest conueniri, tã ex causa contractus, quàm ex causa delicti, ut est Glos. in l. hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iud. & in dicta l. j. & ibi per Bal. C. ubi de cri. agi opor. & not. Bar. in l. j. C. de colo. cen. lib. xj. Specul. in titu. de competen. iudic. adi. §. j. uersicu. quintodecimo. Imol. in l. cum hæreditas. ff. ad trebell. Qui enim uagabundus est omne priuilegium perdit, ut in l. si quis domesticorum. C. de domest. & protect. lib. xij. & quod de clerico uagabundo not. Glos.
18 & Bal. in l. ij. C. de episco. & cler. † Tertiò quia hic non est simplex mãdatum sicut loquitur Bar. in locis supra allegatis, uerùm fuit in ciuitate Senarum tractatus habitus & ordinatio, ut narratur in accusatione, & sic eo ipso, quòd tractauit hic deliquit tractando, & hic potest condemnari, ut l. & si amicis. ff. de adul. & ibi hoc
19 firmat Bart. l. † Insuper dedit hic pecuniã, ut illum interficeret, tam ante illatum uulnus, quàm etiam postea, per quã dationem pecuniæ similiter non est dubium, quòd hic deliquit, quia ille, qui dat pecuniam, ut alius interficiatur, immediatè delinquit, ut est text. in l. & si sciente. ff. de parrici. & ideò occasione illius delicti conueniri potest, ex eo quòd aliter nõ fuisset sortitus effectum, ut not. Bald. in l. non eo minus. C. de accusatio.
20 Item † licet non potuisset hic conueniri, etiam si fuisset simplex mandatum occasione delicti alibi consumati, tamen bene potest hic ratione mandati de delinquendo, prout cadit in crimine extraordinario, ut in l. j. & ibi notatur. ff. de extra. cri. & sequitur Io. de Imol. in d. l. si ut proponitur. ff. de fideius.
21 Nec † obstant allegata in contrarium, quia habent locum, ut puniantur de delicto consumato per mandatarium, non autem ad finem, ut cõueniatur, & puniatur de mandato. Item ubi non interuenerit tractatus, uel datio pecuniæ. Item in non uagando, ut liquet in superioribus.

Ludouicus de Interamne Doctor, cui consilio subscripserunt Dominus Petrus de Michaelibus, & Domi. Thomas Docij, Senenses.

CONSIL. D. MARIANI SOZINI SENENSIS V. I. D.

In facto præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. §. super fundum*

2 *Præscriptio facti iudicialis etiam si in eo tractatur de odio finiendo, aut de libertate inducenda, non currit nisi à die scientiæ.*

3 *Ignorantia in crimine falsi, conseruat ius inquirendi.*

4 *Statutum prohibens cognosci de delictis antiquis per nouum officialem, non comprehendit crimen falsitatis & assasini.*

CONSILIVM LXI.

IDEM quod supra conclusum, & consultum est, dico iuris esse ego Marianus

nus Sozinus Senensis utriusq; iuris Doctor, pro qua conclusione tenet Ludo.
1 Roma.in l.i.§.occisorum.ff.ad silla.† ubi respondet ad. §.si per fundum, per quem Bal.mouetur ad tenendum contrarium, dicit enim, quòd ille tex. loquitur in præscriptione extraiudiciali, quæ causatur ex non usu, & ideò currit etiam igno-
2 ranti, † Secus in præscriptione facti iudicialis, ut est in casu nostro, in qua etiam si tractatur de odio finiendo, aut libertate inducenda, non currit nisi à die scientiæ.l.annus ff.de calumn.l.cum sex.ff.de ædil.edic. Idem etiam consuluit Pau.de Cast.cons.quod incipit, Potestas supradictus non habet in syndicatu, cui consilio se subscripserunt plures Docto. ut non currat tempus, quando per diligentem inuestigationem, & inquisitionem generalem non potuit de facili deuenire
3 in notitiam officialis,† exemplum dicũt in crimine falsitatis, quod secretissimè fit. Nam hoc casu ignorantia conseruat ius inquirendi, qnia fundata est super iusta, & rationabili causa.l.semp .§. siis.ff. quod ui aut clam.& probatur l.i. iuncta l.fin.ff.si quis te.liber. esse ius. Nam l.pe. probat de iis, quæ potuerunt in notitiam deueniri. l. fin. quando de facili non potuerunt in notitiam deuenire, & idem probatur in c. cum in tua, qui matri.ac.
4 poss. † & hoc uidetur dicendum, quando delictum est ualde atrox, pro ut est assassinatus, quod horridum & detestandum delictum canones appellant, & speciales inducunt pœnas contra tales, ut in c.i.de homic.lib.vi. Nam cum tale delictum atrocissimũ & abhominabilissimum sit, & tractatus de alibi committendo secretissimus sit, & alibi sit commissum delictum, meritò concludendum est talem assassinum puniendum, non obstante cursu temporis, qui in casu nostro non dicitur cucurrisse ignoranti.

Marianus Sozinus Senensis. V. I. D.

CONSIL. D. MARIANI SOZINI

SENENSIS SENIORIS V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in causa criminali debent esse claræ & necessariò concludere ad effectum condemnationis.*

2 *Probatio de insultu necessariò non concludit, si non probetur motus de loco ad locum, per saltum in alium & approximationem ad ipsum insultatum cum furore et irato animo.*

3 *Insultus quid sit.*

4 *Testis unus de insultu facto irato animo non concludit.*

5 *Qualitas extrinseca non præsumitur, sed debet probari sicut solennitas.*

6 *Statutum dans impunitatem offendenti bannitum, tollit etiam inquisitionem cõtra eundem offendentem.*

7 *Quod fit lege permittẽte pœnam nõ meretur.*

8 *Allegans saluumconductum debet probare de potestate illum concedentis, et saluus conductus non habet locum, quando excipitur de iusta ignorantia.*

9 *Descriptus inter bãnitos, licet nulliter aut iniustè, uel si ualidè & iustè; tamen sublato banno, bannum non fuerit cassatum, & illud nesciatur, impunè offenditur, et offẽdẽs non tenetur, neq; de occisi, neq; de offensione, nisi daretur scientia uel crassa ignorantia, & in casu crassæ ignorãtiæ, punitur solum extraordinariè. Licet alii contra in casu dictæ crassæ ignorantiæ.*

10 *Repertus in libro bannitorum, licet habeat saluumconductũ & securitatem, tamen si illa ignoretur, impunè offẽditur ex statuto.*

11 *Ignorantia in facto alieno tolerabilis & legitima est.*

12 *Descriptus in libro bannitorum pro tale habetur.*

13 *Ad ignorantiam excusandam idem operatur habere figurã, quod operatur uerũ esse.*

14 *Iustè quis ignorat mutatum fuisse, quod olim fuit, quia non præsumitur mutatum, nisi probetur.*

15 *Ignorantia præsumitur circa factum alienũ occultum, nisi probetur scientia.*

R 2 CON-

CONSILIVM LXII.

OMNIPOTENS Deus adsit, Prosequendo ordinem prædictorũ quæsitorum, Assumendo primum quæsitum, quo quæritur, utrum ex eo, quòd probatur dictum Pasium iuisse simpliciter cũ fachino euaginato uersus dictum Zanobium, dicatur probatus insultus contra dictum Zanobium factus; ita quòd dictus Pasius possit puniri uigore dictæ inquisitionis & statui punientis insultum. Circa quod dicendum est, quòd dictus Pasius non possit aliquo modo puniri de
1 insultu, † Nam clarum est, quòd ad hoc, ut quis ualeat puniri in causa criminali, probationes debent esse luce clariores, ut in l.fi.C. de proba. Item & probationes debent necessarò concludere ad hoc ut quis ex probatione ualeat puniri aut condemnari, ut in c in præsentia de probat.& no.in c iii.de rest.in integ. & in c. auditis.de prescrip.& in c.per tuas qui fil. sint legit. Tradit Bal.in l.iii.C.de nõ nu. pecu.per Bar.& Doct.in l. non solum.§. sed ut probari.ff.de no.ope.nunt.& in l. & si post motam.C. de peti.hæred. cum infinitis simil. Sed dictæ probationes nõ concludunt necessarò insultum, ut statim probabiť, ergo sequitur, ꝙ dictus Pasius non potest condemnari tanq̃ de insultu
2 Quòd † autem non sit probatus insultus necessariò, Primò probatur de se, nam ex eo, ꝙ quis euaginauerit fachinum, & iuerit uersus Zanobium, non tamen sequitur, quòd in dictũ Zanobiũ fecerit impetum, uel aggressurã, cum quis possit ire uersus alium euaginato fachino, non tamen faciendo insultum, uel aggressuram in eum, ut de se patet; ergo probatio non concludit necessariò, primum hoc probatur ex significato uerbi insultus & aggres
3 sure, † nam insultus est in alium saltus, & sic motus de loco ad locũ per saltum in alium, secũdum quòd dicit Bal. in l.si uacantia.C.de bõ.uac.libro x.per tex. quẽ dicit non esse alibi in l.fina.C.de iud. facit l.ii.C.de sicar.& per Dy. in l. respiciẽdum.§.delinquunt.ff.de pœ.cum simil.
4 Sed † iste qualitates, scilicet in alium saltum per testes non sunt probatæ, quomodo enim dici potest insultum in aliũ, seu saltum in alium fecisse, qui illi nõ appropinquabit? quamquàm enim dictus Pasius se mouerit de loco ad locum, eundo uersus dictum Zanobium, cum tamen neque saltum fecerit in Zanobium, neque appropinquauerit, nec cũ furore, nec irato animo se mouerit, non probatur se fecisse insultum, & licet unus testis dicat, quòd irato animo iuit aduersus Zanobiũ tamẽ, dictum unius testis, dictũ nullius. l.ubi numerus.ff.de test.c.in omni.c.à nobis, & c.licet.& ibi Glo.extra.eo.tit. cum simil. Sit ergo conclusio, quòd ex hoc capite dict9 Pasius debet absolui, sup quo etiam ulterius nõ insisto, quia ex alio capite etiam clarius apparebit, qualiter dictus Pasius non debet puniri.

Circa secundum quæsitum, posito quòd probatus esset insultus, an posset dictus Pasius puniri tanquàm de insultu cũ armis posset instari, quòd non posset puniri, quia nõ est probata hęc qualitas, quòd cum armis: sed in hoc nullo modo intendo insistere, quia, ut dixi, ex alio capite, seu ex aliis duob. capitibus de necessitate uenit Pasius absoluendus.

5 Circa † Tertium quæsitum uidetur omnino dicendũ, quod dictus Pasius debeat absolui, nã cum ista qualitas, quòd quis sit de balia, seu de alio officio, sit omninò extrinseca, probari debet; nec aliquo modo præsumitur l.quæcunque. §. quod si à pupillo.ff.de publica.& tradit. maximè per Mod.in l.sciendum.ff.de uer.obl. quamuis de tali qualitate extrinseca facta sit mẽtio in instrumento, cum partes talem qualitatem non potuerit inducere, nec tempore actus gesti potuerit interuenire simul cum actu gestor, ut in dictis iuribus, & probatur in l. si fortè. ff. de castren. pecul. not. in simi. in l. donatione.C.de colla.& in sim.per Ioann. And.in addi.Spec.in rub.de reb.ecc. non alien. Cum ergo in facto præsupponatur, quòd non appareat de electione dictorum ciuium, sequitur, quòd non est probata ista qualitas, quòd ipsi potuerint dare, & concedere dictum saluumconductum,

ductum, quamuis in instrumento salui conductus inseratur, quòd dicti Ciues haberent dictam potestatem allegatam in supra dicto dubio.

6 Quo † ad quartum capitulum seu quæsitum non est dubium, quòd cessante saluoconductu stante statuto, quòd Bannitus posśit impunè offendi uel interfici, quòd contra ipsum Pasium non potest per officialem procedi per inquisitionē, ex quo factum non est punibile, quia licita fuit offensa. l. non solum. §. quãquàm ff. de iniu. & l. i. §. quod uerò. ff de aleato. tenet Bald. in l. falsi. C. de fals. quamuis enim sit dubium, utrum Iudex posśit inquirere stante statuto, quòd Bannitus nō audiatur in ciuili, uel criminali contra offensorem banniti. de qua quæstione per Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & in d. §. quamquàm, ubi refert. Bal. in l. cum mulier. in rep. ff. solu. matri. & Ang. in repet. l. si uacantia. C. de bo. uacan. li. x. De qua latisśimè dixi in repet. c. qualiter. el secū do. de accusa. in vii. q. vii. articuli principalis. tamen in casu prædicto, quando statutum faceret offensam impunibilem, non est dubium, quòd non potest procedi contra offendentem etiam per uiam

7 inquisitionis, † quoniã illud, quod fit lege permittēte, nō meretur pœnam. l. Gracchus. C. de adulte. Dixi in dicta repetitione in xii. q. vii. articuli præalleg. & Bald. de pac. constan. in uersi. si quis autem.

8 Nec † obstat si diceretur, quòd dictus Zanobius non poterat offendi propter securitatem & saluumconductum eidem concessum, quoniam saluusconductus non probatur concessus ab habente potestatē, ut patet ex iis, quæ dixi in proximo præcedenti articulo. Itē posito, quòd fuisset concessus ab habente potestatem, tamen excusandus fuit Pasius propter iustam ignorantiam, ut statim subiiciam in sequenti capite, & quæsito.

9 Quo † ad quintum & ultimum cap. posito, quòd omnia prædicta cessarent, & quòd saluus conductus esset cōcessus ab habēte potestatem, & legitimè, dico adhuc indubitanter dictum Pasium esse absoluendum. Nam Docto. uolunt, quòd stante statuto, quòd Bannitus posśit impunè offendi aut interfici, quòd si aliquis descriptus inter bãnitos, quanquàm nulliter aut iniustè, uel si fuit descriptus iniustè aut ualidè ab initio, sed fuit sublatū bannum per solutionem, uel alio modo bannum tamen nō erat cessatum seu cancellatum, quod offendens talem bannitum excusatur, ut tenuit Gandi. in tit. de bannitis. in sexta colū. ubi refert per multos fuisse determinatum talem non cancellatum potuisse offendi, quod latè examinat Ioan. Andr. referens disputationē Egidii Cremonen. & Nic. de Matarel. in regula, quod quis. de regu. iur. lib. sexto. in mercuria. & in additio. Specu. in titu. de obliga. & solu. posuit Iaco. Butri. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. & ibi etiam Ray. Iaco. de Are. in l. prima. ubi etiam Dy. ff. de uentre inspicien. & in l. quid sit fugitiuus. §. apud labeonē. ff. de ædil. edic. ponit Dy. & ibi etiam Bar. in l. penul. ff. de adulte. & in l. genero. ff. de iis qui notan. infa. & in omnibus dictis locis uidentur prædicti Doct. cōcludere, quòd data legitima ignorantia ipsius, qui occidit, uel offendit bannitum, non tenetur, nec de occiso, nec de offensione, si uerò daretur sciētia, bene puniretur, aut si fuisset crassa ignorantia, quamuis tunc non puniretur de homicidio, aut ex dolo, sed dũtaxat pœna extraordinaria esset ei imponēda. In dubio tamen uidetur colligi ex dictis pręfatorum doctorum, quòd ubi statutū uellet, quòd intelligatũ, qui reperitur descriptus in certo libro alio nō ꝓbato & apparente aliquo descripto, non potest illum occidens. nedum puniri lege Cornel. de sicar. sed etiam non potest puniri extra ordinē. per l. Gracchus. C. de adulter. & in dicta l. de ætate. §. ex causa. & facit quod notat Bald. in l. huiusmodi. §. si cui. de legatis primo. Et hæc ut dixi, procedunt, quando quis debebat cassari, & non erat cassatus, uel iniustè erat descriptus inter bãnitos, ergo multò for

10 tius † hoc idem dicendum est in casu nostro, in quo dictus Zanobius legitimè fuerat bannitus & legitimè descriptus in libro bannitorum, licet enim ipse habuerit

rit securitatem, seu saluumconductum, tamen cum istius securitatis, seu saluicōductus detur legitima ignorantia, ex eo,
11 † quia in facto alieno tolerabilis, & legitima est ignorantia, ut in l.uerius.ff. de probatio.& in l.si quis delegauerit.ff. de nouatio.& in l.si res obligata.ff. de leg.j. meritò dictus Pasius excusatur ab omni pœna tam ordinaria, quàm extraordinaria, & hoc expressè in terminis nostris de bannito, qui potuit impunè offendi, cui data fuerat securitas, & durante tempore securitatis, & saluiconductus fuit interfectus, Consuluit Bal. bina uice in ciuitate Paduana, & incip. unum cōsilium. Ad euidentiam dicēdorū. Aliud uerò incipit. Coniungamus statutū cum decreto dominij, &c. In quibus consilijs Bal. concludit interficientem bannitum, uel offendentem, qui poterat impunè occidi uel offendi; excusari, licet bannitus habuerit saluum conductum & securitatem non obstante banno. Mouetur primò per dictam l.de ætate.§.ex causa. Se-
12 cundò, † quia ex quo est in libro bannitorum, habetur pro tali, ut in l.prima.C. de testamen.& l.moueor.C.de ser.expor.
13 Tertiò propter iustam ignorantiā, † nā ad ignorantiam excusandam idem operatur habere figuram, quod operatur uerū esse.l.eius qui in prouinciam.ff. si certū
14 petatur.l.cum quis.§.j.ff. de solut. † Iustè enim ignorat quis mutatum esse, quod olim fuit, nec præsumitur mutatum, nisi probetur.l.sed & si.§.præscribere.ff.de institut.tradi.in l. siue possidetis. & ibi per Docto.C. de probatio. & per Cy. & Bal. in l.non ignorabit.C. ad exhiben.in c.cū ad sedem.& in c.olim. el terzo. extra de
15 restitu.spolia.cum similibus. † Quartò, quia circa factum alienum, & maximè occultum præsumitur ignorantia, nisi probetur quem fuisse certificatum.l. si fideiussor.ff.mand. l.fina.ff. pro suo. Quintò per tex.in l.pē.ff.de adul.& & per ea quæ not. Cyn.in l.uxor.C.de repudi. & ita dicit de facto consuluisse Florentiæ. Iac. Butr. & Iac. Beluis. Idem etiam consuluit Barto.in suo consil. quod incipit, statutum Castri plebis, &c. Stat ergo conclusio quòd dictus Pasius ex supradictis, & maximè ex hoc ultimo fundamento indubitanter uenit absoluendus à supradicta inquisitione, contra eum formata. Marianus Sozinus Senensis utriusque Iuris Doctor.

CONSIL. D. MARIANI SOZINI SENENSIS SENIORIS V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *In accusa data, quòd ex duobus bobus, unus interfecit mulletā, est necesse probare primò quòd mulleta fuerit interfecta à boue; secundo quòd ille bos eam aggrediendo interfecerit, aliàs dans accusam non obtinebit.*

2 *Minor quatuordecim annis nō est habilis ad testificandum, etiam si nullum commodum uel incommodum ad eum spectet.*

3 *Testi suspecto propter particulare suum interesse uerisimiliter considerabile, non adhibetur fides.*

4 *Testis unius dicto, etiam in causa breui non creditur.*

5 *Puer custos bouis deponens de dāno dato per suum bouem, si est minor quatuordecim, seu duodecim annorum, non probat contra dominum.*

6 *Confessio pueri custodis bouis non probat contra dominum, si illa non fuit facta præsente damnum passo.*

7 *Probatio non concludit, quando contrarium eius, quod fuit probatum, uerisimiliter contingere potuisset.*

CONSILIVM LXIII.

OMNIPOTENS Deus adsit. In facto præsupponitur, quòd cum quidam pueri custodirēt certos boues, cum quibus erat quędā mulleta, prędicta mulleta ab uno ex ipsis bobus fuit uulnerata, ex quo uulnere inde ad paucos dies mortua est, nec habetur alia certitudo, uel probatio quis prædictorum bouū dictā mulletam interfecerit, nisi quòd unus prædictorum puerorū, ad quem custodia bouum suorum pertinebat, testificatur, ꝙ bos alterius ipsam mulletam percussit; & duæ mulieres

mulieres, quæ dicunt, quòd audierunt dici ab uno puero, quòd bos ipsius pueri percussit dictam mulletam, Quæritur ergo utrum prædictæ probationes sint sufficientes ad condemnandum dominum bouis, ut emendet dictam muletam, uel det dictum bouem pro noxa, qui percussit dictam bestiam seu mulletam.

Circa quod quæsitum paucis insistam, tum quia lis est de paupere regno, tum etiam quia res est clara. Volens enim obtinere emendam animalis sui interfecti debet clarè probare animal suum fuisse interfectum, & q̃ animal, quod ipsum interfecit, motum fuerit feritate, & prius
1 fuerit aggressum animal mortuũ, † Nam licet duo dumtaxat essent boues, & probaretur unus interfectus, & quòd de necessitate unus bos illũ interfecerit, quia alius bos ibi non erat, tamen propter hoc dominus bouis mortui non posset optinere emendam, nisi probaret, quòd bos qui interfecit, fuerit primus aggressor, aliàs autem dominus non tenetur, ut est tex. iuncta, Glos. in l. i. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. feci. dica. quam etiam sententiam tenet Bal. in l. cum mulier. in repet. in iii. oppo. ff. solu. matri. & communiter sequuntur Bar. & Doct. transeuntes cum Gloss. Ad hoc ergo, ut dominus prædicti bouis teneretur ad emendam, ut dictum est, necessarium erat probare duo. Primum, quod bos interfecerit mulletam, secundum, quòd interfecerit eam aggrediendo, seu cornu petendo, quorum neutrum probatum est, primum non est probatum, ex probationibus supra narra-
2 tis, † quia si prædictus custos, qui testificatur est ætatis paucioris quatuordecim annorum, ita quòd non compleuerit quartumdecimum annum, eius testimonium non ualet l. inuiti. & l. in testimonium. ff. de test. & iiii. q. iii. §. testes. uersiculo. Item in testibus. Vnde si dictus testis est puer, nullo modo ualet eius testimonium, etiam si nullum commodũ, uel incommodum ad eum pertineret.
3 Sed † posito pro constanti, q̃ dictus testis esset maior quatuordecim annorum uel uiginti, dico quòd eius testimonium non debet admitti, nec probat, quia cum ipse haberet boues ad custodiam, de facili potuit contingere, quòd unus bos ipsius percusserit dictam mulletam, propter quod obligaretur ipse propter bouem suum, & malam custodiam, uidelicet, testificando, quòd bos alterius percussit dictam mulletam, & sic sentiret commodum, & ideo ipsius testimonio non est adhibenda fides. ut in l. nullus. ff. de test. & in l. omnibus. C. eo. tit. & iiii. q. ii. §. nullus.
4 Prætereà † etiam si ad dictum testem nõ pertineret aliquod commodum, tamen ipsius testimonium non est sufficiens, quia dictum unius, dictum nullius l. ubi numerus. ff. de testi. in autent. de test. in prin. c. in omni. extra eo.
5 Nec † obstat testimonium illarum mulierum, quæ asserunt, q̃ puer prædictus dixit, q̃ bos suus percussit dictam mulletam, quia assertio dicti pueri propter fragilitatem ætatis non debet nocere domino, maximè cum præsupponatur, q̃ puer prædictus non ascendit ad ætatem duodecim annorũ, unde de facili potuit decipi, & quòd alter maioris ætatis eum induxerit ad sic dicendum, ut sic uideretur suus bos fortior prout de facili decipiuntur pueri.
6 † Præterea dicta confessio etiam si fuisset facta à maiore, cum non fuerit facta præsente domino mulletæ, sed absente parte, non probat, ut in c. fin. & ibi notatur, de confess. & sic ex prædictis sequitur indubitata conclusio, quòd dominus dictis bouis per prædictas attestationes nullo modo potest condemna-
7 ri. † Quinimmò etiam in secundo capite oportebat ut dixi probari, non solum, quòd bos prædictus interfecerit dictam mulletam, sed quod ipse bos inceperit congressuram contra dictam mulletam, ut d. §. cum arietes. Nam potuit contingere, quòd dicta mulleta, uel calce, uel morsu, uel alio modo iuerit contra dictũ bouem, & ideò dominus bouis ipsam interficientis non teneretur. Vnde fit conclusio, quòd dictus Angelus indubitanter debet absolui. Laus Deo.

Marianus Sozinus Senensis. V. I. D.

CON-

CONSIL D. LAVRENTII DE CESENA LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium de auditu alieno ualet.*
2 *Testes de eorum scientia, sensuq; corporeo deponere debent.*
3 *Confessio extraiudicialis et in absentia facta non ualet, neq; probat.*
4 *Exceptiones, quæ possunt opponi accusatori, iudici inquirenti opponi possunt.*
5 *Probationes in criminalibus debent esse necessariæ, & necessario concludere.*
6 *Probationes luce clariores in criminalibus esse debent.*
7 *Melius est absoluere nocentem, quàm innocẽtem condemnare.*
8 *Iudex secundum iura, & allegata et probata iudicare debet, aliàs litem suam facit.*
9 *Trinus in malam partem actus, quem famosum facit.*
10 *Stuprum commissum cum muliere famosa nõ est punibile à statuto loquente de rapiente mulierem honestam. & infra nu. 18.*
11 *Mulier honesta quæ dicatur, & quæ inhonesta & infamis.*
12 *Coitus non uiolentus cum meretrice commissum non est punibilis.*
13 *Inquisitio formata, quæ formari non poterat, dissolui debet.*
14 *Nemo sine accusatore punitur.*
15 *Inquisitio quæ sit permissa, et quæ sit prohibita.*
16 *Inquisitio formari non potest nisi præcedentibus indiciis, aut fama referente.*
17 *Fama publica quæ dicatur.*
19 *Legem seruare nostrum est, non autem legem extendere.*

CONSILIVM LXIIII.

IN CHRISTI nomine Amẽ. Visa inquisitione formata per potestatẽ terræ Felinæ cõtra Bertonũ filiũ Zani Serioli habitatorẽ dictæ Felinæ, ex eo, quia dicitur carnaliter cognouisse Mariam filiam Polonij habitat. dictæ terræ Felinæ honestè uiuẽtẽ, & exinde peperisse, uisa citatione, cõparitione, & rñsione ipsius Bertoni cũ suis exceptis ad ipsam inquisitionẽ, uisis dictis testiũ sup ipsa inquisitione receptorum, uisis capitulis per ipsum Bertonum productis, & uisis dictis testiũ superinde examinatorũ, & uiso deniq; toto ipsius inquisitionis ꝓcessu, qua inquisitione, & superinde sequutis diligenter consideratis, dicendum est, ex inquisitione ipsa & processu condemnationem sequi nõ posse, quoniam ipsum delictum, ex quo formata est ipsa inquisitio, ut ex dictis testium super ea inquisitione receptorum intuenti patet, non est, ut exigitur, probatum, non enim ipsi testes dicũt
1 uidisse, sed audiuisse, † & testimonium de alieno auditu non ualet, nisi in casu legis primę. ff. de aqua plu. arcen. & l. si arbi
2 ter. ff. de probatio. & est ratio, † qa testes debẽt deponere de eo, quod ipsi sciunt & percipiunt eorũ corporeo sensu. ff. de testa. l. qui testamẽto. §. fi. & l. i. ff. de iis quę in testa. delen. per Bar. in l. solam, & in l. testium. C. de testi. per D. Flo. in d. l. si arbiter, per Innocen. in c. cum causam. ex. de testib.

Nec obstat, quòd duo, ex ipsis testibus dicunt ipsum Bertonum eis dixisse, quia non propterea uidentur dicere de eorũ sensu corporeo, uidelicet, uisiuo, ueluti
3 ipsius rei natura exigit, † ꝓpterea hmõi cõfessio extraiudicialis & in absentia facta non ualet, neq; probat, ut notatur ꝑ Gloss. & Doct. ff. de probat. l. cum de indebito. & eo maximè, quia ipse Bertonus in sua responsione ad ipsam inquisitionẽ facta ipsam non affirmat, immò negat se culpabilem de contentis in ipsa inqui-
4 sitione. Et certum est, † quòd omnes exceptiones & iura, quæ possunt opponi accusatori, possunt opponi iudici ex suo officio inquirenti, sed agenti posset opponi dictam confessionem extraiudicialem & in absentia partis factam obligationem non inducere, & ipsi iudici inquirenti obiici potest, secundum Barto. in l. ij. §. si publico. ff. ad l. Iul. de adulter.
5 probationes † autem, ut ex eis condemnatio sequi possit, debẽt esse necessariæ, & necessariò concludere. C. unde leg. l. non hoc, & C. de probat. l. ad probationẽ
6 & ex. eod. titu. c. in præsentia. † & in causis

causis criminalibus debent esse probationes luce clariores. C. de probat. l.fin. &
7 lex inquit.† melius absoluere nocẽtem, quàm condemnare innocentem. ff. de
8 pœn.l.absentem.†Item oportet iudicem iudicare secundum uera, & allegata; & probata.ff.de offi.præs.l. illicitas.§. ueritas. aliter autem iudex iudicando litem suã facit.ff.de iudi.l.si filius, & ff. de uar. & extraor.cog.l.si iudex.Cum igitur prædictum delictum,non sit,ut oportet,probatum, satis apertè constat ipsum reum inquisitum per prędicta iura esse absoluendum, & hæc sententia aliis rationibus & iuris argumentis comprobanda est,& primò,quia testes per ipsum reum inquisitum producti, & super eius capitulis examinati plenè probant ipsam Mariam esse mulierem famosam,probantes de trino meretricio actu iniuncto isto,
9 trinus † enim in malam partẽ actus, quẽ famosum facit,ut not.ff.de pęn.l. capitalium.§.famosos.& Bald.in auten.sed nouo iure.C.de ser.fugit.probant etiam ipsi testes uulgantem famam ipsius Mariæ, iuxta not.per Bar.ff.de quæstio.l.de mi-
10 nore.† Sed stuprum commissum cũ muliere famosa,ex forma, & dispositione iuris municipalis Ciuitatis Regij non est punibile,ut intuenti patet ex illo statuto loquente de pęna rapientis mulierem honestam,quia dicit honestam, & expressè famosam excludit,& solum punit ueram honestam mulierem stuprantem.
11 Honesta† autem mulier dicitur, cui est illæsæ dignitatis status legibus & moribus comprobatus, ueluti è contra dicitur inhonesta,& infamis, cuius dignitatis status est diminutus. ff. de uar.& extraordinar.cogni.l.cognitionem.&Glos. & Docto.ff.de iis qui notan. infam.l.i,&
12 C.eod.tit l.i.†Item de iure cõmuni coitus non uiolentus, sed uoluntarius cum meretrice commissus non uidetur punibilis.ff.de conditio.ob turpem causam.l.
13 idem,& no.ff.de furt.l.uerum,† ergo nõ debuit de ipso inq̃sitio formari,sed postquàm formata fuit, oportet cõtrario imperio dissolui. arg. l. si pacto quo pœnã,
14 C.de pac.†Item de iure communi regulariter criminis cognitio,&pœnæ impositio sine accusatore non procedit. ff. de mu.& ho.l.rescripto.§.si quis accusatorem,& legitur Christum dixisse mulieri, quæ pro adulterio corã eo adducta erat, quis te accusat mulier, & ipsam respondisse,nemo Domine,& tunc Deum dixisse,si nemo te accusat, nec ego te condem-
15 no. est tamen † quædam inquisitio facti generalis, & ista est de iure p̃missa.ff. de offi.præsi.l.congruit. & hoc fit, ut malis hominibus prouincia purgetur.d.l. congruit.hanc etiam facere solent præsides in principio sui regiminis generaliter inquirẽdo,est & alia inquisitionis species, quæ fit,& fieri solet contra certam personam, & ista regulariter est prohibita, ut d.§.si quis accusatorem. & dicta Dominica auctoritas. Sed fallit hæc in casibus notatis,per Bartol. & alios, in l.ij. §.si publico.ff.ad l.Iul.de adul.& in l.iii. §.prætereà.ff de suspec. tu. & in Spec. de inqui. Sed certè iste casus inter prædictos casus non connumeratur, nec ex illis compræhenditur, ergo non debuit de ipso inquiri.per prędicta iura,& ar. inst.
16 de actio.§.actionum.†Item in ipsis præmissis casibus per iudicem procedi non potest nisi præcedentibus indiciis, aut prius fama referente. C. de offic.recto. prouin.l.iustissimos, & extra. de accusa. c.qualiter.& quando.Sed ex processu nõ apparet hæc processisse,nec etiam per testes super ipsa inquisitione receptos probatur de publica fama ipsius inquisiti di-
17 ctum maleficium commisisse. † publica enim fama est,quando dicitur publicè à maiori parte populi, & uiciniæ, seu loci ubi delictum commissum est, iuxta not. per Bartol.in d.l.de minore.ff. de quæst. quia ipsi testes non dicunt, quòd ipse inquisitus sit de ipso maleficio publicè infamatus, nec quòd à maiori parte illius uici, seu loci dicatur commisisse dictum maleficium. Item testes per eum producti probant ipsum reum fuisse & esse bonæ uitę,conditionis,& famæ,ergo ex prędictis non uidetur potuisse inquiri.
18 † Nec obstat statutum Regii, quo cautũ est ex omnibus maleficiis ex officio in-

quiri posse, quoniam, ut supra uisum est, tam de iure communi, quàm municipali huiusmodi maleficium non est punibile, de iure municipali patet per dictum statutũ, quia dicit solum de muliere hone-
19 sta, & expresè excludit famosam, † nostrum autem est legem scriptam seruare, & non est nostrum extendere legẽ. ff. solu. mat. l. si uero. §. de uiro. Satis igitur conclusiuè patet ex prædictis ex ipsa inquisitione, & processu condemnationem de iure sequi non posse, & ipsum Bertonum per iudicem, seu potestatem dictæ terræ Felinæ esse absoluendum, & absolui debere ab ipsa inquisitione, & contentis in ea, ex iuribus prædictis supra allegatis.

Et ita ut suprà scriptum est, dico, & de iure consulo, Ego Laurentius de Cesena minimus legũ Doctor, Vicarius Spectabilis Domini Potestatis Ciuitatis Regij, & in fidẽ præmissorum me subscripsi, & sigillo meo sigillaui.

CONSIL. D. IACOBI DE GAZZIO LEGVM DOCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta tempore feriato, reddunt processum nullum.*
2 *Vbi non est fundamẽtũ ædificiũ stare nõ põt.*
3 *Præposteratio uitiat acta & processum.*
4 *Mandati uicarii qui fieri non poterat inobediens puniri non debet.*
5 *Testatoris uoluntas pro lege est seruanda.*
6 *Matrimonia debent esse libera.*
7 *Iudex non potest aliquid mandare, quòd sit extra suam iurisdictionem.*
8 *Inquisitio carens substantialibus non ualet, nec ex ea sequi potest aliqua condemnatio.*
9 *Principiũ est potissima pars uniuscuiusq; rei.*
10 *Dato malo principio, oĩa inde secuta corruũt.*
11 *Dies, mensis, & annus sunt necessariò in inquisitione ponendi.*

CONSILIVM LXV.

IN NOMINE Iesu Christi. Scriptum est enim testãte Psalmista, Os iusti meditabitur sapientiã, & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei in corde illius, & non sub plantabuntur pedes eius, iustitia ante eum ambulabit, & in uia sua ponet gressus suos. Hęc itaque præmisi Spect. D. Antoni, quia spero prudentiam Spectabilitatis uestrę, quæ de iure cognitura & iudicatura est super quoddam processu, & quadam inquisitione, factis & formatis contra & aduersus quosdam homines uallis Annaiæ, per Magnificum & Spectabilem eiusdem uallis Annaiæ Vicariũ, prout in eius processu latius cõtinetur, iustitiam uelle & intendere administrare uti uestræ Spectabilitatis moris est, & continuè per uos obseruatum est, quia autem tam circa dictum processum quam etiam circa dictam inquisitionem plura dubia occurrunt, ea propter illa sub compendio breuitatis subieci. Primum namque dubium est, an dictus processus sit legitimo modo formatus. Secundum dubium occurrit, an mandatum in dicto processu factum, per Magnificũ Domi. Vicarium, de iure fieri potuerit. Tertium dubium & ultimum est, an dicta inquisitio sit legitimo modo & iuridico formata, & an careat substãtialibus quæ de iure requiruntur.

Circa primum dubium conclusiuẽ scribẽdo, & non per modum disputationis alle-
1 gando, uidetur dicendum, † quòd dictus processus non sit bene & legitimo modo formatus, quod quidem satis liquide & manifestè ex eius inspectione apparere potest, quia facti fuerunt quidam termini tempore feriato & non iuridico, stantibus, scilicet ferijs natalicijs, in quibus quidem ferijs tam de iure communi, quã de iure statutario & municipali, interdictum est ius reddi, de iure communi manifestum est per l. dies festos. C. de ferijs. ius uerò municipale, siue statutarium, qa notum est, superuacuum puto allegare. Præsuppolito igitur fundamento, scilicet de dicto processu minus legitimè facto & celebrato, necessario concludendum est, omnia super eo imposita & formata, de iure nullius esse ualididitatis,
2 quia † ubi non est fundamentũ, testante Paulo

Paulo Apostolo. nullum boni operis superest ædificium, ut not. i. q. i. c. cùm Paulus, & extra de præsbyt. non bapti. c. iij.

3 Item bene inspiciantur dicti processus, & acta. quia apparebit terminos factos, fuisse præposteros, id est, qui præcedere debebant, subsecuti sunt, quæ quidem ordinis præposteritas, de iure habet dicta acta uitiare, ut not. plenè per Bartol. & Bald. in l. prolatam. C. de senten. & interlocutio. om. iudi. & plenius per eundem Barto. in l. ii. §. prius. ff. de uulgat. & pup.

Diligenter ad dictum processum aduertatur, quia in eo dicitur, quòd quidam attinentes dictæ Agnetis comparuerunt coram domino Vicario quærelantes, conquerentes, &c. nam in illo nullibi apparet de aliquo speciali nomine dictorum attinentium, nisi de quoddam Zillio cugnato dictæ Agnetis, qui potius fauces inhiebat ad bona dictæ Agnetis orphanæ & pauperculæ discipanda, quàm quòd illa eidem Agneti uellet conseruare illęsa & diminuta, qui quidem Zillius sub umbra pietatis, maximam tegebat fraudem & iniquitatem, sub ueste enim ouis, quã se induere simulabat, uulpinam, seu lupinam occultabat malitiam, non minus dictam Agnetem, quàm illius bona perdere cupiẽs, propriæ potius utilitati, quàm commodo dictæ Agnetis insistendo, non enim eius gubernator, sed bonorum suorum discipator esse curabat, dum allegabat unum ex eis attinẽtibns à iurisdictione abesse, curatoremq; eidem Agneti dari procurabat, quæ iam erat maior annis uiginti, causam allegãdo ad hoc, ut eorũ consensu & deliberatione matrimonium melius contrahere posset, quæ quidem excusatio erat satis friuola, & etiam à iure repellitur, ut l. in copulandis. C. de nupti. & l. sciendum. ff. de rit. nuptiarum. neque enim erant tanta bona, siue tam amplæ illius Agnetis facultates, quòd non possent regi, gubernari, & administrari, p eius attinẽtes & agnatos, ad quos potius dictorum bonorum gubernatio spectabat, tam de iure, quam etiam ex testamẽto & uolũtate patris, quàm ad ipsum Zillium, qui magis de propria procurabat utilitate, quàm de gubernatione dictæ orphanæ.

Consideretur etiam, per Deum rogo, illius Zilij peruersa malignitas, differebat enim ne per se, aut illius Agnetis attinẽtes & agnatos eidẽ quæreretur & adinueniretur maritus, ad hoc ut illo tempore suspiciosissimo cum maxima pestis totã illam regionem uexabat, illam paupereculam Agnetem, omni prorsus auxilio destitutam, nisi bonorum amicorum & attinẽtium auxilio fuisset subleuata, in totũ assumeret, ea quæ penitus uita priuaretur, ut ea quidem defuncta omnibus suis bonis posset frui, & pro libito uoluntatis sui gaudere. Cuius quidem Zillij malignæ & iniquæ uoluntati, attinentes & boni amici Agnetis, à patre illius rogati, immò ẽt in testamento illius fideicommissarij rogati, & constituti, obuiare cupientes, non autem mandatis Magnifici Domini Vicarij inobedientes, procurauerunt dictæ Agneti, bonum iuuenem & satis diuitem maritum, & bonis natum parentibus, nec dictæ Agneti inferiorem immò fortè natalibus superiorẽ, nec ut in processu asseritur inopem & pauperẽ, immò inter suos conuicinos satis diuitẽ & industriosum, ob quã causam dicti attinentes dictæ Agnetis, & boni amici, iã diu uexati fuerunt iniustè, & indebitè, & contra omnem Dei & mundi Iustitiã cõdemnati fuere, reuera quidem non digni de bono opere lapidari. Non ne etiam redarguitur magnæ & summæ iniquitatis debere esse dictum Zillium, cum etiã ipse in testamento sui soceri, nedum nominatus fuerit, immò quasi insimul cum uxore sua à bonis & hæreditate paterna siue uxoria, modica quidem eis quantitate relicta, repulsus fuerit, quæ quidẽ omnia cõtra dictum Zillium debent esse indicia satis urgentia & sufficientia, ob proteruam importunitatem, & malignitatẽ prædicti Zillij, commotos fuisse & instigatos esse, tam dominum Vicariũ, quàm eius officiales, ad inquirendum & uexandum supradictos inquisitos, eosq; etiam contra bonam equitatem condẽnari facere. quàmobrem, bene & iustè inuesti-

get Spectabilitas uestra. ut si qua pœna contra bonos & innocentes, iniustè & indebitè sit illata, eosdem etiam ab ea subleuet & exoneret, & hæc satis puto de iure & æquitate satisfacere debere circa primum dubium.

Nunc autem superest, ut secundo dubio satisfiat,
4 † scilicet an mandatum per Magnificum D. Vicarium factum, de iure fieri potuerit. in quo quidem conclusiuè loquendo, de iure uidetur dicendum dictum mandatum fieri non potuisse, & per consequens dictos inquisitos condemnari non potuisse nec debuisse, quod sic probatur. Nam inspiciantur omnia acta & totus processus, in quibus re uera, in aliqua parte sui non demonstrabitur, quòd dicti condemnati præterierint mandata Domini, nisi in maritando dictam Agnetem, sed quòd ipsi non deberent se intromittere in ea maritanda, & hoc ipse Dominus Vicarius mandare nō poterat. Primum quia tale mandatum uoluntati testatoris repugnabat, quæ quidem uolūtas erat, ut ipsa Agnes maritaretur cum consilio & consensu maioris partis atti-
5 nentium & proximorum suorum. † Et quia uoluntas testatoris pro lege seruanda est, ut l. j. C. de sacrosanct. eccle. & §. disponat. in aucten. de nupti. si lex. seruata est, ergo pœna sequi non debet.

Item dico dictum mandatum tam contra leges ciuiles, quàm etiam canonicas de
6 iure seruari non debuisse, † quia de iure ciuili, matrimonia tam contracta, quàm contrahenda, ab omni motu pœnarum, debent esse libera & absoluta, ut l. Titia. ff. de uer. oblig. & ibi pulchrè per Bart. in l. fin. in fi. C. de spon. & ibi per Cy. Quod autem sit contra Canones habetur plene per Inno. & Io. And. in c. Gemma mulier. extra de sponsalib.

Prætereà quòd dictum mandatum, quatenus se extendebat, quòd dicti condemnati iniustè, tamen se non impedirent in ea maritanda, seruari non debeat, sic opti-
7 mè probatur. † Quotiescūq; enim iudex aliquid mandat, quod sit extra iurisdictionem suam, tale mādatum de iure potest impunè sperni & negligi. ut l. prohibitum, & ibi optimè per Barto. C. de iure. fis. lib. x. faciunt etiam not. per eūdem in l. deuotum possessorem. C. de metala. lib. xij. Pro hoc etiam facit regula iuris, ea quæ fiunt à iudice, si ad eius non spectant officium, uiribus non subsistunt, ut in c. ea quæ fiunt de regul. iuris. libro vj. & ibi plenissimè habetur per Do. Pet. de Ancharan. in repetitio. d. capitu.

Sed sic contingit in casu nostro, quia prędictis condemnatis mandatum fuit, ne se impedirent, aut intromitterent in rebus, aut in factis dictæ Agnetis sub pæna in dicto mandato contenta, &c. Ipsi uerò non aliter se intromiserunt de ea, aut de eius bonis, quam in maritando illam, prout apparet in eorum responsionibus datis, & factis, super inquisitione super eos formata, igitur non ueniunt, nec sunt puniendi, cum mandatis de non quærendo maritum dictæ Agneti parere non debuerint, per iura, & rationes, quæ superius deducta & allegata fuerunt, & ex i;s remanet absolutum secundum dubium.

8 Vltimò uidendum superest, † an dicta inquisitio sit legitimo & iuridico modo formata, an uerò careat substantialibus, breuiter autem & conclusiuè loquendo, ex superius deductis & allegatis, satis liquidè comprobatur illam minus legitimo modo fuisse formatam, quia sicut in ea apparet, per neglecta mandata Domini Vicarij contra prædictos inquisitos fuit formata, sed si dictis mandatis de iure non erat parendum, sicut ex superius deductis & allegatis liquidissimè demonstratum est, eis igitur neglectis, spernentibus illa
9 nulla erat pœna infligenda, † quia cum uniuscuiusque rei potissima sit pars principiū, ut l. j. ff. de origin. iur. & l. si procura
10 torem. ff. mand. † dato autem malo principio & fundamento, omnia quæ posteà ex eo subsequūtur, necessario de iure corrunt, argum. l. Marcius à Flaco, & l. opus, & l. si prius. ff. de loca.

11 Quòd † autem dicta inquisitio careat substantialibus, non est multum difficile perpendere, nam circa medium illius asseritur, quòd Ticla conduxit dictā Agnetém extra iurisdictionem, &c. nec specificatur

catur quo mense, aut quo anno, quæ quidem de iure necessariò erant exprimenda in dicta inquisitione. argumen. no. per Gloss. & in l. penult. C. de accusatio. & per Barto. in l. libellorum. ff. de accusatio. & per eundem in l. ij. §. si publico. ff. de adulter. in uersicu. quæro utrum in inquisitione, & per Cyn. in l. i. C. de eo quod certo loco, & per Salycet. in l. ea quidem. C. de accusatio. Ex quibus iuribus manifestè apparet dictam inquisitionē carere suis substātialibus, & sic ex ea nullam potuisse fieri cōdemnationem, aut si quæ facta sit, eam de iure esse retractandam, & retractari debere.

Nec obstat, si diceretur, quòd eodem tempore intelligatur, dictam Ticlam, supra dictam Agnetem seduxisse, quod quidē tempus in principio inquisitionis inseritur & apponitur, quia quando opus erit, probabitur non illo mēse, sed sequenti, eam quidem Agnetem nō seduxisse, immò ei optimè cōsuluisse, scilicet in quærendo sibi maritum, & in eo quæsito, eādem sibi cum alijs attinentibus & amicis copulasse, & despondisse. Quo quidem ex facto, si de iure dicti inquisiti nulla sunt pœna affligendi, quod quidem firmissimum credo, rogo spectabilitatem uestram, ut eos absoluatis, si autē aliter uobis de iure uideretur, prout iuris est, iudicetis. Noui enim & spero, tantam esse prudentiæ uestræ sapientiam, summamq; Iustitiam & æquanimitatem, quæ nullam humanā gratiam aut potētiam inspicit, sed solum, Iustitiæ & ueritatis uiam. quam uos sequi & colere non dubito, oculis uestris ante porrectis, &c.

Et ita ut supra scriptum est, de iure dico & consulo Ego Iacobus de Gazzio legum doctor, & in temporalibus Vicarius Tridenti, in quorum fidem me manu propria subscripsi, consuetoq; sigillo meo sigillaui. Die xxvi. Ianuarii. M. CCCCLIII.

Laus Deo.

CONSIL. D. MELCHIORIS DE FACINIS PATAVINI legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Fur non punitur de iure communi, nisi pœna extraordinaria, non tamen corporali, nisi sit fur famosus.*

2 *Fur famosus seu latro quis efficitur propter plura furta, ita quòd de iure communi potest suspendi.*

3 *Famosus latro quis efficitur propter plura furta tā in uno, quàm in diuersis locis cōmissa, ita quòd poterit puniri ex statuto d ante furcam pro tribus furtis etiam si unum tantum iste latro in loco statuti commiserit.*

4 *Furta ultima semper aggrauant præcedētia.*

5 *Pœna suspensionis contra furem, pro tertio furto excedente summam uigintiquinq; librarum, ex consuetudine, uel forma statuti, habēt locum, etiam si non omnia dicta tria furta in uno solo loco commiserit.*

6 *Fur qui commissit plura furta, licet quodlibet illorum non excedat summam uigintiquinque librarū, prout requiritur à statuto, si tamen dicta furta simul coaceruata excedant dictā summam, & illa fuit sæpius frequentata, propter quam frequentationem sit effectus famosus latro, uenit suspendendus.*

7 *Confessio furis facta in tormentis, & extra tormenta ratificata & sponte facta, de tot furtis, quæ excedant summam centum librarum bonæ monetæ sufficiens est ad condemnandum dictum furem ad furcam.*

CONSILIVM LXVI.

CASVS TALIS EST. Quidam Bonisegna Vicharioli de Bugeo, uallis Iudicariarū diœcesis Tridentinę, inculpatur, quòd omnia, quæ poterat habere, furabatur, adeò quòd dicta fama uigēre, non tamen à maleuolis, nec suspectis, sed à fidedignis personis, D. Vicarius dictæ uallis Iudicariarum, eundem Boninsegnam capi fecit & incarcerari, quo incarcerato, prædictus D. Vicarius, existētibus indicijs sufficiētibus ad torturam, eundem Boninsegnā torqueri iussit, qui quidem

quidem Boninsegna, ligatus ad torturã, forte formidine tormentorum confessus fuit, se commisisse plura furta diuersis personis,& diuersis diebus, quæ omnia furta ascendere possunt forte ad summam librarum 50. uel forte plurium,ut liquidabit. Demum dictus Boninsegna super premissis repetitus,non in conspectu torturæ, ratificauit commisisse omnia predicta furta. Et ultra prædicta furta,etiam sponte cõfessus fuit, allia quã plura furta per eum commissa,uariis personis,& diuersis diebus, quæ furta forte ascendunt in totum omnibus coaceruatis ad summam librarum centum bonæ monetæ,& ultra, prout ex confessione, & ratificatione,factis per ipsum Boninsegnam latius apparet. Ex quo casu quæritur, an attenta dicta confessione,& ratificatione, Boninsegna puniri debeat, & qua pœna.

IN CHRISTI nomine,eiusq; matris Virginis Gloriosæ, totiusq; cœlestis curiæ triumphantis amen. In casu proposito sine dubio,dicendum est dictum Boninsegnam puniẽdum esse pro furtis per eũ commissis, ut legitur & notatur in toto titulo.ff.& C.de furt.& institu.de obligatio.quæ ex quasi delicto nascunt.per tot.

1 Sed restat nunc uidere † qua pena, nam si bene aduertatur pœna furti hodie de iure communi est extraordinaria,tam pecuniaria, quàm in corpore arbitrio iudicis imponenda, ita tamen quòd pro furto nemo morti uel abscissioni mẽbri tradatur, ut in auctẽn.sed nouo iure. C.de ser.fugi.& ibi not.quod est uerum,nisi sit fur famosus,ut in l.capitalium.§. famo-
2 sos.ff. de pœn.† Quid ergo dicendum in casu nostro? Videlicet qua pœna sit puniendus dictus Boninsegna,breuiter dico, quòd attento quòd ipse commisit plura & plura furta, ad numerum septuaginta septem furtorum, propter quæ furta factus est famosus latro,argu.l.emptorem.in princ.ff.de actio.empt.& famosus latro potest,immò debet furca suspendi, etiam de iure communi, ut in præallega t.l.capitalium. in §.famosos.ff.de pœn. faciant ad pradicta nota.in auctẽ.sed nouo iure.& in l. quicunque. C.de ser.fug. ideò &c. Quinimmò plus dicit Saly.in l.
3 seruos.C.ad legem Iul.de ui.† ꝙ etiam furta & numerus furtorum, quæ alibi cõmisit computatur in numero commissorum,puta hic,uel in iudicariis,ut in casu nostro. Adeò quòd si statuto caueretur, ꝙ fur non suspendatur, nisi commisserit tria furta,& quòd alibi commiserit duo,& hic unum tantum, quòd hic ni-
4 hilominus suspendi debet,† & hoc quia prædicta ultima furta aggrauant præcedentia, ut in l.quicũque.uersi.i.C.de seruis fugi.& l.capitales.§.solent.ff.de pęn. & l.iij.in fin.C.de episcopa. audien.& ꝑ Docto.in auctẽn.sed nouo iure.C.de ser
5 uis fugiti.† Et ideò ex consuetudine uel ex forma statutorum, ut in casu nostro, pro tertio furto excedente summam librarum uigintiquinque, fur suspendendus est, & suspendi debet.

6 Sed quid † dicemus in casu nostro,quia non apparet,quòd aliquod dictorum furtorum excedat dictã summam,ergo &c. Respõdeo quod nihilominus prædictus fur uenit puniendus pœna ultimi supplicii, uidelicet furcarũ, secundum formã statutorum.Tum quia prædicta furta omnia simul coaceruata, excedunt dictam summam,tum etiam,quia prædicta furta magis aggrauantur ex frequentia,quã ex magnitudine rei. ita eleganter tenet D.Raph.in præalleg.auctẽn.sed nouo iure. tum etiam quia est factus famosus latro, propter multitudinem furtorum, quo casu debet furca suspendi,ut in præallegata.l.capitalium.ff.de pœn.

7 Ex † quibus omnibus cõcluditur,quòd dictus Boninsegna uenit puniendus pœna furcarum, tam de iure cõmuni,quàm de iure municipali, per rationes & iura præallegata,& maximè attenta eius Boninsegnæ confessione,in qua perseuerauit multoties, sine metu tormentorum, quæ confessio habet ligare ipsum confitentem,adeò quod nullę sunt partes iudicis nisi in condemnando prædictum Boninsegnam ad pœnam furcarum,facit ad prædicta l.non tantum.ff. de appellatio. & l.i.§.Diuus.& §.si quis ultro.ff.de quæstio.

ftio.cum ibi not.per Docto. maximè per Bar.ubi plenè uide.

Et ita,ut suprascriptum est, dico & consulo & iuris esse, Ego Melchior de Facinis legum Doctor,saluo semper iudicio cuiuslibet melius sentientis, in quorũ fidem prædicta scripsi,& me subscripsi, solitoq; sigillo sigillaui, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

CONSILIVM D. ANTONII DE BONGIS V.I.D. CIVIS BERGOMI.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in xxv.lib.quæ si non soluerit infra mensem,pœna duplicetur, an non soluendo infra mensem, possit impunè occidi, stante statuto quòd condemnatus in quinquaginta impune offendi possit.*

2 *Quartum debet attendi an sit positum in dispositione,uel in conditione.*

3 *Quartum plus de quo in casu suprascripto, quando sit pœna contumaciæ, & quando sit pœna delicti. Io. de Imola habuit particularem opinionem.*

4 opinio Io.de Imola *reprobatur per consulentẽ.*

5 *Tempus quod datur a lege condemnatis miserationis causa, datur tantum condemnatis ciuiliter, non autem criminaliter.*

6 *Executio contra criminaliter condemnatos, statim fieri potest,postquàm sententia in rẽ iudicatam transiuit.*

7 *Bar.in l.ii.ff.de publi.iud.in prima parte suæ distinctionis, intelligitur loqui de dispositione præcisa,in secunda de dispositione causatiua.*

8 *Promittens purè,non dicitur esse in mora antequàm interpelletur, secus si promittat ad certum, seu infra certum terminum.*

9 *Bannitus pro certa summa,etiã si illa summa comprehendat partim principale delictum partim contumaciam, tamen simpliciter dicitur bannitus in tanta summa,& per consequens statutum loquens de bannitis in tanta summa,habebit locum in isto.*

10 *Statutum disponens,quod quis impune offendatur pro certa sũma,quæ quis est bannitus, habebit locum in summis coaceruatis.*

11 *Quartum plus quando cẽsetur pœna delicti, non contumaciæ, tũc ratione coaceruationis, habet locum statutum de impunè offendente bannitum.*

12 *Statutum permittens impune offendi bannitũ pro centum,non habet locum in condemnato pro diuersis uulneribus in diuersis summis, facientibus tamen illa centũ, secus si una tantum est condemnatio,ex una & eadem accusatione, uel inquisitione.*

13 *Statutum prædictum habet locũ quando plures condemnationes processerunt ab eodẽ delicto,seu propter idẽ delictũ, licet una principaliter alia uerò accessoria, & interuenerit contumacia in non soluendo principalem condemnationem.*

14 *Quartum plus quando uenit ex pœna cõtumaciæ & coaceruat summã acquisitã à statuto dispositiuè, tunc statutum de offendẽdo impune banitum in eo casu locum habebit.*

15 *Contumacia est delictum.*

16 *Crimen stellionatus dicitur,ubicũq; uersatur dolus, qui nõ cadit in propriũ nomẽ delicti.*

17 *Iudici non obtemperans in dolo esse dicitur.*

18 *Argumẽtum ab ethimologia, seu allisione uocabuli efficax est.*

19 *Dolus appellatione delicti continetur.*

20 *Mulcta seu pœna quando fisco applicatur, causa dicitur criminalis.*

21 *Publice condemnatus præsumitur scire condemnationem,& idem de eo iudicatur,quòd de citato contumace.*

22 *Bar.in l.ii.ff.de publi.iudi.loquitur de speciali delicto,& dicit in primo mẽbro suæ distinctionis,quòd illud quartum plus est pœna delicti contumaciæ, & sic non habet locum statutum de impune offendendo, & quòd in secundo mẽbro solutio nõ erat in dispositione, sed in conditione,& quòd illud quartũ plus sit pœna delicti specialis, & per cõsequẽs ratione coaceruationis,statutum de impune offendendo habebit locũ secundũ consulentẽ.*

23 *Appellatione partis licet contineatur dimidia, secus tamen est, si in dispositione dicatur de aliqua parte.*

24 *Contumacia usque adeò censetur delictũ, quòd etiam in casu statuti disponentis de impune offendendo bannitũ propter delictũ, ei prelãdetur etiam condemnatus pro contumacia.*

25 *In casu præmisso, ita demum contumacia habebitur pro delicto,si contumax fuerit personaliter citatus.*

Con-

26 *Condemnatus in arengo æquiparatur uero cõ tumaci, propterea dicitur esse in dolo, non soluendo condemnationem.*
27 *Pœna quarti pluris est pœna tarditatis secundum Ang. & licet succedat in locum pretii, tamen non est originale pretium, & sic non est pœna primitiua delicti.*
28 *Intellectus ad l. utrum. ff. de peti. hared.*
29 *Condemnatus in certa summa, & nisi illam soluerit infra certum terminum ad quartũ plus, si in termino, seu infra terminum nõ est facta solutio, ille cẽsetur condẽnatus à principio in pœna principali, et in quarto pluri.*
30 *Soluere infra certum terminum, quando est in dispositione sub pœna quarti pluris, illud quartum dicitur pœna delicti, seu ex delicto aut propter delictum proueniens.*
31 *Quando ad productionem unius effectus, cõcurrunt duæ causæ, una principalis & altera secundaria, tunc effectus debet denominari à principali non à sententia.*
32 *In productione unius effectus, concurrentibus duabus causis, quarum una potentius operatur quam altera, tunc effectus à potentiori dominatur.*
33 *Principale delictum potentius operatur in productione pœnæ quarti pluris, quàm operetur ipsa contumacia.*
34 *Potestates terrarum illustrißimi Dominii Venetiarum habent merum imperium et omnimodam iurisdictionem, etiam in arbitrãdo, alterando, & commutãdo pœnas limitatas, tam de iure communi, quàm ex forma statutorum, etiã si iurassent ipsa statuta seruare.*
35 *Pœna capitis subrogata loco condemnationis non solutæ infra certum terminum ex statuto, non habet locum si non soluatur pœna quartĩ pluris, per aliud statutum inducta cõtra non soluentes condemnationes in termino.*
36 *Statutum dispõnẽs de pœna quartĩ pluris, in casu de quo supra, uidetur habere locũ, quia maior pœna scilicet personalis, pro contumacia est imposita, secundum consulentem.*
37 *Pœnæ diuersæ si per duo statuta in casu contumaciæ imponantur, pœna unius statuti, nõ habebit locum in altero statuto.*
38 *Bannitus pro contumacia, an dicatur bãnitus ex delicto, & fideiussor pro delicto, an teneatur pro taliter bannito, remißiuè.*
39 *Quartum quando non infligitur ratione contumaciæ, non dicitur pœna delicti.*
40 *In casu consilii, condẽnatio si duplicatur, pœna quæ additur condemnationi principali, & sic ipsa pœna duplicata, habetur pro unica pœna delicti.*
41 *Quartum plus, cum condemnatione principali, siue sit in dispositione, seu in conditione positum, secundum communem usum loquendi semper dicitur pœna delicti.*
42 *Communis usus loquendi præfertur propriæ uerborum significationi, siue proprium significatum ueniat ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue ex iuris auctoritate, & hoc procedit etiam in materia stricta, & sic statutorum, & infra nu. 44.*
43 *Communis usus loquendi pro lege seruandus est, & secundum communem usum loquendi sunt intelligenda uerba legis & scripturæ.*
45 *Communis usus loquendi non solum præponderat omni significatui, sed etiam dicitur ex propria significatione procedere, & potius attenditur, quam interpretatio iuris.*
46 *Vbi agitur de uita hominis, semper benignior pars & interpretatio est assumenda.*
47 *Vita uiuentium magis attenditur, quàm uita interfectorum.*
48 *Sanctius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.*
49 *Benignior interpretatio ita accipienda est in casu dubio super facto, quemadmodum in casu dubio super iure.*
50 *Statutum de offendendo impunè bannitos uidetur esse fauorabile, ut homines terreantur à delictis, uel maleficiis.*

CONSILIVM LXVII.

1 IN CHRISTI nomine amen. † Zampetrus pro quodam delicto condemnatus fuit per Potestatem Vincentiæ in xxv. lib. quas si non solueret intra mensem, pœna duplicaretur. Zampetrus ipse illas xxv. nedum intra mensem, sed nec intra annum soluit, & sic pœna duplicata fuit. Modo uigente ibidem parte seu decreto Illustrißimi Ducalis Dominij Venetiarum, quòd si quis pro aliquo delicto condemnatus fuerit in libris quinquaginta, & ab inde supra, & eas non soluerit

uerit intra duos menses, posit impunè offendi & in ære & in persona, iste Zampetrus fuit interfectus, & dubitatur, an impunè interfici potuerit uigore partis & decreti prędicti.

Et pro parte affirmatiua dicitur, quòd sic, quia est uerum istum fuisse condemnatum in quinquaginta, pro delicto. In contrarium opponitur, quòd iste pro delicto fuerit condemnatus solummodò in primis xxv. libris, & pro aliis. xxv. condemnatus fuit ob contumaciam, quia intra duos menses non soluit primas uigintiquinque libras de quibus in sententia. Et quia difficultas præsentis consultationis principaliter dependet à doctrina Bar. in l. i.. ff. de publi. iudi. cuius scripta adeò sunt corrupta, uiciosa, & mancha, & mendosa, ut uisis & diligenter inspectis omnibus uoluminibus Bart. quæ in hac ciuitate plurima sunt numero supra triginta, nulla reperierim uitio carentia. Sed ex omnibus excepi quantum ad propositum scripta ipsa sic stare debere. Sed si prima pœna non perimitur sed augetur. Exemplũ, dicit statutum, puniatur in tantum, & si nõ soluerit infra quatuor dies puniatur in quarto pluri. istud quartũ plus erit ne pœna delicti, uel pœna contumaciæ, quia non soluit? Dico ꝙ habes cõsiderare uerba statuti. Nam quãdoq; debere soluere infra certum terminum uenit in dispositione, quandoq; uenit in conditione tantum, non in disposi-
2 tione. † Exemplum in dispositione, dicit statutum puniatur in tantum, & quòd debeat soluere infra decem dies, & si non soluerit puniatur in quarto pluri, & tunc quartum plus est pœna contumaciæ, ut l. i. ff. de in lit. iur. & l. fi. C. de usu. rei iud. Quandoq; est in conditione tantum, ut si non soluerit infra decem dies puniatur in quarto pluri, & tunc illud quartum plus est pœna maleficii qualificati, cum hoc, seu ex hac conditione, si non soluerit infra decem dies, quod apparet, quia cum non sit in dispositione soluere debere infra decem dies, non potest dici deliquisse ille, qui infra decem dies non soluit. quia illud, quod est in cõditione non est in obligatione, ut l. si quis sub conditione. ff. si quis commiss. cau. testa. est ergo pœna maleficii non pœna contumaciæ. arg. ad hoc. l. in illa stipulatione si Kal. iuncta. l. si homo mortuus. ff. de uer. oblig. hoc habui examinare infinitis uicibus & maximè Tuderti. Nam Tuderti fuit condemnatus quis in certa quantitate pro falsitate, & in quarto pluri si nõ soluerit infra decem dies. Et dicebat statutum si peruenerit in fortiam regiminis & condemnationem soluere noluerit infra decem dies, amputetur sibi lingua. Modò ille uenit in fortiam communis & uolebat soluere sine quarto, & euadere linguam. & remanere in carcere pro quarto, Quærebatur an posset. & sic quærebatur, an illud quartum esset pœnam maleficii, uel contumaciæ. Item statutum dicit, quòd pro falsitate non possit fieri computatio in appodisis. Modò quæritur, an posit fieri ex illo quarto pluri, & doctrinam habes ex prædictis, ulterius quæro &c. hæc sunt uerba formalia Bar. quæ ex omnibus lecturis huius ciuitatis elicere potui. uel si non sunt formalia uerba, saltem sunt ea, & talia. ex quibus clare percipitur quæ fuerit mens & intentio Bar. Ex lecturis autem impressis nihil uidere potui, quia apud nos nondũ hæc lectura habetur impressa Ang. de Peru. hic circa prædicta simpliciter refert, & sequitur Bar. & idem sequitur ipse Ang. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. Bald. in l. i. ff. de in lit. iura. multa refert, circa istã materiam. & tandẽ ultimo loco, se remittit ad Bar. in ista. l. ii. Ang. de Aret. in opere maleficio. in glo. super uers. quas si non soluerit. la prima. quia sunt duæ glo. sic incipientes, sed diuerso modo finientes. refert distinctionem Bart. de qua supra. & subdit, quòd hæc sibi uidet ipsa ueritas. Est tamen aduertendum, quòd, & scripta Ang. de Aretio super ipsa glo. communiter habentur corrupta, quia sicuti Bart. in primo membro, seu in primo casu. s. quãdo soluere debere infra decem dies, est in dispositione, dixit illud quartum esse pœnam contumaciæ & non delicti.

In scriptis Ang. legitur Bar. dixisse istud quartum esse pœnam delicti & non cōtumaciæ, quem errorem tam manifestum, tamq; apertum, non nisi uitio scriptoris attribuendum iudico, maximè, quia ut supra dixi, ipse Angel. non simpliciter transit cum Bar. eum referendo, sed subdit, quòd distinctio Bar. sibi uidetur ipsa ueritas, licet Io. de Imo. aliter ibi dicat, quæ distinctio careret omni ratione, si staret, prout supra retuli. Io. de Imo. in d. l. ii. & dicto secundo casu, seu membro. minus recte iudicio meo nititur Bartol.
3 impugnare. † quem tamen secundum casum ipse refert pro primo. Dicens item aduerte, quia successiuè tangit hic Bar. quid iuris, si non subrogatur pœna loco alterius, sed augumentatur, si non fit solutio infra certum terminum, & uidetur facere differentiam, an statutum dicat, quòd pro falsitate quis condemnetur in certa quantitate, & in quarto pluri, si nō soluerit infra decem dies; quo casu illud augumentum dicatur etiam pœna delicti, & non simplicis contumaciæ, arg. l. si quis sub conditione. si quis ommiss. cau. testa. an uerò dicat quòd pro falsitate cōdemnetur in certa quantitate, & illam debeat soluere infra decem dies, & si nō soluerit, condemnetur in quarto pluri. quo casu illud augumētum sit pœna contumaciæ, & non delicti, & sic statutū loquens de pœna maleficii non habebit locum in dicto augumento. Adde ꝙ dicta distinctio non uidetur bona, quia etiam primo casu quantitas, in qua debet fieri condemnatio, est in dispositione, ex quo in illa cōdēnaretur simpliciter, licet subdat de quarto pluri, si non soluat infra certum tempus. unde tacitè etiam tunc uidetur dictum, ꝙ debeat illam soluere infra decem dies, ergo expresio nihil debet operari, arg. l. non rectè. C. de fideiussori. & l. cum quid. ff. si cer. pet. hæc similiter sunt uerba formalia Io. de Imo. in d. l. i. Sed profectò ut supra dixi Bar. in hoc nō meruit reprehensionē. quia Bart. etiam in hoc casu, quem ipse ponit pro secundo, licet Ioan. de Imo. eum referat pro primo, non negat, quin pœna principalis in sententia deducta sit in dispositione, sed bene dicit, quòd soluere ipsam condemnationem, infra decem dies non
4 est in dispositione. † Nec uerum uidetur qđ dicit Io. de Imo. ꝙ etiam isto casu tacitè uideatur dictum in sententia, quòd debeat condemnationem illam soluere infra decem dies. Pone enim ꝙ ex forma statuti uel consuetudinis condemnatus pro maleficio habeat terminum mensis ad soluendū condēnationem, & ꝙ aliquis sit isto modo condēnatus. condemnamus Titium pro tali delicto in centū, quas si non soluerit infra decem dies, soluat cū quarto pluri. Si uerum esset, quod dicit Ioan. de Imo. ꝙ uideatur tacitè actum, ꝙ debeat soluere infra decem dies; certè posset statim elapsis decem diebus, & non expectato mense, fieri contra ipsum executio, quod tamē est falsum, & nemo sani capitis hoc diceret, quia aliqualiter non constat, quòd iudex per hanc suā sententiam, nec ex aliquo eius arbitrio tacitè, nec expresè uoluerit huic taliter condemnato, precisè auferre terminum mensis à statuto uel consuetudine præfixum, sed solum causatiuè sibi ipsum terminū noluit auferre. f. si nolebat euadere pœnam illius quarti, soluendo infra decem dies, Bar. autem in primo casu loquitur quando soluere infra decem dies erat in dispositione præcisa, non autem simpliciter causatiua, & tamen nemo negabit quod si sententia sit lata eo mō, quo Bar. refert, in primo casu. s. condēnamus Titiū in cētū, & ꝙ debeat soluere infra x. dies, & si nō soluerit puniatur in quarto pluri, quòd tunc non expectato mense per statutum seu consuetudinem præfixo, condemnatis ad soluendum cōdemnationes, poterit statim lapsis dictis decem diebus fieri executio; quia isto casu iudex in sententia sua, & ex eius arbitrio illum terminum mensis abbreuiauit ad decem dies, in sententia præcise disponendo, quòd condemnatus deberet soluere infra decē dies, & sic patet, ꝙ distinctio Bar. min⁹ recte fuit impugnata per Io. de Imo. & ipsa distin-

distinctio Bart. optimè procedit maximè respectu eius, quod dicit in secũdo casu, & ideò dixi maximè in isto secundo casu quia, ut infra ostendam, satis dici potest, quòd etiam in primò casu per Bar. quando soluere infra decem dies est in dispositione, illud quartum melius & propius dicitur pœna delicti quàm contumaciæ. Ponamus, quòd per statutum uel consuetudinem non esset statutus aliquis terminus condemnatis ad soluendum eorum condemnationes, quis dubitat. quòd in secundo casu Bar. posſit incontinenti non expectatis x. diebus cõmune facere executionem, certè nemo, quia est in facultate cõmunis uel expectare, quòd labantur decem dies, & posteà exigere pœnam cũ quarto, uel incontinenti facere executio
5 nem sine quarto, † quia tempus, quod datur à lege condemnatis miserationis causa, datur solummodò condemnatis ciuiliter, non autem criminaliter cõdemnatis,
6 † quia cõtra eos potest statim, postquam sententia transiit in rem iudicatam, fieri executio l. cũ reis. C. de pœnis. per Ang. & alios in l. debitoribus. ff de re iud. & in l. si debitori. ff. de iudi. & per Bald. in l. si cũ exceptione in. §. quatenus. el. ii. ff. qđ metus causa, quod quidem minimè fieri posset, si ita eo modo tacitè uideretur actum seu dictum per iudicem in sententia in secundo casu Bar. quòd solutio fieri deberet infra decem dies, sicut expresſè actum & dictum est, in primo casu, & tñ nemo diceret, ꝙ in primo casu. Barto. quãdo soluere infra decem dies est in dispositione, commune posſit facere executionem sine quarto, ante lapsum decem
7 dierum. † est ergo uerus intellectus Bart. qui in primo casu loquitur de dispositione præcisa. in secũdo de dispositione causatiua, si uult euadere pœnam quarti, ut satis supra dixi. Ang. de Per. in l. si plures in fi. ff. de pact. sic dicit, unum tamen diligenter nota, quòd si esset bannitus in quinquaginta & si non soluerit infra decem dies est bannitus in centũ, quòd tũc poterit offendi impunè, quia ista quinquaginta, quæ debentur ratione morę, aggreganda sunt sorti, & idem sequitur ibi Pau. de Cast. & in uno discrepant à Bar. in d. l. ii. de publi. iud. uidelicet in eo, qđ Bar. ibidem dicit in secundo casu, quòd cum soluere infra decem dies seu infra mensem nõ sit in dispositione, illud quartum dicitur pęna principalis delicti, non autem pœna contumacię, & Ang. & Pau. in d. l. si plures, ponentes exẽplum, prout ponit Bar. in dicto secũdo casu, dicunt illud quartũ uenire ratione moræ, licet ipse Ang. in d. l. ii. de publi. iudi. & ẽt in l. si cum exceptione. §. in hac simpliciter, sequatur Bar. sed profecto uerior uidetur sententia & distinctio Bar. per ea quæ supra dixi.

Nec obstat si dicatur, si uerum est, quòd supra dixi, uidelicet quòd contrà taliter condemnatũ, prout exemplificat Bart. in secũdo casu, posſit incõtinenti fieri executio, ergo dicitur in mora, si non soluit infra terminum, in modum conditionis appositum in sententia, si nõ uigore sentẽtiæ, saltem uigore legis, quæ uult, quòd incontinenti contra eum posſit fieri executio, non expectata aliquali dilatione legali, quæ taliter pro delicto criminaliter condemnatis non impartitur, ut supra dictum est, & sic omninò illud quartum etiam isto casu debet dici pęna contumaciæ; Quia respondeo, quòd licet incontinenti posſit contra ipsum fieri executio, non tamen dicitur in mora antequàm ab
8 eo petatur. † sicut dicimus in eo, qui ꝓmisit purè, contra quem licet posſit incontinenti agi, tamen non dicitur in mora, antequàm sit interpellatus, Secus in eo, qui obligatus est soluere ad certum, seu infra certum terminum, qui statim lapso termino, etiam absq; aliqua hominis interpellatione dicitur in mora, si non soluit ante terminum, uel in ipso termino, quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipula. & licet Ang. & Pau. in d. l. si plures uideantur contradicere Bart. etiam in eo quod ipse dixit in d. l. ii. in primo casu. ubi dixit, quòd quando illud quartum uenit ratione contumaciæ, tunc non poterit ex eo bannitus impunè offendi. cuius contrarium dicere uidentur. Ang. & Pau.

ubi supra, tamen in ueritate non contradi
9 cunt,† quia ipsi loquuntur quando statutum simpliciter dicebat, quòd bannitus in centũ possit impunè offendi, & sic siue sit bannitus in centum pro delicto principali, siue partim pro delicto principali, & partim ob cõtumaciam, satis est quòd reperitur bãnitus in centum in pluribus
10 tamẽ summis,† & isto casu propriè cadit dubium seu materia coaceruationis seu cumulationis, uidelicet, an dictæ summæ debeãt coaceruari seu cumulari, ut sic dicatur condemnatus in centum, & possit impunè offendi, de quo Bar. in d. l. ii. nihil expressè tangit, sed est materia, de qua habetur in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. om. iu. & per Bal. in l. ubi fideiussor. ff. de solutio. & ut uidemus Ang. & Pau. de Cast. in d. l. si plures. tenent, quòd isto casu fiat istarum summarum coaceruatio seu cumulatio, quòd taliter condemnatus possit impune offendi, Bar. autem in d. l. ii. loquitur in aliis terminis. s. quã
11 do statutum dicebat, † quòd condemnatus pro delicto in centum possit impunè offendi. Et sic principaliter solummodò dubitatur, an illud quartum dicatur pœna delicti, an uero pœna cõtumaciæ, quia si diceret pœna delicti, tacitè sentit Bart. quòd posset impunè offendi, & sic haberet locum coaceruatio, ut etiam uoluerunt Ang. & Pau. in d. l. si plures. pro quo facit, quia cum istud quartum quodammodo sit accessoriũ, isto casu ad primam & principalem pœnam debeat regulari secundum naturam sui principalis, ut in regula accessorium, & in l. cum principalis, de reg. iur. hoc expressè sentit Bar. in d. l. ii. in secundo casu. s. quando soluere infra decem dies non est in dispositione. sed in conditione tantum. quo casu dicit illud quartum esse pœnam delicti, & sic tacitè sentit, & uult, quod illud quartum isto casu iungatur, & coaceruetur cum prima cõdemnatione, & sic quòd taliter condemnatus, possit impunè offendi; Licet in contrarium uideatur, quod nota. idem Bar. in d. l. ubi fideiussor. de solutio
12 ni.† ubi dicit, quòd si quis unica sentẽtia fuit condemnatus in pluribus summis, puta in quinquaginta, pro uulnere illato in facie, & in aliis quinquaginta pro uulnere illato in manu, taliter condemnatus non dicetur condemnatus in centum, nec poterit impunè offendi uigore statuti dicentis, quòd condemnatus in centum possit impunè offendi, secus dicit si pro duobus, uel pluribus uulneribus esset condemnatus in unica summa centum, cuius dictum expressè reprobat Ang. in d. l. si idem cũ eodẽ. ff. de iurisdi. omni. iudi. cuius tamen dictum limitat ibi Raph. Fulgo. si talis condemnatio unius summæ de centum sit facta pro pluribus uulneribus in eadem accusatione, uel inquisitione deductis; Si autem super diuersis accusationibus uel inquisitionibus, tũc dicit procedere dictum Bar. in d. l. ubi fideiussor. de solutio.
13 Item † Bar. in d. l. ubi fideiussor loquitur, quando utraq; summa erat æquè principalis, & quælibet summa seu condemnatio cuiuslibet summæ processerat à suo delicto. Ang. autẽ & Pau. in d. l. si plures loquuntur, quando utraq; condemnatio processerat ab eodem delicto, seu propter idem delictum una uidelicet principaliter, alia uerò accessoriè, interueniente etiam contumacia commissa in non soluendo primam & principalem condemnationem.
14 Ad† unum tamen puto diligenter aduertendum, quòd etiam si statutum diceret quòd condemnatus in centum pro delicto possit impune offendi, quòd condemnatus pro aliquo delicto, in lxxv. quas soluere debeat infra mẽsem, aliàs soluat cum quarto pluri, & sic soluere infra mẽsem sit in dispositione, quo casu si non soluerit, illud quartum dicitur pœna cõtumaciæ, secundum Bar. in dicto secundo casu. poterit etiam isto casu taliter condemnatus impunè offendi, quia uerum est dicere ipsum esse condemnatum in
15 centum pro delicto, † quia cõtumacia est delictũ, ut habetur in l. i. ff. si quis ius di. non obtempera. & in c. solitæ extra de maiori. & obedi. ubi dicitur, qui non obedierit principi, morte moriatur, & habetur etiam in l. contumacia. ff de re iudi. & quòd

quòd isto casu taliter condemnatus dicatur delinquere non soluendo in termino tenet ipsemet Bar. in d.l.ij. in secundo casu, dum dicit, quando soluere infra certū terminum est in conditione, non potest uideri deliquisse ille, qui nō soluit intra ipsum terminum, & sic uult, quòd quando soluere intra certum terminum est in dispositione, dicatur delinquere condemnatus, qui intra ipsum terminū nō soluit.

16 Item † quòd contumacia dicatur delictum, sic probatur; nam ubicunque uersatur dolus, qui non cadit in propriū nomē delicti, dicitur crimen stellionatus. ff. de crimin. stelliona. l. iij. §. ubicunque. & crimen stellionatus inter alia maleficia priuata nominatur. ut dicto titulo.

17 Sed † illę qui non obtemperat iudici est in dolo, ut ff. de regulis iuris. l. nō potest uideri dolo carere, & ff. de re militar. l. iij. §. in bello. Item talis contumacia in non parendo, facit denegare iurisdictionē iudicis non parenti, seu non obtemperāti, ut. ff. ex quibus cau. maio. l. sed & si prætorem. §. sed si dum decreto. ergo uidetur esse maleficium. Item maleficium iuxta prolationem uocabuli est male facere. Sed non est dubium illū malefacere, qui iudicis mandato non obtemperat, ut ex prædictis patet. igitur &c.

18 Et † quòd efficax sit argumētū ab ethimologia seu allusione uocabuli seu significato probatur. C. de offic. præf. urb. l. j. ad finem. ad municipa. l. Imperatores. §. Idem rescripserunt, & in l. ij. §. appellata. ff. si certum petatur.

Et rursus quòd contumacia sit delictum facit optimè. ff. de re milita. l. omne delictū
19 in princip. † & appellatione delicti cōtinetur dolus. ff. deposit. l. j. §. si apud seruū. & ibi in Glo. & etiam optimè facit, quia pro contumacia quis mulctatur, ut in l. eos. C. de modo mulctan. & mulcta est fi
20 sci. ut eodem titu. l. mulctarum. † & quādo mulcta seu pœna fisco applicatur, talis causa dicitur criminalis, ut not. C. de sepulc. uiolat. l. j. & ibi per Alber. & insti. de iniur. §. summa & ad syllania. l. leg. &
21 de termi. moto. l. agraria, & ibi not. † & hoc maximè procedit in casu nostro, in quo non potest dici illū Titiū sic publicè condemnatum ignorasse condemnationem, & sic non paruisse per dolū, sed per ignorātiam, quia, ex quo fuit sic publicè condemnatus, præsumitur scientia, & idē iudicādum est de ipso, quod de citato cōtumaciæ, seu inobediētiæ, quem personalis apprehendit citatio, qui secūdum ueram & communem opinionē dicitur uerè contumax, & esse in uero, non autem in præsumpto dolo; & ista ratio etiā tollit multa, quę in contrarium possent alle
22 gari. † Et dico, quòd Bar. in d. l. ij. de public. iud. debet intelligi, quando statutū non simpliciter dicebat, quòd condemnatus pro delicto in centum posit impunè offendi, sed in specie loquebatur, de delicto, puta si quis condemnatus fuerit pro falsitate, seu pro delicto falsitatis, & peruenerit in fortiam &c. quia tunc licet illud quartum dicatur pœna delicti contumaciæ in primo casu Bartol. non tamen dicitur pœna delicti falsitatis, & sic tunc non posset impunè offendi. secus quando soluere intra certum terminum non est in dispositione, sed in cōditione, quia tunc illud quartū esset pœna delicti principalis, scilicet falsitatis, & sic fieret cumulatio seu coaceruatio, & posset impunè offendi, ut supra dictū est. uel in casu Bar. non posset euadere linguam, soluēdo primam condemnationem, & stare in carcere pro illo quarto, & quòd ita debeat intelligi seu suppleri Bart. in d. l. ij. patet ex uerbis suis, dum dicit hoc habui examinare infinitis uicibus, & maximè Tuderti. Nam Tuderti fuit quis condemnatus in certa quantitate pro falsitate, & in quarto pluri, si non solueret infra decem dies, & dicebat statutum, si peruenerit in fortiam communis & uoluerit soluere condemnationem, amputetur sibi lingua, nam oportet supplere seu subaudire, quòd statutum dicebat, si condemnatus pro falsitate peruenerit in fortiam &c. non autem simpliciter loquebatur si condemnatus pro delicto &c. & fortius, quòd supra dixi, procederet, si pars siue decretum Illustrissimi Dominij nostri Venetiarum non simpliciter lo

queretur

quereretur de condemnatis pro delicto,
sed loqueretur de condemnatis pro ali-
quo delicto, ut supra in themate præsup
ponitur, quia illud uerbum, aliquo, tolle
ret omnẽ difficultatem, quia sine dubio
contumacia est aliquod delictum, siue
uerum, siue præsumptum, siue magnum,
23 siue paruũ, pro quo optimè facit, † quia
licet appellatione partis contineatur di
midia, ut in l. nomen filiarum. §. portio-
nis. ff. de uerb. signi. & in c. ij. §. j. de deci.
in. vj. secus tamen est, si addijcietur aliud
uerbum puta, quia diceretur aliqua pars
uel certa pars uel similia uerba, ut pro-
batur; in l. si qui aduocatorũ in uerbo cer
tè partis; coniuncta Glo. super uerbo im
mensa. C. de postulan. & ibi per Saly. &
est Gloss. in clemen. prima de fo. com-
pe. in Gloss. super uerbo, aut earum parte
& ibi Io. de Imo. & facit. l. hanc legem.
ff. de contrahen. emptio. ideò diligenter
sunt consideranda uerba illius partis seu
decreti, an dicant, quòd condemnatus
pro aliquo delicto in quinquaginta & ab
inde supra possit impunè offendi, quia
sub illis uerbis, aliquo delicto, potest in-
telligi de condemnatione etiam pro quo
libet minimo delicto, ut clarè probatur
in iuribus & Gloss. superius allegatis.
24 † Cum ergo ut supra dixi contumacia
sit delictum in casu prædicto, licet non
sit tantum delictum, quantum est deli-
ctum principale, satis est, quòd illud
quartum & in primo casu Bartol. licet
sit pœna contumaciæ, & sic non tantum
grauis delicti, quantum est primum de-
lictum, satis est, quòd est pœna alicuius
delicti, & si pars prædicta seu decretum
sic loqueretur, cessaret omnis difficultas
quæ solet fieri in illo articulo, An stante
statuto, quòd condemnatus pro malefi-
cio possit impunè offendi, possit offendi
ille qui condemnatus erat pro contuma-
cia, de qua per Cyn. super rubr. C. de cri.
stelliona. ubi dicit, quòd dum in quadam
ardua causa esset aduocatus pro parte ne
gatiua, idest, quòd talis condemnatus
pro contumacia non posset impunè of-
fendi uigore statuti prædicti, & multa
iura per se allegaret, de quibus ibi per
25 eum, tandem succubuit, † posteà distin-
guit, quòd aut ille contumax fuerat per-
sonaliter citatus, & sic non potuit igno-
rantiam prætendere, & tunc possit impu
nè offendi; Aut non fuit citatus perso-
naliter, & tunc secus, & hoc etiam se-
quitur ibi Alberi. in. iiij. par. oper. stat.
26 quæstio. xxij. † sic in casu nostro ex du-
plici capite cessat omnis difficultas, pri-
mo si in parte seu decreto est illud uer-
bum, aliquo, ex quo tamen talis condem
natio facta fuit publicè & in arengo,
prout communiter fiunt tales condem-
nationes scilicet, & in maxima populi fre
quentia, non potest dici sic illum con-
demnatum prætendisse ignorantiam, &
sic non soluendo in termino sibi præfi-
xo, talis contumacia, seu inobedientia
causat uerum dolum, sicuti causaret in
citato personaliter, ut dixit Cyn. in di-
stinctione prædicta. Ex quibus omni-
bus clarè concluditur, quòd etiam in pri-
mo casu Bartol. scilicet, quando soluere
infra certum terminum est in dispositio-
ne, illud quartum dicatur pœna delicti,
& maximè in casu nostro, iuribus, ratio-
nibus, & causis superius annotatis.
27 Ang. † tamen de Peru. in l. utrum. ff. de
peti. hære. uehementer contradicit ijs,
quæ superius dixi, maximè secundum
Bartol. in d. l. ij. in secundo casu, nam su-
per text. in uersicu. proinde in uerbis, sed
etiam pœnam tardius pretio soluto, sic
dicit. Diligenter nota, quòd ista pœna
est pœna tarditatis, & licet succedat in lo
cum pretij, non est originale pretium,
& non potes allegare meliorem tex. ex
quo clarè decido, quòd pœna quarti plu
ris apposita in sententia condemnatoria
criminali, si non fuerit facta solutio intra
decem dies, prout moris est, non est pœ-
na primitiua delicti, immò tarditatis,
ideò si statutum dicit, quòd qui non so-
luit pœnam delicti infra dies triginta, ca
put sibi debet amputari, si soluerit pœnã
primitiuam non tamen soluerit quar-
tum, non decapitabitur, ut hic.
Et licet hic Ang. uideatur cõtradicere ijs,
quę ipse dixit in l. si plures, in fi. ff. de pac.
tamen re uera non contradicit, quia ut
supra

supra dixi,ibi loquitur, quando statutū simpliciter dicebat, quòd bānitus in cen tū possit impunè offendi,hic autem loquitur, quando statutum dicebat, quòd qui non soluerit pęnam delicti infra triginta dies decapitetur,& sic illud uerbū delicti tollit contrarium, seu saluat & declarat Ang. in dictis legibus non esse
28 sibi contrarium. † Sed bene uerum est, quòd ipse Ang. in.d.l. uerum manifestè contradicit ijs quæ Bartol.dicit in.d.l.ij. in secundo casu.s. quando soluere infra decem dies non est in dispositione,sed in conditione tantum,quia Bartol.in dicto secundo casu uult, quòd illud quartum dicatur pęna delicti principalis & non contumaciæ, & sic possit impunè offendi, cuius contrarium tenet Ang.in.d.l. utrum, in princ.ut supra dixi. Sed certè si ille tex.super quo se fundat Ang. diligentius consideretur, manifestè constabit,quòd parum,immò nihil facit pro dicto Ang.nam in d.l.utrum,dicitur,quòd bone fidei possessor,qui uendidit rem hæreditariam, tenetur restituere petitori omne id,in quo est factus locupletior,ex quo in uers. proinde infertur, quod tenetur restituere non solùm precium rei uēditæ, sed etiam pęnam tardius pretii soluit,idest pęnam, quam uenditor cōsequutus est ab emptore, quia pretium in termino statuto,seu limitato non soluit, Et sic oportet nos ponere ibi casū, quòd uenditor fidem habuit de pretio, quòd emptor infra certum terminum sub certa pęna soluere promiserat, & sic ibi soluere pretium intra certum terminū erat in dispositione. Vnde apertè cōstat,quòd ibi est casus pro Barto.in d.l.ij.de pub.iudi.in primo membro, Angel.autem in d. l.utrum, ponit exemplum, prout ponit Barto.in secundo membro, scilicet quando soluere infra certum terminum non erat in dispositione, sed in conditione tātum.uidelicet quādo fuit dictum in sententia,cōdemnamus Titium in centum, quas si non soluerit infra mēsem,soluat cum quarto pluri,&c.& sic ille tex.re uera non probat dictum Ange. Item in d.l utrum, pretiū & pœna re & nomine sunt diuersa. In casu autem ad quē infert Ange.illæ pęnæ non ita differunt re & nomine,quia utraque quantitas appellatur pœna,& in d.l.utrum,per adiectionē seu appositionem pęnæ, si pretium non fuit solutū in termino statuto, non augumētatur,nec multiplicatur pretium rei, sed in casu seu in exemplo posito per Ange. secus est, quia pęna primo loco taxata, bene potest augeri seu multiplicari per adiectionem illius quarti, ut sic dicatur una pęna aucta, uel dicantur duæ pœnæ, & satis dici potest, ꝙ in casu Angel.& Bart.in d.l.ii.in dicto secundo casu pęna nunquàm dicitur perfectè taxata. seu li-
29 mitata,nisi postquàm aut defecerit, † qa condemnatus soluerit in termino,uel purificata sit,quia in termino non soluerit & isto ultimo casu, scilicet quando solutio non est facta in termino,seu intra terminum,censetur ille condemnatus fuisse ab ipso principio,in ipsa pęna principali & in quarto,quia illa conditio sic purificata retrotrahitur, & perinde est ac si à principio fuisset condēnatus in tota ipsa summa,scilicet principalis pęnæ & quarti,ut in l.potior.& in l.qui balneū.ff.qui potio.in pign. habeā. & ista minimè euenire & considerari possunt,in d.l.utrum, ut satis supra dixi.

Et licet supra dixerim d.l.utrū,facere pro Bar.in d.l.ij.de publi.iudi.& in primo casu deducendo, prout supra deduxi, Ego nunc plus dico,quòd ille tex.non solum non facit pro Angel. sed ibi est casus cōtra Ang.nam ille uersic.proinde, in quo sunt illa uerba, etiā pęna tardius pretio soluto,super quibus se fundat Angel.dependet à fine legis præcedētis,quæ incipit,si & rem & pretium, ubi tex.sic loquitur.apparet ergo possessorem & rem restituere petitori,& id quod ex uenditione eius rei lucratus est, qui text.fuit Diui Adriani Imperatoris, ut ibi dicitur in tex.ex quo text.Iurisconsultus Vulpianus in d.l.utrum.infert quòd uēditor tenetur restituere petitori non solum pretium rei uenditæ,sed etiam pęnam habitam propter pretium tardius solutum,& sic coniuncto fine illius legis si & rem & precium.

pretium, cum illo uersicu. proinde, qui similiter est in fine. d. l. utrum, manifestè ꝓbatur, quòd dicta pœna dicitur pœna illius uenditionis, seu contractus, seu pęna prouenieus ex uenditione seu ex cõtractu uenditionis, accedente etiam mora non soluentis pretium in termino di-
30 spositiuè limitato. † Ex quibus text. sic coniunctis uidetur etiam posse elici determinatio contra id, quod dixit Barto. in d. l. ii. de publi. iudic. in primo casu seu membro, uidelicet, quòd etiam quando soluere infra certum terminum est in dispositione, illud quartum ita dicitur pœna delicti, seu pœna ex delicto, seu ꝓpter delictum proueniens, sic in casu. d. l. utrũ. illa pœna dicit̃ pœna uenditionis, seu ex uenditione, uel propter uenditionem ꝓueniens, & pro hoc bene facit text. in. l. si cum exceptione. in uersic. quòd si homo. ibi quia tripli pœnam propter facinus satisfacere cogitur, &c. & etiam tex. in d. l. si plures in fi. ff. de pact. & prædicta etiã tali ratione seu argumento probantur,
31 quãdo † ad productionem unius effectus concurrunt duæ causæ, quarum una est prima & principalis, altera uerò posterior & secundaria, effectus ipse denominatur seu denominari debet à causa priori & principali, nõ autem à posteriori & secundaria, hoc uult Philosophus in secundo de anima, & Proclus in libro de causis. Sed in casu nostro ad productionẽ illius quarti concurrunt duæ causæ, scilicet delictum principale, & delictum contumaciæ, seu inobedientiæ in non soluẽdo primam condemnationẽ in termino limitato seu præfixo, & ut supra dixi, loquor, quando soluere infra certum terminum erat in dispositione. Sed principale delictũ est prima & principalis causa, contumacia autem siue inobedientia est causa posterior, & secundaria. ergo ipsa pęna quarti debet denominari ab ipo primo & principali delicto, tanquàm ab ipsa prima & principali causa, nõ autem à contumacia, tanquàm à posteriori & secundaria causa, & sic patet, quòd pœna illius quarti debet dici pęna delicti principalis, nõ autem contumaciæ seu inobedientiæ pœna.

32 Ad† idem quotiescunque ad productionem alicuius effectus concurrũt duæ causæ, quarum una in productione ipsius effectus magis & potentius operatur quã altera, effectus ipse denominatur seu denominari debet ab illa causa, quæ magis & potẽtius circa productionem ipsius effectus operatur, illud probatur per l. quæritur, & ibi not. maximè per Bald. ff. de statu. hom. Sed, ut supra dixi, circa ꝓductionem istius pœnæ quarti concurrunt duæ causæ, scilicet delictũ principale, & delictum contumaciæ, seu inobedientię. Certumq; sit, quòd ad productionem, seu circa productionem ipsius pęnæ quarti, magis & potẽtius operatur ipsum principale delictum, quam delictum cõtumaciæ seu inobedientiæ, consequenter & necessario concluditur, quòd pęna ipsius quarti debeat denominari ab ipso principali delicto, tãquam a causa circa eius productionem magis atque potentius operante, non autem a contumacia siue inobedientia ad eius ꝓductionem minus ope-
33 rante, † quòd autẽ ipsum principale delictum magis & potentius operetur circa productionem ipsius pęnæ quarti patet, quia sine ipso principali delicto non fuit possibile interuenire cõtumaciam. seu inobedientiam, de qua supra, nec ipsam pœnam quarti ab ipsa contumacia siue inobediẽtia prouenientem, sed bene fuit possibile, quòd ex ipso principali delicto produceretur pęna ipsius quarti, et non interueniẽte aliqua contumacia, Nã potestas condemnauit Titiũ in lxxv. libris quas soluere debeat infra mensem, & si eas nõ soluerit in dicto termino, soluat cum quarto pluri, poterat etiam, si uoluisset ex eius arbitrio à principio istũ Titium pro tali delicto cõdemnare in libris centum, in quibus continetur illud quartũ, de quo supra, quia libris septuagintaquinq; si addatur quartũ de pluri, constituunt libras centum, sic etiam in casu nostro, Potestas Paduæ, qui istum Titium condemnauit ex eius arbitrio in uigintiquinq;, quas si non soluerit infra mensem pœna duplicaretur, poterat eodem

dem arbitrio ipsum à principio condem
34 nare in libris quinquaginta. † quia isti potestates ciuitatum, maximè in terris Illustrissimi Du. Dominij Venetiarũ, dicuntur de maioribus iudicibus, & habẽt merum imperium, & omnimodã iurisditionem & potestatem, & cõmuniter utuntur, & etiam de iure uti possunt arbitrio in alteratione & commutatione pœnarum limitatarum tam de iure communi, quàm ex forma statutorum, etiam si iurassent ipsa statuta seruare, quia tales pęnas possunt cum causa ex eorum arbitrio alterare & commutare, ex quo sunt ordinarij & de maioribus, secũdum Inno. in c.j. extra de constitutio. & ibi etiam per Bal. & Barto. in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de ijs qui not. infa. Bal. in l. obseruare. in. §. proficisci, in xj. q. ff. de off. pro con. & lega. & in l. & si seuerior. in uersi. ex prædictis uidetur concludendum. C. de ijs qui not. infa. in c. iij. in fi. extra de proba. & in c. j. ex quib. cau. feu. amit. quæ est prima rubrica in. iij. lib. feudorum, facit l. hodie. & quod ibi not. ff. de pœnis. Sed nunquàm fuisset possibile quòd ex contumacia seu inobedientia sola, nõ interueniente delicto principali, productũ seu accusatum fuisset ipsum quartum. ergo necessariò concluditur, quòd circa ipsam pœnam ipsius quarti, & eius productionem, magis & potentius operatur ipsum principale delictum, quàm cõtumacia, siue inobediẽtia, ergo pœna ipsa quarti denominari debet ab ipso principali delicto, tanquàm magis & potẽtius circa productionem eius operante, non autem à contumacia siue inobedientia, tãquam minus operante, & sic debet dici pœna delicti, non autem pœna contumaciæ. licet Bar. aliter dixerit in d. l. ij. & in primo casu de quo supra. ff. de publ. iud. & ad hoc optimè facit l. quæritur. ff. de sta. homi. & multa iura quæ in similibus allegãtur, ibi per Docto. maximè per Bald. in d. l. si cum exceptione in. §. quatenus, el primo
35 ff. quod met. causa, sic dicit, † & circa hoc dicũt aduocati, ꝙ quartũ plus, quod additur ratione contumaciæ ex forma statuti, non dicitur pœna delicti, sed pœna contumaciæ. Vnde si statutum dicit, quòd pro homicidio sit pœna cẽtum, & si non soluerit infra decem dies, decapitetur. & quia ratione contumaciæ est condemnatus in quarto pluri, quòd licet illud quartum non soluat, non decapitabitur, nam licet prima facie doctrina ipsa Bal. facere uideatur cõtra doctrinã Bar. in d. l. ij. de publ. iudi. & contra ea quæ supra dixi & firmaui secundum Bar. & etiã ultra & contra Bar. tamen re uera non facit contra, quia Bal. præsupponit, ꝙ statutum imponebat pro homicidio pœnã centum, quas si nõ solueret infra decem dies, deberet decapitari, & sic erat pœna capitis subrogata loco pœnæ pecuniarię in centum per idẽ statutũ limitatæ, quod patet, quia dicit, ꝙ statutum dicebat pro homicidio sit pœna centum, quas si non soluerit infra decem dies, decapitetur. nã illud relationem, quas, est relatiuum substãtiæ, & suum antecedens est, libras centum. & ideò licet per aliud statutum disponatur; quòd condemnati teneantur soluere condemnationes infra certum terminũ sub pœna quarti, tamen ex quo statutum, de quo supra, subrogat pœnam capitis loco primæ condemnationis de centum, ut supra dixi, satis est ad euadendum pœnã capitis, quòd soluat illas centum libras, quarum loco pœna capitis est subrogata, ut supra. & sic patet, quòd in terminis Bal. non procedit titulus quæstionis seu præsentis dubitationis, procederet autẽ, si statutum præsupponeretur dicere, si condemnatus pro homicidio non soluerit condemnationem infra decem dies decapitetur, quia tunc posset dubitari, an ad euadendum pœnam capitalem sufficeret soluere libras centum, an uerò oporteret etiam pœnam quarti, in quam incurrerat, quia non soluerat illas libras centum, intra terminum à statuto limitatum; & sic tunc procederet dubitatio, de qua supra. Videlicet an illud quartum dicatur pœna delicti homicidij, an uerò pœna contumaciæ. in quo quid dicendum & tenendum sit, satis con
36 stat ex ijs quæ supra dixi. † Ego plus dico, quòd in terminis Bal. nõ credo quòd

V ille qui

ille qui secundum formam statuti erat condemnatus in centum pro homicidio quasi non soluerit infra decem dies, decapitetur, incurrat pœnã quarti ex alio statuto disponente, quòd condemnati teneantur soluere eorum condemnationes infra decem dies, uel forte plures sub pœna quarti, quia ista pœna quarti generaliter imposita non soluentibus eorum condemnationes infra decem dies, non uidetur habere locũ in condẽnatis pro homicidio, contra quos specialiter est prouisum de alia speciali & maiori pœna.s. capitis si non soluant centum infra decẽ dies, quæ sunt prima pœna pro homicidio, similiter per statutum imposita ar.l. doli clausula.ff.de uerb.oblig.

Nec etiam prædictis ob. quod not. Bald. & Saly.in l.fi.C.de usur. rei iudi. quia in alijs & diuersis terminis loquuntur, nam
37 ibi dicit Bal. † quòd si uno statuto caueatur, quòd positus in banno condemnetur in quarto pluri propter eius contumaciam, & alio statuto disponatur, quòd delinquentes, qui non soluunt condemnationem infra mẽsem debeant pati supplicium corporale, si quis exbannitus fuit in centum propter crimẽ & in quarto pluri propter contumaciã, si infra terminum soluit centum, & non soluit quartum, non debet pati supplicium. ista contumacia non est species eiusdem delicti, & quia esset adiectio adiectionis, & quia per istam contumaciam non inest aliqua qualitas deliñquenti, per quam crescat condemnatio, sed est pœna solius contumaciæ, quæ si addatur materiato, non tamen materiæ, ut. ff. de in lit.iur.l.j.& ibi casus, hæc sunt uerba Bal.in d.l.fi. Ex quibus patet ꝙ in terminis, de quibus supra per Bal. nõ cõstat unde causata esset illa contumacia, & fortè poterat esse causata ex eo, quia non comparuerat, & sic fuerat contumax in non comparendo, & sic incideret in aliam difficilem dubitatio-
38 nem. † Videlicet, an condemnati seu banniti propter contumaciam, quia citati non comparuerunt, dicantur condemnati seu banniti ex delicto. & an qui fuit fideiussor pro delicto, teneatur pro taliter condemnato seu bannito per contumaciã, quia non comparuit; quæ materia sola & de per se exigeret longam consultationem, ideò hic non insisto. Item in terminis Bal. clarum est, quòd illa pœna quarti erat expresè per statutum inflicta
39 propter contumaciam, † Barto. autem in l.ij.ff.de publ.iud. etiã in hoc satis concordat, quòd quando illud quartum uenit, seu infligitur ratione contumaciç, nõ dicatur pœna delicti, & sic etiam secundum Bar. in terminis Bal. ad euadendum supplicium corporale sufficeret soluere libras centum, sine illo quarto. quia, ut supra uisum est, statutum in terminis Bal. dicebat, quòd delinquentes, qui non soluunt condemnationem infra mẽsem, debeant pati supplicium corporale, & sic apertè loquitur de pœna delicti, quód patet propter illud uerbum delinquentes. Item Bal. seu hæc sua doctrina fundatur super tex. in .j.ff. de in lit.iuran. & tamen ipse Bal. ut etiam dixi supra in prin. in d.l.j. format istam q. & nihil firmat, sed dicit dicẽdum, ut per Bar. in d.l.ij.ff. de publ.iud. Salyce. autẽ in d.l.fi. de usu. rei iud. & Ang. in d.l.j.ff. de in lit.iur. idẽ dicunt, quod Bal. in d.l.fi. ideò eorum dictum aliter nõ discutio, Similiter & Bar. in d.l.j. de in lit.iuran. sed remittit ad dicta per eum in d.l.ij. de pub.iud. Casus ergo noster, & doctrina Bar. ut ex prædictis patet, multum differunt à casu & terminis Bal. & aliorũ, ut supra dixi, & inquãtum, & quatenus conueniant seu conuenire possint. Bal. ipse aliquando, ut supra dixi, secutus est Bar. sed alia ratione, uidetur mihi, quòd casus præsentis consultationis longe minorem habeat dubitationem, quàm casus de quo per Bar. in
40 d.l.ij. † Nam in casu nostro in sententia ille Titius fuit condemnatus in libris uigintiquinque, quas si non solueret infra mensem, pœna duplicaretur. Quæ nam est ista pœna, quç duplicatur, seu duplicari debet? certum est, quòd est pœna delicti & non alia, & ista pœna delicti sunt illæ lib. uigintiquinque, quæ duplicandç sunt, si non soluantur infra mensem. hic ergo reperitur unica pœna, scilicet delicti du-

cti duplicata, tamen propter illud accidens.s.quia illæ libræ uigintiquinque nō fuerunt solutæ infra mensem, unde nulla uidetur hoc casu dubitatio, quòd etiam si soluere illas libras uigintiquinq; infra mensem erat in dispositione, tamē tota
41 dicatur pœna delicti.† In casu autē Bar. in d.l.i.non dicebat statutu mnec senten tia,quòd pœna duplicaretur, sed dicebat soluat cum quarto pluri,& sic istud quar tum plus, re & nomine satis dici potest pœna de per se,saltem quando soluere in fra certum terminum est in dispositione, Vtrum autem sit pęna delicti uel pœna contumaciæ, & quid iuris sit utroq; casu, quantum ad propositum satis patet ex iis,quæ supra dicta sunt.

42 Præmissis † igitur sic discussis dico & alia ratione,quòd siue soluere infra certum terminum sit in dispositione,siue in conditione tantum, tamen semper illud qu artum siue pœnæ duplicatio, semper dicitur pœna delicti, secundum communem usum loquendi, quia quod dicatur pœna delicti uel contumaciæ,procedit, siue prouenit ex iuris,siue prudentum in terpretatione, ut ex prædictis satis constare potest,quia,ut supra uidimus, inter Doctores est contentio circa hoc, & qui libet nititur opinionem suam iuris auctoritate atque interpretatione defensare. Sed secundum communem usum loquendi talis pœna siue quarti,siue duplicationis utroque casu dicitur pœna deli cti, quia quilibet interrogatus in casu no stro,quare ille Zampetrus fuit condemnatus in quinquaginta secundum communem usum loquēdi responderet, quia uulnerauit talem,& sic se referret ad primum & principale delictum, & nequaquàm uteretur ista circūlocutione seu distinctione. Videlicet fuit condemnatus in xxv.quia talem uulnerauit, & in xxv. quia primas uigintiquin q; non soluit in termino,sed,ut supra dixi,unico uerbo se expedisset dicendo quia,talem uulnera-
43 uit,†modo de iure clarum est,quòd communis usus loquendi pro lege seruandus est; & secundum communem usum loquendi sunt intelligenda uerba legis & scripturæ.c.maiores,& ibi per D. Ant.de But.extra de baptis.& est bonus tex.in c. ex literis, extra de sponsa. & in c. inter corporalia in uersic.sed neque,ibi secundum communem usum loquēdi extra de transla.prelato.& maximè attenditur in iure consuetudinario, Bald. in c. i. circa medi.ii.colum.de feu.marchi.in usi. feu-
44 dorum. † Item in quacunque materia præfertur propriæ uerborum significationi, siue propria significatio proueniat ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue ex iuris auctoritate, D. Nico.abb.sicu.in c.i.in pen.colum.de iud.allegat.l. librorum.§. quod tamen Cassius ff. de leg. iii. Et quòd habeat locum in statutis,& etiā in odiosis,tenet idem Abb. in c. per tuas extra de probat. & Albericus de Rosat. conciuis meus,in l.i. § item senatusconsulto, ff.de postulan. & in opere statuto, in ii. par. q. clviii. Et quòd præferatur propriæ uerborum significationi,tenet etiam Butriga.in l.ii §.appellata. ff. si cer. petat.& D.Ant.de But. in proœ. decreta. circa fi.ii.colum.& etiam in vj.col.ubi di cit,quod etiam in materia stricta præfer tur propriæ uerborum significationi, & idem tenet ipse in ca.quàmuis, extra. de
45 uerborum significatio. † ubi dicit quòd in intellectu scripturarum & statutorum communis usus loquendi præfertur proprio uerborum significatui, & idem tenet ipse in c.iis eod.tit.ubi dicit, quòd communis usus loquendi præponderat omni significatui,& tenet etiam Bar. in l. stipulatio ista in,§.hæc quoque in.fi.ff.de uer.obli.& Bal.in l.liberti,in uer.ex hoc præmisso.C.de oper.libert.ubi dicit,quòd communis usus loquendi dicitur ex pro pria significatione,& idem tenet ipse in l. quòd si nepotes. ff. de testamen. tute. ubi dicit, quod communis usus loquendi po tius debet attendi, quàm interpretatio iuris,& de materia habetur, & tractatur: in l.cum de lanionis.in §.asinam. de fundo.instruc.& in l.Labeo.de suppellec.lega.& in aliis iuribus ad hoc uulgaribus. Sed cum,ut supra dixi,taliter condemna tus secundum communem usum loquen di semper dicatur condemnatus ex deli-

cto, seu propter delictũ principale, & talis pœna siue quarti, siue duplicationis, semper dicatur pœna delicti merito constat, quòd etiam ex isto capite, seu fundamento tota illa pœna librarum quinquaginta, de quibus supra in casus positione fit mẽtio, dicitur, seu dici debet pœna delicti, & ille Titius dicitur condemnatus in quinquaginta ꝓ delicto. s. principali.

46 † & pro hoc facit, quia in istis delictis, maximè ubi agitur de uita hominis, benignior pars & interpretatio semper est assumenda. l. si de interpretatione & l. præses. ff. de pœnis.

47 † Nec obst. si dicat̃ etiã pro altera parte ꝙ agitur de uita hominis, quia de cuius uita iam actum est, ex quo mortuus est, & eius uita nullo modo recuperari potest: hic autem agitur de uita uiuentium, s. interficientium, pro qua saluanda, iura sunt benignè interpretanda, & illa dicit̃ interpretatio benigna, quæ pro eorum salute facit, ut habetur in iuribus superius allegatis, & facit etiam l. absentem.

48 ff. eo. ti. de pœnis. ubi dicitur, † quòd melius & sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.

49 † Nec obstat, si dicatur, illa lex loquit̃ in casu dubio, sed hic sumus ĩ casu certo, quia constat istos, contra quos pro eius morte proceditur illum interfecisse, quia respondeo, quod & si factum sit certum, certum est tamen uel saltem dicitur incertum, an illum impunè potuerint occidere propter ea, quæ supra dicta sunt & sic si hoc est de iure incertum, negari nõ põt, qn in dubiũ sit, an isti ĩterfectores dicantur nocẽtes uel innocentes, non dico à facto simplici. s. utrũ interfecerint uel ne, sed à facto qualificato. s. punibili uel impunibili. Sup qua iuris dubitatione, si dubitatio est, licet, ut supra conclusum est, res ista nullam habeat dubitationẽ, benignior & humanior pars fuit & est eligẽda. ut in iuribus prædictis, & aliis, quę ad hoc solent uulgariter allegari, & facit etiam regula. c. odia. de reg. iur. li. vi. ubi dicitur, quòd odia sunt restringẽda & fauores ampliandi.

50 † Nec obstat, si dicatur, quod hæc opinio nutrit odiũ, quia inuitat, uel saltem faciliores reddit homines ad insidiãdum uitæ taliter condemnatorum, quia respondeo, quòd hæc opinio prius & ante omnia arctat homines ad abstinendum à delictis, seu maleficiis timore, ne sic condemnẽtur, & condemnati interficiantur, & si pur inciderint in aliquod delictum, ex quo taliter sint condemnati, reddit ipsos magis solicitos ad satisfaciendum & soluendum communi id, in quo fuerunt sic condemnati: Ex quibus omnibus concludo ipsum Zampetrum impunè potuisse occidi, & interfectores non posse de iure pro eius morte condemnari & banniri. Laus Deo.

Ea omnia, quæ suprascripta sunt iuris esse puto, Ego Antonius de Bongis inter doctores Bergomẽses minimus, & in præmissorum robur me propria manu subscipsi, & mei consueti sigilli impressione muniui, saluo semper cuiuslibet saniori consilio.

CONSI. D. FRANCISCI DE MACLAVELLIS VICENTINI V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in uigintiquinq;, quas si non soluerit infra mensem pœna duplicetur, an non soluendo infra mẽsem poßit impunè occidi stante statuto, quòd condemnatus in quinquaginta impune offendi poßit, per tot. cons.*

2 *Pœna cõtumaciæ nõ facit crescere pœnã delicti.*

3 *Coaceruatio pœnarum non fit, quia liberatio reorum est fauorabilis, & ideo pœnæ non sunt augumentandæ.*

4 *Mens sententiæ est seruanda, etiam si uerba sententiæ improprientur.*

5 *Si constat quem mihi debere centum, & quòd ego sibi remisero quinquaginta, si alia quinquaginta infra mensem mihi solueris, alias quod soluas dicta centum, tunc tale pactum ualet & tenet.*

6 *In dubio præsumitur pro Iustitia sententiæ.*

7 *Pœna propter morã in non soluendo adiecta contractui, præsumitur in fraudẽ apposita.*

8 *Iudex præsumitur potius rõne delicti cõmißi uoluiße condemnare reum, & sic eo quia*

ita deliquerat, quàm ratione contumaciæ & separatim à delicto.
9 *Augumentatio condemnationis propter morã in non soluendo, procedit ratione delicti, nõ ratione contumaciæ, ut à delicto separatæ.*
10 *Intellectus uerborũ Bar. in l. ii. ff. de pub. iud.*
11 *Summa requisita à statuto pro offendendo impunè bannitum, non refert an sit comprehẽsa in unica uel dupl ci dispositione sentẽtiæ.*
12 *Quartum quando dicatur esse adiectum ratione contumaciæ.*
13 *Quartũ plus dicitur impositũ rõne contumaciæ quando diuersa lege, aut statuto, uel sententia est impositũ, secus si unica sententia, quia tunc illud dicitur uenire rõne delicti.*
14 *Condemnatio facta non per officium iudicis extrinsecum, sed rõne delicti declarati per statutum, licet ex duplici dispositione sententiæ processeris tamen est eiusdem effectus.*
15 *Verbum offendi, idem importat, quod occidi.*

CONSILIVM LXVIII.

IN NOMINE Omnipotentis Dei Amen. Ex facto proponitur, quòd iis proximis diebus antedictus Zampetrus Martinelli à certis suis inimicis occisus est. Quæritur an iure cæsus sit, & occisores impunè euadãt, stãte suprascripta parte Illustris. Do. No. qua cauetur, quòd condemnati in quinquaginta libris & ab inde supra, pro quocũq; crimine uel delicto, qui usq; duos menses non soluerint, uel de ipsis gratiam non habuerint, stantes & commorantes in ciuitate Vincẽtiæ seu territorio Vicentino possint à quolibet impunè offendi. Stanteq; suprascripta condemnatione dicti Zampetri in uiginti quinque libris, quas si non soluerit infra mensem, pœna duplicetur pro toto excessu ex arbitrio condemnatus.

Primò uidetur, quòd ille Zampetrus non potuerit offendi quũ in prima dispositione sententiæ non fuit condemnatus in quinquaginta, sed solum in uigintiquinque, & sic pars non habet locum in casu
2 Prædicto. Nec † obst. quòd dictum fuit, quas si non soluerit intra mensem, pœna duplicet; quia illa adiectio siue augumentum factum esse uidetur magis in pœnam contumacis non soluentis intra mensem quàm ratione delicti, ita ut determinare Bar. in l. i. C. de usur. fisca. lib. x. & in l. ideo. de compensa. plenius per eundem, & magistraliter in l. ii. ff. de publi. iud. ubi concludit, quòd condemnatio facta in centum, & si non soluerit infra decẽ dies condemnatus sit in quarto pluri, quòd illa est pœna contumaciæ; hanc eandẽ sententiam amplectitur Bald. in l. siue, quæ est l. iii. ff. qui satisd. cog. ubi expresse dicit, quòd pœna & condemnatio adiecta moroso in nó soluendo intra terminum, sit potius pœna contumaciæ, quàm delicti; hoc idem in l. i. ff. de in lit. iurã. ubi dicit, si sit statutum, quòd non soluerit pœnam pro homicidio impositam infra decem dies, decapitetur; aliud statutum dicit, quòd contumax in non soluendo cõdemnetur in quarto pluri; hic soluit condemnationem principalem, sed nõ quartum; an hic erit decapitandus, si enim diceremus hanc adiectionẽ quarti esse propter delictum, erit decapitandus, si cõtumaciæ non erit decapitandus, sed aliter astringendus & in carcere mancipandus, & hoc sequitur ibi Bal. quæ sentẽtia etiã fuit Bar. in d. l. ii. de publi. iudi. hoc idem Bal. apertè, in additio. Specu. in titulo de sen. mihi in xx. col. ubi dicit statutũ ꝙ homicida cõdẽnet in mille. hoc ẽt sequitur Ange. in l. si cum exceptione. §. in hac ff. quod met. cau. dicens, quòd si prædicta alteratio pœnæ in casu non factæ solutionis, adderetur per statutum, tunc erit cõtumaciæ non delicti, habita tamen distinctione Bartol. in d. l. ij. Sed si imponitur per iudicem, dicit, quòd sine dubio est pœna contumaciæ, de hoc etiam per Bald. in l. cum iudex. C. de senten. & interlocut. omni. iudi. Probatur prædicta opinio ex. l. j. ff. de in lit. iuran. & quòd ibi per Bartol. ubi expresse dicitur, quòd fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo acceptus, eo quòd in iudicium erat deductum, non intelligitur obligatus, nisi in principaliter debito & condemnato, non autem in eo, quòd crescit ex contumacia, uel mora principalis non soluẽtis, scilicet, quia id est extrinsecus.

Petita,

Petita, itaq; in proposito principalis condemnatio id est.xxv.libræ,debent attendi, non autem,quod crescit ex non solutione facta, & per consequens Zampetrus est condemnatus in.xxv. libris pro delicto & in alijs.xxv.eo quia non soluit illas.xxv.intra mensē,sed ista dicitur esse pœna contumaciæ non autem pœna delicti. ideò non uidetur pro delicto condemnatus in 50.libris, sed solū in xxv.& sic non potuit occidi. Nam diuersum quid est pœna delicti, à pœna orta & augumentata propter contumaciam, ut est tex.in l.locum.§.condemnatio. ff. de tabul.exhib.sicut aliud est ipsum delictum principale,aliud quod uenit ex accidenti propter moram,& aliud quòd uenit ex accidenti propter moram ab ipso principio,aliud quòd crescit ex post facto,iuxta not.in l.uinum.ff.si cert.pet.& l.:centum capuæ de eo quod certo loco; ista sunt quæ possunt facere uideri rē dubiā.

3 Secundo † facit pro hac parte, quòd in pœnis non fit coaceruatio ad liberandum delinquentem,& ideo dicitur,quòd stante statuto antedicto, si quis condemnatus erit duabus condemnationibus, una in xxv.pro delicto commisso in personam B.alia in xxv. per percussione facta in personam.C.non erit impunis,qui occiderit huiusmodi condemnatum in duabus uicibus;quia non fit coaceruatio, ut tollatur occasio delinquendi; & ideo restringitur dicta constitutio, ut uolunt omnes Docto.in l. si idem cum eodem. ff.de iurisdi.omni.iudi.l.ubi fideiussor.ff. de solutio.& utrobiq; per Bartol. & omnes Docto.ita uidetur dicendum in proposito nostro, quòd illa augumentatio pœnæ non augeat pœnam.xxv. librarum principaliter impositam ad finem liberandi occisorem, quia talis coaceruatio est odiosa,ideo astringenda.

His non obstantibus de iure puto contrariam sententiam,esse ueriorem, scilicet hanc duplicationem uigintiquinq; librarum non esse factam ratione contumaciæ in non soluendo pro causa extrinseca extra maleficiū,sed potius propter ipsum maleficium fuisse principaliter adiecta, & sic erit,& est uerum dicere Zampetrum,qui non soluit condemnationem xxv.librarum intra mensem, haberi pro condemnato, & condemnatum esse in quinquaginta libris. Et istud probo primò ex uerbis & mente sententiæ, tam expressis quàm tacitis,secundo euidenti,ac iustissima & naturali ratione tertiò auctoritate expressa, quàmplurimorum Doctorum summorum, qui casum nostrum in terminis decidunt.

Primò enim istud patet ex uerbis tacitis,
4 & expressis,ac † mente sententiæ,quę seruanda est.l.si ex testamento in fi.ff. de excep.rei iudi.not.Bald.in l. i. communia utriusq; iudi. quinimmò ut seruetur mēs iudicantis,uerba sententiæ etiam improprientur,ut not.Gloss.in l. & puto.§.i.ff. famil.ercis.& not. Bald.in l.i.C.communi diuid. mens igitur consulatus dominorumq; consulum ciuitatis Vincentiæ fuit Zampetrum condemnare in quinquaginta libris,ratione commisi facinoris per eum, qui ita merebatur ex pœna opposita per statuta Vincentiæ, quia pluries noctu percussit alium cum pugnis & in persona & in facie, opemq; & auxilium Iuliano præstitit, qui spingendo quendam,detrusit ipsum in quendam murum, ex quo fregit sibi caput cum sanguinis offusione, manuq; insultati fuerunt eundem cum lapidibus, & hæc constant ex processu,cūq; fuerit de nocte,pœna duplicatur ex forma statutorum.

Quibus consideratis proculdubio pœna ascendebat ultra quinquaginta lib. denariorū, & ut spe præmii inuitarētur ad soluendum,condemnati fuerunt in xxv. libris pro quoq;, quas,si non soluerent intra mensem, condemnati essent in quinquaginta pro quoq; pro toto excessu, ex arbitrio sibi per statuta dato, quia illis non soluentibus noluit consulatus liberalitatem suam in ipsos collatam habere locum, sed ipsos secundum formam sta-
5 tuti in quinquaginta condemnare† sicuti si unus teneretur mihi in centū, remitto sibi quinquaginta si alia quinquaginta intrà mensem soluat, & illo non soluente soluat centum mihi debitor, hoc pactum ualet,

ualet, & iuridicum est, quando constat de credito, ut est text. nota. in l.si intra.ff. de pactis.secus si non constaret, quia tunc censetur additum in fraudem ut no.Bald.in l.i.C.de iis quę pœn.no.in iiij.oppo. Ita in proposito cum constet Zampetrum taliter deliquisse, quòd meretur condemnari in quinquaginta libris;si consulatus remittit sibi dimidiam si soluerit alteram dimidiam intra mensem,cum non satisfecerit,quis dubitat,ꝙ ratione delicti uoluerit cõsulatus, quòd succedat condemnatio in quinquaginta iustè & æquè,in quibus erat dictus Zampetrus obnoxius,per prædicta,& rationẽ antedictam.& quòd modo fuerit mẽs iudicantium pro delicto cõmisso duplicasse pœnam,non autem extra delictum ratione solius contumaciæ, probatur etiã expresse ex uerbis apertis,dum dicit, ꝙ pœna duplicetur pro toto excessu. Item tacitè quia non est de cõsuetudine augere pœnam in duplis ratione cõtumaciæ ubi intelligitur ex processu illum taliter deliquisse, quòd illam pœnam mereret̃ de iure statutorum;si autẽ in quarto pluri auxisset,bene illud solet apponi ratione contumaciæ in non soluẽdo intra mẽsem,& ita dictat statutum Vincẽtiæ. suadet, quòd ratione delicti non contumaciæ aucta fuerit in secunda dispositione
6 sententiæ, † quia præsumitur in dubio ꝓ iustitia sententiæ.l.habemus.§. Caya.ff. de euictio.cap.in præsentia.de renuntia. Iustitia autem sententiæ magis in hoc fuit, quòd ratione delicti, quàm contumaciæ aucta fuerit condemnatio,quia in quinquaginta erat obnoxius Zampetrus ratione delicti;si autem diceremus,quòd potius ratione contumaciæ in plus fuisset condemnatus esset redarguere sententiã de enormi iniquitate, quæ uoluisset in duplum iusti pretij condemnare eo, quia intra mensem non solueret id simplum, quod esset absurdum,ita de dominis consulibus præsumere, quòd tam ini
7 què iudicassent, † & contra iura, quæ uolunt,quòd si pœna propter moram in nõ soluendo addiicitur contractui,pręsumatur in fraudem apposita, ut habetur per Gloss.& Docto.in l.Iulianus.§.idem respõdit Papininnus. ff.de actio.emp.& in l. cum allegas.C.de usur.& ibi per Bald. uersi.deinde quæro de tali.q.in v.colum.
8 ne † igitur talis sinistra iniquitatis suspitio oriat̃,de sententia potius etiam si esset res dubia pręsumere debemus,potius condẽnationẽ auctã ratione delicti quã contumacię,quia pro contumacia duplũ esset nimis excessiuũ,sic ergo patet,ꝙ tã ex uerbis tacitis & expressis ac mente sẽtẽtiæ,& iustissima ratione dicẽdum rõne delicti cõmissi uoluisse dominos iudices condemnarę Zampetrum & sociũ in duplum, eo quia delinquerant, quàm ratione contumaciæ & separatè à delicto.
9 Tertio modo idem ostenditur euidenter primo per text.optimum in l.si cum exceptione.§.quatenus.ff.quod metus cau. in uersicu.quòd si homo. in uer. quia tripli pęna propter facinus satisfacere cogitur, quẽ text. allegat ad hoc Ange.in l. ij.ff.de public.iudi.dicitur enim ibi quòd quis erat condemnatus ad restitutionem serui,& in quadruplo si nõ restitueret infra duos menses, mortuus est seruus intra tempora iudicati,dicitur ibi,quòd cũ propter facinus fuerit condemnatus ad illud quadruplum,si non fuit in mora soluendi,liberatur.Ecce igitur text.apertus quod augumentatio condemnationis ꝓpter moram in non soluendo procedit ratione delicti, non ratione contumaciæ, ut à delicto abstractæ, & separatæ.
10 Item † probatur hoc ex theorica Barto.in l.ij.ff.de publ.iud.quam omnes Docto.sequuntur.qui quærit, statutum dicit,quod quis ex tali delicto puniatur in tantum,& si nõ soluerit infra decem dies puniatur in quarto pluri,an si non soluerit illud quartũ dicetur pœna delicti, an pœna contumaciæ nõ soluẽtis,& distinguit,an illud quartum positum fuit in dispositione,aut conditione,ut si in dispositione condemnationis sit pœna contumaciæ, si in conditione sit pęna delicti; dat exemplum si in dispositione, ut si cõdemnaretur in centum, & in quarto pluri si non solueretur intra decem dies,tũc enim cum fuit condemnatus & in quarto

to pluri, si non soluerit condemnationē in termino, dicitur contumax, quia non obediuit statuto, uel sententiæ, ut in to to tit. ff. si quis ius dicen. non obtempe. ut dicitur contumax à contemnendo, & isto casu dicit pęna contumaciæ, eo quia sententiam iudicis, uel statuti spreuit. Si uerò in eo quarto non fuerit condem tus, sed relictus in eius arbitrio & optio ne, ut si dixero, si non solueris intra decē dies etiam enim quia conditio nihil po nit in eē. l. si quis sub cōditionē. ff. si quis obmis. cau. testa. cum non fuisti condem natus ad soluēdum intra decem dies, sed solummodo dictum, casu quo non solue res intra decem dies, incurras in quartū, tunc non potest dici contumax. erit igi tur pœna delicti qualificati, si non fieret solutio itra decē dies, soluat quartū plus iste est intellectus Bartol. qui communi ter habēt corruptus in d. l. ii. In proposi to nostro Zampetrus non fuit condem natus ad soluendum xxv. libras intra mē sem, sed simpliciter dictum, nisi solue rit intra mensem. ergo non soluendo nō fuit contumax; & sic non potest dici pœ na contumaciæ; si non contumaciæ, ergo pœna delicti. & ita omnes Barto. ibidem interpretatur. hoc idem Bald. in l. i. ff. de in lit. iurā. maximè in uersicu. sed quid si pęna. ubi quærit. quid si pœna adiecta est non soluenti, an sit pœna delicti, uel con tumaciæ, & concludit, quòd maleficii, di
11 cens † quod licet non sit in prima dispo sitione sententiæ condemnatus in quin quaginta, est tamen in secunda, dum dici tur, quas si nō soluerit, pœna duplicetur, est ergo in quinquaginta condemnatus ratione non solutionis factæ in termino & ibi Bald. sentit expresse, & respondet ad illā l. i. de in lit. iur. hanc quæstio. no stram determinat Angel. in terminis no stris in l. si plures. ff. de pact. in fin. ubi ad literam dicit, unum tamen diligēter no. quòd si esset quis exbānitus in quinqua ginta, & si non solueret intra decem dies esset exbānitus in cētum, quod tūc pote rit offendi impunè. & sic auctoritas Ex cellētissimi Doctoris Dom. Ange. de Pe rusio magni practici determinat casum nostrum, immò uerius iurisconsultus ibi determinat i ultimis uerbis illius l. si plu res. in fi. ubi quòd debet ex usuris accre scit in creditū, quas tamē cōstat esse odio sas, & etiam non deberi in casu non solu tæ sortis; nec me mouet in contrarium, quod scribit Paul. de Castr. in l. ubi fide iussor. ff. de solutio. qui prędictam opinio nem Ange. impugnat, dicens, quòd etiā isto casu, quando prædicta condemnatio facta est in xxv. quas si non soluerit in tra decem dies, sit condemnatus in quin quaginta, dicitur potius pœna contuma ciæ, quàm delicti, & sic sentit, quòd tali ter condemnatus non potest occidi con tra Ang. quia istud dictum Paul. de Cas. est contra theoricam Barto. in d. l. ii. ff. de publ. iud. quam omnes sequūtur, & etiā in casu nostro non haberet locum pro pter uerba & mētem sententiæ, ut supra dixi, immò istud est contra eundem Pau. de Cas. in l. si plures. ff. de pac. ubi expres sè laudat & approbat opinio. Ange. in d. l. si plures

12 Non † obstant allegata in contrarium, uidelicet quartum adiectum, si non solua tur condemnatio, non uidetur adiectum ratione contumaciæ, non delicti, quia procedit secundum distinctionem & ma gistralem doctrinam Bartol. in d. l. ii. de publi. iudi. uidelicet quia illud uerum quod esset ratione cōtumaciæ, qn̄ in sn a condēnatus esset ad soluendū intra men sem uel decē dies ad soluendū, sed simpli citer dictum, si non solueris, &c. tunc non potest dici ratione cōtumaciæ, quæ nulla fuit, cum solutio fuerit collata in facultate soluendi contra terminum, nō autem in obligatione soluendi intra ter minum illum, facit ad hoc optimè tex. in l. i. §. item si ita. ff. ad l. fal. uersi. ideq; erit ut si dixerit testator, si hæres penum non dederit, decem dato, dicitur penum esse in facultate soluendi, decem uero in obligatione, sic in proposito, soluere xxv. libras infra mensem fuit in facultate Zampetri, quas si non soluerit intra men sem, istud est in obligatione.

13 Prętereà † illa sententia procedit, quādo quartum diuersa lege aut statuto, uel sen-

ſententia imponeretur, quia tunc bene eſſet ratione contumaciæ, ut quotidie fit. Nam prætor factis condemnationibus pronuntiat, & condemnat in quartum, caſu quo non ſoluant intra mẽſem, & ita eſt ſtatutum Vincẽtiæ, & quaſi ubique, pro hoc quod not. Fulgo. & cõfirmant Docto. quòd ſi una & eadem ſententia condemnaretur quis ad reſtitutionem rei, & caſu quo non reſtituiſſet, fieret condemnatio ſecundum iuramẽtum in litẽ præſtitum, quod fideiuſſor iudicatum ſolui acceptus, prout erit iudicatũ, condemnatur etiam in eo, quo per iuramentum in litem decreuerit, quod non erit ubi diuerſæ ſententię latę erunt, quã ſententiam etiam ſequitur D. Alexã. de Imo. in d. l. i. de in lit. iurã. In caſu igitur noſtro cum ſit unica ſententia condemnatus Zampetrus in xxv. libris modificatiuè tamen, ſi ſoluerit intra menſem, alioqui autem eo non ſoluente, ſit condemnatus in quinquaginta pro toto exceſſu, aliter non poteſt dici niſi condemnatus eadem ſententia in quinquaginta.

14 Præterea † etiam ſi condemnatum dicimus ipſum ex contumacia non ſolutionis factæ, adhuc, cum ſit condemnatus in quinquaginta ex natura delicti ita requirentis ſui natura, declarata per ſtatutum & non per officium iudicis exterinſecè interuenientis, ſed ſeruiens naturæ delicti, dicere nõ poſſumus aliter, niſi ipſum condemnatum in quinquaginta, & quanuis non in prima diſpoſitione ſententiæ, ſaltem in ſecunda, caſu quo illa non ſoluerit intra menſem, quòd eſt eiuſdem effectus, ut not. Bal. in d. l. i. ff. de in lit. iur. uerſicul. ſed quid ſi pęna, & optimè facit quod idem ſcribit in d. l. ſi cum exceptione. §. quatenus uerſi. Item notã. in uer. ꝙ ſi homo potiſsimè cum iſta contumacia prætenſa oritur ratione delicti. ergo eſt delictum, ut Bar. in l. omne delictum. ff. de re militar. & not. per Cyn. Bald. & Saly. in rub. ff. & C. de crimi. ſtelliona. ſi delictum, ergo ſubiacet parti antedictæ. illud enim quæ dicit ꝙ condemnatus pro quolibet delicto in quinquaginta libris,

15 &c. † poſsit offendi, quod importat ideſt, occidi, ut not. Bart. in l. iij. in fin. ff. de adimen. lega. Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de conſtitutio. in fin. Alberic. de Roſa. in quarta parte ſtatuto. quæſtion. cxviij. & Barto. conſuluit conſi. incip. ſtatuto caſtri plebis. Pau. de Caſt. in l. raptores. C. de epiſcop. & cleric. & Idem poſt Ange. in l. Maurus. ff. de ſerui. urban. prædio. quod procedit etiam ſi data opera occiſus fuiſſet per eius inimicos, ut ponit Alberic. de Roſat. & ita ſequitur in iiij. par. dicti operis ſui ſtatutorum. capi. xx. quod incipit, ſed quid in tali quæſtione, optimè facit, quod not. Barto. in l. fin. ff. ad l. iul. de adulter. & Bald. & Ange. in l. genero. ff. de infami. ubi ſi occido bannitum, quem ignorabam bãnitum, nõ punior, licet non conſequar hoc caſu præmium, quod datur occidentibus bãnitos, & iſtud approbat conſuetudo interpretans uerbum offendi, ut intelligi poſsit occidi. Ex iſtis igitur concludo Zampetrum antedictum, qui non ſoluit condẽnationem. xxv. librarũ intra menſem, haberi pro condemnato, & condemnatum eſſe in lib. quinquaginta, & per cõſequẽs ſubiacere prouiſioni & parti antedictæ Illuſt. D. N. V. Laus deo.

Franciſcus de Maclauellis inter I. V. Doctores minimus.

CONSIL. D. PETRI DE SONCINO V. I. D. IVRA CIVILIA ORDINARIÈ legentis in ſero in fœlici ſtudio Paduano.

In caſu ſupraſcripto

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponẽs, quòd condemnati in quinquaginta libris poſsint impunè offendi, inducit etiam poteſtatem occidendi.*

2 *Statutum prædictum debẽt intelligi ſiue crimen ſit leue, ſeu graue, dummodo quis condemnatus ſit in quinquaginta libris.*

3 *Statuta diſponentia bãnitos, uel condẽnatos impunè occidi poſſe, ualent & tenent.*

4 *Statuta prædicta ſunt odioſa, & reſtringẽda*

& ideò intelligenda de condemnatis pro delicto, non autem pro contumacia.

5 Pœna quæ accrescit contra condemnatum, ex quo non soluit infra tempus, non est pœna delicti, sed contumaciæ & moræ.

6 Pœna tarditatis licet succedat in locum pretii non tamen est originale pretium.

7 Vsuræ, quæ debentur creditori propter morã debitoris, accumulatæ sorti, faciunt unum creditum, ita quod creditum comprehendit tam usuras, quàm sortem, & dicitur unum & idem creditum.

8 Pœna una quando transfunditur in aliam, tunc secunda pœna dicitur pœna delicti sicut erat prima.

9 Pœna quando multiplicatur, tunc quia crescit ratione contumaciæ & non delicti, habito respectu ad delictum intentatum, non autem intelligendo de delicto in genere, si est in conditione posita, licet propter contumaciam, tamen dicitur pœna delicti.

10 Pœna imposita per iudicem, quando est arbitraria, & fuit diminuta, tũc pœna multiplicata usque ad quantitatem requisitam à statuto, licet ex causa contumaciæ, dicitur pœna delicti.

11 Ex statuto si instrumenta pura sunt mandanda executioni, instrumentum quoque conditionale mandabitur executioni, cuius conditio extitit de præterito.

12 Statutum quando loquitur in genere de condemnatione, & se non restringit, neque specificat de pœna delicti, uel cõtumaciæ, tunc qui nõ soluit cõdẽnationẽ, siue illa sit ex delicto, siue ex contumacia incurrit pœnam statuti, quod si erit de impune offendendo, taliter condemnatus poterit impune offendi.

13 Statutum prædictum si loquatur de soluendo pœnam homicidii non extenditur ad pœnã, quæ creuit propter contumaciam.

14 Condemnatus ad soluendum condemnationẽ, si non soluit pœnam auctam propter moram commissam in non soluendo, comprehẽditur in dispositione statuti permittentis talem cõdemnatum impunè offendi posse.

15 Cum agitur de liberandis reis illa interpretatio est accipienda, quæ pro eorum facit liberatione.

CONSILIVM LXIX.

1 IN CHRISI nomine Amen † Visa sententia, aliàs lata contra Zampetrum Martinelli, ac uisa parte Illustrissimi Ducalis Dominij Nostri, qua cauetur, quòd omnes condẽnati in quinquaginta libris, & ab inde supra, pro quocunque crimine usque ad duos menses non soluerint, habitantes in ciuitate uel eius territorio, possint à quolibet impunè offendi in persona tantum; & bene cõsideratis uerbis tã dictæ sententiæ quàm dictæ partis, clarum est, quòd uigore dictæ partis potest condemnatus in libris quinquaginta, & ab inde supra à quolibet occidi, si cõmoratur in ciuitate Vincentiæ siue eius territorio, quia potestas offendendi tales condemnatos in personam, includit etiam potestatem occidendi, ut in cap. fina. de homicid. lib. vj. & no. Ioan. Andr. in additio. Specu. in tit. de cõ

2 stit. † & licet Bal. in quodam opere suo quod appellatur peculium suum, ex intẽtione Guid. de Suza. uideatur in proposito uelle, quòd sit habenda ratio criminis & delicti pro quo est condemnatus, ita ut si sit leue non possit occidi, tamen uerior est alia opinio, quã secutus est Bart. in l. iij. in fin. de adimend. legat. per text. in d. cap. fina. & in consil. suo quod incipit, statuto castri plebis, quam etiam sequitur Pau. de Castr. in consi. suo clxiiij. in iiij. colum. & in l. Maurus, post Angel. ff. de seruitu. urban. prædio. pro qua facit quod not. Cy. in l. si quis non dicam rapere, de episcop. & cleric. & Bart. in l. nec in ea. ff. de adulter. Item similiter clarum est, ꝙ si dictus Zampetrus occisus fuisset condemnatus simpliciter in libris quinquaginta, quòd potuisset uigore dictæ partis, si non soluit infra duos menses, occidi, si commorabatur in ciuitate Vincẽtiæ, uel eius territorio. Sed dubium surgit, quia non fuit condemnatus simpliciter & absolutè in libris quinquaginta, sed fuit condemnatus in libris uigintiquinque, & si non solueret infra mẽsem, ꝙ tunc pœna duplicaretur & per consequens

quens dictus Zampetrus reperitur con-
demnatus in uigintiquinq; libris pro ex
cessu, & delicto, in aliis uigintiquinq; ꝑ
contumacia, & mora in non soluendo
commissa. & per consequēs uidetur, quòd
3 non potuerit occidi, † quia licet statuta
quæ permittunt bannitos, uel cōdemna-
tos occidi, de iure teneant, secundum ue
ram opinio. de qua per Ioā. And. in addi
tio. Specu. in titu. de constitu. & Bart. in
l. omnes populi. & l. ut uim. de iust. & iu.
& ibi per Bal. & in l. fina. C. si contra ius
uel utilita. publi. & in l. i. de cōfes. in xiii.
colum. & no. Canonist. in cap. quæ in ec
4 clesiarum. de constitut. † tamen non po-
test negari, qn dicta statuta, cū sint odio
sa & restringenda, ideo sunt intelligen-
da de condēnatis pro delicto & excessu,
non de eo condemnato, contra quē pro-
pter eius contumaciam creuisset condē
5 natio. † Alia enim est pœna delicti, Alia
est pœna, quæ crescit contra contuma-
cem, in non soluendo. l. i. ff. de in lit. iur.
& not. Bartol. ibi, ubi uidetur uelle in ter
minis nostris, quòd huiusmodi statuta,
quæ statuant, quòd condemnatus pecu-
niariter non soluens puniatur corporali
ter, restringi debeant ad pœnam imposi-
tam pro delicto, non ad eam, quæ creuit
propter moram commissam in non sol-
uendo; quia illa non est pœna delicti, sed
contumaciæ, & idem uult ipse in l. adeò.
ff. de compensa. & in l. i. C. de usu. fis. lib.
x. & idem sequitur Bal. in l. fi. in prin. C.
de usu. rei iudi. ubi inquit, quòd pœna,
quæ crescit contra condemnatum, qui
non soluit infra tempus, non est pœna de
licti, sed est pœna solius contemptus, ne
que ex hoc inest aliqua qualitas ipsi con
demnato, propter quam augeatur deli-
ctum, idem inquit ipse in l. ii. C. de requi
ren. reis, ubi inquit, quòd talis pœna, non
est pœna criminis, quia non habet or-
tum ex crimine, sed ex mora, & per
eam crimen non purgatur, & idem uult
ipse in l. i. de in lit. iur. & in l. ii. §. fi. ff. qui
satisda. cogan. & in additio. Spec. in titu.
de sententia, in xviii. colum. facit quod
idem not. in l. & in multis. C. de appella.
6 in ultimis uerbis, † & uidetur hæc opin.

probari in l. utrum. ff. de petitio. hæredi.
ubi text. quòd pœna, quæ imponitur pro
tarditate est pœna tarditatis, & licet suc-
cedat in locum pretii, non tamen est ori-
ginale pretium, & ibi Ange. per illū tex.
sequitur, idem quot not. Barto. & Bald.
in præallegatis locis.

His tamen non obstantibus credo contra
riū de iure uerius, uidelicet quòd dictus
Zampetrus potuerit impunè occidi, quasi
si condemnatus in libris quinquagin-
7 ta. † pro quo uidetur tex. optimus in l. si
plures in fi. ff. de pact. ubi probatur iūcta
Gloss. quòd usuræ, quæ debentur credi-
tori propter moram debitoris, illæ accu
mulentur, & de illis fiat coaceruatio prin
cipali sorti, adeò quòd lex loquēs de cre
ditore maioris summæ, cōprehendit cre
ditorem, qui est creditor partim ratione
sortis, partim ratione usurarum debita-
rum ratione moræ, & per illum tex. ibi in
terminis nostris inquit Ang. quod ibi est
melior tex. qui sit in iure, quòd si statu-
tum disponat, quòd condemnatus in cen
tū possit impunè occidi, quod si quis sit
condemnatus in lxxx. & quia nō soluit,
incurrat pœnam quartæ partis, qđ pote-
rit impunè occidi, quasi dicta quantitas
tota sit quantitas debita occisione con-
demnationis contra eum factæ, & istam
opi. Ang. refert & sequitur Pau. de Cast.
ibi, licet in l. ubi fideiussor. ff. de solutio.
aliter uideatur loqui; & profecto hæc
pars uidetur tutior, & tenenda, cum illā
in terminis nostris decidat Angelus.

8 Nec † obstant, quæ allegantur in contra-
rium, Quoniam si rectè intelligantur,
non sunt multum in proposito, ideo ad-
uertendum iudicio meo, quòd aliquan
do in contumaciam debitoris nō fit mul
tiplicatio pœnæ, sed fit transfusio de una
pęna in aliam, quia dicit statutum, quod
si quis fuerit condemnatus in centum, &
non soluerit infra mensem, amputetur si
bi manus, quo casu pęna non multiplica
tur propter contumaciam, quæ commit
titur in non soluendo, sed transfunditur
in corporalem pœnam, & tunc absq; du-
bio talis pœna corporalis dicitur pœna
delicti, & non contumaciæ. ut not. Bart.

in l.item illa.de constit.pecu.& fuit not. Dy.in l.ii.de publi.iudi.& not.Bald.in l. data opera,in.xi.colum.in uersicul. dubitari tamen cõsueuit,ubi plenè per eum, & in l.si cum exceptione.§. quatenus, in iii.colum.ff.quod met.caus.& in l.i.ff.de in litem iuran.in.ii.colum.uersic. sed pone pœna,not.Bartol.latè in d.l.ii.de publi.iudi.& ibi Io.de Imo. Aliquando & secundo in contumaciam debitoris ex forma statuti non fit transfusio pœnæ, sed multiplicatur pœna,ut si statutum dicat quod condemnatus in centum non soluens infra mẽsem,teneatur in quarto pluri,quo casu propter contumaciam debitoris in non soluendo, non transfunditur pęna in aliã,sed multiplicatur,ut ibi. Sed quia primo tenebatur solum in centum,propter contumaciam tenetur in cẽ

9 tum uigintiquinq;,†& hoc casu est dubitatio,utrum pœna quarti, quæ crescit ꝑpter contumaciam commissam in non soluẽdo,sit pœna delicti,uel non,& intelligo sanè,utrum sit pœna delicti respectiue,idest habito respectu ad delictum intentatum,& de quo est facta condemnatio,non autem intelligo de delicto in genere,prout contumacia appellatur delictum,ut not.Cyn.in l.i. C.de cri. stel. & not.Bartol.in l. omne delictum. ff. de remili.& not.in l.contumacia,in prin.ff.de re iudi.& hoc casu loquuntur Bartol. & Bald.ubi supra,qui,ut dixi tenent quod sit pœna contumaciæ & non delicti,& bene; quorum tamen opinio non est uera indistinctè,sed recipit restrictionẽ & limitationem ex iis,quæ ipsemet Bal. uoluit in d.l.ii.ff.de publi.iud. uidelicet ut habeatur ratio,an tota quantitas sit in dispositione, an uero in cõditione,& eo casu quo est in cõditione,pœna, quæ accrescit propter contumaciam, est pœna delicti,& licet aliqui Moderni referant Bar. uelle contrariũ, tamen ueritas est de qua supra,& ita intelligit & saluat Bart. Io. de Imo.in d.l.ii.de publ.iudi. ubi inquit quod dictum Bart.saluatur, in casu,quo statutum diceret; si constiterit aliquem commisisse falsum, si non soluerit tantã quantitatem infra decem dies, teneatur in quarto pluri; tunc enim sufficit iudici delictum declarare.l.i.§.i.ad turpil.& tota quantitas etiam illa augumentata, est pœna delicti,& sic patet ex uerbis Io. de Imo.quod sentit Bartol.uelle, quòd ubi tota quantitas non est in dispositione, sed in conditione, quòd si euenit conditio, quia condemnatus non soluat quantitatem, quæ est in dispositione, ex quo augetur pœna,quòd pœna augumentata est pœna delicti, & non contumaciæ. & ideo in casu nostro,cum pęna tota librarum quinquaginta non sit in dispositione sed in conditione, quia dictus Zampetrus condemnatus est in xxv.libris, & si non soluerit usq; ad unum mẽsem, quòd pœna duplicetur, & dictus Zampetrus cessauit in solutione, tota quantitas augumentata dicitur pœna delicti & non contumaciæ,& per consequens quasi condemnatus pro crimine & delicto in quinquaginta libris,comprehenditur sub dispositione & uerbis dictæ partis Illustris. Dominii,& sic potuit impunè offendi & occidi. Secundò respondetur,quòd in casu nostro absque dubio tota pœna librarum quinquaginta, erat pœna delicti, & excessus, quia delictum commissum à dicto Zampetro,attenta forma statuti Vicentini debebat puniri in libris quinquã

10 ginta † licet posset alterari & mutari ex arbitrio,ut apparet ex tenore sententiæ; prædicta autem uẽdicant sibi locum,ubi pœna, quæ crescit propter cõtumaciam, est merè pœna contumaciæ,quia alia est pœna,quæ commẽsuratur delicto,& alia est pœna,quæ commensuratur contumaciæ in nõ soluendo. At ubi tota pœna aucta esset,pœna,quæ commensuraretur delicto, sed iudex ex arbitrio illam minueret, non simpliciter sed conditionaliter, uidelicet si condemnatus in minori summa non esset contumax,in non soluẽdo, & casu quo esset contumax, uellet illum in tota quantitate cõdemnatum esse, tũc tota illa pœna esset pœna delicti & non contumaciæ,casus est in d.l.si cum exceptione.§.quatenus præallegat. quod metus causa.& ibi hoc not.Bald.in ii.columna.& ideo inquit,quòd ubi actio est arbitraria

traria & pœnalis aptitudine, tunc pęna, quæ augetur propter contumaciam non soluētis, est pœna delicti, & ideo inquit, quòd illud, quod dicunt aduocati, quòd quartum plus, quòd additur ratione contumaciæ ex forma statuti, non dicitur pęna delicti, sed contumaciæ, procedit, ubi pęna delicti non est arbitraria, immò statutū discretiuè loquitur de per se de pœna, quæ commēsuratur delicto, & de per se de pœna, quæ commensuratur contumaciæ, per ea quæ habentur in l.i.§.si ꝓcurator.& in.§.fin. ff. si quis ius dicē. nō obtemperauc. Pro quo facit, quia ex quo illa erat pœna, quæ correspondebat delicto, poterat tamen minui ex arbitrio; Iudex ita condemnando in euentum cōditionis, uidetur ab initio in quinquaginta condemnasse, quia euentus conditionis retrotrahit, & perinde est ac si ab initio fuisset simpliciter cōdemnatus & pu-
11 re in quinquaginta. † Pro quo facit, qđ uult Ange.& Glo. quæ est ibi in l.si.§. Titius hæres, de uul.& pup. ubi uult, quòd, si stat statutum, quòd instrumenta pura mandentur executioni, quòd mandabitur executioni instrumentum conditionale, cuius conditio extitit tanquam ab initio fuisset purum. facit, quod habetur in l.qui balneū.ff.qui potio.in pign.hab. & quod no.in l.huiusmodi.de uerborum
12 obligatio. Tertiò † respondetur, quòd in casu nostro non est uis, utrum dicta pęna duplicata sit pœna delicti, uel sit pęna cōtumaciæ, & ratio est, quia prædicta uendicant sibi locum, ubi statutum loquitur de pœna delicti, puta, quia dicit statutū, quòd si quis non soluerit infra mensem pœnam delicti, pro quo est cōdemnatus, posit offendi, tunc enim dispositio huiusmodi statuti non se extenderet ad eū, qui non soluisset pœnam quarti, quam incurrisset propter cōtumaciam, ex quo statutū & eius dispositio restringitur ad eum, qui nō soluit pœnam delicti; At ubi statutum se refert ad condemnationem, quia dicit, quòd si condemnatus non soluat condemnationem infra mensem, ꝙ posit impune offendi, ut est in proposito, quia hoc sermone utitur Illustrisimū Dominiūm, in parte de q̃ supra; tunc secus esset, quia potest impuni offendi, etiam qui non soluit pœnam, quæ creuit propter contumaciam, quia siue illa sit pœna delicti, siue cōtumaciæ, uerum est illum in ea pœna cōdemnatum illam nō soluisse, pro qua distinctione facit quod uult Barto. ubi utitur simili distinctione, in l.cum filius.in prin. in illa quæstione, utrūm pater teneatur soluere condemnationem pro filio condemnato ob contumaciam, stāte statuto, quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio, cuius opinio & distinctio est communis apud omnes, & ibi in proposito illam sequuntur Docto. Moder.& Bald. in l.prima.C.ne fil.pro pat. & hoc casu loquuntur Bart. Bald.& Ang. ubi supra, si eorum uerba recte intelligantur, immò apertè ita loquuntur, format enim Bald. q. in l.
13 prima.de in litem iuran. † si statutum dicat, ꝙ non soluens pœnam homicidii, decapitetur infra decem dies, & sic loquitur eo casu, quo statutum loquitur de nō soluente pœnam homicidii & sic delicti, quo casu nimirum si non extenditur ad eum, qui non soluit pœnam, quæ creuit propter contumaciam, & eodem quasi sermone utitur in l.si cum exceptione.§. quatenus.& eo sermone utitur Angel.in dicta l.utrum. loquitur enim, quando statutum dicit, quod, qui non soluit pœnā delicti infra triginta dies, decapitetur, & illud idem sentit Bart.in dicta l. prima. Aliud est ergo, ꝙ statutum permittat occidi non soluentem pęnam delicti, quo casu fateor, quòd non cōprehendet eū, qui non soluit pœnam auctam propter contumaciam, ut uolunt Doctores in præallegatis locis. Aliud quòd permittat occidi condemnatum, qui non soluit condemnationem, quoniam hoc casu poterit occidi qui non soluit pœnam auctam propter moram commissam in
14 non soluendo, ut in casu nostro, † quia uerum est dicere in illa pœna aucta propter moram illum fuisse condemnatum, & condemnationem non soluisse, & ex quo conueniunt illa uerba legis, & eius dispositio debet conuenire, ut in iuribus

15 uulgaribus. † Ex quibus omnibus concludẽdum dico, quòd dictus Zampetrus potuit impunè occidi, stante sententia cõdemnatoria, & parte de qua supra. prout etiam in alijs multis rationibus excellentissimus Dominus Aduocatus occidentium conatur ostendere, & per consequens, quòd occisores dicti Zampetri sunt absoluendi, in quam partem etiam inclinandum est, ex quo agitur de liberatione eorum, qui dictum Zampetrum occiderunt l. Vranius. ff. de actio. & obliga. & l. in pœnis. de reg. iur. Laus Deo.

Et ita ut suprascriptum est, dico & consulo iuris esse Ego Petrus de Soncino legum Doctor & iura ciuilia ordinariè in sero legens in fœlici studio Paduano in quorum fidem ac testimonium propria manu me subscripsi, & sigillo consueto sigillaui, saluo saniori iudicio.

SVBSCRIPTIO.

ITA, ut supra consultum est elegãter & iustè conclusum per clarissimũ Doctorem Dominum Petrum de Sõcino, idem iuris esse arbitror de subscriptione sola requisitus, Ego Angelus quondam Famosissimi Vtriusque Iuris Docto. Domini Alexãdri, Domini Angeli de Vbaldi de Perusio, utriusque Iuris Doctor, Comes & miles, ac Sacri Consistorij Sanctissimi Domini Domini nostri Papæ aduocatus, iura ciuilia in hoc fœlicissimo studio Paduano ordinariè de mane legẽs, & ad fidem alijs impeditus aliena manu me subscripsi cum solito sigillo.

Laus Iesu Christo redemptori nostro.

SVBSCRIPTIO.

IN DEI Nomine, Ego Ioannes Baptista de Rosellis Iuris Vtriusque Doctor, & iura ciuilia ordinariè legẽs in studio Paduano, Visis quæ elegãter dicta & consulta sunt per Clarissimũ Doctorem Dominum Petrum de Soncino, & maximè per dictum Angeli in l. si pleres. ff. de pact. quod etiam sequuntur Canonistæ moder. in c. apostolicæ, de donationi, cre

do uera esse, quæ dicta & conclusa sunt per eundem Dominum Petrum, & ideò manu propria me subscripsi, & signo meo signaui.

CONS. D. ANGELI DE CASTRO V. I. D. PATAVINI.

In casu antescripto.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in uigintiquinque, quas si non soluerit infra mensem, pœna duplicetur, an nõ soluendo infra mẽsem possit impunè occidi, stante statuto quòd condẽnatus in quinquaginta impunè offendi possit, per tot. cõs.*

2 *Contumacia & inobedientia dicitur delictũ, & graue delictum, quod aliquando incidit in crimen hæresis & idolatriæ.*

3 *Diuersæ summæ quando continentur in eadẽ sententia lata pro eodẽ delicto seu pro diuersis, quorũ tamen unum ueniat in consequentiam ad aliud, tunc coaceruantur, & si summa coaceruata satisfacit statuto, tunc habet locum dispositio statuti.*

4 *Diuersarum summarum, etiam pro diuersis delictis, & diuersis temporibus cõmissis, & et in personis diuersorũ, coaceruationẽ fit, quando agitur de mero odio; secus si de fauore aliquorũ agitur, quia tunc ex causa liberationis, diuersæ sũmæ sunt coaceruãdæ.*

5 *Dicta interpretatio coaceruationis, facilius admittitur, quando tractatur de liberatione plurium reorum, ex quo multitudo delinquentium dispensationem inducit.*

CONSILIVM LXX.

1 IN CHRISTI nomine Amen. † Si dicimus, quòd Zampetrus Martinelli occisus condemnatus fuerit in omnibus libris quinquaginta in pœnam sui delicti, pro quo condemnatus erat in ipsis libris quinquaginta, quod uerum & uerissimũ mihi uidetur per rationes & iura allegata per dominum aduocatum occidentium, & dominũ consultorem, qui pro eis consuluit, qui ita subtiliter & copiosè tetigerunt omnia, ut eorum dictis nihil possit ulte-

ulterius addi, clarissimum est quòd ipsi occisores absoluẽdi sunt, quia occiderũt illum ex permissione literarum Ducalium, quæ uoluerunt & potuerũt hoc permittere per ea, quę ijdem domini aduocatis & consultor etiam dicunt, & allegant; Sed si dicimus quòd ipse Zampetrus occisus, cõdemnatus fuerit in libris uigintiquinque in pœnã delicti ab eo cõmissi, & in alijs uigintiquinque in pœnã inobedientiæ & contumaciæ suæ in non soluendo ipsam pœnam librarum uigintiquinque infra mensem, secundũ formã

2 condemnationis, † quę quidem inobediẽtia & cõtumacia dicitur etiam delictum, & graue delictum, quod aliquando incidit in crimẽ hæresis & idolatriæ, ut not. Gloss. iiij. q. j. in summa; Adhuc uidetur mihi clarum, quòd occisores illius absoluendi sunt, quia uerum est dicere, quòd occiderunt illum cõdemnatum in libris quinquaginta coaceruatis dictis sũmis.

3 Nec † obstat quòd diuersæ summę & diuersæ condemnationes non sunt coaceruandę secundum communẽ opinionem Doctorum, ut in principio suarũ allegationum, & allegat ipse dominus aduocatus occidentium, quia dicta communis opinio procedit, & debet intelligi, quando ipsæ diuersæ summæ continentur in diuersis sententijs cõtra eundẽ latis, pro diuersis delictis diuersis temporibus ab eo commissis, sed si ipsę diuersę summę contineãtur in eadem sententia lata pro eodem delicto, uel pro diuersis, quorum unum ueniat in consequẽtiam ad aliud, ut contigit in casu nostro, ubi istę diuersę summę librarum uigintiquinque continentur in eadem sententia lata pro delicto commisso per ipsum Zampetrum, & pro delicto contumaciæ ab eodem cõmisso, quod uenit in consequentiam primi & primæ condemnationis; Dicendũ uidetur mihi, quòd dictę summę sint coaceruandę, & ita intelligit & limitat supradictã communem opinionem Ang. in l. si idem cum eodẽ. ff. de iur. omn. iud. & Dominus meus in l. ubi fideiussor. ff. de solutio. in apostilla super lectura Bar.

4 Item † dicta cõmunis opinio, quę uult quòd diuersę summę non sint coaceruãdæ, quãdo continentur in diuersis sentẽtijs latis pro diuersis delictis, diuersis tẽporibus commissis in personis diuersorum, loquitur & debet intelligi, quando agitur de mero odio; Sed quando agitur de fauore, secus, illę sunt coaceruãdę per l. si plures. §. fi. de pact. Et declarando dico, quòd tunc agitur de mero odio, quando quæritur ante factum, an condemnatus in libris uigintiquinque pro uno delicto, & in uigintiquinque pro alio diuerso delicto, possit impune offendi uel occidi, tanquam cõdemnatus in libris quinquaginta; nam dicendum est, quòd non; de fauore autem agitur, quando post factum quæritur, an occisor uel occisores illius, qui condemnatus erat in libris uigintiquinque pro uno delicto, & in alijs uigintiquinque pro alio delicto sunt absoluendi à pœna mortis uel banni, quia uideantur occidisse cõdemnatum in libris quinquaginta, & dicendum est quòd sic,

5 ratione prædicta, † quia tunc agitur de fauore liberationis & absolutionis, & maximè si sint plures occisores, qui maiorẽ fauorem merentur propter multitudinẽ delinquentium, quod dispensationem inducit, de tempor. ordin. c. ij. & in concor. ibi allegatis. Et ita practicatur, & ego hoc anno cõsului in castro Citadellę, & potestas illius loci consuluit potestatem nostrũ Paduæ, & curiã eius, ut moris est, an deberet absoluere plures occisores cuiusdã Bartholomei Pisardi, qui cõdemnatus erat pro diuersis delictis, & diuersis tẽporibus in tot summis, quæ coaceruatæ ascendebant ad summam librarum quinquaginta, & respõsum fuit sibi, quòd sic. Super quo tamen ulterius non insisto, quia non expedit stante eo, quod primo dixi, quod istæ diuersæ summę in casu nostro contineantur in eadem sententia lata pro eodem delicto, quo casu sunt coaceruandæ, & stantibus alijs copiosis allegationibus, & consilijs redditis in fauorem ipsorum occisorum per quæ clare probatur, q̃ Zampetrus occisus condẽnatus erat in omnibus quinquaginta libris pro pœna delicti ab eo commissi, non

non autem condemnatus erat in uiginti quinque pro pœna illius, & in alijs uigintiquinque pro pena cõtumaciæ, quia primas uigintiquinque non soluerat infra mensem secundum formam condemnationis. Laus Deo.

Ego Angelus de Castro V. I. D. miles & comes & aduocatus consistorialis, ordinariè legens iura pontificia in studio Paduano dico & cõsulo iuris esse, prout sũ prascriptum est, & ad fidem manu propria me subscripsi & sigillaui Die xix. Octobris. Mcccclxxvj.

CONSIL. D. ALEXANDRI DE TARTAGNIS IMOLENSIS V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Fur famosus dicitur, qui plures merces ad summam notabilem, per diuersa territoria, & sic multoties contractauit.*

2 *Furtum toties dicitur commissum, per quotena territoria quis cum mercibus petrãsiuit.*

3 *Fur ita debet suspendi pro magno, sicut pro pluribus paruis furtis.*

4 *Furta tot sunt, quot sunt contractationes.*

5 *Argumẽtũ de dominio ad iurisdictionẽ ualet.*

6 *Rei contractatio in loco diuerso à loco, ubi res est subtracta, facit ut etiam ibi dicatur esse commissum furtum.*

7 *Fur ut famosus, in loco, ubi captus est punitur propter furta alibi commissa.*

8 *Fur non famosus de iure communi non suspenditur.*

9 *Ex continuata contractatione rei furtiuæ, licet sæpius reiterata, etiam per diuersa territoria, non dicitur commissum nisi unum furtum, & talis fur non dicitur famosus, nisi possessio rei furtiuæ sit interrupta.*

Intellectus l. quamuis. ff. de furtis.

10 *Licet quis ex diuersa contractatione eiusdem rei cẽseatur à iure fur manifestus, & nõ manifestus, tamen furtũ unum tantũ censetur.*

11 *Furtum unum tantũ censetur, licet ex contractatione unius rei furto subtractæ plures nascãtur actiones, seu respectu personarũ domini rei, seu respectu personarũ rem contractantium, tamen furtum unum censetur.*

12 *Vnitas uel pluralitas actionis furti, non arguit pluralitatem uel unitatem furti.*

13 *Ius inquirendi contra furẽ, licet ex continuata, & reiterata contractatione rei furtiuæ, sit quæsitum cuique territorio, non tamẽ ex hoc censentur esse plura furta.*

14 *Plura furta si cõmissa sint eodem tẽpore & loco, & statutum puniat tantũmodo pro tertio furto, quia tale statutum requirit interuallum temporis, censetur unicum furtum, & cessat pœna statuti.*

15 *Contra furem transeuntem per diuersa loca cũ re furtiua, in quolibet dictorum locorũ, ubi per spacium unius diei fecit residentiã, procedi potest.*

16 *Non est mirum si unicum furtum, uel delictum habet plures iudices.*

17 *Actio noua furti non nascitur ex aßidua contractatione rei furtiuæ.*

18 *Communis opinio Doctorum, tam ante, quàm post Bar. est contra eum, scilicet, quòd ex noua contractatione rei furtiuæ per diuersa territoria facta, ex sola ipsa contractatione quis in dictis territoriis non habens domicilium, non dicatur furtum committere, & quòd ibi puniri non poßit.*

19 *Intellectus l. qui furem. ff. de statu. homi.*

20 *Data etiam opinione Bar. pro uera, uel de iure, uel de consuetudine, stat tamen firma cõclusio, quòd ex continuata contractatione, et per diuersa territoria de re furtiua facta, non sit nisi unicum furtum, non autem nouum uel renouatum, sicut unicus & nõ nouus uel renouatus, sed continuus animus furis in re lucranda.*

21 *Pœna mortis imponi non poteſt pro primo furto licet magno, secundũ communẽ opinionẽ.*

22 *Pœna ubi alteratur propter consuetudinẽ furandi, non consideratur ualor rei, sed aßuefactio.*

Intellectus l. si is qui tres; §. eum qui. ff. de excusat. tuto.

23 *Ex causa licet leges transgredi.*

24 *Legum transgreßio committitur arbitrio iudicantis.*

25 *Pœna ubi committitur arbitrio iudicis, nõ potest imponere pœnam mortis, nisi id ita consuetum esset, uel nisi in similibus casibus id de iure fieret.*

26 *Leges transgredi non licet, nisi magistratibus maioribus.*

CON-

CONSILIVM LXXI.

OBiicitur carcerato, quòd cum esset institor cuiusdam mercatoris, destinatus ad certas merces uenales uendendas, qui cõmissa fide in fraudem, sub prætextu cuiusdã assertæ iniuriæ in eiusdem institoris filiam, per germanum domini ipsarum mercium attẽtatæ, omnes dictas merces ad manus suas reduxit, ualoris florenorum mille uel circa, & illas de loco ad locum contractando per uaria loca, tandem uendidit, & pretium in suam utilitatem contra domini uoluntatem conuertit, Quare dicitur eum tanquàm famosum furem furcis seu laqueo
1 suspendendum.† Et quòd sit famosus arguitur, quia cum dictas merces per diuersa territoria diuersarum iurisdictionum contractauerit, toties dicatur furtum fecisse, quoties mutato territorio contra-
2 ctauit † & cum transiuerit per territoria quinque ciuitatum, cum eiusdem rebus, uel parte earum, dicetur quinque furta fecisse arg. no. per Bar. in l. si dominium,
3 cum similib. ff. de fur. † Secundò ex alio arguitur contra eum, quia istud dicetur furtum magnũ & enorme, quando æquiualet pluribus paruis, ergo sicut pro pluribus paruis deberet suspendi, & sic pro isto enormi & magno.

Redemptoris inuocato suffragio, Viso themate suprascripto, & uidetur prima consideratione dicendum, istum censeri famosum furem, postquàm præsupponitur eum per uaria & diuersa territoria merces istas sæpius contractasse,
4 quia † tot uidentur esse furta, quot uidẽtur esse contractationes, hoc primo probat tex. in l. quamuis enim. ff. de furt. in uersi. sepè furtum contractando, fiat &c. ubi tex. præsupponit, quòd sæpius dicatur fieri furtum, si sæpius fiat contractatio. Secundò pro hoc etiam est tex. in l. uulgaris, in prin. ff. de furt. & ibi expressè per illum tex. firmat Glos. scilicet, ꝙ sint plura, si plures factæ sunt contractationes unius rei, sicut dicit Gloss. plura sunt adulteria, si pluries quis ad alterius uxorem accesserit. Tertiò probatur per l. si is qui. §. i. & l. si dominum ff. de fur. cũ ibi no. ubi mutatiõe dominij noua actio furti acquiritur nouo domino ex noua contractatione, & sic uidetur esse nouum furtum. Ita ergo esse debet in casu nostro, censeri nouum furtum propter mutationem territoriorum & iurisdictionũ, in quibus facta est noua contractatio,
5 quia † procedit argumẽtum de dominio ad iurisdictionem. l. qui furem. ff. de sta.
6 hom. † & in hoc fundata est decisio Bart. concludentis, quòd fur, qui rem Ferrariæ subtraxit, & eam in territorio Bonon. cõtractauit, posſit Bononiæ puniri, quia censetur furtum esse commissum in territorio Bononiense, in quo facta est contractatio, ita not. Bart. in d. l. si dominũ. & in l. sic nec legatarius. ff. de cond. furt. & Bal. in l. cunctos populos, in xviii. col. C. de sum. trin. & in c. i. §. iniuria. de pace iura. firma. & in l. si abducta. C. de furt. &
7 in l. unica in ix. colum. C. de confess. † Et furta quanq̃ alibi cõmissa, faciunt, quòd in loco, ubi cum furto captus est, posſit puniri tanquam famosus, ut concludunt Dyn. & Bar. in l. sicut in fin. ff. de accusat. & Bald. in auctent. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & in auct. qui semel, circa primá col. quo. & quan. iudex. & in l. fin. in iij. q. ff. de iur. omn. iudi. & in l. certum. ff. si cert. petat. & Saly. in l. seruos, per illum tex. C. ad l. Iul. de ui. & Pet. de Anchara. in clem. j. de pœn. licet de hoc dubitauerit. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de fur. in rub. & Tancre. de Corne. in opere suo in prima rub. in iiii. q. ubi seq. Guido de Suza. tenet contrarium.

8 Sed † præmisſis non obstantibus, contrariam sententiam de iure probabiliorem & ueriorem esse puto, ut præsuppono in primis, quòd de iure communi ille, qui non esset fur famosus, non debet ultimo supplicio damnari, ut in auten. sed nouo iure, & ibi plenè not. C. de ser. fug. & in l. capitalium. §. famosus. ff. de pœn. & puto etiam statutum non imponere pœnam mortis p̄ primo furto, quia alias superuacua esset inquisitio, uel hæsitatio ista. Hoc ergo præsupposito, dico prædictum
9 inquisitum † non censeri famosum furẽ,

Y seu,

seu plura furta commisisse, & dicta contractatione reiterata in diuersis territorijs, sed unum tantum esse furtũ, pro quo primo est text. apertus in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. ubi ex reiterata contractatione rei, quæ etiam qualitatem mutauit, non inducitur multiplicatio furtorũ, sed unum tantum est furtum, nisi possessio rei furtiuæ interrupta fuerit, ut quia furi fuerit surrepta res, & posteà fur rem recupauerit, & iterum contractauerit, nam dicetur nouũ furtum, ut ibi ita etiã concludit Bar. in l. nunquam plura, in tertia colũ. ff. de priua. delict. ubi dicit, quòd furtum est delictum nominatum ex reiterata contractatione, fatẽdum est, quòd sæpius contractatur res, & hoc modo dicitur fieri sæpius furtum, hoc est sæpius fit iste actus, ex quo sequitur furtum, ita intelligitur secundum eum tex. in l. quamuis. la prima. ff. de fur. tamen si animus est magis cõtinuatus quàm reiteratus, propriè debet dici unum furtum, secundum Barto. idem etiam tenuit Barto. & Ange. in l. uulgaris. ubi repræhendunt Glos. ibi tenentem, quòd in casu illius legis essent plura furta, nam dicunt quod hoc est cõtra tex. in dicto. §. infans. nec contrarium dicitur in dicta l. uulgaris.

10 † Et ad istud est aduertendũ, quia tex. in dicta l. uulgaris. uult, quòd si fur armariũ aperuit, & omnes res, quæ in eo erant contractauerit, attamen hoc facto discesserit, deinde reuersus unam ex iis abstulerit, & cum ea depræhensus fuerit, nã eiusdem rei manifestus, & etiam non manifestus fur erit; & subdit etiam tex. ibi, quòd si fur segetẽ ante lucem secat, & posteà contractat, quòd huius rei fur erit manifestus & non manifestus. Ecce ergo quòd in casu illo nascit duplex actio, scilicet manifesti, & non manifesti, ex diuersis tẽporum momentis, & nihilominus secundum Bart. & Ange. ibi unum tantum est furtum, & propterea reprahendunt Glo. ibi, & sic multiplicatio contractationis non facit plura esse furta.

11 Simile uidemus, nam si plures essẽt domini unius rei subtractæ, non est dubiũ quòd plures nascerentur actiones furti competentes pluribus. l. inter omnes. §. si seruus. & in l. eum qui. §. fina. ff. de furt. Item & si plures fures unam rem suscipiẽtes contractauerint, dicuntur esse plures contractationes, producentes plures pœnas, scilicet suam pœnam contra unumquemq;, & sic dicũtur plura delicta innominata, seu in genere, idest plures contractationes, tamen non dicitur esse nisi unum furtum, idest unum delictum nominatum & specificum l. si familia, cum ibi nota. per Bart. & omnes. ff. de iurisdi. omnium iudicum.

12 Et † è contra interdum plura sunt furta, & tamen una tantum actio oritur, ut est casus in dicto §. infans. & sic unitas uel pluralitas actionis furti, nõ arguit pluralitatem, uel unitatem furti, † ex quo

13 infertur, quòd posito, quòd uerum esset, quòd ex contractatione continuata in diuersis territorijs, esset ius inquirendi acquisitum reipublicæ cuiuslibet territorii, in quo facta esset, & continuata contractatio, tamen non sequitur, ergo sunt plura furta. istam opinionem etiam in terminis nostris firmat Bald. in auten. sed nouo iure. C. de ser. fugi. circa. ii. colum. in uersicul. ulterius quæro,

14 sed nunquid pulchra, &c. ubi dicit, † nunquid plura furta facta eodem tempore & loco dinumerẽtur ut plura. Verbi gratia dicit statutum, quòd pro tertio furto suspendatur, quia mens statuti intẽdit grauius punire propter consuetudinem delinquendi, in qua consuetudine requiritur temporis interuallum argumẽ. l. eum §. idem dicitur, cum Gloss. ff. de furt. subdit Bal. quòd immò uidetur, quòd in quolibet territorio deprehensus possit puniri, ex quo cõtractauit, ut notauit in d. l. si dominum, per Barto. tamen propriè nõ sunt plura furta, sed unum & idem, nõ autem plura, ergo uerba legis disponentis, quòd nõ sufficiat primum furtum, sed requirantur plura, non uendicant sibi locũ in casu isto, quia uerba legis debent accipi & intelligi propriè l. i. §. si is qui nauẽ. ff. de exercito. & l. quod constitutum. ff. de testamen. milita. hoc idem tenuit Bal. in l. qui furem. ff. de sta. hom. cum quo ibi

transit

transit Petr. de Anchara. in reportatis iuris ciuilis, ubi referunt, quod per illam l.
15 Barto. in d.l. si dominũ tenet.† quòd in tot locis posſit cõtra furẽ procedi, quot locis facit reſidentiã cũ re furtiua, quod intelligit Bald. de reſidentia unius diei,
16 per l. quo deſtinauit. ff. de fur.† Et ſubdit Bald. quòd licet iſtud ſit unicum furtum. per l. ſi familiæ. ff. de iuriſdi. om. iudicũ. tamen non eſt mirum, ſi unum delictum habet plures iudices, allegat l. ij. cum ibi not. C. de ſportu. Ad idem bene faciũt notata per Gloſſ. in l. cum quis, §. in popula
17 ribus. ff. de iure iur. † Vltimo pro hoc facit text. in l. ei qui. ff. de fur. ubi ex aſsidua contractatione non naſcitur noua actio furti.

Nec obſtat, ſi diceretur, quòd illud eſt uerum, niſi mutetur dominiũ, per d.l. ſi dominum, & pari ratione idem eſt ſi mutetur iuriſdictio per d.l. qui furem. ut not. Barto. in præallega. l. ſi dominum, cum concordan. quia adhoc poteſt reſpõderi,
18 quòd † contrarium eſt de iure uerum, ſcilicet, quòd per contractationem de nouo factam in alio territorio, non poteſt in ipſo territorio, ratione ſolius contractationis puniri, nec ibi dicitur furtũ cõmittere, hoc in primis tenuit Franciſ. Tigrini de Piſis, alter ex p̄ceptoribus Bald. qui hoc firmat in d l. ex quo. ubi dicit, q̄ ſi quis equum furatur in ciuitate iſta, & illum ducat Florentiam, quòd Florentiæ nemo conueniri poterit ciuiliter actione furti, nec criminaliter accuſari, quia furtum ſemel factum, non dicitur de nouo fieri ex aſsidua contractatione, ut ibi; ergo ciuitas Florentiæ non eſt locus conueniendi ratione delicti, quia ibi non delinquitur, cùm non fiat ibi furtum, ſi cras forenſis in ciuitate Florentiæ, nec aliter ſortiebaris ibi forum ratione domicilii, & ita tenet etiam ipſe in l. qui uas. §. fin. eodem titu. iſtam opinion: etiam tenent omnes Moder. ut refert Anto de Butr. in c. i. de raptorib. ubi dicit, quòd omnes Moder. tenent contra opinio. Bart. Pet. de Anch. in reper. iuris ciuil. ſuper tit. de furt. refert quòd Collegium Bononienſe conſuluit contra opinionem Bartol. Illud conſilium habeo. Idem etiam conſuluit Io. de Lignano, cuius conſilio ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores Bononienſes, ſcilicet Barth. de Salyce. Ant. de Protis, Sanctes de Dionyſijs, Balthaſar Calder. & Thomas de Angelellis, & Franciſ. de Ramponi. & in effectu adducunt rationes, quas Salycet. reaſſumpſit, in l. ſi abducta, in d. l. qui furem. C. de furt. & in d.l. qui furem, & in d.l. ſed nec legatarius, quas breuitatis cauſa, & etiã propter nuncii celeritatem non refero, D. Abb. ſicul. etiam in d.c. de raptori. dicit, quòd uſq; ad tempora Bar. communis opi. erat, quòd non poſſet fur in alio territorio puniri propter ſolam contractationem per d. l. ei qui. & ſubdit quòd Moder. adhuc dicunt, quòd de ſtricto iure illa opi. Bartol. non procedit, Ang. etiam in d. l. ſi dominum per aliquas rationes dicit, quòd opi. Bartol. communiter de iure reprobatur, & ita tenet contra Barto. ita etiam tenet Ange. in. d.l. de ijs, in lectura Florentina, & in l. abducta, in lectura Paduana. C. de furt. Contra Barto. etiam tenet Rayn. ut refert Ludouic. de Cortuſiis de Padua, in ſuo reperto. in uer. fur. per id quod habetur in l. ii. §. fin. ff. de noxali. & in l. de iis, in Gloſſ.
19 † Et tenentes iſtam opinionem reſpondent ad d.l. qui furem, in qua conſiſtit totum fundamentum Barto. quòd ibi tractatur de fauore, ſcilicet de retinendo iuriſdictionem, ſiue dominium, hic de odio, uel ſaltem de noua obligatione inducenda, & aliud eſt quando tractatur de aliquo nouiter acquirendo, & aliud quando de iam quæſito retinendo, quia de uno ad reliquum non procedit argumentum. l. patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui, &c. quemadmodum. de iure iur. Sed tamen in hac diſputatione non multum
20 curo inſiſtere, † quia eſto, quòd opinio Bartol. eſſet de iure, uel de conſuetudine recepta, & ſic uerum eſſet, quòd reipublicæ illius loci, in quo noua contractatio facta ſit, eſſet acquiſitum ius inquirendi & puniendi de furto, ratione illius nouæ contractationis, non tamen ſeq̄i

 tur

tur, quod sit nouum furtum, sed unũ continuatum, sicut est continuatus animus furis in lucrãdo rem, quam subtraxit, ut probatr in d. §. infans, & in d. l. uulgaris. cum ibi not. per Barto. & Ang. & in terminis Bald. in d. auctẽt. sed nouo iure, & Bald. & Pet. de Ancha. in d. l. qui furem, & in hoc neminem habemus contradicẽtem, & ad contraria fuit supra opportunè responsum.

Circa secundum dubium uidetur, quòd ꝑ primo furto magno deberet mori, hoc idem uoluit Bald. in d. auct. sed nouo iure, ubi dixit quòd pro uno furto multũ enormi, quis potest furca suspendi, quia sepè unum magnum æquipollet tribus arg. ff. de excu. tuto. l. si is qui tres. §. eum qui, & quia propter enormitatem delicti permissum est leges trãsgredi, iuxta no. per Innoc. in c. i. de constitutio. & idem not. Bald. in c. i. §. iniuria. super uersicul. furtum. de pace iura. firmã. ubi refert ita tenere Cyn. in d. aucten. sed nouo iure. ubi Cyn. de hoc nihil dixit.

Sed ijs non obstantibus contrarium puto
21 uerius, † quia communis opinio Doctorum est in contrarium, à qua communi opinione in iudicando non est recedendum, ut habetur in locis uulgaribus, nam contra Bald. tenet expresse Saly. in d. auctẽ. sed nouo iure, ubi dicit, quòd magna quantitas furti, non est sufficiens causa ad pœnam mortis inferendam, quia lege non cauetur, & quia simpliciter lex dicit
22 quòd pro furto nõ debet mori, ut ibi † & quia ubi pœna alteratur propter consuetudinem furandi, non consideratur quantitas & ualor rei, sed cõsuetudo, & assuefactio, ita etiam tenuit ibidem Raph. Fulgo. & Pau. de Cast. quia apparet, quòd istud delictum plus aggrauetur ex frequentia, quàm ex magnitudine rei subtractæ ut patet ex l. capitalium. §. famosos, & §. crassatores. cum ibi no. ff. de pœ. iuncta d. aucten. sed nouo iure. cũ ibi notatis. & facit l. iij. C. de episcopal. audien. & per hoc patet respõsum ad l. si is qui tres. §. eum qui. quia ibi quo ad excusandum aliquem ad suscipiendum tutelam, consideratur magnitudo oneris aliarum trium tutelarum, quas gerebat l. nõ tantum. in princip. ff. de excusa. tuto. unde si una est tanti oneris, quanti communiter essent tres aliæ, sufficit illa sola, pro excusatione nouæ tutelæ, sicut sufficerẽt tres aliȩ non tanti oneris, ut d. l. si is qui tres; sed in casu nostro non habemus, quòd quo ad pœnam mortis imponendam lex consideret magnitudinem furti, sed consuetudinem furãdi ut dictũ est, ergo, &c.

Non obstat quòd iudex propter enormitatem delicti potest trãsgredi leges, &c.
23 quia † illud est uerum ex causa, secundũ Imo. in d. c. i. et l. quid ergo. §. pœna grauior. cum ibi no. ff. de infa. & l. aut facta. ff. de pœn. sed hic non subest causa, quia magnitudo furti non reperitur causa sufficiens in furto, ut quis moriatur, ut dictum est.

24 † Præterea committitur iudicantis arbitrio, propter enormitatem criminis posse leges transgredi, secundum not. in d. c.
25 i. cum concordan. Sed ita est, quòd † ubi pęna committitur arbitrio iudicis à lege uel statuto, non potest imponi pœna ultimi supplicii, nisi quando ita consuetum esset, uel nisi in casibus similibus de iure esset imposita pœna ultimi supplicii, ut decidunt Ant. de But. & Io. de Imo. in c. de causis, de offi. delega. per not. per Gloss. in c. inquisitionis, de accus. & not. expressè D. Florian. & Io. de Imo. in c. ex literis, de constitu. & etiam Io. de Imol. in l. publicorum, de publi. iudi. & Ludo. de urbe in rub. ff. de arbit. in uersicu. item an si statutum sit in ciuitate, & ita intelligitur Gloss. in. §. in summa Instit. de iniur. de cuius Glossæ intellectu in diuersis locis uariè locutus est Bal.

Præterea dicit Bal. in aucten. hodie. per illum text. C. de iudi. quòd illud quod dicit Innoc. in d. c. i. quòd licet transgredi
26 leges propter emergentes casus, † procedit in maioribus magistratibus, secus in minoribus, ut in potestatibus terrarum, ut ibi per eum.

Ex quibus patet dictum carceratum non debere ultimo supplicio puniri.

Et ita ut superius conclusum est, puto iuris esse, ideò ita dico & cõsulo Ego Alexand.

xander de Imola de Tartagnis Iuris Vtriusque Doctor, Ferrariæ iura ciuilia ordinariè legens; in quorum testimonium propria manu subscripsi, & Sigillo solito sigillaui, alterius rectius sentientis iudicio semper saluo. Laus Deo Amen.

CONSIL. D. ANGELI Q. D. ALEXANDRI Q. D. ANGELI DE VBALdis Perusini V. I. Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Pater quando teneatur tanquàm administrator filii uel filiæ, & nu. 20.*
2 *Actore non probante, reus absoluitur.*
3 *Asserens sibi cecidisse marsupiũ cum pecunia intus, qualiter capitulare & probare hẽat.*
4 *Tunc dictio, extremitatem temporis denotat.*
5 *Testis de auditu alterius deponens non probat, & nu. 9.*
6 *Error in nomine uitiat testis depositionem.*
7 *Obtinere nõ debet, qui nõ probat, quod asserit.*
8 *Testem reprobat extraneus à natura actus.*
10 *Testi non conueniens cum petitione uel capitulis actoris non probat.*
11 *Testi deponenti extra capitulatum non est credendum.*
12 *Testis deponens non uerisimile, non facit probationem.*
13 *Confessio meticulosa non ualet.*
14 *Confessio non correspondens intentioni actoris, non nocet confitenti, nec ad concordiam reduci debet ad finem probandi.*
15 *Confessio infantis non est curanda.*
16 *Infans quicquid uidet ignorat.*
17 *Testi contrario, uel saltem uacillanti & uarianti non est credendum.*
18 *Cõtraria duo nõ possũt stare in eodẽ subiecto.*
19 *Testes quando careant sapore ualiditatis, & nõ sit locus sacramento in supplementũ probationis. & nu. 24.*
20 *Intellectus l. i. C. de bon. mater.*
21 *Facta non præsumuntur.*
22 *Peruentum ad manus uxoris, non præsumitur peruenisse ad manus mariti.*
23 *Maritus non tenetur pro uxore, nec e cõtra.*
25 *Iudicis conscientia à iure informata esse debet, & in Deo, iure, & ueritate fundata.*
26 *In foro conscientionali sola iustitia, quæ ex ueritate oritur, debet attendi.*
27 *Commissum conscientiæ executorum qualiter intelligatur.*
28 *Asserenti conscientiam habere non creditur, ubi agitur de præiudicio tertii, nisi probet causam quare.*
29 *Magistratus quãtumcunque sapientissimus bene facit consilium quærere in causis per se expediendis.*
30 *Male geritur quicquid geritur fide fortunæ.*
31 *Qui cũ consilio cũcta agũt, regũtur sapiẽtia.*
32 *Temerarius actor dãno expensarũ afficitur.*

CONSILIVM LXXII.

In Christi nomine Amen. Casus talis est. Comparuit coram magnifico ac patricio uiro domino Marco Barbadico pro Illustrissimo Ducali Dominio Venetiarum dignissimo Capitaneo Paduæ, ser Franciscus Marrone, tãquàm procurator substitutus nomine Matthæi Piuati seu ferri, Cõtra Bonetum de Brugundia prouisionatum in curia dicti Magnifici Capitanei, tanquàm patrem & legitimum administratorem Claretæ eius filiæ, Et produxit ad declarationẽ & probationẽ iuris sui tria capitula, in quibus in effectu ponit & narrat, quòd dum à casu dictus Mattheus iret super burgo caudæ longæ per quandam andronam uersus Sanctum Ioannem de uiridaria, ipsi Matthæo cecidit marsupium, quod habebat, & illud perdidit, in quo marsupio erãt ducati tres auri. Item, quòd Clareta filia dicti Boneti tunc existẽs in dicta androna reperijt dictũ marsupiũ cũ dictis denarijs; & ita pluries & pluries, quãpluribus, & diuersis personis confessa fuit dictum marsupium cũ dicti denarijs reperijsse. Item quòd stantibus prædictis dictus Bonetus uenit condemnandus per Magnificum Dominum Capitaneũ, ad dandum & cum effectu restituẽdum ipsi ser Francisco procuratori dicto nomine, seu dicto Matthæo principali suo dictos ducatos tres, & dictũ Marsupium, et ita fieri petit omni meliori modo etc. protestãs de expensis etc. Et super prædicta sua intentione dictus ser Franciscus procura-

curator agens, inducit tres testes uidelicet Bonum Antonij, Item Cadenacium custodem noctis. Item Imperatricem filiam quondam Dominici, ac etiam inducit confessionem dictæ Claretæ coram Magnifico Domi. Capitaneo factã, quorum attestationes & confessio describuntur in processu. Ex aduerso autem excipitur pro parte dicti Boneti, quòd dicta & adducta superius per dictũ ser Franciscũ procuratorem sunt nulla, & nullius momenti, & temeraria, & quòd tanquàm temerariè agens debet in expensis cõdemnari, & in effectu petit se absolui, & maximè, quia præsupposito non tamen concesso, quòd dictus Matthęus perdidisset dictum Marsupium cum tribus ducatis in eo existẽtibus, & Clareta reperijt Marsupium, illud tamen non sequitur, quòd ipse Bonetus habuerit Marsupium & ducatos ipsos, & produxit certa interrogatoria ad ostendendum & detegendum indebitam uexationem sibi Boneto sic factam, prout patet ex dicto processu, ad quem relatio habeatur; unde quæritur quid iuris. uidelicet qu[illegible] debeãt esse partes prælibati Magnifici D. Capitanei an in absoluendo dictum Bonetum conuentum, an uero in condemnando, & quid etiam de expensis per alteram partem factis in præsenti controuersia.

Christi nomine inuocato, eiusque sanctissimæ & Gloriosissimæ Matris Mariæ, totiusque cęlestis curiæ triũphantis

1 amen. † In prædicta dubitatione si sint capitulata & probata incumbentia ꝑ parte dicti ser Franc. procuratoris dicti Matthæi, uidetur rectè petitum condemnari dictum Bonetum tanquàm patrem & legitimum administratorem ipsius Claretæ filiæ suæ, ad restituẽdum dictum Marsupium cum prædictis tribus ducatis in eo existentibus, tãquàm peruentis ad dictam Claretam, iuxta ea, quæ legũtur & notãtur in. l. j. C. de bon. mater. Sed quia nec capitulata, nec probata sunt ea, quæ incũbebant dicto agẽti, ut infra declara

2 bo, † Hinc est quòd partes Magnifici Domini Capitanei sunt in absoluẽdo dictũ Bonetum per iura uulgaria uidelicet. l. actor, C. de proba. l. ei qui dicit. ff. eo. tit. & in c. unico. extra ut ecclesiasti. benefi. C. de edend. l. qui accusare. cum infinit.

3 simili. † Et quòd hoc sit uerum ostendo clarissimè, debuit enim dictus actor capitulasse & probasse, quòd ipse apud se habebat unum marsupium cum tribus ducatis intus. Item & secundò quòd marsupium sibi cecidit. Item tertio in certo tali loco, non autem quod in quadam androna, sed debuit dicere, de androna certa, & bene qualificata. Item non est probatum, quòd dicta Clareta, tunc temporis quãdo cecidit sibi marsupium prædictum esset in ipso loco. Item non est probatum quod ipsa Clareta inuenerit dictum marsupium cum tribus ducatis. Nec etiam apparet ex processu, quod ipsa Clareta confessa fuerit prædicta, omnia enim hæc erant necessario probãda. Sunt namque qualitates necessariæ ad uictoriã reportandã, ut in c. licet causam de prob. l. habebat. ff. de instito. c. abbate sane. de re iud. lib. vj. cum simili. & maximè quia actor pręfictus, ad aliqua ex prędictis se astrinxit, ut patet ex ipsis capitulis suis, inter quæ in secundo capitulo dixit, quòd Clareta tunc existens in dicta androna reperijt dictum marsupium

4 cũ dictis denarijs, &c. † Quæ dictio, tũc, denotat extremitatem temporis l. quarta. in fin. ff. de conditio. & demonstratio. Quæ etiam extremitas temporis non est probata, ergo succumbere debet, ut dictis iuribus. & l. si cum actum. ff. de neg. gest. & l. Diuus. ff. de re iudica. & l. pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius uo. est ui exi. Quapropter perstringenda sunt dicta & attestationes trium testium prænominatorum.

5 Primus testis † uidelicet Bonus quõdã Antonij in effectu super primo capitulo testificãdo deponit de auditu alterius, & sic non probat l. testium. C. de testib. &

6 c. cum causam de testib. † Et dicit, quòd quidam iuuenis nauta perdiderat ducatos quatuor auri, & quòd ex dictis quatuor ducatis inuenerat unũ, &c. non probat, quia non dicit nomen iuuenis & de iure requiritur l. hac cõsultissima. C. qui testam.

testam.facere possunt.l. si in nomine C.
7 de testamen. † Item non probat,quia dicit quòd perdiderat ducatos quatuor auri,& tamen non capitulatur nisi de tribus ducatis perditis ; & sic non probat l. quinquaginta ff. de probationib.Item di
8 cit † quòd inuenerat unum ducatum, nō probat, quia est quid extraneum à natura actus.l.ob carmen.in fi.ff.de test.

Item interrogatus super interrogatoriis respondit,quòd non fuit præsens, quando perdidit dictos ducatos,&c. & tamen præsentia erat necessaria, ut dixi ; ergo non probat,ut dictis iuribus. Item licet interrogatus super secundo capitulo dicat ; quòd audiuit Cadenacium dicētem uersus Ioannam filiā dicti Boneti & sororē dictæ Claretę,sei tu quella che ha troua li denari,quæ Ioanna respondit, non che nō son mi,lè l'altra mia sorella Chiaretta.&c.per ista uerba non infertur aliqua pertinens probatio, quia Ioanna nō inducit testificatum,nec loquitur clarè, & cum substantia aliqua ; quia licet dicat,l'è l'altra mia sorella, &c.respōdit ad dubiam interrogationem Cadenacii, qui nō interrogauit de quibus denariis, nec de quot,nec de marsupio, nec de tribus ducatis. ergo non plus operatur respondendo Ioanna quàm interrogata fuerit, & licet dicat l è l'altra mia sorella, nō p hoc dicit quid & quantum sua soror Claretta reperiit, qnimmò nec dicit,ꝙ repe-
9 rijt.† Præterea deponit ipse Bonus in effectu de auditu alterius,id est Ioannæ.ergo non probat,ut d.l.testium cum simil. ideo in hoc teste non potest fieri aliquod fundamentum sanum.

Nunc uideamus de testificatu secundi testis,uidelicet dictæ Imperatricis, quæ interrogata super omnibus capitulis dicit quòd uidit dictam Claretam accipere de terra denarios, & quòd erant ducati tres
10 auri, & tetigit eos &c. † Ista testis non probat,quia non deponit de tribus ducatis existentibus in marsupio, nec aliquid deponit de ipso marsupio, ergo non conuenit cum petitione,siue capitulis actoris,ut iuribus præallegatis, nec est uerisimile,quòd reperijsset dictos tres ducatos sine marsupio,prout etiam non est uerisimile, quòd aliquis alius acceperit marsu
11 pium sine ducatis,† ergo non deponit tale quid,quod sit uerisimile, & sic nedum non probat,quia non deponit de capitulato,sed extra capitulum. iuxta not.in l. si quis libertatem.§ fin.ff.de petitio.hæredita.per Gloss.& in l.si duo patroni. ff.
12 de iure iurand.† Verum etiam non probat,quia non deponit aliquid uerisimile ut d.l.hoc carmē.§. fi. & sic nihil facit ad propositum,quòd dicat, quòd Maria dederit matri suæ.

Præterea,ut dixi,& dicam, isti testes non possunt aliquid boni probare, quia non fuerunt capitulata incumbentia, Et ideo ipsa testis interrogata super interrogatoriis partis aduersæ dicit,quòd nō fuit pręsens,quando cecidit marsupium,& quòd dicti ducati nō erāt in aliquo marsupio. & per consequens ista testis deponit potius pro Boneto,quàm contra ipsum.

Nunc accedo ad testificatum Cadenacii, & iste testis interrogatus super omnibus capitulis dicit in effectu, quòd dum Magnificus Dominus Capitaneus incepit interrogare dictam Claretam de dictis denariis iuxta cancellariam, ipsa incepit ualde plorare,& nihil uolebat dicere, & quòd ipse Magnificus Dominus Capitaneus incepit sibi minari, dicendo quod sibi diceret rem, & semper ipsa plorabat,ideo ascendit palatium suū, ubi fecit conducere ad se dictam puellam, & ubi admonuit ipsam uerbis adminatoriis, quòd sibi diceret ueritatem, & tandem ipsa puella uidelicet Clareta plorā do dixit, quod inuenerat ducatos, & quod nesciebat quot, quos dederat Mariæ eius sorori, &c. Iste testis nihil infert.& primo quia deponit, quod ipsa
13 Clareta propter timorem ita dixit,†Vnde confessio meticulosa non ualet,ut l.si per impressionem.C.quod met. cau.l.i. C.si rect. pro.& in c.i. extra. quod met.
14 cau.† Secundo ista confessio non adminiculatur,dum dicit quod inuenerat ducatos & nesciebat quot. ergo non confitetur de tribus ducatis, nec aliquid dicit de marsupio,nec quot essent in ipso marsupio

supio, ergo tanquam confessio non conueniens, nec concordans cum intentione actoris nihil ualet. l. i. cũ sua materia C. de confess. Nec posset ideo nec deberet dictum testis, uel huiusmodi confessio reduci ad concordiam cum petitione uel capitulis actoris, maximè ad finem probandi, ut not. Inno. in c. cum contingat de offi. delega.

15 † Præterea confessio huius puellæ tan-
16 quàm infantis non est curanda, † quia infans, quicquid uidet, ignorat l. i. C. de fal. moneta. Instit. de inutil. stipula. §. pupillus. l. infans. ff. de furt. & in c. i. de delict. puero.

17 † Præterea etiam ex alio non esset huic testi fides adhibenda, quia ipse est sibi ipsi contrarius, uel saltem uacillans, & uarians, quando circa finem sui testificatus dixit hæc uerba, uidelicet, & quòd posset eẽ, quòd ipse scilicet Mattheus discipasset, uel aliter consumpsisset dictos denarios, tamen non fuisset uerum, &c. Nam si posset esse, quòd discipasset uel consumpsisset, ergo dicere, q̃ non fuis-
18 set uerum, † ista sunt contraria, quæ non possunt stare in eodem subiecto. l. ubi repugnatia. ff. de reg. iur. uel saltem uacillat, & sic ei non debet credi, ut l. qui falsa uel uaria. ff. de test. & extra. de cau. possessio. & proprie. c. cum ecclesia. de pœn. capit. super iis, cum similibus allegatis per Sp cu. in titulo de teste. §. primo. uersicu. item quòd testes sunt uarii, &c. uel saltẽ obscurè uel confusè loquitur, quarta quæstione tertia, uer. in testibus, & in Specul. in dicto loco, uersicu. item quòd testis obscurè uel cõfusè dixit &c. Et ulterius aduertendum est, quia iste Catenatius testis in prædictis uerbis uidetur suspicari de discipatione uel cõsumptione dictorum denariorum, facta per dictum Matthæum, sicut etiam uidetur suspicari Bonus quondam Antonii primus testis prædictus, dum dixit, quòd bene potuisset esse, quòd Matthæus dissipasset, uel consumpsisset dictos denarios, & finxisset se perdidisse, tamen ipse testis nõ credit, & assignat rationem, quia ut tũc dicebatur, inuentus fuerat unus ex dictis ducatis, ista sunt uerba formalia sua. Sed hæc ratio ualde discrepat a materia nostra, quia actor nihil dicit de inuentione unius ducati, ergo cessante hac ratione remanet suspitio prædicta. Et ego dico quòd Deus ostendit huius negotii ueritatem, quia cum dictus Matthæus fortè audiuisset, quòd dicta Clareta reperiisset certos ducatos, finxit eos perdidisse, ut eos lucrifaceret, & hoc ostenditur, quia non capitulauit, qualiter & quomodò habebat penes se Marsupium, nec quomodo cecidit sibi illud Marsupium, nec in quo certo loco, nec probauit prædicta, nec etiam probauit, quòd tres ducati essent in marsupio, nec quòd Clareta tempore quo marsupiũ sibi cecidit, esset ibi, licet hoc ultimum ipse capitulet, nec ꝓbauit, quòd ipsa inuenerit Marsupiũ cũ tribus ducatis intus. ergo uidetur satis apertè, quòd dictus Matthæus calumniosè & temerariè egerit, ut l. eum quem temere. ff. de iudic.

19 Ex quibus omnibus patet † quòd dicti testes, nec aliquis eorum habet in suo testificatu realitatem alicuius saporis, & per consequens nihil adminiculatur, & ꝓpterea tertium capitulũ dicti actoris cõtinet in se falsum, & quid temerariũ, dũ dicit. Item quòd stantibus prædictis dictus Bonetus uenit condemnandus per Magnificum Dominum Capitaneum ad dandum & cum effectu restituendum sibi, uel suo principali ducatos tres, & dictum Marsupium &c. Nam immo non uenit condemnandus, sed est exprese absoluendus, quia actor nec capitulauit incumbentia, neque probauit.

Præterea nec probauit, quòd aliquid de dicta pecunia peruenerit ad manus dicti Boneti patris, nec quòd ipse approbaue-
20 rit aliquem actum in ista materia. † Vnde stat regula & text. expressus quòd pater non tenetur pro filio uel filia, ut l. prima C. ne fil. pro pat. Et per hoc respondetur ad id, quod præmisi in contrarium, licet conditionaliter, quia l. i. C. de bo. mater. cum sua materia loquitur, quando ad patrẽ, ut legitimum administratorem filij aliquid peruenisset, uel per eum stetisset

quo

quo minus perueniret, uel quando esset tale quid, quod caderet in administratione, sed ista cessant in casu nostro, & sic nõ sequitur, pecunia peruenit ad manus Claretę, quod tamen non est probatum ut dixi, ergo peruenerunt ad manus Boneti patris eius. hæc enim consequentia
21 falsa est. † quia facta non præsumitur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & patet ex to
22 to titulo. ff. & C. de in rem uerso. † Nec etiã sequitur, peruenit ad manus uxoris suæ, quod tamen non est probatum, ut dixi, ergo pręsumitur peruenisse ad manus Boneti mariti sui. l. si stipulata. ff. de do-
23 natio. inter uirum & uxoré. † Nec maritus tenetur pro uxore, sicut nec è contra ut. C. ne uxor pro mar. in rubro & nigro. agat ergo cõtra matrem puellæ, sed alijs probationibus utatur, si possit, quia istæ nihil conferunt, nisi esset aliter capitula-
24 tum & probatum. Et ex ijs patet, † quòd dictus actor minimè semiplenè ꝓbauit, nec tale quid probat, propter quod prælibatus Magnificus dominus Capitaneus possit, nec debeat deferre sibi sacramentum in defectum, uel ad supplementum probationis, ut l. admonẽdi cum sua materia. ff. de iure iurãdo. l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. & c. fina. extra de iure iu-
25 rando. † quia consciẽtia iudicis debet esse à iure informata, & in Deo, iure, & ueritate fundata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsi. c. quærenti. extra ne uerborum significatio. & per Bald. in l. prima. C. ut quæ desunt aduoca. par. l. fina. C. de pro-
26 batio. † Et hinc dixit Bald. in sua solenni disputatiõe, quę incipit statuto cauetur, quòd fęnerator, &c. in septima columna, quòd in foro conscientionali sola iustitia, quæ ex ueritate oritur, debet atten-
27 di. † Facit quod not. Innoc. in cap. officium. de pœniten. & remissio. & subdit in dicta l. loco. in octaua colum. quòd licet testator aliquid commiserit conscientiæ executorum, tamen ipsi non possunt leges transgredi, quia intelligitur de conscientia lege munita, non de eo, quam sibi quisque fabricat. argumen. ff. de leg.
28 ij. l. codicillis. § penult. † Vnde ubi agitur de pręiudicio tertij, nõ creditur sibi, si dicat se habere conscientiam, nisi probet causam, quare. l. quintus. ff. manda. nisi lex liberè cõmittat in conscientia sua. de rescrip. c. statutum. §. penul. lib. sexto. Præthereà ibi agitur de modico præiudicio argumen. l. thesaurus. ff. ad exhibendum. ista sunt uerba Bald. in dicto loco. Quanto ergo fortius in casu nostro præfatus Dominus Capitaneus non debet prætendere aliquam læsionem continentiæ, cuius conscientiæ non est facta commissio, & agitur de magno præiudicio, attenta qualitate personarum; nam defenditur à iustitia & rectitudine rationis, prout supra probaui.
29 Merito, † licet ipse sit Dominus sapientissimus, tanquam secutus præcepta iustitiæ & moralitatis, consueuit quærere cõsilium pro iustitia ministranda, juxta Cicero. de offic. libro primo. cap. trigesimo quarto, inquientem, in omnibus negocijs prius quàm aggrediere adhibenda est præparatio diligens.
30 Ideò † Sene. lib. xix. ca. primo inquit. malè geritur, quicquid geritur fide fortunæ. Vnde Auctor belli libro de formula honestæ uitæ inquit. Tunc per rationem rectè uiues, si omnia prius existimes, & perpenses, prudentis proprium est consilia examinare, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Vnde Cassiodorus epistolarum lib. viij. cap iij. omnia deliberata sunt robusta. & Isidorus in Synonyma soliloquiorum lib. ij. cap. xlj. Ancipitem diu delibera sententiã, age nihil ex prin-
31 cipio magnum. † Vnde Salomon in prouer. xiij. cap. qui cũ cõsilio cuncta agunt, reguntur sapientia. Ideò Tobia cap. iiij. cõsiliũ à sapiẽte semper require. Omitto studio breuitatis cæteros philosophos & poetas. Consulo ergo partes Magnifici Domini Capitanei prælibati esse in absoluendo dictum Bonetum à petitis per pręfatum ser Franciscum procuratorem substitutũ dicti Matthæi Piuati, seu Fe-
32 ri. † Sequitur etiam ex prædictis, quòd ser Franciscus actor dicto nomine temerariè litigauit, ideo debet in expensis cõdemnari. d. l. eum qui temerè. ff. de iudi. & in c. finem litibus ex. de dolo & contumacia

macia, & utrobique per Glossas & Doctores. Laus Deo.

Ita ut supra per me scriptum, dictum & consultū est dico & arbitrator iuris esse Ego Angelus quondam Domini Alexā. D. Angeli de Vbaldis de Perusia, Vtriusque Iuris Doctor, Comes & miles, ac sacri consistorij Domini nostri Papæ aduocatus, & ad fidem, alijs impeditus, aliena manu me subscripsi cum solito sigillo. Laus Iesu Christo saluatori nostro.

CONSIL. D. ANGELI Q. D. ALEXANDRI Q. D. ANGELI DE Vbaldis Perusini. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Testis primum dictū iudiciale, præualet eius secundo dicto extraiudiciali.*

2 *Prioritas cadit inter actus ualidos, non autem inter ualidos & inualidos.*

3 *Dictum in iudicio licet sequatur dictum extraiudicium, habetur pro primo delicto non pro secundo.*

4 *Verba intelliguntur ex more uulgi proferri.*

5 *Confeßio extraiudicialis nō ualet quoad probationem, licet faciat aliquale indicium.*

6 *Argumētū de teste ad partē & è cōtra ualet.*

7 *Stari dēt secūdo dicto testis facto in iudicio, licet uariauerit à primo facto extra iudiciū.*

8 *Testis uarius potest pœna falsi puniri.*

9 *Testis studiose reddens causam dicti sui non concludentem, falsi pœna est puniendus.*

10 *Testis deponens per uerbū non recordor, quādo certum est, quòd debet recordari punitur.*

11 *Testis si cōmittit falsitatem uel fraudem, siue in loquendo, siue tacendo, uel loquendo uersutè, & non dicendo plene ueritatem debet de falso puniri.*

12 *Testis qui uidit factū & non reddit rationē facti per uisum, sed per famam, debet criminaliter & ciuiliter condemnari.*

13 *Testis uarians uel uacillans in iudicio, potest puniri de falso.*

14 *Nō solum homo, sed nec Deus potest dispositionē sibi ipsi repugnantem in esse producere.*

15 *Exceptio repugnantiæ nunquam uidetur exclusa, neque à lege, neque à statuto.*

16 *Contrarius sibi ipsi non est audiendus.*

17 *Opinio illa in dubio eligi debet, per quam mitior sit interpretatio.*

18 *Testis uarius in iudicio ab eo, quod dixit extra iudiciū, quando non intercesßit inter primum & secundū dictū, magnū interuallū temporis, & quando in secundo dicto non dat rationem, tunc attenuat eius dictum.*

19 *Testis etiam ex interuallo potest corrigere dictum suū, quando secundum dictum se compatitur cum primo.*

20 *Testi urianti non creditur, nisi habeat plures contestes.*

21 *Testes idonei requiruntur in criminalibus, & debet causa eße instructa apertißimis documētis, indubitatis, & luce clarioribus.*

22 *Testis quando secundo loco uariat à suo primo dicto, nec dixit se uelle corrigere, nec istam causam erroris alleget, uidetur stari primo dicto non secundo.*

23 *Testis primū dictū, licet extraiudiciale, quādo de se est ualidum, licet secundum dictum sit iudiciale, si est contrarium primo, primum præualet secundo.*

24 *Testis quādo iuramento præstito dixit unum extraiudicialiter, & contrarium dixit in iudicio, tunc non probata pœnitentia, ratione periurii, secunda eius depositio non ualet, & non tenet.*

CONSILIVM LXXIII.

CHRISTI nomine inuocato, eiusq; gloriosßimæ semper uirginis matris Mariæ, totiusque cœlestis curiæ triūphantis, Amen. Hæc cōsultatio pulchra est, & diligenter attingenda, & quamuis ipsa materia uideatur per scribētes satis abunde discussa, tamen pro pleniori doctrina ad tres passus aduerti debet. Primus est; utrum stari debeat secundo dicto ipsius testis sic uariātis, ut præsupponitur in themate. Secundus passus est, utrum neutri dicto stādum sit, uidelicet primo nec secundo. Tertius passus est, an standum sit tātum primo dicto ipsius testis licet extraiudiciali, secundo dicto eius iudiciali penitus reiecto.

1 Venio † igitur ad primū passum, in quo præsens materia rei nō patitur aliam argumētationē, & uidetur, quòd, cū ad esse iura-

iuramenti necessarium esse uideatur examen coram iudice competēti, ut l. iurisiurandi. l. nullum. l. si quādo, & per totum C. de testib. & extra eodem titu. c. in nomine domini. c. cum causam, & per totū titulum, cum infinitis similibus, certè cū dictus testis extra iudicium aliquid dixit suum dictum uidet̄ nullum, ergo nō impedit secūdum dictum iudicialiter prolatum ut in. c. nō præstat, de reg. iur. lib. vj. & hæc uidetur esse communis sententia Doctorum, nisi alia ratio in casu nostro mouere nos debeat, ita uoluit Spec. in titu. de teste. §. i. uersi. quid si idem testis. & uersic. secus. ubi refert Vincen. idem tenere. secundo idem uoluit ibi Ioan. Andre. in additio. Tertiò idem uoluit Glos. ultima in cap. cum causam. & Glos. penultima. in cap. sequen. de testibus. & ibi Ioan. Andr. & omnes Canonistæ. & ibi dicit Ioannes de Imo. Quarto idem uoluit Bal. in consilio, † quod incipit, licet assessores euntes post Bartolum sint cœci. ubi allegat textum unicum in iure. in cap primo. quid sit inuestit. in usibus feudorum. Quinto idem in dicto capitulo uoluit ipse Bald. Sexto idem notāter uoluit ipse Bald. in capitulo primo. §. pri. in fine. de controuer. inuestitu. in usibus feudorū. Septimo idem uoluit ipse Bald. in l. nullum, C. de testib. Octauo idem ipse Bal. tenuit. in §. notandū de no. feud. Nono idem ipse Illustris Doctor in l. gesta. C. de re iudica. in ii. colu. uersi. pone modo &c. Decimo idem uoluit Ang. in l. eos. ff. de falsi. Vndecimo idem consuluit recollēdę memoriæ D. Honofrius de Perusio, cuius auctoritatem solet Io. de Imo. in quamplurimis difficultatibus plurimum commendare, qui D. Honofrius simul cum Bald. ut supra consuluit. Et mouetur primo per id, quod tenet Bar. in d. l. eos. ff. de falsi. ubi tenet, quòd si testis primo testificatur in iudicio, postea contrarium asserit extra iudicium, statur primo dicto, nec per hoc punitur, ergo uidetur eadem ratione è contra, uidelicet quòd stetur ei, quod dixit in iudicio, licet primo contrarium dixerit extra iudicium, quia nulla maior ratio potest assignari. Secūdo hoc probat ipse D.

2 Honofrius, † nā prioritas cadit īter actus ualidos, non autem inter actus ualidos, & inualidos, quia tunc non tam potior q̄ solus inuenitur, ut est tex. in l. ii. ff. qui potior. in pigno. habe. Ita in hoc primo passu, cum ad essentiam dicti testis requiratur iuramentum, & examen

3 coram iudice competente, † unde illud, quod extra iudicium dicit, est nuda & simplex assertio, nullo iuris robore firmata; Ideò illud, quod posteà in iudicio deponit, solēniter est primum dictū, non secundum ut d. l. ii. & allegat hanc partem tenuisse Io. And. in mercurialibus in reg. nō est. li. vi. ubi dicit, quòd ea quę extra iudicium, uel in iudicio minus ualido asseruntur, non ualent, sed statur

4 ultimo dicto ualido, † quia uerba intelliguntur ex more uulgi ꝓferri. Tertiò mouetur per c. per tuas. extra de proba. à cōtrario sensu, ubi licet, quādo quis primò extra iudicium aliquem ut filium uocauit & tractauit, non posit posteà in iudicio contrarium asserere, ibi ideò est, quia tria concurrunt, fauor filiationis, communis opinio, & assertio utriusque partis, ut ibi dicit Glos. ergo iis cessantibus remanet regula in contrariū, & sic à contrario sensu, cum nullum istorum in hoc primo passu interuenerit, ut est ibi casus pro determinatione.

† Quod incipi. Adde quod hoc cōsilium Bal. est impressum in iii. uol. suorum consilium, cons. cccclxxxvi.

Non obstat Glos. in c. literas, de præsumptio. quæ dicit stari primo dicto extra iudicium prolato, non alij secundum quosdam, quia dicit ipse D. Honofrius, quod immò ibi Glos. loquitur, quādo primum dictum erat in iudicio ualido, quo casu statur primo dicto, etiam si posteà con-

5 trarium dicat in iudicio uel extra. † Nam & uidemus in confessione discreto facta extra iudicium, quòd non ualet quo ad probationem, licet faciat aliquale iudicium & ei stetur, ut not. Glos. in l. capite quinto. ff. de adul. ff. de ædilict. edi. l. quæro, per Inno. de electio. c. per inquisitio-

6 nem. † multo minus in actu discreto à teste, non à parte extraiudicium.

7 Ex † quibus uidetur concludendum, stante dicta communi sentētia, quòd in casu

 nostro

nostro deberet stari secundo dicto testis in iudicio deponentis de maleficio prædicto, nisi alia ratio moueret in cõtrariũ, ex eo quod proponitur in themate, ut infra dicam in tertio passu in fine.

8 Venio † ad secundum passum & uidetur dicendum, ꝙ neutri dicto ipsius testis sic uarii & uacillantis stãdum sit, & nedum quòd non probet, immò quod plus est possit de falso puniri. hæc fuit sententia Bar. in d.l.eos.ff.de fals.per illum text.in secundo respon. pro qua sententia facit quod inquit.Bald.in l.præsbyteri. C. de
9 episc.& cler. † ꝙ testis studiosè reddens causam dicti sui non concludentem, punitur pœna falsi, sicut si deponeret tacita
10 ueritate. † Idem si diceret, non recordor, quando certum est, quòd debet recordari. de quo per Inno.in c.qualiter & quan
11 do. de accusatio. † Et ideò ipse Bal. in l. nullum.C.de testib.inquit, quòd quandoq; testis cõmittit falsitatem, quandoq; fraudem, primum committit in loquendo, secundum in tacendo, uel loquendo uersutè, & non dicendo plenè factum, ut not.in l.Lucius. ff. de infam. & utrobiq; debet puniri de falso, ut est tex. no.in d. l.nullũ, & in d.l.presbyteri secundum ip
12 sum. † Et amplius dicit ibi Bal. quod est exemplum de fraude, quando testis, qui uidit factum, nõ reddit rationem uisus, sed famæ, ut testimonium suum non probet, nam criminaliter debet puniri, & ciuiliter tenetur parti ad interesse, ut.ff.de
13 falsi.l.qui in homine. † Dicit etiã in d.l. nullum, quòd testis uarians uel uacillãs, potest puniri de falso, si uariat uel uacillat in iudicio, puta dicendo modo se scire, modo nescire, modo aliquid scire, modo plus scire, uel nihil scire, ut ff. de test. l.qui falsa uel uaria, & licet subdat cõtra Bar.in d.l.eos, tamen hæc dicta sua à fortiori faciũt in proposito, ad arguendum fraudem dicti testis, qui primò dixit extra iudicium nihil scire, posteà uerò in iudicio se scire, ista enim sunt repugnantia, ergo impossibilia in eodé subiecto, ut l.ubi repugnantia, & de reg. iur. Vnde eleganter Bal.in l.tale pactum §.qui pro
14 uocauit.ff.de pact.in sua repe. † dixit, ꝙ nedum simplex homo, uerum etiam ipse summus Deus non potest dispositionem sibi ipsi repugnantem in esse producere.
15 Et † nunquàm hæc exceptio uidetur exclusa, nec põt excludi lege uel statuto, ut d.l.ubi repugnãtia.l. impossibilis & l. inter stipulantem.§.sacram.de uerb.obl. l.impossibilium.de reg.iu.c.nemo ad impossibile.extra eo.tit.lib.vi.& in c.fi. de condi. apposi. & per Barto. in auct. in-
16 gressi.C.de sacrosan.eccle.facit, † quia contrarius sibi ipsi non est audiendus l.j. C.de fur.c. solicitudinẽ. extra de appel. cum infinitis similibus.

Sed in hoc aduertẽdum est, quòd Doctores, qui tradunt prædictam doctrinã, ut dixi in primo passu, respõdent cõtra Bar. ad l.eos, quòd illa lex loquitur in tribus casibus, primò quando in una & eadem productione solẽni testis est sibi ipsi contrarius. Secundò quando testis deponit contra scripturam suam, suo sigillo sigillatam, quæ ualebat contra eum. Tertiò quando est contrarius in diuersis productionibus solenniter factis in iudicio. Et de extraiudicialibus nihil loquit ibi, & miratur Bald. in d. cons. quòd tam præclarus Doctor Bar. nimis errauerit, maximè in casus positione, & maximè secũ-
17 dum Io.de Imo.in d.c.cũ causam, † quia in dubio debet eligi opinio, per quã mitior fiat interpretatio, ut in c.in pœnis. de reg.iur.ff.de pœn.l.si præses.& l.de in
18 terpretatione. † Sed quamuis Doctores isti nitantur respondere ad d.l.eos, concludentes non esse locum pœnæ falsi, ac etiam concludunt dictum testem probare in iudicio deponentem, tamen non dicunt fidem eius attenuari, propter tantã eius testis uariationem & uacillationẽ, & maximè quia magnũ interuallum temporis non interponitur inter dictum extraiudiciale, & dictum iudiciale eiusdem testis, & maximè quando testis in secundo dicto non annectit rationẽ, quòd melius recordetur hodie quàm heri; quia ista nocte dicit se melius cogitasse, ꝑ id quod elegãter ponit Bal.in l. de iure.C. de in integ.restit. mino.& quod per Bar. in l.qui bona.§. si quis stipulaturus ff. de

dam.

dam. infect. ubi loquitur, quando in primo dicto interrogatus in iudicio de tempore uel loco dixit se nõ recordari, & iterum interrogatus alio tempore dixit illud fuisse certo loco uel tempore; nam non incurrit falsum, quia potest esse, ꝙ tempore secũdi dicti habuit memoriam & recordium, & nõ tempore primi dicti.

19 Nec † obstat, ꝙ testis ex interuallo nõ possit corrigere dictum suum. iuxta not. in c. præterea de testi. cogen. quia illud ꝓcedit, quãdo tractatur de correctione, quia secundum dictum non compatiebatur cũ primo, aliàs secus, ut in terminis Bar. in d. §. si quis stipulaturus, per dictã rationem secundum Io. de Imo. in d. §. qui dicit hoc esse notabile ad limitationẽ d. c. prçtereà. ꝙ forte secundum ipsum quãdo diceret in secundo dicto, quòd in primo errauit, ꝙ tunc unum dictum non compatitur cum alio secundum ipsum.

20 Vnde † ad propositum nostrum redeundo, cum dictus testis nõ se correxerit in continenti, nec dixerit, quòd in primo errauerit, nec asignauit rationem ꝙ melius non recordetur, dicendum uidetur, quod licet non debeat puniri pœna falsi, & est cõmunis doctorum sententia prædicta, tamẽ nõ est negãdũ, quòd multũ fidei detrahatur ipsi testi, & sic nõ debeat ei adhiberi fides, nisi haberet plures cõtestes, cũ in proposito tantẽ unus alius testis deponat cum eo, ut mihi præsupponitur, & hanc mediam sententiam & iuris prudentiam in medium consulendo adduxit Ang. auus meus, suo consilio in hac ciuitate Senẽsi per eum edito, quod incip. quædã Dom. + Margarita lib. iiij. consil. lvj. in ordine meorum, & maximè hoc procedit in casu nostro, quia dictus testis deponit in casu criminali pœnali

21 pœnæ fisco applicandæ, † nam in criminalibus requiruntur testes idonei, & debet causa esse instructa apertissimis documẽtis, indubitatis, luce clarioribus. ut l. fin. C. de proba. cum similib. quod hic non esset. Ex ijs uidetur concludendum in casu nostro non esse credendum dicto testi, tanquam non omni exceptione maiori. quod etiam infra probabo.

22 Venio † ad tertium passum, & uidetur, quod primum dictum extraiudiciale, in quãtum dixit se nihil scire, nec secundũ dictum eneruet, uel tollat primum, per tex. in l. generaliter. C. de non nũ. pec. extra. de testib. c. sicut. not. C. de decurio. in l. si ille, ergo dictus testis non probat. Secundò, quia secundo dicto tunc statur non primo, quando incontinẽti potuerit se corrigere testis, quando causãm iustã erroris & correctionis allegat, & ita iudici uideretur, secus quando simpliciter dicit diuersè, nec dicit animo corrigendi se hoc facere, ideò habetur testis, ut uarius, ita procedit, quod not. in auc. de test. §. quia uerò, in Glos. magna. & est casus in c. præterea extra de testi. coge. & prædixi in secundo passu. ubi inquit Bart. in d. l. eos. ff. de falsi. in iij. oppo. Sed ut occurrit in proposito, quia dictus testis nec se correxit, nec causam iustam per consequens erroris & correctionis allegauit, ergo non probat, nec iudex ar-

23 bitrari debet. † Tertio, quia qua ratione, quãdo testis uariat, quia primo testificatur in iudicio, deinde secundo loco dicit contrariũ extra iudiciũ, statur primo dicto ut d. l. generaliter. & d. c. sicut, Eadẽ ratione è contra uidetur standum primo dicto extraiudiciali; licet deinde posteà secundo loco contrarium dixerat in iudicio, per d. l. eos. ut etiam ibi dicit Bart. in uersic. & ideò pro dicta declaratione &c. quod ibi Ang. intelligit esse uerum, quãdo illud, quod dixit extra iudicium ualebat, sicut si in iudicio dixisset, & est exemplum in eo, qui testamentum signauit ut uerũ, & posteà in iudicio dixit esse falsum, ut d. l. eos. Ita uidetur in proposito nostro, quia primum dictum se nihil scire prolatum à teste sub iuramẽto sibi per syndicum delato, statuto seu consuetudine hoc disponente, seu permittente ualuit, ergo ei standum est, non obstante secundo dicto. Quarto hoc confirmatur in casu nostro per communem sententiam Legistarum & Canonistarũ, quam supra in medium adduxi in secundo passu, quæ sententia fundatur ea ratione, quia primum dictum testis tanquàm

+ Margarita. Adde, quod consilium cõtra scriptũ extat in i. par consil. ii ipsius Ange. cõs. cc. xiii incip. Pascuus ẽ, quæ da D. Margarita sana mente.

quàm inutile non præstat impedimẽtum secundo eius dicto iudiciali, ergo quando primum dictum est ualidum, præstat impedimentum secundo dicto, ut d.l.generaliter & d.c. sicut.ita tenent omnes nullo discordante, sed ita occurrit in casu nostro, quia primum dictum ad delationem iuramenti per syndicum factum ualuit statuto seu consuetudine permittente, ergo stat omnium cõclusio, quòd in casu nostro dictus testis non probat, quia in primo dicto suo ualido dixit se
24 nihil scire. Quintò † ad hoc plurimum aduertendum est diligenter, quia prædicta confirmantur in casu nostro, quia necessarium est fateri, quòd dicto testi non debet fides adhiberi tanquàm periuro, cum primò iurauerit se nihil scire, & posteà deposuit contrarium ita pulcherrimè dixit Ang. in l.eos allegata, ex. de test.c.testimonium. Et not. Glos.in c.per tuas.el.j.in uersi.adulterij ex. de simoni.& facit quod not. Specul.in tit.de teste §.i.& maximè in casu nostro, ubi agitur de crimine criminaliter interpretato, & contra iuramentum licitum, & maximè ante aliquam pœnitentiam & emendationem, sicut etiam dicimus in alio criminoso, iuxta c. testimonium.c.constitutus el.ij.& c.intimauit, de testi. & quòd ibi plenè per Canonistas.

Ex quibus omnibus stat clarissima conclusio, quòd siue attendamus ea, quæ dicta sunt supra in secundo passu, siue ea, quæ dicta sunt in hoc tertio passu, nõ est standum dicto testi tanquàm periuro. Item tanquam uario & uacillanti, & non omni exceptione maiori, & fide diminuto, Et si in aliquo stari deberet, staretur primo eius dicto iurato, ad delationem iuramenti syndici, statuto, seu consuetudine permittente.

Et ad dicta in primo passu stat clara responsio, quia procedunt, quãdo testis nõ est periurus, secundo procedunt, quando primum dictumtestis est inualidum, secus si ualidũ, ut oẽs fatentur, & occurrit in casu nostro, ut supra plenè probaui. Et istæ sunt duæ notabiles limitationes ad dictam cõmunem doctrinam, de qua dixi in primo passu. Laus Deo.

Et ita ut supra per me dictum & cõclusum est dico, & arbitror iuris esse Ego Angelus quondã Domini Alexãdri D. Angeli de Vbaldis de perusio, Iuris utriusq; Doctor & Comes, ac sacri cõsistorii sanctissimi Domini nostri Papæ aduocatus.

CONS. D. ANGELI DE VBALDIS PERVSINI Q. D. ALEXANDRI Q. D. Angeli.

SVMMARIVM.

1 *Palliditas sola, seu uultus commutatio, aut trepidatio, ad torturam non indiciant, nisi aliud indicium concurrat, per totum consi.*

2 *Indicia plura uel unum tantum an requirantur ad torturã, iudicis arbitrio relinquitur.*

3 *Intellectus ad l. de minore.§.tormenta.uersi cu.plurimum.ff.de quæstio.*

4 *Argumenta non sufficiunt ad torturam, nisi etiam sit reus suspectus.*

5 *In pœnis interpretatio magis æqua et benignior fieri debet.*

6 *Indicium ad torturam quale esse debeat.*

CONSILIVM. LXXIIII.

CHRISTI Nomine inuocato, eiusque Gloriosissimę semper Virginis Matris Mariæ, totiusq; cœlestis curiæ triũphantis Amen.
1 † Dum quęritur à me, si quando capitur aliquis, & ductus ad præsentiam potestatis, seu sui iudicis maleficiorum, interrogatus si tale commisit maleficium, &c. an si efficitur pallidus & commutatus in uultu, & tremidus efficiatur, & respondeat trepidè, sit hoc sufficiens indicium, adeo quòd potestas seu eius dictus iudex, cũ possit ad torturam ponere, sine aliquo alio indicio, & fama mala aliter non laborante contra ipsum, quod tale non comiserit maleficium, nec immò pur aliquod aliud malum. Dicendum est breuiter, quòd non, si non cõcurrit aliud indicium, de hoc est text.in l.de minore.§.tormenta.in uersi. plurimũ.ff.de quæstio. ibi nam & ex sermo-

mone,& ex eo qua quis constantia, scilicet tortus, qua trepidatione quid dicere &c.unde non sufficit sola trepidatio, sed quod etiã trepidè aliquid dicat. Et quod confirmatur ex eo, quod notat Bartol.in d.uers.plurimum,dum ibi litera dicit,cognitoris subtilis diligentia, quòd iudex potest interrogare pro inuestigãda ueritate de circunstantijs quibuscunque etiã remotis,& subdit idem Barto. ponderando dictum tex.qua quis constantia & trepidatione loquatur,ex eo patet,quòd cõstantia & trepidatio indicat aliquid indici. Et subdit Barto. ex hoc habes, quòd etiam ubi alia indicia extrinseca nõ procedunt,ex eo,quod reus facit coram iudice loquendo trepidè ponendo & uariando, potest habere indicia sufficientia ad torturã,ita uides hic.ista sunt uerba Bar. qui mouetur per text. in.d.§.seu uersic. plurimum, qui loquitur de trepidatione in loquendo, non autem loquitur de solo pallore, sed loquĩ de sermone, & de constantia,& de trepidatione in loquendo,& de existimatione rei, qua sit in ciuitate. hoc etiam confirmatur ex eo quod postea Barto.dicit in l.fina.ff. eodem tit. de quæstionib.in j.& ij.colum. ubi ponit materiam indiciorum,uidelicet in uersi. sed quia hic de suspicionibus,& indicijs fit mentio, &c.ibi, & si quidem à uicinis reperit aliquem,de quo sit suspicio,eum ad se aduocet diligenter & eum interroget de circunstantijs multis, ubi stetit illa nocte, cum quo comedit, & cenauit. ita est illa subtilis cognitio, de qua in d. §.seu uersi.plurimum sed & tunc ex sermonibus & uoce,& trepidatione, seu cõstantia poterit cõtra eum habere aliquã præsumptionem,uel nõ habere, uel si repertus erit in mẽdatio, erit maxima præsumptio contra eum, &c.Iste est modus inuestigandi maleficia,& allegat iura,ut ibi per eum, loquitur ergo de trepidatione in loquendo,prout loquitur tex. in §. seu uersicu.pone contra aliquem, &c.circa fin. d.uersiculi,ubi possumus etiam ponere casum in aliquo maleficio, ut homicidio & furto. reptus est homo mortuus in aliquo loco, de quo aliquis inculpat possunt contra eum apparere indicia, ꝙ erat suus inimicus.Item quod fuit uisus facere præparamẽta ad hæc,ut emere gladium & similia. & fuit uisus illo sero per aliqua loca ibi uicina, cum non consuerit,& sic de similibus,quæ iudex arbitrio suo inquirat,&c.ut ibi per eum,qui allegat iura. Non ergo sufficit solus pallor, uel simplex trepidatio,nisi trepidè loquatur, quod arbitrio iudicis committitur, hoc etiam putat,quia tex.in d.§. seu uersicu.plurimum,quãdo loquitur de trepidè loquẽte,loquĩ copulatiuè, & sic trepida locutio non debet mouere iudicem sola sine alio indicio ad ponendum eum
2 ad torturam.† Et pro tanto Bar.in d.l.fi. in.§.sed quæro, utrum requirantur plura indicia,an sufficiat unum indiciũ ad torturã,finaliter tenet, quòd hoc stat in arbitrio iudicis l.testiũ.§. eiusdem quoq;, principis.ff. de testib. Nam possunt esse quædam indicia generalia & remota,ista non sufficerent sine alijs,ut puta,est homo malæ cõ ditionis,& indicium est quale quale,ut in d.l.de minore.§.pen.& nõ sufficeret ad torturam sine alijs indicijs secundum ipsum Bartol. ergo sequitur, ꝙ minus sufficeret simplex pallor, uel simplex trepidatio,& subdit ibi idẽ Barto. quòd si esset istud indicium unitũ cũ alio,ut quia est homo malæ conditionis & uersaĩ in domo illa, certè ista duo aggrauant suspicionem,ut l.dominus horreorum.ff.loca. Sed si esset unum indiciũ non remotum,sed propinquum, & tangens negocium de quo quæritur, ut bonus testis de uisu, uel de confessione extra iudicium,uel quòd est ibi captus propter hoc maleficium, uel est res reperta apud eum,&c.ergo Barto.determinat ca
3 sum nostrum.† Et sic patet quod dixi,qđ simplex pallor, uel simplex trepidatio, seu tremor, nõ est sufficiens indiciũ,nec debet mouere iudicem ad torturam, per d.§.seu uersicu.plurimum,ubi tex.loquitur de uoce,& hic non interuenit, & loquitur de diligentia subtilis cognitionis iudicis,quæ etiam hic non interuenit. Item loquitur de sermone, qui etiã hic non interuenit, loquitur de constãtia & trepi-

trepida locutione, & subdit litera in d. §.uel cuius existimationis quisq; in ciui tate sua est &c.& tamen hoc ultimum so lũ non sufficit sine alio indicio,ut supra dicit Barto.in d.uersicu.sed quæro, utrũ requirantur plura indicia,&c. & pro hoc tex.in l.milites.§. oportet C.de quæstio. ubi litera sic inquit, oportet autẽ iudices,nec in ijs criminibus, quæ publicorũ iudiciorum sunt,ad inuestigationẽ ueritatis à tormentis initium sumere, sed argumẽtis primũ, uerisimilibusq; uti, & si iis ueluti certis indicijs ducti, inuestigãdæ ueritatis gratia ad tormẽta putauerit esse ueniendũ,&c.Nullus enim diceret, ꝙ solus palor,& sola trepidatio, ac etiã simul iuncti deberet, uel deberent censeri argumenta uerisimilia, & probabilia, nec etiam certa indicia,uult ille tex. Et quamuis supra dixerim,de trepidè loquẽti,tamen hoc solùm sine alijs indiciis nõ sufficeret nec moueret iudicem ad ponendum ad torturam, sicut nec hoc solùm,quod inculpatus sit malæ conditionis homo, ut supra inquit Bartol.& facit ad prædicta tex.in l.unius.§. in ea. ff. de quæstio.& in l.i.circa princip. in uersic. & non esse,& in uersicul.ad tormenta seruorum,ibi cùm suspectus est reus,& alijs argumentis, ita probatione admone-
4 tur, &c.per quem text.patet,† quòd nõ sufficiunt argumenta,nisi etiam sit suspectus, & hæc opinio humanior est, nam ut dicit Ang. in l. cùm cognitionaliter. C.de quæstioni. hoc totum relinquendũ
5 est iudicantis arbitrio. † ut semper interpretetur in partem magis æquam & benignam,cũ potest,ut l.sanctio legum, & l.
6 interpretatione.ff.de pœ.† Dixit etiam ipse Ang. ibidem, quòd non omne indicium est sufficiens, sed debet esse tale, quòd uerisimile sit per illud,esse maleficium perpetratum per eum, ut dicit ibi notabilis text.quem pondera multum tu qui habes asidere in criminalibus, ista sunt uerba Ang ipsius notanda, qui etiã in d.l. milites.§.oportet loquens similiter de materia indiciorum dicit, super hoc tamen eorum conscientias aggrauo, ut eas habeant temperatas, & ad Deum directas,ut congruit, non autem ad aliquã pompam, & aliquam seueritatem. Deo Gratias.

Ego Angelus quondam D. Alexandri D. Angeli de Vbaldis de Perusio. V. I. Doctor & Comes, ac sacri consistorij Sanctisimi D.nostri Papæ aduocatus, ut supra per me scriptum est dico, & arbitror iuris esse &c. Paduæ M. CCCCLXX. Die xij.Iulii.

OONS. D. ANGELI DE VBALDIS Q. D. ALEXANDRI. Q. D. ANGELI de Perusio.

SVMMARIVM.

1 *Currens equum si quempiam interficit,an de occiso teneatur.*

2 *Currere equos per uias in quibus homines solent transire non licet.*

3 *Intellectus ad dicta per Ang. Aretin. in tracta.maleficio.in Gloss.scienter & apensatè. uersi.quid autem si in cursu equi.*

CONSILIVM LXXV.

CHristi nomine inuocato,eiusq; Gloriosisimæ semper Virginis Matris Mariæ,totiusq; cœlestis curiæ trium-
1 phantis Amen.† Si aliquis currens equũ occidat puerũ,uel aliquem alium, perinde tenetur, ac si occidisset gladio, ita Bal.in l.pri.post pri.in uersicul. siue autem corpore.ff.si quadrup. pauper.fecis. dica.in uersicu.obtriuit aliquem, &c.secundum Iacob.Butriga.quod nota secũdum ipsum. Et idem uoluit Ang.referendo Iacob.Butriga. & Bald.in d. l.i.§. & generaliter ibi, ideòq; si equus dolore concitatus,&c.ubi dicit esse optimum argumentum,& allegat etiam text.in d.§. siue autem,& subdit, de hoc uide casum de homici.in c. dilectus filius, ista sunt uerba Ang.qui idem uidetur uelle, per tex.illum,qui probat à contrario sensu, & à ratione cessante, dictum currentem equum delinquere, & de casu teneri, & pro hoc etiam Gloss.ibi,quæ remittit ad d.c.sicut dignum eod.titu.& ibi in d.c.sicut

cut, est Gloss. in uersicul. consilium, & in uersicul. si non adhibuerit diligentiam, &c. & in uersicul. si uerò dabat operam illicitæ rei, siue adhibuerit diligentiam, siue nō, semper imputatur. 50. di. c. clerico, &c. & concor. quod not. Io. in c.
2 is qui. homici. lib. vi. † Est autem illicitum currere equos per uias seu stratas, in quibus homines solent transire, ut uidetur probare tex. in d. c. dilectus. & probatur, in l. item Mela. & in l. si putator. & in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquili. & in l. si ex plagis. §. in cliuo, dū loquitur de muliere, & dum loquitur de asello eod. titu. & omnes dicti tex. sunt ualde
3 notabiles ad hoc. † Quæ nota ad ea, quæ ponit, & dicit Ang. Aretin. in suo tracta. maleficio. in Gloss. scienter, dolosè & apensatè, in uersicul. quid autem si in cursu equi puer occidatur, &c. dū dicit ibi, & non ex proposito equitantis, nec aliter distinguit, neque aperit seu declarat se, quia currēs equum per stratas & uias, in quibus conuersantur personæ, tenetur per prædicta, si quem interficiat, ac si gladio occidisset, ut supra dixi. Potest tamen dici, quòd dictum Ang. Aretin. militaret, & haberet locum, quando currens equum esset in loco amplo & remoto, in quo homines non frequētarent iter, seu uersarentur, & superuenientibus à casu personis ex incursu equi, & non proprio proposito ipsius equitantis quis interficeretur, Aut quòd fracto morsu, seu ruptis habenis, dum equus esset in cursu, equus discurrit ad stratas, & uias publicas, in quibus personæ uersantur, quia tunc non teneretur, si ibi quis interficeretur, impetu & cursu equi, per Gloss. in d. cap. sicut dignum, ut d. cap. dilectus. de homicid. & alia iura. & ita debet intelligi dictum Angel. Areti. præfati, qui ita clarè loquitur non sub nube, & obscurè, ac non perfectè.

Et etiam facit ad ea, quæ supra dixi, quod not. D. Florian. in d. l. item Mela. in prin. dum dicit, ibi non debet quis currere in quolibet loco, sed demum in loco congruo & competenti, imputatur committenti se in loco periculoso, & quod ipse notat in l. quemadmodum. §. si nauis, ibi dum dicit, quando non poterat se aliter dislaqueare, & in l. si quadrupedes. §. siue autem. si qua. pau. fe. di.

Ego Angelus q. D. Alexandri q. D. Angeli de Vbaldis de Perusio. V. I. D. &c. Paduæ scripsi. M. CCCCLXX. Die. x. Augusti, requisitus supra hoc à quodā antiquo intimo meo. Laus Deo.

CON. D. BAPTISTAE A SANCTO BLASIO PATAVINI legum Doctoris.

In materia casus præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *Qui cum equo currens dolosè hominem occidit, tenetur lege Cornelia de sicariis.*

2 *Dolus est machinatio studiosa.*

3 *Currens cum equo, qui hominem absq; dolo malo & proposito occidendi occidit, punitur pœna extraordinaria, non autem lege Corlia de sicariis, iuxta tamen qualitatē culpæ.*

4 *Culpa lata non equiparatur dolo, quando agitur de pœna capitali.*

5 *Homicida culposus, licet aliquando per legem sit punitus exilio quinquennali, tamē iudex illam pœnam, ad eius arbitrium poterit moderari.*

6 *Currens cum equo, licet secundum aliquos interficiat aliquem ex cursu equi, perinde puniatur, ac si cū gladio illū occidisset, tamen id intelligitur quādo dolo malo hominē interfecisset aliàs tenebitur iuxta modum culpæ.*

7 *Iudex qui potest arbitrari super pœna homicidii, si ille alterat pœnā consuetam, sine iusta causa dicitur grauare partem, & locus est appellationi.*

8 *Currens cum equo, si occidit hominem ex tali cursu, in dubio præsumitur culpa non dolo occidisse.*

9 *Allegans casum fortuitum in homicidio cōmisso ex cursu equi, debet illum probare.*

10 *Cursu equi occidens hominem absque dolo, & absq; culpa, si clericus, incurrit irregularitatem, sicut qui hominem interficit ad sui defensionem, etiam absq; aliqua culpa sua.*

CONSILIVM LXXVI.

IN DVBITATIONE de qua supra, Cōsiderandū est,† quod aut currēs
1 cum equo occidit hominem dolose, &
2 ex proposito,† qui dolus est machinatio studiosa,ut habetur in l.i.ff.de dolo malo, & tunc qualitercunq; quis occidat hominem dolosè, tamen tenetur pœna capitali legis corneliȩ de sicariis, ut in l. is qui cum telo.C.ad l.Corn.de sicar. & in l.i.§.sed si claua.ff.eo.titu.à contrario sensu,quod argumētum ualidum est l.i. §.eius rei.ff.de off.eius cui mand.est iur.
3 † Aut quis currendo cū equo occidit hominem nō dolosè,& sic absq; dolo malo,& absq; proposito occidendi alium in cursu equi, & aut nulla culpa pōt ei imputari,puta quia currebat in loco ad hoc deputato, & tunc de hoc casu non tenetur.l.eum qui.C.de sic.l.aut facta.§.euētus.ff.de pœn.Aut fuit in culpa, puta qa currebat in loco ad hoc nō deputato,nec consueto, uel quia non adhibuit diligentiam, uel quia nō bene rexit equum, uel quia non erat potens ad gubernationem equi,& tunc punietur de culpa,siue sit lata,siue leuis,siue leuissima, ut plene per Barto.in l.i.ff. de legib.& punietur extra ordinem arbitrio iudicis,citra tamen pęnam illam capitalem,quam debet pati ille qui dolosè occidit,plus tamen puniendo culpam latā quàm leuem,uel leuissimam, & plus puniendo culpam leuem, quàm leuissimam, sed minus quàm latā culpā ut in l.in lege Cornelia.ff. de sica.
4 †ubi lata culpa in istis nō ęquiparatur dolo,& quod habetur in l.in actionibus.ff. de in lit.iur. Et minus puniendo culpam leuissimam,quàm leuem uel latam culpā ut per Bart.in d.l.i.ff. de leg. & habetī in cap.sicut dignum.de homici.& in d.l.aut facta.§.euentus. Et si quæris,quando dicatur talis currens esse in dolo, uel in lata culpa, uel in leui,uel in leuissima,uel in casu fortuito, hoc pulchrè declarat
5 Bar. in l. quod Nerua.ff.deposi. † Et reperio, quòd alibi Iurisconsultus arbitrādo puniuit homicidam culposum exilio quinquēnali, ut in l.in lege Cornelia.§. cum quidam.ff.ad l.Corneli.de sicar.per quem tex.cum essem assessor Brixiæ, tēpore quo eram scolaris sub regimine D. Aloysii Fuscareni fuit quidā relegatus ad quinquēnium pro eo, quod cū plures luderēt ad sagittandum cum balista, uel arcu ad signum, sagittando minus q̄ peritè, percussit cum sagitta sociū in capite absque dolo, & ita de facto fuit arbitratū in casu illo, tamen aliter posset iudex arbitrari ex quo pœna est arbitraria l.i.§.i.ff.de extraor.crimi.& cap.de caussis de offic.delega.& per Gloss.in §.in sūma.institu.de iniur.Vnde Doctores illi,
6 qui dicūt,† quòd, qui currendo cū equo occidit hominē, tenetur perinde ac si occidisset cum gladio,uerum dicunt, quia in occidēte cum gladio distinguitur dolus à lata culpa,leui uel leuissima, ut in dictis iuribus,nam qui cum gladio hominem occidit,si quidem cum dolo, prout præsumitur,tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis.l.i.C.de sicar.si uero cū lata culpa,uel leui,uel leuissima, tenetī extra ordinem arbitrio iudicis,ut per Bart. in d.l.i.ff.de leg.& in leg.Cornel.ff. ad l. Cornel.de sica.
7 Et† aduerte,quòd iudex habens arbitriū debet arbitrari pœnam cōsuetam l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de iis qui no.infam.& l.si seuerior.& l.si prosidoniū.C. ex quib.cau.infa.irroga.& si alteraret sine causa,diceretur grauare partē, & posset appellari,ut habetur in cap.super iis de accusation.& per Ioann.de Imo.in l. ij.ff.de public.iudi.
8 In† dubio autem loquendo in currēte cū equo,puto,ꝙ præsumatur culpa,sed non dolus.argumen.capitu.significasti.de homicid.& quod not.in l.i.C.de sicar. & in
9 d.l.i.§.sed si claua.ff.eod.ti.Et † qui uult allegare casum fortuitū, debet illum casum probare,per ea,quæ habentur in l. si quis ex argentariis.§.prætor ait,per Bar. ff.de edend.& per Cy.in l.quæ fortuitus,
10 & l.creditur.C.de pigno. actio.† Ita puto de iure dicēdū super dicta hæsitatione,fateor tamen,quòd si talis currens cū equo occidat hominem etiam absque dolo,

lo,& etiam absque culpa, ut supra, quòd uidetur irregularis, si est clericus, sicut ille qui occidit hominem ad sui defensionẽ absq; aliqua culpa sua. cle.j. de hom. sed tamen de hoc me remitto ad Canonistas in ca. si perfodiens, & in alijs ca. sub illo titu. collocatis. Laus Deo.

Baptista à Sancto Blasio Patauinus Legum Doctor.

CONS. D. BAPTISTAE A SANCTO BLASIO PATAVINI LEGVM DOC.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro suo interesse admittitur ad defensionem plenariam filii sui absentis, etiam nõ præstita aliqua cautione de eum præsentando, in casu subcumbentiæ.*

2 *Pater citatus pro filio in causa status, seu criminali, potest admitti pro suo interesse nomine proprio, sicut dominus pro seruo, et potest comparere per se & procuratorem suum, & illo pro se comparente, iudex non potest requirere personam filii.*

3 *Vbi quis admittitur pro suo interesse, alius nõ requiritur quàm ipse prætẽdẽs interesse.*

4 *Pater quòd admittatur pro interesse suo in causa filii, nullo iure reperitur cautum, sed probatur argumento iurium loquentium de domino & seruo.*

5 *Pater in causa filii admittitur, attento eius pecuniario interesse.*

6 *Pater si uult debet admitti defensorio nomine filii præterquàm in contestatione litis & & tortura, etiam sine aliqua cautione.*

7 *Causa dicitur ciuilis comparẽtis, quando pro suo interesse admittitur, licet causa agitabitur contra filium, non contra patrem.*

8 *Pater pro suo interesse admittitur in causa criminali filii, etiam si filius non sit carceratus, etiam sine satisdatione, & hoc in causis, in quibus absens damnari potest.*

9 *Pater potest pro interesse suo pro defensione filii sui citati, comparere in causa, in qua uenit imponenda pœna mutilationis membri, & petere copiam indiciorum, & si non detur appellare.*

10 *Idem si ex forma statuti uenit imponenda pœna carceris.*

11 *Idem & multo magis quando uenit imponenda pœna corporis non afflictiua, & mulcta, uel depositio ab honore & beneficio.*

12 *Dicta superius in patre habent quoque locum in abbate comparente pro monacho.*

13 *Prædicta conclusio non procedit in matre, neque in patre filii emancipati.*

14 *Superior cõclusio de admissione patris, facta pro defensione filii, similiter procedit in auo, & quocunque ascendente per lineam masculinam habente defendentem.*

15 *Ad excludendum patrem, uel auum in defensione filii, si negetur talis qualitas, eam probãdi onus incumbit patri, uel auo, & de eo fiet summaria cognitio.*

CONSILIVM LXXVII.

1 IN CHRITSI nomine Amen. †Intelligo istã materiam, quòd pater admittatur pro suo interesse ad defensam plenariam filii sui etiam filio absente, ut expressè tenet Gandi. in suo opere. & refert Guid. de Suzar. sic tenere dummodo pater idoneè caueat de præsentando filium, si succumbet filius Barto. tamen in suo tracta. de procurato. & defensori. dicit patrem admitti pro filio absente, & sine cautione, quia de cautione iure cautum non reperitur, hoc etiam tenet Angel. de Perusio in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. quia primò ponit unam fallentiam in patre, & alio comparente pro suo interesse, & aliam fallẽtiam ponit, ubicũque quis comparet pro aliquo carcerato, & si intelligeremus præcedentem fallẽtiam de patre procedere, filio existẽte in carceribus, superflua fuisset alia fallentia, &c. Hoc etiam probo, quia Saly. in l. ii. C. de accusatio. concludit seruum defendi posse per dominum, etiam seruo absente ergo idem in patre filio absente, quia sic arguunt doctores. Item pro hoc facit §. publice in l. seruum. ff. de procurator. qui loquitur in reo absente, ad cuius plenã defensionem nemo admittitur, & tamẽ Doctores dicunt, quod fallit in domino, & patre, & ita limitant omnia iura, ut dicit Gandin. ut supra.

2 Probo etiam†, quia pater & dominus de-

 bet

bet citari,ut dicit Saly. in d.l.ij. ergo ad quid citaretur, &c. si non admitteretur eius comparitio, & hoc in d.§. publicè Ang. & Saly. Idem tenet Gandin. in suo tracta. malefi. idem tenet Saly.in l.ij.C. de accusa. Inno. in c.cum olim.extra de priuilegi.& Ang.de Areti.in l.serui,& in l.Lucius.ff.de appella. Et pro hoc est bonus tex.in l.j.ff. de libera.cau. iuncto c.si quando.ij.quæstio.vj. ubi in causa status filij,admittitur pater, in qua non potest admitti procurator, quando filius est in possessione seruitutis, & nihilominus in ea potest ferri sententia in absentem.l.j. §.fi.C.de assertio. tollen. ergo etiam pater debet posse admitti pro suo interesse nomine tamen suo, sicut etiam dominus pro seruo, ut in Gloss. in l.seruū quoque §.puplicè.ff.de procu. & not.in d.l.serui. & in d.l.ij.C. de accusatio. Et hoc nedum pater per se, sed etiam per procuratorem suum,per l.seruus.ff. de publi. iudi.& l.Lucius. Et tunc, quādo pater comparet pro suo interesse nomine suo proprio, non potest iudex dicere, quòd uelit personam principalem filij, &c. iuxta
3 l.fin.C.de procur. † quia,ubi quis admittitur pro suo interesse, hoc fieri non potest,ut per Bartol. in l.si actor.ff.de procura. & per Rapha. Per.& Cyn. in d.l.fi. C. de procura.) pro hoc facit l. si fine.§.
4 alius.ff.de interroga.actio. † Et aduerte, quod nulla lex reperitur in patre & filio, sed sumimus argumentum à domino & seruo secundum Innoc. in c.ueniens,pro quo facit l. ut tantum.§.j.ff de ser. corrup.& quod not.in l. si quis seruo.C. de furt. De patre & idem in uxore uel è contra,tenet Anto.de Butri. in c. ueniens de accusatio.& Io. de Ana.& Lauren. de Palazol. Idem Io. Per. de Papia in sua practi.in tit.de forma inquisitio. in.j. Gloss. in prin.& Ang.in l.pen.§.ad crimē.ff. de pub.iu.& Bartol.in suo tracta. de procu-
5 ra.& defensori. † Et quòd pater admittatur sicut dominus pro seruo, facit, quia interest utriusque etiā pecuniariter per not.in d.l. ut tantum.§.j. Et etiam pater potest uendere filium in casu necessitatis.l.j.C.de parenti.qui fili.distraxe.licet Io. de Imo. dicat, quòd hoc bene non probatur lege, & hoc quando pater uult admitti proprio nomine pro suo interes-
6 se. † Si autem defensorio nomine, idem præterquam in contestatione litis & tortura,quā subaudi non patietur pater.l.ij. C.de accusatio. & secundū Io.de Ana.in d.c.ueniens.& Imol.& Bal. in l. reos.C.
7 de accusa. † ubi ipse dicit Guli. de Cuneo tenere patrē pro suo interesse admitti,idem dicit Bal. in l.ij. C. de accusa. Et dicit Card.in d.c.ueniens, quòd quando tertius admmittitur pro suo interesse,ut dominus pro seruo, tunc dicitur causa ciuilis comparentis. Idem dicit Abb. in d. c.ueniens, & Cyn. in d.l.ij.C. de accusa. dicens tamen, quod iudicium agitabitur contra filium, & non contra patrem, & hoc differt ab alijs causis ciuilibus,idem Ray.in d.l.Lucius.ff.de appella.& Io. de Ana.in d.c.ueniens, in materia facit .v. quæstio.iij.§. ecce. & cap. in criminalibus.& c.reos.ij.quęst.vj.c.si quando c.ue-
8 niens.de accusa.c. tuæ. de procura. † Et aduerte,quia Bal.in d.l.reos, tenet,quòd ita demum pater pro suo interesse, uel tanquàm defensor filij admittatur, si filius est carceratus,nō aliàs, quod ego puto uerum in causis, in quibus filius absens damnari non potest, ita intelligo Bal. aliàs secus,puta in casibus exceptis de quibus per Doctor.in d.§. publicè, & ex forma statutorum Paduæ. Pro quo est optimus tex.in l. si seruum.ff. de accus.ubi dominus defendit seruum in causa capitali, etiam absentem,cauendo de præsentando eum si succubuerit, propter quod idem dixit Gandin. & Guid.de Suza.in suis operi. Sed Bald. de cautio. reprobat Gandin.& Guid. de Suza. in d.l. reos, quia reus debet causam in ciuili agere.l.j.in fi.ff.an per al.c.appella. Bar. tamen in d.suo tract.tenet patrem admittendum etiam sine satisdatione. Et quod sit uerior opinio, quòd propter interesse domini uel patris dominus uel pater etiā seruo, uel filio absente admittatur, quod intelligo in casibus, in quibus damnari potest,etiam si non sit in uinculis,tenet Gloss. & Bald.hic dicens, quòd ita

solu-

ſolutio ad d.l.Lucius,eſt communis, & quòd eam communiter tenent Doctores. Ad illud, quod dicit Bartol. in d.§. ad crimé.dum intelligit,quòd in d.l.Lucius ſeruus erat in uinculis, & ſic pro eo etiam quilibet procurator admitti poſſet,& quòd ita ſeruatur, intelligo quando dominus iure communi petierit ſe admitti,& ſic iure extranei,ſecus ſi pro ſuo proprio intereſſe, quia etiam eo abſente admitteretur,exemplum in caſu legis l. Corneliæ.§.ii.ff. de ſicar. ratio enim ſui proprii intereſſe facit pro patre & domino, ita quando eſt ſeruus uel filius præſens,ſicut abſens pur,quòd abſens damnari poſsit,ita intelligo Saly.in d.l.ii.C. de accuſ.ubi dicit dominum poſſe defendere ſeruum etiam abſentem.

9 † Pone,quòd filius,qui inquiritur,nõ inquiritur pro cauſa capitali, inquiritur tamẽ pro cauſa aliàs criminali, qua poſſet priuari officio, ſeu beneficio eccleſiaſtico,ſeu ſeculari,aut inhabilitari ad honores aſſequendos ſpirituales, uel temporales,aut ad mutilationem membri, ſeu carceris,aut pecuniariam pœnam,iſte filius citatur publicè in arrẽga,ſeu ad ſcallas,uel ualuas palacii, aut ad domũ ſuæ habitationis ſolitæ ad reſpondendum inquiſitioni & cõparendũ perſonaliter ad purgãdũ indicia. pater uolẽs obuiare ne filius ad aliquod prędictorũ ſeu prędictarũ pœnarũ condẽnetur, uult comparere pro ſuo intereſſe pro defenſione filii, & innocentia ſua monſtranda, & petere copiam indiciorum, cum anno, die menſe & loco,an admitti debeat & copia huiuſmodi ſibi tradi, & ſi non admittatur, & talis copia ſibi detur,poſsit iuſtè & licitè appellare.

Et dico quòd ſic,uidelicet, quòd ſi uenit imponẽda pœna mutilationis membri, poteſt pater comparere, ut ſupra concluſum eſt, ex quo iſta eſt pœna corporis afflictiua,in qua licet regulariter non admittatur procurator,ut in l.pen. §. ad crimen pręallega. & ibi per Bartol. & Doctor.tamen pater pro ſuo intereſſe admittitur,ut in iuribus, & auctoritatibus, de quibus ſupra dictum eſt, nam ipſi Doctores dicunt, & loquuntur etiam in caſu iſto.

10 † De pœna uerò carceris dico, quòd de iure non imponitur pœna carceris l.incredibile.C.de pœn. & ſi ex forma ſtatutorum ueniat imponenda,puto,quòd pater admittatur pro ſuo intereſſe, quia militant rationes pro parte in caſu iſto, quaſi in caſibus, de quibus dictum eſt,
11 arg.l.non poſſunt.ff.de legi.† Si uerò uenit imponenda pœna pecuniaria, uel remotio ab honore,uel beneficio,non uideo rationem,quarè pater pro ſuo intereſſe nõ poſsit cõparere, cum iſta non ſit cauſa capitalis, uel pœna non ſit corporis afflictiua,quo caſu,quod plus eſt,admitteretur procurator.ut not. Bartol. in d.§. ad crimen, unde nulla ratio eſt,quæ patrem comparentem pro ſuo intereſſe habeat repellere, cum regulariter quilibet oſtendens ſua intereſſe poſsit comparere in iudicio illo,nedum ciuili, ut habetur in l. à ſententia. ff. de appella. ſed etiam in criminali per not.in d. l. à ſententia iuncta.l.omnem obligationem.ff. de iudi. Et ſi pro quia pater poteſt comparere,& debet admitti, ut dictum eſt,ergo ſibi dari debet copia indiciorum,quæ laborant contra filium ſuum,ut in c.qualiter & quando.§.debet de accuſa.& in l. i.in princip.ff.de eden.& per conſequens ſi non admittatur,uel denegetur ſibi copia indiciorum & actorum poteſt appellare l.& in maioribus.C.de appella. & l. non tantum.ff.eo.

12 † Et quod dixi de patre idem in abbate comparente pro monacho ſuo,& in aliis qui admittuntur ad uindicandum perſonam ſibi ſubiectam adiecta cauſa de iure ciuili uel canonico. de quibus in l.i.§.p hanc & ibi Gloſſ. iunctis iam ſupra allegatis.ff.de rei uendi. & quod tenet Bart. in d.§. ad crimen.& Canoni. in d.c.ue-
13 niens, de accuſa.† Ex prædictis uidetur inferendum, quòd mater pro filio, non poteſt comparere per d.§. per hanc. Et idem in patre à quo filius eſt emancipa-
14 tus,argumen.d. §. per hanc. † Quod tamen dixi patrem admitti ad defenſionẽ filiũfamilias,idẽ puto in auo & quocunq; aſcen-

ascendente per lineam masculinam, habente descendentem, pro quo uult comparere, in potestate sua. arg. d. §. per hanc el primo, dum dicit liberi, &c. iuncta l. liberorum. ff. de uerbo. sign.

15 Sed quid si negaretur illum esse patrem uel auum paternum? cui incumbit onus probandi? dic, quòd patri uel auo comparenti; casus uidetur esse in l. non ignorat C. qui accusare non possunt. probatur ex regula ei qui dicit. ff. de probatio. Et probabitur eum esse patrem uel auum, probando, quòd ita tenetur, habetur, & reputatur, ac nominatur, iuxta ea, quæ habentur in l. filium eum diffinimus. ff. de iis qui sunt sui uel alie. iur. & in c. Michael de fil. præsbytero. & de hoc fiet sũmatim fides, pro ut fit, quando quilibet tertius comparet pro suo interesse, quo casu debet ꝓbare summatim, sua interesse, ut habetur per Doct. in l. à sententia ff. de appellatio. Laus Deo.

Et ita per me Baptistam de Santo Blasio legum Doctorem, Pata uii iura ciuilia in uetustissimo studio Paduano legentem in sero dictum & scriptum est, dum mihi casus occurrisset de facto pro certis uillicis filiis familias, pro certo homicidio inquisitis, & obtinui patrem eorũ admitti pro suo interesse coram Magnifico Do. Aloysio Fuscareno Veneto patricio tũc Potestate ciuitatis Paduæ.

CONSILIVM DO. BVLGARINI DE BVLGARINIS DE Senis V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciũ criminale & ciuile super uno eodẽq; facto intentata, licet se inuicem non compatiantur, tamẽ principe non recognoscente superiorem, mandãte super ambobus procedi, non attenditur eorum incompasibilitas.*

2 *Seruitus aquæ, quãdo legitimo tẽpore est præscripta, nõ põt illius aquæductus impediri.*

3 *Ius immittendi aquas ex suis fundis fluẽtes per aliena loca, quid sit, & quæ, ac quot requirat ad constituendum ius seruitutis.*

4 *Probato initio & fine temporis cursus aquarum, et sic probatis extremis, media etiam intelliguntur probata.*

5 *Testis deponens se uidisse semper & continuo aliquem possedisse, licet possibile sit, quòd ipsum aliquando non uiderit possidere, tamẽ saluatur eius dictum, ut intelligatur ciuiliter, scilicet, ut pro quanto ipse uiderit, continuo ille possederit.*

6 *Testis deponens de cursu aquarum continuo, intelligitur, de cursu in debitis temporibus, & horis congruis.*

7 *Dictum testis est taliter intelligendum, quòd ipse non censeatur sibimet contrarius, neq; quòd uoluerit se incontinenti corrigere, & sibi ipsi contrariari.*

8 *Stante statuto quòd non possit opponi cõtra instrumentum, nisi exceptio falsitatis & solutionis, tamen nõ intelligitur alia exceptio ex statuto descendẽs, esse reiecta, quia statuẽtes non præsumuntur uelle se corrigere.*

9 *Scriptura si uidetur prima facie continere repugnantiã, ut illa euitetur, debet fieri interpretatio per subauditionem seu distinctionẽ.*

10 *Testis deponens de ætate ex aspectu, si reddat rationẽ inferrẽtem ad aspectum, licet postea dicat se nescire reddere rationem, intelligitur scilicet, aliter quàm deposuerit.*

11 *Testis deponens in aliqua parte ad sui commodum non uidetur fide dignus.*

12 *Testis minus idoneus ratione adiuncti omni exceptione maioris, probat, et unius defectus ex alterius sufficiẽtiã & numero suppletur.*

13 *Testes uniuersitatis cũ adiunctis faciũt fidẽ.*

14 *Verba narratiua seu enuntiatiua principis, super quibus fundatur eius dispositio, inducunt dispositionem, etiam in facto alieno licet detur probatio in contrarium.*

15 *Verba enuntiatiua etiã emissa propter aliud, probationem inducunt.*

16 *In antiquis admittũtur leuiores probationes.*

17 *Antiquum tempus dicitur, quando transcendit quadraginta annos.*

18 *Verba quamuis enuntiatiua, prolata per modum causæ ab habente potestatem disponendi, disponunt.*

19 *Quando apparet de intentione principis quomodocunque, illa est pro lege seruanda, & præcipuè quando per epistolam aliquid fieri mandauit.*

20 *Seruitus quãdo habet causam cõtinuã, et permanen-*

manẽtem per multa tempora, nõ potest præ tẽdi ignorãtia, quia illa transit in notoriũ.

21 *Ignorantia seruitutis continuæ, non est præsumenda in rebus propriis secus in alienis.*

22 *Aquæ cursus per loca aliena, quòd admissus fuerit iure seruitutis, non autem familiaritatis, uel facultatis, iudex debet cognoscere ex actuum qualitate & pluralitate, ac ex uariis circunstantiis.*

23 *Aquæ cursus immissio per fundum alienum, non solet fieri iure familiaritatis.*

24 *Bona fides præsumitur quandocunque aliqua concurrũt, quæ inducunt credulitatẽ, quod seruitus competat.*

25 *Bona fides præsumitur, ubi probatur tempus ultra triginta annos.*

26 *Testis deponens de antiquissimo tẽpore, tamẽ eius depositio non uerificatur à sexaginta annis infra, quia illud tempus antiquũ uerificatur, & uerificari potest in centum annis.*

27 *Testis deponens super eo, quod est iuris, si non reddit sufficientem causam, non probat.*

28 *Patientia in recipiendo aquas per suum fundum, non solum longo, sed etiam longissimo tempore causat seruitutem.*

29 *Domini prædii seruientis nõ possunt aliquid facere in præiudicium seruitutis.*

30 *Argumentum de alienatione ad receptionem seruitutis, est ualidum in iure.*

31 *In probatione dominii requiritur, ut testes deponant de causa, etiam non interrogati.*

32 *Dominium per publicam uocem & famam non probatur.*

33 *Causa debet allegari per testem, quæ sensu percipiatur.*

34 *Seruitus, licet cõstitui nõ possit super aliquo fundo, in præiudicium domini ecclesiastici, tamẽ bene potest in præiudiciũ emphiteutæ, seu liuellarii, durante eius liuellatione.*

35 *Præscriptio quadragenaria procedit contra ecclesias inferiores ab ecclesia Romana, etiã si illæ sint immediatè subiectæ, & aliàs gaudeant exemptione.*

36 *Ad perdendum ius seruitutis requiritur ad minus tempus decem annorum.*

37 *Bona fides sicut requiritur in præscribendo seruitutem, ita pariter in præscribẽda libertatem contra seruitutem.*

38 *Condemnatus ad recipiendum seruitutẽ antiquam, ad quam impediendam erat constructus agger, debet etiam condemnari, ut præstet patientiam in dicto aggere demoliendo.*

39 *In criminalibus nõ probante accusatore, sicut in ciuilibus actore non probante, reus absoluitur.*

40 *Diuersitate delicti probata, ab eo quod in accusatione fuit deductum, non potest sequi cõdemnatio, sed bene sequitur absolutio.*

41 *Factum ubi est reiterabile, diuersitas temporis arguit diuersitatem delicti.*

42 *Accusator, qui expressit in accusatione, quod exprimere non habebat necesse, si in illo probando defecit, sibi imputet.*

43 *Tẽpus necessariũ in accusatione, si nõ est certitudinaliter probatũ, accusatio nõ procedit.*

44 *Testes singulares nõ probant actum certũ, in cuius probatione requiruntur contestes.*

45 *Mandans delictum committi, nõ dicitur uerè facere, & statutũ loquens de faciente, nõ cõprehendit mandantem, & accusatio comprehendens facientem non infert ad condemnationem facta probatione de mandante.*

46 *Mandare, præstare, & facere sunt diuersa.*

47 *Accusatione loquẽte de faciẽte, & probatione facta concludente de mandante, si illa attendatur, sentẽtia nõ erit cõformis accusationi.*

48 *Testis prætendens interesse in causa, fidem non facit.*

49 *Auctoritate propria licet de facto tollere, quod de facto factũ fuit, non expectata uia iudiciaria, quando periculũ est in mora, & nisi ita fieret magnum damnum succederet.*

CONSILIVM LXXVIII.

IESV CHRISTI Ac Gloriosæ uirginis Mariæ nominibus inuocatis, uisis supplicationibus porrectis coram Illustrissimo Principe, ac uisis examinationibus testium, & toto processu causæ uertẽtis inter nobiles de Lassasino, & alios in supplicatione contentos ex una parte, & fratres de Gerardinis ex altera; Pro ueritatis indagatione, primò uidẽdum est, quæ dictarum partium obtinere debeat in iudicio ciuiliter moto. Secundò quid iuris in iudicio criminali intentato p dictos de Girardinis. † Licet enim dicta
1 duo iudicia non uiderentur potuisse fortasse simul & eodem tempore intentari,

ac tanquam ad inuicem præiudicialia, super utroque procedi non potuisse. l. ordinata. de libera. cau. Institu. de actio. in §. præiudiciales. & est tex. in l. fina. C. de ordi. iud. & ibi notatur per Iac. But. & Bal. Tamen quia Princeps mandauit super utroque procedi, ideo non est ad præsens de hoc disceptandum, & disputandum.

Quantum ergo ad primum iudicium ciuiliter intentatum, in quo in effectu petitur per dictos nobiles cõdemnari dictos fratres de Gerardinis ad admittendas aquas discurrentes de uillis Saguedi & Burbulei habere transitũ per uallẽ della Prea, & ad tollendum quendam aggerẽ factum per illos fratres in oppositum ad uiã, unde solitæ sunt transire dictæ aquæ, uidetur mihi dicendum dictos nobiles habere meliora & potiora iura.

2 Moueor, † quia cum probatum sit dictas aquas consuetas esse transire per dictam uallem della Prea per dictum tempus legitimum ad inducendam seruitutẽ, nõ possunt ad præsens dicti fratres de Girardinis recusare transitum dictarum aquarum, neque aliquid opponere ad dictas aquas propter quod retrotrahantur, seu innundent in præiudicium agrorum dictarum uillarum. l. prima. §. hæc autẽ. & §. neratius. ff. de aqua plu. arcen. iũcto § si. eiusdem l. quod quidẽ euidenter constabit, si q̃ in huiusmodi seruitutum præscriptione necessaria sunt, considerabi-

3 mus. † Est autem ius immittendi aquas ex suis fundis profluentes per aliena loca seruitus, habens causam continuam, cum à naturali causa procedat, id est à fluxu aquæ, & non requirat continuum factum hominis. l. seruitutes. ff. de serui. l. foramen. ff. de ser. urba. prædio. & notatur per Bald. & alios. & in l. secunda. C. de ser. & aqua. in qua specie seruitutis requiritur tempus decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes. Secũdo quòd sciente, & patiente domino fundi patientis seruitutem. Tertio, quòd iure seruitutis. Quarto bona fides præscribentis, ut notatur in dicta l. seruitutes. ff. de serui. & per Bart. in dicta l. i. §. fi. ff. de aqua plu. arcẽ. & per eundẽ latius in l. i. §. fina. ff. de itine. actuq; priua. & per Bal. in d l. ij. C. de serui & aqua.

Hęc omnia suffic. ẽtissimè probata esse uidentur in fauorem dictorum Nobilium & hominum habentium prædia in dictis uillis. Primũ enim, uidelicet tẽpus, ꝓbatur non solum decem annorũ, uerum etiã uiginti, triginta, quadraginta, & quinquaginta annorum, & etiam ulterius, ut patet ex depositione omnium testium ꝓductorum pro parte dictarum uillarum.

Verùm, quia aliqui ex dictis testibus non uidentur omni exceptione maiores propter aliquod interesse in causa, capio testes, qui sunt omni ex parte idonei. Hoc enim probat per primum uidelicet Andræam quondam Bartoli, qui primo deponit, quòd aquæ dictorum locorum à tanto tempore citra, cuius initij memoria hominis non extat, consueuerunt discurrere, & discurrunt in uallẽ del Meollo. Secundo, quòd dictæ aquæ consueuerunt discurrere & discurrunt in uallem della Prea à quadraginta, & quinquaginta annis citra. Cui testi non obstat, si dicatur, ꝙ nõ probat, quia potest uerificari per unam diem dictũ suum, dicit enim à quinquaginta annis citra. Iuxta nota. per Bart. in l. Celsus. ff. de usucap. quia respondetur, quòd apertè cõstat, ꝙ ipse deponit de toto & cõtinuato tempore quadraginta, uel quinquaginta annorum. Quod ostenditur, quia dicit contenta in articulo esse uera. Item ꝙ aquæ prædictæ consueuerunt discurrere, & quòd discurrunt. Præterea satis est, quòd deponat de principio quadraginta, uel quinquaginta annorũ, nam quòd dictæ aquæ discurrerint tempore facti aggerelli, om-

4 nes fatentur. † Probato autem initio & fine temporis cursus aquarum, & sic probatis extremis, media etiam intelliguntur probata, ut notatur per Barto. in dicta l. Celsus. de usuca. & Bald. in l. indicia. C. de rei uendicatione.

Non obstat etiam, si dicatur, quòd malè deponat, ꝙ discurrant dictæ aquæ in uallem della Prea, cũ aggerellus ad præsens impediat, quia uerba testis sunt intelligẽda ciuiliter, scilicet quod discurrerũt & discurrunt

discurrunt usque ad tempus facti aggeris & quasi dicat, quòd nisi obstaret dictum impedimentū adhuc discurrerent, nō enim est uerisimile, quòd deponat de tēpore facti aggerelli, maximè antè eius incisionem, cum de ipso aggerello ipsemet testis mentionem faciat, sic & aliàs
5 habemus, † quòd quamuis testis dicat se uidisse semper & continuò aliquem possedisse, tamen saluatur eius dictum, licet impossibile sit, quòd semper ipsum uiderit possidere, ut nota. per Bart. Bal. Ange. & Moder. in l. prima. ff. soluto matri. & Bald. in prima constitutione. C. in fine princ. & in l. foramen., per illum text. de ser. urba. prædio. & Ang. in l. prima. ff. de legi. & in auten. de hęre. & falc. in tertia colum. & do. Anto. in proœmio decretalium, & do Abb. in cap. cum causa. de electio. & Specu. in tit. de teste. in cap. postquàm. uersicu. quid si plures. Et ex nota.
6 in locis supra allegatis, patet ēt, † quòd licet aqua illa continuò non fluxerit in dictam uallem, quia non semper aquæ discurrerunt, maximè tempore æstiuo, & quando aquæ sunt pluuiales, tamen non malè loquitur testis, dicendo quòd dictæ aquæ discurrerunt, & discurrunt, quia intelligitur debitis tēporibus & horis congruis, & per Docto. supra allegatos.

Non obstat etiam si dicatur, quòd dictus testis uideatur sibi ipsis contrarius, quia primò dicit, quod quadraginta, & quinquaginta annis citra dictæ aquæ consueuerunt discurrere, & discurrunt per dictā uallem. Postea inferius dicit, quòd iam elapsis uigintiquinque annis, antè aquas uallis Meolli uidit discurrere in Cerrexolum; quia respondetur, quòd si hoc uidit antè quinquagesimum annum, uerū fuit dicere, quòd uidit elapsis xxv. annis.

Præterea testis prædictus non negat, quin antè uigesimumquintum annum dictæ aquæ non cōsueuerint ire in uallē della Prea, sed dicit, quòd etiam discurrebant in Cerrexolum per quandam ducciā, sed post dictum tempus non discurrerūt. Vnde non est inconueniens, quòd eadem aqua, maximè quando superabundat, & excrescit, discurrat in plures partes, & sic ante uigesimumquintum annum discurrerūt in Cerrexolum, & in uallem della Prea. Post uero, tantum in uallem della Prea, & secūdum hoc cōcordat ser Antonius alius testis, qui dicit, quòd paucis uicibus uidit currere aquā Meolli in Cerrexolum. Idem etiā sentire uidētur non nulli alij, ut ex ipsorū depositione appa-
7 ret. † est enim dictum testis taliter intelligendum, ut non censeatur sibimet contrarius, nam non est uerisimile, quod se ipsum incontinēti uoluerit corrigere, & sibi ipsi contrariari, arg. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. in prima consti. C. §. qui
8 bus, † & probatur magis in specie ex no. per Barto. in l. j. §. & parui. ff. quod ui aut clam, ubi dixit, ꝙ si in uno capitulo statuti dicitur, quòd contra instrumentū debiti non possit opponi, nisi exceptio falsitatis & solutionis, & nulla alia possit opponi; certè per illa uerba nō intelligitur statuentem uoluisse reijcere aliam exceptionem, quæ ex aliquo alio capitulo ipsius statuti descenderet per d. §. & parui. cum Glos. et per l. ita pudor. cum Glos. C. de adulte. & quia secundum Bart. per illa uerba generalia, uidelicet, quòd nulla alia possit opponi exceptio, nō est uerisimile, quòd statuentes uoluerint se ipsos corrigerere & cū Bart. ibi concordat Bal. in l. prima. in ultima colum. C. de conditio. indebi. & do. Anto. in cap. item cum quis. de restitu. spolia. & Per. de Anchara. in clemen. prima, de sequestra. poss. & fruct. & in ca. canonum statuta. de constitu. & Imol. in l. fin. ff. à quibus appella. non licet. & in cap. ex parte. el secū do. de offic. delega. & Salyce. in d. l. ita
9 pudor, † bene facit, quod not. Bart. in l. scripturæ. C. de fide instrumen. ubi dicit quod si una scriptura uidetur prima facie continere repugnantiā, debet fieri interpretatio per subauditionē, seu per distinctionem, ut euitētur repugnantia. argumē. d. §. quibus. & in l. prima. C. de inoffic. dot. & ca. cum expediat. de electio. libro sexto. & ita nota. etiam Barto. in l. omnes populi. in fine tertiæ quæstionis principalis. de iust. & iure. & Bal. in l. maximum uitium. circa penul. colum. C. de

liber. præte.& Bart.in l. sed & posteriores.de legi.argumen. illius legis. & l.nõ est nouum.eodem titulo. bene facit tex. in cap.cum tu.de testibus. iũctis notatis per Barto. in l.prima,in princi. in prima colum.ff.de noui oper.nuncia. & in l.Labeo.ff.de suppellec.leg. & in l. de ætate. in secunda quæstio.ff. de minori. ubi di-
20 xit, † quòd si testis deposuit quem esse talis ætatis ex aspectu,reddẽdo rationes inferentes,ꝙ ex aspectu sit illius ætatis, posteà in eadem examinatione interrogatus, quid sit aspectus illius ætatis, de qua deposuit cum redditione rationis,& ipse dicat se nescire,certè iste testis probabit,& illa uerba,dũ dixit,se nescire,debẽt intelligi; s. aliàs, quàm deposuerit, quia aliàs esset sibi ipsi cõtrarius, & idem dicit Bal.in l.data opera.C.qui accusare non possunt.in xv.colum. uersic. sed hic quæro,auctor dicit, ubi propriè in teste. dicit, ꝙ debet fieri interpretatio, ne sibi contradicat,allegat in argumen.d.l.non ad ea.cum similibus.

Præteréa in casu nostro satis est, ꝙ probetur tempus uigintiquinque annorũ, per ea quæ dicta sunt supra in principio. Ser Antonius, & alius testis probat de tempore ultra sexaginta annos,idem probat Michael Antonius de Bullis, qui deponit de tẽpore sui recordatus, quod dicit esse tẽpus xxx.annorum.Ser Dominicus Maliciatus deponit de tẽpore sui recordatus,quod dicit esse annorũ xxx. Antonius Spinellus alius testis deponit de tẽpore xx.annorũ,& supradicti testes sunt idonei, & omni exceptione maiores, & probant tempus requisitum à iure,& longe amplius, & de auditu probant aliqui tempus,cuius initij memoria nõ existit. Alij testes etiã probant intentionẽ agentiũ & licet sint de uniuersitatibus dictarum uillarũ,& in aliqua parte deponant
11 ad commodum proprium,† ꝓpter quod non uideatur eis fides adhibenda per nota.in l.in tãtum.§.uniuersitatis,ff. de re. diuis.& per Spec.& Ioan. And. in titu.de teste.§.j.uersi.sed nunquid in causa.& in
12 c.nuntius.de testi.cum simil. † Tamẽ uidentur nõ parum iura dictorum nobiliũ confirmare ratione adiunctorũ, qui sunt omni exceptione maiores. Quod igitur illis deest, suppletur ex aliorum testiũ sufficientia & numero.l.si quis ex argentarijs,circa prin.ff.de eden.& ibi not.per Bal.& no.Bal.in l.j.in iij.col.C. de testa. ubi dixit,quòd dictum testis alias inualidum,potest confirmari per depositiones aliorũ contestiũ,& no.Saly. in l.in bonæ fidei.circa x.col. C.de reb.cred. bene facit quod not.Saly.in l. si duo patroni. in
13 prin.ff.de iure iur.† & ꝙ testes uniuersitatis cum adiunctis faciant fidem, tenebat Simon Vincen.quem refert Io. And. super d.uersi.sed nunquid in causa,& maximè hoc uidetur esse uerum in casu nostro, in quo testes aduersarij nõ contradicunt, ut inferius uidebimus, quo casu uidetur eis fidem adhibendam, ut sentit do.Abb.in d.c.insuper.

Quinimmò, dato quòd per testes productos ex parte dictorum nobilium, & uillarum non probaretur intentio eorum, ꝓbat tamẽ per aliquos testes aduersos, ꝓut est Christophorus septimus testis aduersæ partis, qui respõdens interrogatorijs fatetur dictas aquas consuetas esse ire in Vallem della Prea.Idẽ Siluius Mãtuanus testis.xix. licet dicat, ꝙ per modũ facultatis. Idẽ Ioannes de Bauio xi. testis respondens interrogatoriis. Vltra testes partis probatur dictas aquas solitas transcurrere per dictam Vallem per tempus legitimum,per literas Illustrissimi Ducis Borsij, quæ emanarunt anno. M. CCCCLIII. per quas mandatur purgari, & mũdari Rechachellum, ut aquæ Campanearum dictarum uillarum mundentur aquis,& possint transcurrere,per quas literas probatur apertè, quòd iã ante annum Mccccliij.dictæ uillæ habebãt ius immittendi aquas agrorũ suorũ per Vallẽ della Prea in Rechachellũ, quod
14 ostenditur, † quia uerba narratiua seu enũtiatiua principis,super quibus fundatur intẽtio & dispositio sua, inducũt probationem, etiam si emanent super facto alieno,licet hoc casu admittatur probatio in contrarium,ut in cle.j.de proba.& ibi notat.per Glo.Pau.& Imol. & notat. in c.si

in c. si papa. de priui. in vi. & in cle. si summus, in secundo respon. de sent. exco. & per Inno. in c. recepimus. & in c. dudum, de priui. per Ioan. And. in regula, non licet. de reg. iu. in vi. & in c. nonnulli. de rescrip. & per D. Ant. in c. post cessionem. de probat. & Old. consil. ccxxvii. & Fed. suo consil. cxii. & per Lapum allega. vij. Quod autem in casu nostro sint uerba narratiua, super quibus fundetur intẽtio principis, patet per lecturam literarum.

15 Præterea † dato quòd essent uerba enũtiatiua, etiam emissa propter aliud, inducunt probationem secundum D. Ant. in c. fin. de succes. ab intest. & not. per Glo. & Doct. in c. cũ olim in Glo. i. de censi. & D. Anto. in c. quoniã contra. de prob. in pe. car. & Ioan. And. in regula sine culpa. in mercuria. & not. in d. c. si papa. de

16 priuil. in vi. † Nec mirum, quia in antiquis admittuntur leuiores probationes, ut not. in c. ueniens. de testi. & in c. quid per nouale. & in c. ueniens. de uerbo. sig. ubi per Inno. & per Spec. in tit. de prob. §. probare, uersic. & notatur, & not. Bald. in auc. quas actiones. C. de sac. san. eccle. & in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. & in l. cum super. C. de rei uend. Dicitur autem factum antiquum in terminis nostris, cum asseratur dictas aquas solitas currere à tanto tempore cuius initij memoria non extat. Quinimmò quantum ad hoc, ut sufficiant leuiores probatio-

17 nes † antiquorum dicitur, quãdo trãscendit tempus quadraginta annorũ, secundũ D. Ant. in d. c. ueniẽs, de test. allegat not. per Inno. in d. c. ueniens. de uerb. signi. & Idem tenet D. Anto. in d. c. quid per nouale. & Spec. ubi supra.

Præterea dico, quòd uerba dictæ epistolæ sunt talia, ut non solum probationem, ue-

18 rum etiam dispositioné inducant, † quia uerba quamuis enuntiatiua, si tamen prolata sunt per modum causæ ab habente potestatem disponendi, disponunt l. emptor. §. fi. ff. de rei uend. l. socer. §. Lucius. ff. solu. matri. & not. Bart. in l. ex hac scriptura. in iii. col. ff. de don. allegans ita tenere Innoc. in c. fi. de suc ab intest. Quod autem per modum causæ prolata sint dicta uerba, apparet, dicit enim, per la utilità, è beneficio delle cãpagne de Saguedo, Berbino, e de parte di Cauazzana, Volemo, che cum primum &c. usq; ibi, Comenciando &c. per illa enim uerba apparet, qualiter princeps intendit, ꝙ aquæ dictarum campanearũ discurrant in Reccachellum pro utilitate dictarum uillarum, & sic quòd discurrant per uallem della Prea, cũ aliunde quàm per dictam uallem in Reccachellum non possint di-

19 scurrere, † & ita apparet esse de intentione principis, q̃ quomodocũq; appareat, est seruanda pro lege, & nominatim, quãdo per epistolam aliquid fieri mandauit. l. j. uers. quodcunque. ff. de const. princ. Instit. de iur. naturali. §. sed quod principi bene facit, quod dicit Bald. allegando Arch. in proœmio feud. in iii. col. ubi dicit, quòd uerba principis enũtiatiua suæ intentionis, probant & disponunt, & ex ijs apparet, quòd solæ dictæ literæ sunt per se sufficientes in fauorem dictorum nobilium & uillarum etiam postpositis testibus & alijs probationibus.

Probatur etiam intentio dictorum agentium quãtum ad cursum dictarum aquarum ex solutionibus per eos factis pro euacuatione dicti Recchachelli in anno, Mcccclxj. & Mcccclxij. pro ut ex libris communis Lendenariæ constat, in quibus dictæ solutiones apparẽt descriptæ. Item ex instrumento compositionis seu transactionis factæ inter commune Lendenariæ ex una parte, & præfatos agentes ex alia, in quo præsupponitur præfatos agentes, habentes terras in dictis uillis per prius etiam antè celebratum instrumẽtum, fuisse obligatos pro quadam rata ad soluendum expẽsas, quæ fieri debebant in manutenendo dictum Reccachellum, propter aquas, quæ de dictis cãpis discurrebant in dictum Reccachellũ; Nisi. n. habuissent ius immittendi aquas per dictam uallem della Prea in dictum locum, non est uerisimile eos fuisse obligatos arg. l. cum de indebito, cum similibus. ff. de probation.

Secundum requisitũ est patientia, & sciẽtia domini fundi, super quo acquiritur

feruitus; hoc autem probatur per testes deponentes de patientia illorum de Bullis, de quo etiam ipsimet attestantur, respondentes xi. & xii. articulo de scientia etiam illorũ de Girardinis. probatur per instrumentum concordiæ celebratum super expensis factis propter Reccachellum, qui recipit aquas transeuntes per uallem della Prea, de quo supra est facta mentio, quod instrumentum transactionis fuit factum existente Ser Ioanne de Girardinis patre dictorum conuẽtorum procuratore dictorum hominum de Leudenaria, ipse enim fecit dictã transactio-
20 nem nomine dictæ Cõmunitatis, † Item cum dictus transitus aquarũ habeat causam continuam, & permanẽtem per tot, & tot annos, non potest prætendi ignorantia, cum trãseat in notorium, arg. c. i. de postu. præla. & not. per Glo. in l. si tutor. C. de peri. tuto. & per Bar. in l. Celsus. ff. de usuc. & in l. is potest. ff. de acqui. hære. & præsertim ipsimet domini non possunt allegare ignorantiam in rebus propriis, quis enim diceret, quòd domino ignorante maxima uis aquarum per tempus quadraginta annorũ, uel etiam, decem annorum per aliquem fundũ tran-
21 sierit. † Ĩ rebus. n. pprijs talis ignorãtia non est præsumenda, licet secus in alienis, l. fi. ff. pro suo. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & quod per Bar. in l. non fatetur ff. de confess. cum siml.
22 Tertium requisitum est, † quòd iure seruitutis, nõ autem iure familiaritatis uel, facultatis, ut not. per Bar. in l. j. §. i. ff. de iti. acq; priua. & per Bar. & Doctor. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. poss. & per Inno. & Doctor. in c. bonæ. de postu. præla. & in c. cũ ecclesia sutrina. de cau. poss. & proprie. in quibus locis, dicit, ꝙ discretus iudex debet hoc iudicare ex actuum qualitate, & pluralitate, ac ex uariis circunstantijs, & sequitur Bal. in l. j. in iii. oppo. C. de serui. & aqua. & in l. ii. versi. quales, in quarta col. eo titu & Bar. in d. §. i. Vbi dicit, quòd si sunt actus, qui non fierent in fundo vicini nisi iure seruitutis, tunc præsumitur, quòd iure seruitutis, secus si iure familiaritatis cõsuetum esset fieri, sed in terminis nostris nemo dixerit, ꝙ iure familiaritatis, uel facultatis, cum per quinquaginta annos, & ultra dicta aqua fluxerit per loca aliena,
23 ipsum † enim immittere aquam per alienum non solet fieri iure familiaritatis. l. quemadmodum. §. i. ff. ad l. aquil. Itẽ nemo dixerit iure familiaritatis hoc fuisse toleratũ passim & indistinctè omnibus habitantibus, & habentibus fundos in dictis locis videntibus & tacentibus. Item arguitur ex obligatione, qua præfati tenebantur ad expensas in euacuando, & mundando Reccachellum, in quem confluũt aquæ ex vallibus della Prea, nisi. n. habuissent ius immittendi aquas in dictum locum, non fuissent obligati ad dictas expẽsas, prout obligati apparent ex instrumento supradicto, in quo condemnantur tanquam obligati ad certam ratam expensarum, ex iure autem, quod habebant immittendi aquas in uallem dela Prea, & de dicta ualle in dictum Reccachellum, præsumendum est eos se obligasse, non autem sine aliqua eorum vtilitate. arg. l. cũ de indebito. de probat. Itẽ retenta doctrina Innoc. & Bart. probatur, ꝙ iure seruitutis dicta aqua habuerit transitum propter uiam illam, quam taiatam testes appellant, quæ facta fuit per homines dictarũ villarum per uiam de Cauazzana in uallẽ della Prea, Item per Ducciam lapideã per eos factã, quæ omnia ostendunt, quòd iure seruitutis, non autem simplicis facultatis uel familiaritatis, ut supra.
Vltimum requisitum, uidelicet ꝙ bona fide uersati fuerint dicti immitẽtes aquas ex eorum prædijs in dictam uallem, pro-
24 batur, † quia bona fides præsumitur, quã documq; aliqua concurrunt, quæ habeant inducere credulitatem seruitutem competere, ut p Cyn. in l. i. in iiii. q. C. de ser. & aqua. & not. per Bal. ibi in ult. colum. in uersic. quæro ulterius, & per Bart. in l. Celsus. ff. de usuc. & in l. j. §. i. ff. de iti. ac. q; priua. in secunda uel tertia col. in uer. uenio ad sequentẽ Glos. & not. per Glos. & Doct. in c. si diligenti. de pr. scrip. Extant autem in casu nostro literæ Principis

pis continentes transitum dictarũ aquarum in Reccachellum per dictam uallẽ della Prea, quoniã aliunde transitũ non habent in dictum locũ. Item dictus Reccachellus, & obligatio hominum habentium prædia in dictis uillis, Item omnia de quibus supra in præcedenti requisito, quæ omnia arguunt bonam fidem. Item cum regulariter omnes habentes, prædia in dictis uillis immiserint aquas per dictam uallem, alter alteri iustã credulitatem præstat, arg. d. c. j. de post. pręl. Item in præscriptione longissimi tempo
25 ris, prout est in casu nostro, † ubi probatum est tempus ultra xxx. annos, præsumitur bona fides. l. fi. & ibi Bar. & Salyc. C. unde ui. l. iij. §. si seruus. ff. de acq. poss. & not. Io. And. in addit. Spec. in tit. de teste. §. nũc uidẽdũ. in add. magna. in uersi. item si opponunt, & Bal. in repe. l. j. in x. col. C. unde ui. & p Ang. in l. pe. C. quib. obi. lon. tempo. præscri. & D. Ant. in c. cũ ecclesia, circa ult. col. de cau. poss. & pp. & in rep. c. peruenit. de censi. & firmant Doct. in c. ij. de integ. rest. ubi etiam hoc tenet Innoc. & Io. de Imo. & d. Abb. in c. si diligenti, de præscriptio.

Supradicta non tolluntur per testes aduersæ partis, quoniam uel non contradicunt attestatis per testes agentium, uel minus sufficienter deponunt. Primus enim testis ommisso, quòd est laborator dictorũ de Girardinis nõ nocet, quia deponit, ꝙ aquæ dictarum uillarum, uel consueuerũt ire per primos scursurios in Cerresolum, & quòd ab antiquissimo tempore citra dictæ aquæ non consueuerunt habere discursum in uallem del Meollo, & de Meollo in uallem della Prea, & sic apparet, quòd non deponit, neque probat de aliquo determinato tẽpore, cum dicat
26 ab antiquissimo. † Vnde si à xxxx. annis supra tãtum, dictę aquę fluxissent per alias uias quàm in Vallem della Prea, & abinde citra fluxissent in dictam uallem, uerificaretur, quod ille dicit, & etiã quod dicunt testes dictarũ uillarum, antiquissimum. n tempus potest dici, & uerificari de omni tempore antiquo, unde tempus centum annorum etiam diceretur antiquum, & sic non probat exceptionẽ producentium ipsum, arg. c. in præsentia, de proba. & l. nõ hoc. C. unde cogna. Quod etiam dicit de Reccachello, quòd fuit factus, ut esset terminus &c. est falsum, ut patet per literas principis; & instrumentum supra allegatũ, & testes productos per agentes. Secundus testis etiã laborat eodem morbo, & licet conetur deponere de certo tempore, deponit tamẽ minus sufficienter, dicit enim à quadraginta annis citra, & ultra, quod uerificatur in una die cursa à quadraginta annis citra, ut not. per Bartol. in l. Celsus. ff. de usuc. & præsertim, quia si testis intellexisset deponere de toto tempore de curso à quadraginta annis citra usq; in præsentem diem, deponeret falsum, quia certum est, neque pars aduersa diffitetur, quòd ante factum aggerem per illos de Girardinis, discurrebant aquæ in dictam uallem.

Tertius testis etiam non deponit de tempore, per quod tollatur præscriptio supra allegata & probata, & est sibi contrarius, quia respondens. vij. capitulo & sequentibus, usque ad decimũ dicit, dictas aquas non fuisse solitas fluere in uallem Meolli, postea respondens interrogatorijs dicit contrarium.

Quartus testis etiam non deponit de determinato tempore, quo dictę aquæ fluxerunt per aliam uiam, deponit etiam quòd fuit absque eo, quod dictæ aquæ à tanto tẽpore cuius initij, &c. fluxerit in uallẽ della Prea, sed per hoc non excluditur tempus sufficiens ad præscriptionem, Immò à contrario sensu potius cõfirmatur, negando enim dictas aquas fluxisse per uallem dicta Prea à tanto tempore, cuius initij memoria non existit, uidetur fateri, & deponere à contrario sensu, quod est ualidum in iure, ut in iurib. uulga. quòd à sexaginta, quinquaginta, et quadraginta annis dicta aqua fluxit per dictam uallem.

Quintus testis laborat eodem morbo.

Sextus testis probat, quòd à triginta annis citra semper uidit dictas aquas discurrere in uallem della Prea per illam taiatam,

taiatam, & sic probat intentionem dictorum agentium. Idem confirmat inferius dicens, quòd à recordatu suo semper fluxerunt, ut supra.

Septimus testis etiam nihil probat, & habet interesse, ut per eius dictum clarè patet.

Octauus, testis etiam non probat quin aquæ fluxerint per dictum locum.

Nonus testis deponit, quòd fuit absq; eo quòd dictæ aquæ fluxerint per tantum tempus, cuius initij memoria non extet. Vnde potius prodest parti agenti eius dictum, quàm noceat, ut superius dictum est.

Decimus testis non deponit de certo, & terminato tempore, & deponit etiam negatiuè, quòd fuit absque eo, quòd per tantum tempus cuius initij memoria, &c.

Vndecimus testis probat intentionem dictorum nobilium, & aliorum agentium, deponit enim, quòd à tempore sui recordatus contradictæ aquæ pro maiori tempore habuerunt fluxum in uallem del Meollo, & deinde in uallem della Prea, & de ipsa ualle in Recchachellum, quando non erat clausus quidam ponticellus, quem non uidit clausum ultra tres uices, tempus autem sui recordatus erat ultra xl. annos, ut per eum patet super articulis.

Duodecimus testis non probat contra dictam præscriptionem, & Idem de omnibus alijs usque ad ultimum, potius enim tacitè sentiunt cursum dictæ aquæ per longa, & longissima tempora, quàm negent, & licet deponant, quod iure seruitutis, in hoc tamen non reddunt sufficientem causam; ut inferius patebit.

Non obstant etiam ijs quæ supra conclusa sunt, quædam quæ nixa est probare pars aduersa, primum, quòd non iure seruitutis sed facultatis dicti nobiles & alij immiserint dictam aquam per dictam uallem, quia cum tunc esset piscatoria, & ad piscandum locaretur, erat utile dictis fratribus de Girardinis, quod dictæ aquæ transirent, per dictum locum, secus hodie, cum sit redactus ad culturam.

27 † Quoniam dicti testes deponētes simpliciter, quod non iure seruitutis, sed facultatis non probant suum dictum, nec reddunt sufficientem causam, ergo non probant. l. solum. C. de testi. & in l. testiū, eod. tit. l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. l. i. in princip. ff. de ijs, quæ in te. delen. Innoc. in c. cum causam de testi. per Bal. in l. conuenticulam. C. de episc. & cler. cum simil. quod maximè procedit in casu nostro, ubi testis deponit super eo, quod est iuris, pro ut est, quòd non iure seruitutis, quo casu testis etiam non interrogatus tenetur assignare rationem dicti sui, ut probatur plenè in d. c. cum causam, per Innoc. & aliàs per Bartol. & alios in d. l. solam. & Barto. in suo tract. de teste per Cyn. & Barto. in l. proprietatis. C. de probatio. & Spec in ti. de teste. §. nunc tractandum, uersicul. quod ergo. Item deponunt negatiuè, quòd non iure seruitutis, contra l. actor. C. de probatio. neq; probant affirmatiuam, quòd iure facultatis, nam licet dicta uallis fuisset piscatoria, & ad piscandum locaretur, hoc non tollit, quin iure seruitutis dictæ aquæ potuerint in eam transmitti, nam si cessantibus dictis aquis erat reducibilis ad culturam, Domini non passi fuissent tandiu transitum dictarum aquarum, sed prohibuissent, & reduxissent ad culturam, quod cum non fecerint, præsumendum est, quòd aqua fluxerit iure obligationis, & tanquàm obligati hoc

28 pati præstiterint patientiam, † quæ cum durauerit non solum longo, sed etiam longissimo tempore, causat seruitutem d. l. i. §. fin. de aqua plu. arcen. & arg. not. in l. si certis annis. C. de pac. & in l. cum de in rem uerso. ff. de usur. & præsertim concurrentibus alijs indicijs inferentibus ius seruitutis, de quibus in superioribus dictum est; postquàm autem seruitus est constituta, non possunt dictæ uallis Domini prohibere dictam aquā sub

29 prætextu culturæ, quia † Domini prædii seruientis non possunt aliquid facere in præiudicium seruitutis. l. præses. & l. si manifestè. C. de ser. & aqua l. ij. in fi. C. ad l. aquil. l. sed & si quid. §. sed nec seruitutis. ff. de

tis.ff.de usuf.cum l.seq.l.locus.§.i. eod. tit.l.si usufructus.ff.de aqua pluu. arcen. Secundo ad excludēdam dictam seruitutem aduersa pars conata est ꝓbare, quòd dicta uallis pertinet iure dominij ad Ab
30 batiam Vangadiciæ, † & sicut non posset alienari sine Abbatiæ consensu.l.fina.de iure emphy.c. potuit. de loca. ergo nec seruitus imponi, quia continetũ sub uerbo alienationis.l.fina.C.de reb.alie.non alienan. Sed hoc non habet obstare pluribus rationibus. Primò, quia nō est probatum dominium dictæ Abbatiæ, nam licet testes deponāt dictam uallem esse in dominio dicti monasterij, non probant, cum non allegant sufficientem causam,
31 ut in iuribus supra allegatis, † ubi nominatim requirunt in probatione dominij quod allegetur causa, etiam si testis non fuerit interrogatus, & licet testes dicant de hoc esse publicam uocem & famam,
32 † tamen hoc per se non est sufficiens ad probādum dominium.l.iij.§.idem diuus ff.de testi.not. per Glo. & Docto.in l.iij. C.de proba.& per Bart.In l.admonendi. ff.de iureiurā.& in l.at qui naturā.§.cum me absente.ff.de nego. gest. Prætereà dicti testes non probāt publicam uocem & famam, quia non deponunt ea, quæ requiruntur ad eius probationem, de quibus per Bar.in l.de minore.§.si plurium. ff.de quæstio. simpliciter enim dicūt esse
33 publicam uocem & famam, † neque ulterius causam eorum dicti allegant, maximè quæ sensu percipiatur, quod testis habet omnino facere. l. qui testamento. in fi.ff.de testa. l.i.in princ. ff. de iis quæ in testa.delen.& ideò generaliter cōcludo, quòd quāuis diligentia examinatoris, testes dictorum fratrum de Girardinis semper deponāt super quoque articulo esse publicā uocem & famam, nunquā tamen ipsam probant, neque aliquid ex requisitis inferunt, prout apparet ex notatis per Bartol. ubi supra, quæ gratia breuitatis omitto.
34 Secundò † rńdetur, ꝙ dato, ꝙ dicta uallis sit in dominio directo dictæ Abbatię, tamen potuit constitui seruitus in præiudiciū emphyteutæ, usuarij, liuellarij, seu uasalli, tex. est cum Glo.in l.tertia.ff.de seruitu.& ibi notant Flor.Pau.de Castr. & scribent. Idem tenet Dyn. Institu. de actio.in §. æquè.in quinta quæstio.& Azo.in summa.C.de seruitu.uersi. constituitur, & Bart.in l. prima.§. fina.ff.de superficie.& idē tenet Bal.in c.i.§. quod ergo.ī tit. de inuesti.de re alie.fac.in usi. feud.& idem tenent Guiel. Bal.& alij, in l.& in prouinciali. C. de seruitu. in quibus locis Doct.intelligūt durare talē seruitutem per tantum tempus, quātum emphiteusis, & hæc ratio est per se sufficientissima, ut neque indigeret alia ratione.
35 Posset † etiam tertio dici, quòd si rectè consideretur, ꝓbata est præscriptio quadraginta annorum, & ultra, quæ est sufficiens ad præscribēdum contra ecclesias, excepta ecclesia Romana, ut in authen. quas actiones.C.de sacrosanc.eccle.c.de quarta.& cap.illud.de præscrip. & notatur in c.ij.& c.ad audientiā. eodem titu. quod procedit etiam contra monasteria exempta, & immediatè subiecta Romanæ ecclesiæ, licet contra Romanam ecclesiam non præscribatur, nisi tempore centum annorum, ut in iuribus supra allegatis secundum Archidiaconum, xvi. q. iij. c.uolumus. sequitur Bal. in auc. quas actiones, in ult. colum. uersic. secundo. quæritur quid de monasteriis &c.C.de sac.sanc.eccle.
Tertiò nititur pars aduersa probare amissionem dictæ seruitutis, eo quia à die facti aggerelli dictæ aquæ non habuerūt transitum per dictam uallem della Prea.
36 † Sed hoc non sufficit, requiritur enim tps ad minus decem annorū.l. fi. in prin. C.de serui.l.si sic.ff.quemadm.ser. amit. Prætereà præfati de Girardinis essent in mala fide per ea quæ supra dicta sunt, cū habuerint notitiam dictæ seruitutis, & sic tāquàm existentes in mala fide nō possent præscribere contra dictam seruitutē secundum cōmunem opinionem Docto.
37 quæ est, † ꝙ bona fides requiratur etiam in præscriptione iurium, ut in c.fi.de præscrip.& ibi per scriben.& per Glo.in regula possessor.de reg.iur.in vi. & per Imo. in l.sequiti, §.si uiā.ff.de usucapio. Licet

Bar.

Bar.ibi aliter ſenſerit,cuius opi. communiter non tenetur,quod non proſequor, quia non eſt neceſſarium,cum non fluxerit tempus ſufficiens ad omiſsionem ſer. uitutis,ut dixi.

Plura alia conatur pars aduerſa deducere ac per teſtes probare, quæ, quia mihi nõ multum conferentia uel urgentia uidentur,ideò omiſi,tangens ea tantum,in quibus aliqua uis eſſe uidebatur. Et ex omnibus ſupradictis manifeſtè iudicio meo concluditur,dictis nobilibus atq; etiã cæteris habentibus prædia in dictis uillis competere ius tranſmittendi aquam de eorum prædiis per dictam uallem della Prea,in dictum Reccachellum pro ut hactenus conſuetum eſt. Quod quidẽ probatur teſtibus non ſolum productis pro parte ſupradictorum,uerum etiam teſtibus aduerſæ partis,quorũ aliqui expreſſè de tempore ſufficiẽti ad inducẽdã uel probandam ſeruitutem deponunt, Alij uerò ſi non expreſsè , ſaltem tacitè hoc deponunt,quãdo dicunt,quod fuit abſq; eo, quòd dicta aqua fluxerit per dictam uallem per tantum tempus,cuius initii memoria non exiſtat &c. ut ſupra, dedu cebatur. Item per inſtrumentum,de quo ſupra dictum eſt.Item etiam per epiſtolam Illuſtriſsimi Ducis Borſii, per quã reiectis etiã omnibus teſtibus ſufficienter probatur competere ius ducendæ aquæ per dictam uallem,ex quibus arbitror officium iudicantis eſſe in declarãdo ius ducẽdi dictam aquam per dictam vallem cõpetere prædictis nobilibus ac
38 aliis agentibus,†atque in cõdemnando prædictos fratres de Girardinis , ut demoliant dictum agerem & patientiã præſtent iux.notata.Inſti.de actio.in §.æquè & ibi per Dyn.& per Barto.plenè in l.ſi paruis.in ſecunda parte principali,in v. oppo.de no.ope.nuntia.

Circa ſecundum principalem articulum, videlicet quantum ad iudicium criminale,breuiter concludendo puto partes iudicis eſſe in abſoluẽdo dictos nobiles,ex
39 eo, † quia delictum, de quo accuſantur, non eſt probatum , accuſatore autem nõ probãte, reus abſoluitur.l.qui accuſare. C.de eden.de iur.iuran. c.fina.ii.q.v.§.ſ. Nam ipſi accuſantur , quòd tempore noctis inciderunt aggerem,ſed ex omnibus teſtibus per accuſatores productis , duo tantum de dicta inciſione deponunt,& ij
40 quidem deponuntur, ꝙ de die, † quæ tẽporis diuerſitas arguit diuerſitatem delicti , & ideò condemnatio ſequi non poteſt iux.plenè notat.per Bar.in l . denunciaſſe.§.quid tamẽ.ff.de adult.ubi ponit in terminis,quando erat porrecta accuſatio continens delictum commiſſum de nocte , nam ſi probatur de die eſſe commiſſum, ſequitur abſolutio,& idem tenebat Iac.de Are.ut refert Cy.in l.ij.C. de
41 prob.† ubi enim factũ eſt reiterabile , diuerſitas temporis arguit diuerſitatem delecti.c.inter dilectos,de fid.inſt.l. teſtiũ, & ibi not.Gloſſ.C.de teſt.l.j.§ fi.& l.ſequenti ff.de incen.ru.& nau.& per iſtam rationem reſpondetur,ſi quis diceret, ꝙ Bar.in d.§.quid tamen,loquitur,ubi qualitas noctis alterabat pœnã delicti,quod non præſupponitur in caſu noſtro,& regulariter in accuſatione non eſt inſerenda dies cõmiſsi delicti, ut not.in l.libellorum.ff.de accuſa.ergo ſi non probatur illud tempus,quod non eſt de ſubſtantia non noceat ut not.per Innoc.in c. qualiter & quando , de accu.

Nam reſpondetur,quòd licet non eſſet tẽpus noctis,uel diei apponẽdum , ex quo tamen fuit appoſitum tempus noctis, & non probatur,Immò probatum aliud tẽpus , arguitur fuiſse diuerſum factum illud,de quo in accuſatione,ab illo,quod
42 eſt probatum, † & imputet ſibi accuſator,qui expreſsit , ꝙ exprimere nõ habebat neceſſe, & ita in terminis dicit Bart. in l.is qui reus.ff.de pub. iud.in pen.col. uerſi.quæro cum de neceſſitate, all gat. d.§.quid tamen,& l.prætor.§. docere.ff. ui bo.rap.& idem per plures rationes & iura tenet Bal.in l.j.C.qui accuſ.nõ poſ. in uerſi.ſuper ſeptimo puncto.

43 Item, † quia alter ex dictis teſtibus nullo modo probat tempus neceſſarium apponi in accuſatione,iux.d.l. libellorum & ij.q.viij.libellorum,dicit enim inciſionem factam fuiſſe tempore, quo ſecatur fœnum

fœnum, fœnum autem secatur uarijs temporibus, ergo non probat. c. in præsentia de proba. iuncta. l. sciant cuncti. C. eo. ti.
44 Secundò, † dicta incisio aggeris non dicitur esse probata, quia dicti testes nõ sunt cõtestes, sed singulares, & cõsequẽter nõ probant. c. tã literis, de test. no. in l. admonendi. de iure iuran. & in l. testium. & in l. iusiurandi. C. de testib. & per Bald. plenè in l. de quibus. ff. de leg. quòd autem non sint contestes, apparet, quia alter ipsorum deponit, quòd fecerunt incidi dicti nobiles aggerem, alter uero deponit qualiter ipsi inciderunt, & incisio erat ꝓ banda, non autem mandatum de incidẽdo, quia ipsi accusantur, qualiter inciderunt, ut apparet ex supplicatione porrecta coram Principe, quę pro accusatione porrigitur, aliud autem est delictum mãdãtis seu committentis, aliud ipsius per se operantis seu facientis, quãtum ad materiam nostram, quia ista in se sunt diuersa, & distincta, & diuersis actionibus, & accusationibus puniuntur, ut per Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & in l. sed si unius. §. si seruus. eod. titu. in uersiculo, quæro circa hanc l. & in uersi. quæro, utrum man. & in uersiculo, sequẽ.
45 in quibus locis cõcludit, † quòd mãdãs delictum committi, non dicitur uerè facere, & ideò statutum loquẽs in personã de faciente, non comprehenderet mandãtem.
46 † Item quia ista tria sunt diuersa, mãdare, præstare, & facere, de quibus ẽt per Cyn. & Bald. in l. non minus. C. de accusation. Cum ergo fuerint accusati eo, quòd inciderunt dictum aggerem, & probatum mandatum, uel auxilium, non possunt condemnari,
47 † cum sentẽtia debeat esse conformis accusationis. ca. licet ely. de simon. l. ut fundus. ff. commu. diuidũ. l. fi. C. de fideic. lib. cum simil. uulga.

Non ommitto etiam, quòd alter ex dictis
48 testibus † prætendit interesse in causa, ergo fidem non facit l. j. §. in propria. ff. quãdo appellandum sit. Ex quibus clarè concluditur delictum, de quo dicti Nobiles accusantur, non esse probatum, & ideo non est necessarium inuestigare, an dictis nobilibus licuerit propria auctoritate destruere dictum aggerem, quod quidẽ pręsuppositis ijs, quæ in præcedentibus di-
49 cta sunt, uidetur eis licuisse, † nã licet, regulariter propria auctoritate nemini liceat sibi ius dicere l. j. C. ne quis in sua cau. l. extat. ff. quod met. cau. l. si quis in tantã. C. unde ui. notatur per Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de noui oper. nun. tamẽ hoc fallit, quãdocunque quis passus esset magnũ dãnum, nisi propria auctoritate sibi ius dixisset, tex. est secundũ Glo. & Doct. ibi in l. j. §. Bellissimè. ff. qđ ui aut clã, & iõ dicit ibi Bar. ꝙ si qs per uim arriperet animalia tua, quæ de facili pereũt, uel uineas, quæ si remanerẽt incultæ, de facili destruẽt, ꝑmitterẽt, ꝙ ꝓpria auctoritate tu recuperares, & idẽ no. ipse in l. fi. §. si ad ianuam. eodẽ tit. & ibi per Ang. & Idẽ notatur per Innocen. in capitu. olim. el primo, de restitutio. spoliato. in casu autem nostro manifestè apparet, quòd per recursum ad iudiciũ non euitabant dicti nobiles magnum damnum, quia cum uia iudiciaria & ordinaria sit tarda, neque iudex possit ferre sententiam, nisi causa cognita, & seruatis solennitatibus iudicialibus l. prolatã. C. de senten. Interim per retentionem aquarum causatam à dicto aggere, agri dictorum nobilium fuissent aquis cooperti, ut naturaliter fieri debere manifestè apparet l. j. §. hæc autem; & §. Neratius. ff. de aq. plu. arc. & ideò maximum detrimentum in fructibus fuissent passi, propter quod licuisset per supra dicta, propria auctoritate, quod de facto factum erat, de facto tollere, ut in simi. per Gloss. in l. minor. ff. de euict. Laus Deo.

Bulgarinus De Bulgarinis De Senis. I. V. Doctor.

CONS. D. OTTONIS DE NICOLINIS DE FLORENTIA. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Nomen domini est inuocandũ, licet sermo habeatur de iudæis.*

2 *Matrimonia infidelium secundum eorũ ritus sunt iudicanda.*

3 *Pœnæ regulariter aduersus scientes statutæ sint.*

4 *Ignorantia quæcunque excusat ab illa pœna, quæ per constitutiones imponitur.*

5 *Ignorans non uidetur consentire in delictũ, & sic in pœnam.*

6 *Consuetudo excusat à delicto.*

7 *Iudæus, qui in uxorem sororem uxoris suæ ducit, incestum committit.*

8 *Contractis sponsalibus inter duos maiores septẽnio, alterutro eorũ decedente, prohibitum est matrimonium inter superuiuentẽ, & cõsanguineos defuncti, usque ad quartum gradum ob iustitiã publicæ honestatis inclusiuè.*

9 *Matrimonium si cõtractum est inter aliquos, siue carnali copula consumatum, uel non, eorum altero prædefuncto, durat inter superstitem, & consanguineos defuncti, similiter usque ad quartum gradum affinitatis impedimentum inclusiuè.*

10 *Prohibitio prædicta secundum Bar. extenditur etiam ad posteà natum.*

11 *Versus in quibus comprehenduntur personæ prohibitæ inuicem lege diuina, contrahere matrimonium.*

12 *Nuptiæ contractæ cũ sorore uxoris defunctæ per maritum superstitem sunt incestuosæ.*

13 *Pœna contrahentium incestas nuptias, est confiscatio omnium datorum alteri coniugum ex eodem matrimonio, uerberatio, & applicatio reliquæ substantiæ filiis obligatis solum ad alendum patrem.*

14 *Pœna ubi infligitur à lege pro delicto ipso facto, sufficit, quòd iudex declaret delictum fuisse commissum.*

15 *Pœna ubi imponitur à lege per uerbum futuri temporis, tunc est opus sententia condemnatoria.*

16 *Lex, ubi in imponẽda pœna utitur uerbo mox, uel statim, uel incontinenti, & hoc pro certo delicto, tunc non requiritur sententia condẽnatoria, sed sufficit declaratoria delicti.*

17 *Iudæi debent nuptias contrahere secundũ morem Christianorum ob specialem legis prohibitionem de eis factam a iure communi.*

18 *Cæteris infidelibus à iudæis non est uetitũ cõtrahere matrimonium secũdum eorũ ritus.*

19 *Cæteris infidelibus à iudæis non est prohibitum etiam post eorum conuersionem, persistere in matrimonio, contra ius canonicum & ciuile por eos contracto.*

20 *Multa impediuntur fienda, quæ iam facta nõ impediuntur.*

21 *Matrimoniũ, quod contrahitur inter iudæos, uerum est, & gaudent priuilegiis, quæ dantur dotibus à iure ciuili.*

22 *Pagani ad fidem Christianam conuersi, gaudent etiam dictis priuilegiis dotium, non tamen hæretici.*

23 *Iudæi, ex quo uiuunt iure romano, & ab ecclesia tolerantur, nõ possunt contrahere matrimonia iure ciuili, uel canonico illicita.*

24 *Delictum cõmissum per iudæum, quãdo est merè ecclesiasticum, ut quia concernat Deum, uel sacra, uel sacerdotes, uel eorũ priuilegia, tũc iudæus est suppositus iudici ecclesiastico.*

25 *Intellectus ad Glo. in cap. sepe. xxxiii. q. i. & numero. 29.*

26 *Sicut laicus Christianus in causa delicti merè ecclesiastici est suppositus foro ecclesiastico, ita pariter iudæus.*

27 *Iudæus ratione criminis contracti in ecclesiã, sicut Christianus efficitur de foro ecclesiæ.*

28 *Pœna spiritualis licet non cadat in iudæum, tamen bene cadit in eum pœna temporalis, à lege ciuili uel canonica iuxta delictum imposita.*

29 *Iudæus de terris ecclesiæ, & sic subiectus tẽporali iurisdictioni ecclesiæ, quando crimen per eum commissum est merè seculare, iudicatur à potestate ecclesiastica, si non ingeritur pœna sanguinis, aliàs uerò per iudicem secularem ab ea deputatum.*

Intellectus ad Gloss. in capi. constituit. xxiii. quæstione. iiii.

30 *Iudæus subiectus potestati laicali, in crimine seculari per eum commisso, iudicatur et compescitur etiam realiter per ipsum principem secularem, aut per eius delegatum etiam clericum, non autem per ecclesiam, siue forum ecclesiasticum, sicut nec laicus Christianus tali casu per ecclesiasticum iudicaretur.*

31 *In crimine mixti fori commisso per iudæum, potest à quolibet, scilicet tam ecclesiastico, quàm seculari iudice iudicari.*

32 *In crimine mixti fori non punit uterque iudex, sed alter tantum in effectu, & est locus præuentioni.*

33 *In crimine mixti fori uterque iudex, scilicet tam ecclesiasticus, quàm secularis, punit iudæum de per se ad suam pœnam, ad diuersos tamen effectus.*

Iudæus.

34 *Iudæus si incestas nuptias contrahat, scilicet cũ sorore uxoris suæ, ex eo tale crimen iudicatur ecclesiasticũ, quia tunc maculatur pudor matrimonii, & in conspectu ecclesiæ uiolatur iustitia publicæ honestatis, unde pro pœna nullitatis talis cõtractus, et quoad thorum separabitur à dicta sorore uxoris suæ.*

35 *In casu præmisso tale crimen iudicatur seculare, quia per talem contractũ res publica, & leges ciuiles sunt læsæ, & pœna temporalis tam exilii, quàm confiscationis dotis, & aliorum bonorum ei uenit imponenda, quod facit princeps secularis.*

36 *Leges quando uidentur canoni contrariari, si nulla reuera est contrarietas, & utraque constitutio seruari potest, tunc leges, & canones seruabuntur.*

37 *Iudex secularis quando possit cognoscere super quæstione usurarum, & matrimonii remißiuè.*

38 *Iudæus si peccat carnaliter et non de directo in contẽptum ecclesiæ, seu fidei, potest puniri per iudicem laicum, alias ecclesiasticum.*

39 *Mulier in iis, quæ sunt prohibita de iure gentium nõ potest excusari prætextu ignorãtiæ.*

40 *Matrimonium inter consanguineos, uel affines iure gentium est prohibitum.*

41 *Per petitionẽ dispensationis quis excluditur ab allegatione ignorantiæ iuris uel facti.*

42 *In incertis non certis locus est coniecturis.*

43 *Princeps secularis non dispensat super matrimonio illicito.*

44 *Superior ecclesiasticus, inferior à papa, non dispensat super matrimonio contracto contra ius diuinum.*

45 *Papa in secundo gradu affinitatis non consueuit de facili dispensare.*

46 *Dispensatio contra ius gentium, uel diuinum non ualet.*

47 *Illicitæ coniunctioni non præscribitur.*

48 *Consuetudo uniuersalis introduci non potest contra ius diuinum, & sic quod etiam apud hæbreos matrimonium contrahi possit, in gradu iure diuino prohibito.*

49 *Potestas laicalis nõ potest condere statuta circa matrimonium, cum illud pertineat ad forum ecclesiasticum.*

50 *Argumentum a statuto ad consuetudinem ualet & tenet.*

CONSILIVM LXXIX.

1 IN nomine Domini nostri Iesu Christi Amẽ. † Cuius nomen etiam inuocandum est, licet de iudęis futurus sit sermo, iuxta plenè not. per Bartol. & alios in prooemio. ff. orum. Diligẽtissimè etiã atq; etiam consideratis in puncto narratis, Prima fronte uidetur dicendum dictũ Esdra non debere in aliquo puniri. Primò, quia cum sit Hebræus, licet apud nos reputetur incestus, tamen si apud eos hoc tolerari potest, nihil ad nos de
2 iis, quæ foris sunt, † & matrimonia in fidelium secundum eorum ritus sunt iudicãda, ut in c. gaudemus. de diuor. ii. quæst. i. multi, & quod ibi notatur.

Prætereà, etiam si legibus Christianorum arctarentur, tamen excusandus uide-
3 tur dictus Esdra propter ignorãtiam, † pœnæ enim regulariter aduersus scientes statutæ sunt l. fi. ff. de decre. ab ord. fa. in c. à nobis. de sente. excom. in c. ii. de consti. lib. vi. & quod ibi plenè not. & in specie ad propositum, in l. si adulterium, cum incestu. §. nonnunquàm. ff. de adul. & quod ibi not. Bart. in sua magna distinc. in iii. membro, ubi uult, quod illa pœna, per quam quis punitur propter incestum in persona & rebus, non habeat locum, nisi tales nuptiæ fuerint contra-
4 ctæ dolosè, & scienter, & ideò † quæcunque ignorantia excusat ab illa pœna, quæ imponitur per constitutiones, ut in auctен. de incest. nupt. in. §. i. & in auctẽ.
5 incestas. C. de incest. nupt. † Ignorans enim non uidetur consentire in delictum, & sic nec in pœnam, iuxta not. in l. i. §. bestias. ff. de postu. & per Bar. & alios,
6 in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. † maximè etiam si hoc est consuetum. Talis enim consuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum. xix. quæstio. ult. §. seruitium.

Sed iis non obstantibus credo secundum proposita contrariam sententiam esse ueriorem, & pro euidentia huius casus plura sunt uidenda. Primò an ducere uxorem sororem uxoris sit incestum con-

mittere. Secundò, qua pœna ueniat quis puniendus. Tertio, an Hæbræi sint ligati talibus præceptis, adeo quòd incidant in tales pœnas. Quartò, quod quasi coniunctum pertractabo cum tertio, est uidendum, an hoc pertineat ad Iudicem ecclesiasticum, uel secularem. Quintò & ultimo est uidendum, an per ea, quæ proposita sunt, & narrata in puncto, dictus Esdra mereatur aliquam excusationem.

7 Redeundo † ergo ad primum dico hoc esse de iure indubitatum, nam siue loquamur de iure canonico, siue ciuili, certum est, quòd ille, qui ducit sororem uxoris

8 suæ in uxorem, committit incestum, † est enim hoc uerissimum, quòd non tantum si duxit uxorem, uerum etiam si cōtracta sunt sponsalia, dicitur initiata affinitas, adeo quòd si duo impuberes maiores septennio se desponsauerunt, si alter decessit, superuiuēs non ualet contrahere sponsalia, uel matrimonium cum aliquo attinēte illius mortui usq; ad quartum gradum, ut est casus de despons. impub. c. i. li. vi. & hoc impedimentum uoca

9 tur iustitia publicæ honestatis. † Vbi autem contractum est matrimonium per uerba de præsenti, siue carnaliter cognita sit uxor, siue non, adest tunc impedimentum affinitatis, & propterea uno mortuo non potest uel uir accipere consanguineam usque ad quartum gradum, uel uxor accipere affinem prædefuncti uiri usq; ad quartum gradum inclusiuè, ut in c. non debet, de consan. & affin. in

10 tantum † quòd Bart. in l. affinitatis. C. cōmu. de successi. uult, ꝙ talis prohibitio extendatur ad natum posteà per illum tex. & per l. fin. C. ad orfic. facit. xxxiiii. quæst. ii. in lectum, & c. si quis cum duabus, & xxxv. quæstio. j. c. de propinquis, & quod habetur in capitu. ad audientiā. de spōsal. Hoc idem etiam est de iure ciuili, ut est casus in l. fratris uxorem, secū

11 do responso. C. de incest. nup. † Vnde inuenio, quòd Hostien. ponit uersus, quibus comprehendit personas prohibitas inuicem contrahere matrimonium lege diuina, ut refert. D. An. & Pet. de Perusio in d. capitu. gaudemus, & alij Modern. qui uersus sunt hi, uidelicet. Nata, soror, neptis, matertera, fratris & uxor, & patrui cōiūx, mater, priuigna, nouerca, uxorisq; soror, priuigni nata, nurusq;, atque soror patris coniungi lege uetantur.

12 Ex † quo patet dinumerari sororem uxoris, nuptiæ ergo si contractæ sunt inter istos sunt incestuosæ. d. auctent. de incest. nupt. in princ. & ibi nota. in Gloss. super uerbo illicitas; facit quod habetur in l. si adulteriū cum incest. §. i. & ii. ff. de adul. & instit. de nupt. §. si aduersus. Ex quibus patet hanc conclusionem indubitatā esse, quòd accipiens in uxorem sororem uxoris suæ dicitur contrahere incestas nuptias.

Ad secundum uersi. respōsens breuiter dico, quòd Barto. latè hoc tractat in l. si adulterium cum incest. §. i. de quo infra dicetur in ult. quæsito. Sed quantum at-

13 tinet ad propositum dico, † quòd pœnæ appositæ sunt & determinatæ in l. qui cōtra & l. si quis incesti. & in aucten. incestas. C. de incest. nupt. fisco enim applicatur quicquid datum est alteri coniugum ex eodē matrimonio, ut d. l. qui contra. Vnde & dos ipsa cōfiscatur, ut d. auctent. incestas, & in corpore, unde sumitur; reliqua autem omnis substantia ultra uerbe rationem applicatur filiis obligatis so-

14 lum ad alendū patrem. † Et ideò facta declaratione delicti per iudicem, incontinenti succedit legis dispositio. l. j. §. j. ff. ad turpil. facit l. eius qui delatorē. ff. de iur. fi. & l. aliud & l. fraus. & l. si qua pęna.

15 ff. de uerb. signi. † nec enim requiritur sentētia condēnatoria ad tales pęnas, licet enim requiratur ubi pœna per uerbum futuri temporis imponitur, ut not. in l. si quis in tantum, in Gloss. in uerbo amittat. C. unde ui. & in l. iubemus. §. sane. C. de sac. san. ecc. & in l. in criminali. C. de iurisdict. om. iud. & ibi plenè per

16 Doct. † tamen ubi est uerbum, mox, uel statim, non requiritur sententia condemnatoria, ut not. in corpo. de incest. nupt. post princ. & in d. aucten. incestas, & ibi per Docto. facit quod not. in c. i. de sagitt. Si ergo Iudex seruatis debitis solen-

lennitatibus declarabit dictum Esdra cõtraxisse incestas nuptias cum Refra, & propterea commisisse incestum, satis est ut habeat locum exequutio pœnarum positarum in d. auct. incestas.

Ad tertiam autem respondeo & breuiter,
17 † quòd iudæi debent nuptias contrahere secundum morem christianorũ, ut l. nemo iudæorum. C. de iudæis. & licet paganis & infidelibus esset permissum plures habere uxores, ut d.c. gaudemus, cum cõcordan. & in c. de infidelibus. de consangui. & affinit. tamen iudæis ipsis hoc est expresse denegatum ab ipso initio, ut d. l.
18 nemo. i. & ij. respon. † Cæteris autem infidelibus, tãquam non uiuentibus Romano & communi iure, ut uiuunt iudæi, ut l. iudæi Romano. C. de iudæ.
19 non est inhibitum, † adeo, quòd si contrahunt ante eorum cõuersionem matrimonium inter eos infideles infra gradus prohibitos de iure canonico, uel ciuili, licet posteà efficiãtur christiani non debet tale matrimonium dirimi. d.c. de infideli
20 bus. & c. gaudemus. † Multa enim impediuntur fienda, quæ nõ impediuntur iam facta. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui uel alie. iur. & hinc est, quòd Ant. de But. Petr. de Perusio, & alij Moder. in d.c. de
21 infidelibus, uolunt, † ꝙ inter iudæos sit uerũ matrimonium, licet sit separabile. xxxiiij. q. ij. c. non satis. de cõdi. appo. c. fina. Immo & iudæi dicuntur habere priuilegia circa eorum dotes, quæ tribuit. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. qa
22 ab ecclesia tolerantur, † & similiter pagani, qui baptizantur, licet non tribuantur hæreticis, qui cũ essent in fide catholica sunt ꝑuaricati. l. i. C. de hæret. & auctẽn. ibi posita, ut plenè notãt Docto. in
23 prælleg. c. gaudemus. † Concluditur ergo quo ad hoc, quòd iudæi non possunt inter se matrimonia de iure illicita celebrare, tãquã subiecti in hoc legibus christianorũ, & hoc est quod notabiliter uoluit Cyn. in l. in celebrãdis. C. de nup. ubi hoc ad literã decidit, qui allegatur ꝑquẽdam Docto. eximium in suis, quas facit, allegationibus, ad me trãsmissis, allegãdo etiam Azo. in summa. de iudæ. & hoc etiã patebit ex iis, quæ dicentur in sequenti proximè dubio.

Ad quartum itaque deueniens, licet multa allegare possem pro & contra, tamen breuitatis gratia determinatè, & concluſiue procedam. Et ideo distinguendi sunt
24 tres casus. Primus est † quãdo delictum commissum per Iudæum est merè ecclesiasticum, quod est, quando principaliter concernit potestatem ac reuerentiã Dei secundum not. per Ioan. Andr. in c. cum. §. Laicus. de foro competen. libro vi. Vel ubi crimen committitur in sacris, seu sacerdotibus, uel eorum priuilegiis, secundum Docto. & Bald. in auctẽn. clericus, & in l. cum clericis. C. de episcopis & clericis. Tunc indubitanter dicendum est, quòd ipse iudex ecclesiasticus cognoscit per se, uel eum, cui cõmiserit, ut in cap. ad hæc. cap. in nonnulis. cap. & si iudæos. & cap. postulasti. de iudæ. & quod habetur in cap. iudæi, el secundo, eodem titulo. & in clementi. prima eodem titulo. & secũdum hoc potest intelligi. Glo. in cap. sæpè. xxviij. q. i. quatenus uult Iudæum delinquentem per episcopum,
25 non principem iudicari. † Nam in quantum illa Gloss. loquitur de delicto eccelesiastico per Iudæum commisso, est necesse intelligi, quòd si princeps cognoscit, facit ad requisitionem ecclesiæ, & aliter non facit. cap. in archiepiscopatu. allega. in Gloss. prædicta, & ita loquitur Innocen. & Ioan. Andr. in cap. quod sæpè. de uoto. & ita in terminis consulẽdo declarauit Do. Gaspar de Calderinis, quod consilium ponitur in titu. de foro
26 competen. † Nec est mirandũ, quia non aliter iudicatur de Iudæo, quàm de Christiano, nam si Christianus laicus cõmitteret crimen ecclesiasticum merè, solus iudex ecclesiasticus cognosceret, ut in auct. de sanct. episc. §. si uero crimen. xvj. q. i. c. statuimus. not. xviij. distin. quoniã. & xxiij. q. v. c. si uos. unde nõ dissimiliter dicendum est in Iudæo, qui illis subiectus est legibus, quibus & Christianus laicus d. l. iudæi Romano iure. & l. nemo iudæorũ. l. nemo exterus. & l. quicũque, & per totũ. C. de iudæis, & in dicto cap.

gau-

gaudemus, ubi plenè Ioã. And. in nouel.

27 Nec est nouum hoc, † nam regulariter, quãdo crimen committitur in ecclesiam, quilibet etiam laicus, qui nõ subest foro ecclesiæ, tamen tunc fit de foro ecclesiastico. lxxi. dist. quidam clerici. no. xxij. distin. c. eos. in Glos. ij. in fin. & hoc notabiliter ponit Oldra. in cõsiliis suis, consi. xxxv. Iudæus ergo iisdem legibus & foro subiicietur, nec habet obstare, si

28 quis diceret† de iudæis nihil ad nos, tanquã de iis, quæ foris sunt, ut in c. qui sincera. xlv. dist. & in c. multi. ii. q. i. & in d. c. gaudemus, nam illa debent intelligi quo ad pœnam spiritualem, quæ non cadit in iudæos, secus autẽ in alia pęna, quę in iudæos caderet, & ita expressũ est in Glos. in d. c. sępè. xviij. q. i. & in cap. constituit. xvij. q. iiij.

Potest & secundus casus considerari, quando crimen per Iudæum commissum esset

29 merè seculare, tunc est aduertẽdum, † nã si Iudæus temporaliter est ecclesię subiectus, cognoscit & punit temporaliter ecclesia ꝑ se, si nõ sit pœna sanguinis, aliàs punit per seculare ab ea deputatum, Glo. est expressa in c. in archiepiscopatu. de rapto. in Glo. in uerbo reserues. & ibi Ioan. And. circa prin. c. & in d. c. postulasti. de iudę. & secũdum hãc distinctionem intelligi potest Glo. in d. c. sæpè. & in d. c. constituit. Pro hoc ut diximus, nam si laicus christianus tale crimen cõmisisset puniretur ab ecclesia, quæ habet iurisdictionem in laicis sibi temporaliter subiectis ut in c. licet, de fo. compe. ergo eodẽ modo dicendum in iudæo, & iste uidetur ca-

30 sus noster, ut infra subiiciã. † Vbi aũt iudæus esset subiectus Iudici laico dumtaxat, tunc ipsè solus cognoscit, uel etiam per delegatum etiam clericum, casus est in d. c. in archiepiscopatu, & per Io. And. post Host. in d. c. postulasti. & ita est intelligenda Glo. expressa Io. And. in cle. i. de Iudæ. in uerbo principum. & in cle. i. de testi. dum uolunt iudæos realiter nõ ab ecclesia, sed per principes, sub quibus degũt, esse cõpescendos, & probatur in. d. c. postulasti. & in c. nõnullis & c. iudęi. el. ij. & ita ibi format Gl. not. & d. Ant. de But. & alij Moder. Ratio patet in prõptu ꝑ prædicta, nã idem diceremus in christiano laico subiecto tẽporaliter seculari ꝑtestati, si deliquisset, ut ecclesia se non intromitteret, ut d. c. licet. & ibi Doct. & in c. nouit. de iud. & in d. auc. clericus. & qđ ibi per Gl. & Bal. & qđ per Ang. in repet. sua l. si certis annis. C. de pac. ergo idẽ in iudęo, ut in c. gaudemus. & aliis supra al. Esset autem considerandum de tertio ca-

31 su †, s. ubi crimen esset mixtum ecclesiasticum & seculare, ut est in sacrilegio, & aliis, de quibus in d. c. licet. & in c. cũ sit & in c. ex tenore. de fo. compe. tunc est dicẽdũ, quòd quilibet iudex. s. ecclesiasticus & secularis poterit cognoscere & pu-

32 nire. † & dicit Calde. in d. consi. quòd nõ puniret uterq;, † sed actor in effectu, ita ꝙ habet locum præuentio, per c. pastoralis. & c. duo simul. de off. ord. & facit regula. ne de delicto eiusdem hominis duplici pœna puniatur. l. licet. in fi. ff. nau. cau. stabu. de pœni. dist. iij. §. iis. & c. at si clerici de iudi. † Sed in hoc casu est diligenter,

33 aduertendum, † quia potest dici, ꝙ quilibet eorum puniat de per se ad suam pęnã ad diuersos tamen effectus, iuxta doctri. Bar. in ꝓpriis terminis de sacrilegio sic tenẽtis. in l. senatus. ff. de accusa. facit qđ per eundem in l. ij. ff. vi bono. rap. & in l. nunquã plura. ff. de priua. delic. per tex. in l. placet. C. de epis. & cler. & ibi Bal. facit, quod habetur in c. super iis. de acc. & c. fœlicis. de pœnis.

Et per hoc patet responsio casus nostri, nã si dictus Hebræus est subiectus tẽporaliter ecclesiæ, uel iudici ecclesiastico, ut credo, tũc res est expedita, qa ipse iudex ecclesiasticus dictũ iudæum puniet de tali crimine incestus, prout de quocũque alio delicto, siue ecclesiastico, siue seculari, ut patet per prædicta. Si uerò dictus iudæus esset subiectus iudici seculari, tunc idem dicẽdum est, nam tale delictum uidetur esse seculare per prædicta,

34 & res esset expedita. † Sed ubi tale delictum diceretur mixtum, quod uidetur uerius, tunc quatenus attingitur pudor matrimonij, & publica honestas in conspectu ecclesiæ uiolatur, crimen est ecclesiasticum

sticum, unde, cum imponatur pœna sepa
rationis thori, quia matrimonium non
ualet d.l.qui contra, & auc.incestas. & d.
§.si aduersus. & quod no.in c.tuæ. de pro
cu. & in c.i.ut lit.non contes. & in c. signi
ficasti.de diuor.cum simi. & declarat hoc
Bar.in d.l.si adulterium cum incestu.§.i.
dum uult, quòd alia sit pœna, quò matri
monium non ualeat alia per quam am-
mittatur lucrum, seu à lucro repellatur.
35 Considerari † potest & secundo loco ta
le crimen esse seculare, cum ex hoc quo
dammodo respub. & ciuiles leges lædan
tur, & pœna temporalis imponitur, ut d.
l.qui cõtra. & d.l.si quis incesti. & in auc.
incestas.dum loquitur de exilio & confi
scatione tam dotis quàm aliorum bono
rũ, ex quo ad hoc suberit dictus iudæus
dicto iudici seculari per ea, quæ supradi-
cta sunt, & Teoricam Bar.in d.l.senatus,
& quod not.Canonistæ, & maxime Mo-
der. plenissimè ad propositum, in c.nos
inter.de purg. cano. & c. cum sit, de fo.
36 comp. & Glos.in d.auc.clericus. † & pro
prædictis facit optimè, quod notan.Doc.
& Bal.post eos, in l.priuilegia.C. de sac.
san.eccle.in illa q. quando leges contra
riantur Canoni, quod ipsorum debeat
seruari, ubi uult seruari debere leges &
Canones, si nulla est cõtrarietas, arg.x.
dist.c.lege imperatorum; facit ẽt ad præ-
dicta quod not.Bart.in l.omni nouatio-
ne.C.de sac.san.ec. & in l.ii.ff. de iurisd.
om.iud. & in l.Titia.ff.solut.mat. & in l.
quoties.C.de iudi. & quod ubiq; no. per
37 Bal.ad propositum, dum quærunt† an iu
dex secularis posit cognoscere super
quæstione usurarum uel matrimonii, &
faciunt rationes allegatæ per Bal. Cum
ergo in proposito casu, tale delictum in-
cestus diceretur mixtum, indubitanter
quo ad pęnam temporalem talis iudæus
subiectus esset iudici seculari in loco iu
risdictionem habenti, & pro hac quæstio
ne est tex. & Doc.Io.And.in d.c.gaude-
38 demus, † dũ uult, quòd si iudæus peccat
carnaliter, & tale delictũ non perpetrat
directo in contemptum fidei, quòd de-
bet tunc puniri per iudicem secularem,
alias per ecclesiasticũ, ut ibi format Ioã.
And.deducendo dictum consilium Old.
Sed ut dixi, Credo huic disputationi non
esse locum, cum iudæus sit in loco, & ibi
matrimonium contraxerit, in quo iudex
ecclesiasticus habet iurisdictionẽ in spi-
ritualibus, & temporalibus.
Venio ergo ad ultimum, uidelicet, an di-
ctus Esdra habeat aliquam excusationẽ,
& plurima possunt considerari ex pun-
cto mihi transmisso, & prima excusatio,
est ratione ignorantiæ, de qua supra in
princ.dictũ est, sed talis excusatio nihil
39 ad rem, † licet enim sit mulier, propter
quod facilius uideatur excusari, ut d.l.si
adulterium, cum incestu. §. fratres, tamẽ
cum tale matrimoniũ sit illicitum iure
gentium, non possunt etiam mulieres ex
cusari, l.fi.C.de iur. & fact. ignor.l.ii. C.
40 de in ius uoc.cum ubiq; nota. † Cùm.n.
matrimonium est prohibitum ratione
consanguinitatis uel affinitatis, dicitur
esse prohibitum iure gentiũ, ut not. Azo.
in summa de incest.nup. & in summa, de
interdic.matri.in princ. & no. Bar.ubi eũ
sequẽdo refert in d.l. si adulterium cum
incestu.§.i.præterea nõ põt negari, quia
uterq; ipsorum sciuerit, & factum, uideli
cet affinitatẽ, & etiam ius, uidelicet ma-
trimonium esse prohibitum, quod pa-
41 tet, † dum petunt disputationem, unde
non habemus tractare aliquid de sciẽtia
iuris uel facti, & an ignorantia fuerit iu-
sta uel iniusta secundum plenè not. per
Cy. & Bal.in d.l.qui contra. & per Bart.
in d.l.si adulterium.§.i.Nec enim debe-
mus coniecturari de ignorãtia iuris, uel
facti, cum simus in casu certo per petitio
nem dispensationis, iuxta ea quæ haben-
tur in l.Barbarius ff.de of.prçto. ubi Bal.
in uersicu.sed & si scisset, & per Imol. &
Moder.in l.quidam consulebat. ff. de re
42 iud.† unde in incertis non certis locus
est coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.
de uerb.oblig.
Nec etiam ualet secunda excusatio dicti
43 Esdræ, dum dicit, † quòd desponsauit il-
lam cum licentia superioris, nam si talis
superior est inferior à Papa, cum tale ma
trimonium sit illicitum iure affinitatis,
sine dubio si esset secularis non posset di
spen-

ſpenſare, ut eſt tex. in c. decernimus, de iudi. & in c. per uenerabilem. qui filii ſint legit. & quod plenè per Cyn. in l. fi. C. de interd. matr. facit quod not. Inſtit. de grad i. §. ſexto gradu.† Si uero talis ſuperior eſt eccleſiaſticus, ſi quidem inferior à Papa, tunc, cum tale matrimonium ſit contra ius diuinũ, ut d. c. non debet. nõ poſſet diſpenſare, iuxta plenè not. per Cyn. & alios in l. fi. C. ſi contra ius. facit xvii.
45 diſt. c. huic ſedi. & iii. diſt. porrò.† Quin immo cum ſimus in ſecundo gradu affinitatis & diſpari, non conſueuit etiam Papa de facili diſpẽſare, iuxta ea quæ habentur in c. literas. de reſt. ſpol. in Gloſſ. ſuper uerbo diuina. & ibi per Io. And. ubi facit mentionem de iudæis; facit quod notat Bald. eleganter in l. i. C. ſi nup. ex
46 reſcr. petan.† ubi uidetur uelle, ꝙ contra ius gentiũ uel diuinũ nõ ualeat diſpẽſatio & not. Gloſſ. in l. fi. C. de inceſt. nupt. Similiter non habet iuuare dictum Eſdra quædam aſſerta cõſuetudo, nam aut allegatur conſuetudo ipſiusmet, quia tenuit ſororẽ longo tempore, & tunc hoc non habet eum releuare, etiã ſi quadraginta
47 annis tenuiſſet eam,† quia illicitæ coniunctioni non præſcribitur, ut eſt caſus in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit.
48 nup.† Si uerò allegetur conſuetudo uniuerſalis, tunc non ualet: quia eſt contra ius diuinum, non autem contra leges imperatorum, quæ prohiberent matrimonia, ut latè per Feder. de Senis, in opere
49 ſuo conſiliorum, conſi. xxxv.† nec enim ualent ſtatuta laicorum circa matrimonia, cum ſint de foro eccleſiaſtico, iuxta not. in c. tuam de ordi. cogni. & in c. fi. de
50 ſecun. nup.† Vnde idem dicendum eſt in conſuetudine, iuxta ea quę habentur in c. fi. de conſuet. & in l. de quibus. de leg. & plenè in l. i. C. quæ ſit long. conſuet. & per Doct. Innoc. & alios Moder. in c. i. de ſponſa. ex quibus omnibus concludo dictum Eſdra poſſe puniri tãquàm contractorem inceſtarum nuptiarũ pœnis à iure expreſsis, de quibus ſupra, non obſtãtibus in contrarium obiectis.

Ita conſulo ego Otto Nicolinus de Florentia eques, & Doctor utriuſq; iuris.

CONS. D. BENEDICTI DE ARETIO V. I. D.

In caſu propoſito.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi in contrahendis matrimoniis non tenẽtur ſeruare gradus & affinitates iuris canonici, & poßunt illa contrahere ſecundum illorum leges & ritus.*

2 *Ius canonicum ſolum attenditur in reſpicientibus habilitatem contrahendi matrimoniũ, & ſolum iudex eſt eccleſiaſticus, non autem princeps ſecularis.*

3 *Iudæus poteſt contrahere matrimonium cum commatre uel eius filia, quia id lege Moſayca non reperitur prohibitum, ideo pœna legis ciuilis de inceſtu, contra eum non uidetur habere locum.*

4 *Lege diuina licet prohibitum ſit contrahere matrimonium cum ſorore uxoris uiuentis, non tamen mortuæ.*

Intellect. l. nemo. C. de iudæ. & infra nu. 10.

5 *Lex diuina, etiam ſi diſtinctè loquatur, eius tamen ratio ſit indiſtincta, à ſimilitudine rationis fit illius extenſio per ius canonicum.*

6 *Lex canonica non permittit iudæis matrimonia contrahere ſecundum ipſorum ritus, ſed non prohibet directè, quia ipſi eccleſiæ non ſubſunt directè, ſed mediante principe ſeculari cui ſubſunt directè.*

7 *Legi canonicæ ſubſunt iudæi indirectè per ſubtractionem participationis & ſocietatis christianorum.*

8 *Iudæi in matrimoniis contrahendis non ſubſunt legi canonicæ, quia eos tanquàm extraneos non comprehendit ſub eius diſpoſitione, & ſic eos incomprehenſos reliquit.*

9 *Iudæi, quia immediatè ſubſunt principi ſeculari, per conſequens immediatè & directò ſunt cõprehenſi ſub diſpoſitione legis etiã loquentis de matrimoniis editæ per principem ſecularem.*

10 *Lex ciuilis prohibens iudæis contrahere matrimonium niſi ſecundum leges romanorũ, uidetur addere ad prohibitionem legis diuinæ, immò addit, cum expreſſe prohibet illud contrahi ſecundum legem ueterem, & tali cenſuræ legis ciuilis tanquàm ſubditi parere tenentur.*

11 *Lex*

11 *Lex uniuersalis omnes comprehendit.*
12 *Consuetudo Hebræorum in matrimoniis contrahendis, attenditur, quando lex canonica uel ciuilis illi resistit.*

CONSILIVM LXXX.

ELEGANTISSIME dicta sunt omnia pertinentia ad decisionem propositi casus per suprascriptum Dominium consulentem, & ideò breuitate utar, & circa primum quæsitum non insisto, quia non habet dubitationem.

1 Circa uerò tertiũ, aduertendum est, † q̃ iudæi in contrahendis matrimonijs non tenentur seruare gradus & affinitates iuris canonici, Immò secundum ritus & leges ipsorum possunt contrahere matrimonia, ut in c. fin. qui fil. sint legit. & in c. gaudemus. & in c. fi. de diuor. & c. de infidelibus. de con sang. & affinit. & ita ponit Host. in summa de consang. & affinit. §. usque ad certum, uersi. si uero, & in summa, de diuor. §. quot modis, uersi. non solum. & in summa de iudæis. §. in quibus, uersic. Item præmittitur, Vnde cum ita sit, uidetur, quòd ꝓhibitio l. nemo. C. de
2 iudæ. non debeat attendi, † quia in respicientibus habilitatem matrimonii contrahendi solum canones attenduntur, & solus iudex est ecclesiasticus, ut in c. tuã, de ordi. cogni. & ponit. Bal. in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. & ideò uidetur, quòd huic Hebræo licitum fuerit contrahere talẹ matrimonium, Accedat etiam Doctri. Archy. in c. peruenit xxx.
3 q. ii. ubi dicit, † quod iudæus posset cõtrahere matrimonium cum Commatre, uel filia eius, quia hoc non est prohibitum lege Mosayca. Vnde cum ista sint matrimonia, non uidetur locum habere pœna, de qua loquitur tex. in auct. incestas. C. de incest. nupt.

Præterea aduertendum est, quia Io. And.
4 in d. c. gaudemus, de diuor. † intelligit illam. l. nemo. C. de iudæ. quando iudæus contraheret matrimonium contra præcepta legis diuinæ, & ita etiam intelligit tex. in l. iii. C. de incest. nup. modo lex diuina non uidetur facere hanc prohibitionem, nam tex. in leuitico xviii. cap. dicit, quòd quis non potest accipere sororem uxoris uiuentis adhuc, quasi uelit, quód facto diuortio, uel repudio liceat illam ducere, & sic à contrario sensu, uidetur permittere post mortem.

Sed non obstantibus prædictis arbitror procedere conclusionẽ consulentis, nam Host. Io. And & cæteri in d. c. gaudemus, expressè dicunt, & simpliciter, quòd per legẽ diuinã prohibitũ est matrimonium cum sorore uxoris, & forsitan moti
5 sunt † quia tex. leuitici, licet non loquatur indistincte, tamen ratio eius distincta est, quoniam ut dicit consulens & recte, licet intercesserit mors, durat affinitas, & reuerentia eius, ut in c. fraternitatis. xxxv. quæst. i. & l. unica. C. de incest. nup. & ideo ex mente illius. l. diuinæ ꝓhibitio censetur facta, nam & pluribus casibus lex Canonica extendit prohibitionem legis diuinæ per similitudinem rationis, ut patet in c. pictatium, & c. sequen. & sequen. xxx. quæstio. iii. & ideo cum ita sit, secundum sententiam canonistarum adhuc iudæi prohibentur contrahere tales nuptias, & subiacent pœnis legalibus.

6 Præterea aduertendum est, † quòd Canones non permittunt iudæis contrahere matrimonia, secundum ritum ipsorum, sed nõ prohibentur ex eo, quia infideles non sunt subiecti ecclesiæ, ut dicitur in d. capitu. gaudemus. & in capit. multi. ii. quæstio. i. & ibi dicit Ioann. Andr. in d. c. gaudemus. Iudæi sunt suppositi directe legi principis, ut d. l. nemo, & l. iudæi romano. C. de iudæis. & ratio est, quia lex principis exercet imperium in corpus, ut l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & ideo etiam iudæi tali legi subijciuntur, sed lex canonica respicit animas & in iure consistit, ut in capitu. quærenti. de uerbo. significatio. unde ab illa non potest arceri nisi fidelis, ut in capit. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. bene uerum est, ut ipse dicit, quod licet infideles non subsint immediatè legi canonicæ, subsunt tamen mediatè, qa Princeps ipse subest tali legi, unde quod

lex canonica per se non potest, fieri facit per Principem, & iudicem secularem, ut in capit. quanto. & capitu. post miserabilem de usur. & in capitu. postulasti. de iudæis, & in cap. nec licuit. xvij. distinct.
7 Subsunt † etiam infideles legi canonicæ indirectè per subtractionem participationis, & societatis christianorum, ut d. cap. post miserabilem, & de iudæis. capi. si iudæos. & in cap. constituit xvij. q. iiij. unde
8 de ex prædictis apparet, † quòd matrimonia iudæorum non sunt concessa per ius canonicum, sed quia ius canonicum reputat eos non subditos, idcirco non ligat eos sub suis legibus, & ideo cessat ratio supra in contrarium facta, uidelicet, quod in materia ista seruandum est ius canonicum. Nam ius canonicum, ut dixi non disponit, sed relinquit eos tanquàm
9 non subditos legi, † ergo restat, quòd directo sunt subditi principi seculari, & ita uult Ioã. And. in d. c. gaudemus, & ita circa matrimonia debent seruare leges ciuiles, & ita etiam uult Hostien. in d. c. in quibus. uersicul. item permititur, in
10 summa sua in titul. de iudæis. † Vnde cũ præallega. l. nemo. simpli. dicat, quòd Iudæi non possunt contrahere matrimonia nisi secundum leges romanorum, absurdum est exponere illum tex. ut uideatur prohibitum iudæo duntaxat contrahere matrimonia prohibita per l. diuinam, nã si ita esset, illa lex esset superflua.

Præterea tex. ibi expresse prohibet fieri matrimonia sua, secundum ueterem legem, ergo uult obseruari legem ciuilem, & ita uult ibi Alberi. de Rosa. qui indistinctè intelligit illam legem.

Præterea text. in d. l. unica. C. de incest. nupt. prohibet omnibus ducere sororem uxoris, Iudæi uerò sunt subditi legi ciuili, ergo tenẽtur seruare illam legem
11 tãquã subditi † quia uniuersalis lex omnes comprehendit, ut l. i. C. de sum. trin. sed tamen non expedit super hoc insistere, quoniam probatum est matrimonium istud esse prohibitum secundum legem diuinam.

Quartum quæsitũ optimè tetigit Dominus consulens, ideo super eo non insisto.

Quantum ad ultimum similiter non insi
12 sto, sed unum solum addo, † quòd consuetudo Hæbræorum non est consideranda circa matrimonium, quando lex, uel canones contradicunt, ut probat tex. in c. quod super lis, de consan. & affinita.

Laus Deo.

Benedictus de Aretio.

CONSIL. D. PETRI DE EXIO V. I. DOC.

In casu proposito.

SVMMARIVM.

1 *Pœna incestus est pœna adulterii.*
2 *Pœna incestus sub colore matrimonii scienter contracti, in masculo est exilium, in fœmina dotis & aliorum bonorum confiscatio, et illorũ applicatio filiis, si extant, & ascẽdẽtibus usq; ad tertiũ gradũ, et uerberatio in uilib.*
3 *Iudæus, contrahens matrimonium contra legem diuinã, punitur à principe seculari, tã quàm ab executore legis diuinæ.*
4 *Christus petro & successoribus suis dedit claues Regni cælorum.*
5 *Papa super oues habet potestatem & iurisdictionem de iure.*
6 *Iudæus punitur corporaliter ab ecclesiastico iudice habente temporalem iurisdictionem.*
7 *In casu incestuosi matrimonii contracti per iudæum, si ecclesiasticus non habet tẽporalem iurisdictionem contra eum, tanquam delinquentem cõtra diuinam & humanam legẽ, tam per ecclesiasticum, quam per secularem iudicem procedi potest, per ecclesiasticum tã quam per superiorem omnium ouium, per secularem tanquam per superiorem cõtra subditum suum.*
8 *Iudæi non subsunt ecclesiastico, quo ad sentẽtiam excommunicationis, et quoad fidem, et in hoc non dicuntur esse de ouili.*

CONSILIVM LXXXI.

DEI NOSTRI postulato suffragio. Ommissis primo, secundo, & aliis dubiis, quia clarè, & copiosè tacta sunt per dominum supra cõsulentem. Quo ad illud

illum dubium, quæ sit pœna ipsi Hebræo
1 & † Gloss. & Bartol. in d. l. si adulterium, dicunt, quòd committens incestum punitur pœna adulterii, & Gloss. in aucten. de incest. nupt. §. i. in uerbo licuerit, dicit, di
2 stinguendo † ubi peccatur committendo incestum sub colore matrimonij, quòd aut sciuit ius & factum, & tunc punitur pœnis, de quibus ibi, & in aucten. incestas. C. de incest. nupt. ubi masculus contrahens incestas nuptias datur in exiliũ, & dos, & cætera bona confiscantur, nisi habeat filios, quia tunc eis applicantur; & hodie etiam applicantur ascendentibus usq; ad tertium gradum, ut in auctē. bona damnatorum. C. de bo. damna. & quod ibi per Gloss. & Saly. & hic uidetur casus noster, quia factum sciebat, & scire præsumitur & ius, patet quia quæsiuit dispensationem ex post facto, aut ignorauit ius & factum, aut factum, & non ius, uel è contra, & ibi plenè dicit Glos. quã sequitur Sal. in d. aucten. incestas, & etiã uerberatur, si uilis est, ut ibi dicit tex.

Quo autem ad quartum dubium an iudex uel superior laicus, uel ecclesiasticus possit tales excedentes punire, & quia primus dominus consultor plenè, & latè tetigit, parum instabo, & solum quantum ad casum propositum dico, quòd licet
3 Ioã. And. post Hostien. dicat, † quòd si iudæi delinquant contra legem diuinam forte in pluralitate uxorum, uel in contrahendo in gradu prohibito à lege diuina, per secularē iudicem puniri debeāt, cum lex humana prosequatur facientes & contrahentes contra legem diuinam ut l. ii. & l. ne quis. & l. iudæi. C. de iudæ.
4 & l. fi. C. de paganis. † Tamen idem Ioan. And. post Hostiē. in c. quod super ijs de uoto, aliter sentit dicendo, quia Petro, & successoribus eius dedit Christus claues Regni Cœlorum, dicens quodcunq; ligaueris, &c. & iterum dicens, pasce oues meas, oues autem sunt non solum fideles, sed etiam infideles per creationem, licet non sint de ouili.
5 Vnde † concluditur, quòd Papa super oues habet potestatem & iurisdictionem de iure, & probatur hoc etiam in c. significasti. de elect. & in c. solitæ. de maio. & obed. & in c. nouit. de iudi. & hoc sequitur Pet. de Ancha. in regula, ea quæ fiũt in vj. q. de reg. iur. in vi. & d. Ab. in c. gau
6 demus præallega. † unde si ecclesiasticus ibi habet iurisdictionem temporalem, non est dubium, quòd potest punire per se, uel per alium, si pœna eēt corporalis, ut in c. fin. ne cler. uel mona. libr. vi. & in
7 c. in archiepiscopatu. de rapto. † si autem non haberet temporalem iurisdictioné, & tunc etiam posset ecclesiasticus, & secularis in hoc crimine, quod est contra diuinam & humanam legem cõmissum, procedere, licet Gloss. penult. in clemen. j. de iud. & in cle. j. de test. in uerbo prin-
8 cipium, sentiant, † quòd Iudæi nõ subsint ecclesiastico iudici in aliquo, cũ non sint creaturæ ecclesiæ, ideo ecclesia eos non coerceat, ut in capitu. gaudemus, de diuor. quia de ijs, quæ foris sunt, nihil ad ecclesiam ij. q. i. multi. Sed intelliguntur quo ad excommunicationis sententiam, & quo ad fidem, ut habetur in d. c. gaudemus. per Hostien. & in d. cap. quod super iis. de uoto. & non quo ad ista, & similia.

Quo ad ultimũ dubium idem dico, quod primus consulens.

Petrus de Exio V. I. D.

CONS. D. VALESII SENENSIS DOCTORIS V. I.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens pro bannito interuenire procuratorem, uel defensorem, non censetur prohibere habentem mandatum ad compromittendum.*

2 *Defendere quis alium dicitur, quando eius innocentiam allegat, ut sunt aduocati & procuratores.*

3 *Procurator, licet de iure in criminalibus non admittatur ad defendendũ reum super delicto, tamen bene admittitur ad tractandum semota & diuisa ab ipso delicto.*

4 *Statuta debent limitari, intelligi, & declarari secundum dispositionem iuris communis.*

5 *Statutum tollens bannito defensionem, intelligitur de uoluntaria non de necessaria.*

6 Desertio necessaria dicitur, quando quis citatur ad iudicium, ex quo per talem citationē efficitur habilis, etiā in criminalibus.

7 Statutum denegans audientiā banito, non extenditur ad iudicium inceptum ante bānū.

8 Verba statuti, cùm diriguntur ad personam officialis, tunc iniunctum a statuto potest, & debet ex officio suo exequi.

9 Vbi personalis citatio fieri non potest, tunc admittitur procurator cum speciali mandato, aut iudex dat principali securitatem, ut personaliter compareat.

10 Statutū exorbitans à iure cōmuni, debet strictè intelligi, & secundū iuris dispositionem.

11 Partes dicuntur præsentes, etiam si non personaliter, sed per procuratores plenè instructos compareant.

12 Procurator, licet in criminalibus admittitur, ubi non reperitur iure prohibitus, & præsertim in separatis ab ipso delicto.

13 Potestas arbitrorum & arbitratorum pendet a partibus.

14 Actiones distinctæ penes materiam distinguūtur & penes naturam & separatos producunt effectus.

15 Causæ separatæ habent separatos effectus producere.

16 Diuersæ sunt hæreditates patris, & filii, licet ordine successiuo proueniant.

17 Quæ separata sunt, diuersas rationes & effectus habent.

18 Condemnati si plures sunt in certa quantitate ex eodem delicto, quisque censetur pro uirili portione condēmnatus.

19 Assignatio dotis mulieri fieri debet, quādo uir exbannitur, & pars eius bonorum publicatur, et multo magis quando maior pars publicatur, quia tunc incipit male uti substantia sua, et dicitur uergere ad inopiam, quod procedit etiam si tantum exularet.

20 Mulier non tenetur sequi uirum exbannitū.

21 In materia habente diuersa et separata capitula, licet de omnibus non liqueat, tamen super liquidis iudex debet pronunciare, et ea sententialiter diffinire.

22 Contraria allegans in iudicio non est audiendus, et semel consentiens compromisso, poterit cogi ad compromittendum.

23 Iudicantes semper præ oculis æquitatem habere debent.

24 Potestates terrarum hodie habēt iurisdictionē et coertionē, et possunt mulctare partes, ne eorum officium eludatur, habita consideratione cōceptus suæ iurisdictionis, cōditionis personarum, et cōsuetudinis ciuitatis, quib. præsūt.

25 Lex unica. ff. si quis ius dicen. non obtempera. habet hodie locum in potestatibus terrarū.

CONSILIVM LXXXII.

IN DEI nomine Amen. Stante statuto communis Senarum, quo cauetur, quòd nulla persona audeat procurare, uel defensionem facere pro aliquo exbānito, uel pro ipso interuenire coram aliquo officiali dicti communis; An debeat admitti procurator Vannes, habens speciale mandatum ad compromittendum, & breuiter dicendum est, quòd sic

1 Quia † dictum statutum tollit defensionem, procuratorem, uel interuentum alicuius personæ, quæ ueniret ad tractandum de ipso delicto, non de alijs separatis, & nullatenus tangentibus dictum delictum, sicut est compromittere, & alia similia facere, separata, ab ipso delicto, & hoc designat uerbum procurare, seu defensionem facere,

2 † quia tunc dicitur defendere quis alium, quando allegat innocentiam, uel quia proponeret non commisisse delictum, uel non potuisse committere, & alia huiusmodi. ut l. seruum quoque. §. publicè. ff. de proc. l. j. & ij C. de ord. iudi. ut sunt aduocati, procuratores, & cæteri causidici, qui pro alijs interuenientes dicuntur defendere, sicut armati milites, ut l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. l. j. §. ait prætor. ff. de postu. isti n. prohibent à iudicio, ut sui principales exhibeantur, & respōdeāt. c. pastoralis, ubi

3 per D. Ant. & Moder. de iudi. † unde, ubi de iure communi in criminalibus non admittitur procurator, iuxta ea quæ habentur. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Vbi plenè per Barto. & Imol. Recipitur tamen procurator, cum uenit ad tractandum semota, & diuisa ab ipso delicto, ut est determinatum, in c. ueniens, de accus. coniuncto. c. ueritatis, de dol. & contum. & probatur ex coniunctione duarum legum

gum l. præses prouinciæ. C. de plagia. & l. quoniam Alexandrū. C. de adul. & utrobiq; per Bald. post Iacob. But. Ita dicamus casu dicti statuti,
4 † cum statuta debeant limitari, intelligi, & declarari secūdum dispositionem iuris communis l. i. C. de nox. l. Cæsar. ff. de publica. c. cū dilectus, & ibi p D. Ant. de But. extra de cōs.
Secundo, † debet intelligi prædictum statutum, de defensione uoluntaria, quæ etiam per alium fieri uidetur esse prohibita in dicto statuto, secus autem de necessaria, quæ per ipsum statutum minimè est sublata, cum tolli non possit, ut notat Innocen. in capitu. cum inter. de exception. & hoc uoluit Bart. in l. cum mulier. ff. soluto matrimon. & in l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. x. & sequitus Domi. Nellus. in tractatu suo bannitorum, in secunda parte secundi temporis, quæstio. ij ubi etiam notabiliter dicit secundum Barto. in iuribus præallegatis,
6 ꝙ † necessaria defensio erit, quando quis ad iudicium citatur, per quā citationem efficitur habilis etiam in criminalibus, ergo ab eius auctoritate decipi non debet, l. ii. C. de iis qui ue. æta. impetr. & cum dictus Vannes sæpius fuerit citatus ad requisitionem dicti Antonii, ut ex actis apparet, sequitur, quòd huiusmodi defensio non est sublata per dictum statutū, attento etiam quòd antequam Vannes poneretur in banno, compromissum primum fuerat factum, & per D. Marianum laudatum & credo etiam petitum recōpromitti per dictum Antonium, Ideo nō potest per eūdem Antonium excipi de banno,
7 quia † tale statutum dictans, quòd exbānitus non audiatur, &c. non extēditur ad iudicium iam inceptum ante bānum habitum, iuxta notata per Bar. in l. Vranius. in ult. q. ff. de fideiuss. post Dy. quem melius refert Ioan. And. in add. Spec. super rub. de accu. in ult. q. & Bald. in l. i. & in l. neganda. C. qui accu. non pos. & in præalle. l. cū mulier. ff. sol. ma. cum aliis cōcor.
Est etiā ex alio capite necessaria dicta defensio, propter aliud statutū de compromittendo de nouo, quod dirigat uerba sua ad Dominum Potestatem siue officialem cōmunis, ut personaliter cogat partes iterum eligere unum uel tres,
8 † & sic ex suo officio hoc facere astringit, ut l. labeo. §. ait prætor. & l. Pedius. ff. de arbi. ubi per Barto. & eūdē in l. unica. ff. de condi. ex l. tamen ista personalis coactio
9 non potest fieri exbannito, † ideò debet admittere pcuratorem cum speciali mādato, & hoc est tutius, postquam causa talis est, in qua potest interuenire, uel dare securitatem sibi, ut personaliter comparere possit, ut l. Papinianus exuli. ff. de mino. & not. Glo. Bart. & ibi latè Imol. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & in l. illicitas. §. de potentiores. ff. de offi. præsid. per
10 Bald. in l. i. C. de testa. † Et cum dictū statutum exorbitet à iure communi ex eo, quòd statuit cogi partes ad compromittēdum, quod est merę uoluntatis, ut l. iii. §. tametsi. ff. de arb. & iniungit officiali, quòd compellat, quod non potest facere ex suo officio, ut not. Glo. in l. furti. §. qui iussu. ff. de infami. & etiam quòd cōpromittatur de re iam liquidata per laudum uel sententiam contra l. post rem. ff. de transf. & l. eleganter. §. si quis post. ubi etiam per Bar. ff. de cōd. indeb. debet strictè intelligi, & secundum iuris dispositionem, ut est text. in c. cum dilectus. & c. ad audientiam. de cler. nō residen. cū uulga. ut partes cōpellat dictus officialis, si personaliter illas habet, aliàs det securitatē
11 uel admittat procuratorem, † nam partes dicuntur præsentes etiam, quando nō sunt præsentes personaliter, sed per procuratores plenè instructos, ut est tex. no-
12 tabilis in c. pen. de postu. præla. † Admittet ergo D. Potestas Procuratorem dicti Vannis, cum hoc non reperiatur iure ꝓhibitū. l. i. §. usus. ff. de procur. & c. querelam. & quod ibi nota. per D. Anto. eo. ti. præsertim quia hæc causa compromissi nec delictum tangit, nec bannum, sed est penitus separata, Ideo ineptè dictum primum statutum allegatur.
Secundo est uidendum, an D. Potestas teneatur uigore statuti de iterum compromittendo cogere Antonium, & eius uxorem cum domina Ioanna compromittere, seu arbitros eligere, non expectato nec

nec aliter admisso prædicto Vanno exbãnito, & dico quòd sic. & primò, quia separatæ sunt causæ, de quibus fuit, & est contentio inter Antonium, & Vannem, ab illis, quę fuerunt & sunt inter dominã Ioannam, & Antonium, & eius uxorem, ut ex uerbis primi compromissi coniunctim, & separatim facti, clarè apparet.
13 † Et potestas arbitrorũ & arbitratorum pendet à partibus. l. nõ distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. bene facit quod notat Barto. in l. cum aquiliana prope fine. ff. de transac. patet etiam hæc diuersitas ex uerbis primi laudi per dominum Marianum lati, quod separauit etiam dictas partes, quia cõdemnauit Vannem ad deponendum libros, & nihil tetigit de negotio principali, & dominę Ioannę reseruauit ius suum, & quòd pro dotibus suis agere posset, & alia actio competit Antonio pro exhibitione librorum, & alia dominę Ioãnæ pro uendicatione suarum dotium, & alia est causa librorum, & alia
14 dotium, & actiones distinctæ penès materiam, distinguntur penes naturam. ff.
15 de dolo. l. non debet. † & separatæ causæ habent separatos effectus producere l. tutorẽ. ff. de iis, quib. ut indignis. l. si arrogator. §. sed an impubere. ff. de adop.
16 † Sicut diuersę sunt hæreditates patris, & filii, licet ordine successiuo proueniãt. l.
17 patris & filii. ff. de uulg. & pupil. † & quæ separata sũt diuersas rationes & effectus habent. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. & d. l. Papinianus exuli. ff. de mino. unde uidemus, quod est
18 fortius, † ꝙ licet plures sint obligati ex commissione eiusdẽ delicti, quos iudex condemnauit in certa quantitate, tamen concludit Specu. in titu. de senten. §. species. uersi. illud autem, quòd unusquisq; pro uirili portione cõdemnatus esse censetur, quod est notandum secundum Bal. ibi in addit. & dicit, quòd fuit de facto in quadam causa criminali Florentina, & si hoc est in criminalibus, ubi publica iustitia exigit punitionẽ. l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. quanto magis in ciuili, & quia dictum laudum habet diuersos & separatos articulos, & quod separatum est, non cõiungitur. l. procuratorem. §. si plures. ff. de tribu. nõ mirum si dominus Potestas tenetur cogere etiam separatim dictas partes, quia inter se, nec ratione rerum, nec actionum, nec causarũ, nec personarum habent ullam communionẽ necessariam secluso fędere matrimonii, sed
19 non patrimonii, præsertim quia † aliàs dicto Vanne uergẽte ad inopiam fuit dominæ Ioannæ facta assignatio dotis suæ. per l. si constante. in prin. ff. solu. matr. & per l. ubi adhuc. C. de iure dot. & si nõ esset facta, fieri deberet propter exilium ipsius Vannis, & publicationem partis bonorum dicti Vãnis, ut uoluit Bar. in d. l. si constãte in. v. q. i. q. principalis, per l. si marito. eo. titu. & etiam si teneret omnia bona sua, sicut non tenet, ex quo exulat cœpit uti malè substãtia sua, ideò potest peti dicta assignatio, per §. illud ĩ auc. de æquali. dot. secundum Bar. in loco præalle. & uidetur fuisse de mente Spec. in ti. de dona. inter uir. & uxo. §. ultimo. uersi. quid si uir. & Glo. & Bal. in l. ii. in prin. ff. solu. matri. & non dico publicationem partis bonorum, sed etiam multo magis, si esset maioris partis, ideò potest dici eũ cœpisse malè uti substãtia sua per l. propter litem. ff. de excu. tut. & quia ipsa domina Ioãna facta dicta assignatione, quę iam facta dicitur, uel fieri de iure debet, & illa teneatur alere uirum ex fructibus dictæ dotis, ut patet in iuribus pręalle. Dico, quòd celerius præfatus D. Potestas debet dictos Antonium, & eius uxorẽ, ac ipsam D. Ioannam ad eligẽdos arbitros
20 cogere, præsertim, † quia ipsa D. Ioanna non tenetur dictum Vannem exbãnitum sequi, prout concludit Bal. post doctores antiquos hoc disputantes in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matr. arg. l. Meuia. §. fi. ff. de annu. lega. Vnde licet aliàs quidam D. Potestas pronũciauerit laudum latum in fauorem dicti Vannis, non bene in hoc considerauit compromittendum rursus esse, & quia causa dictæ dominę Ioannæ est clara, & Vannis non est ita expedita, Dominus Potestas debet super illa, quæ est liquida, partes
21 ipsas cogere, † & hoc negotium expedire,

re, ut hæc probantur ex doctrina tradita per Innoc.& eum sequitur do. Anto.in c. cum inter uniuersas. de elec. & maximè quia sunt diuersa & separata capitula.l. fideiussores magistratuū.§.j.ff.de fideius. l.Carmelia pia.ff.de iure patr.l. quædam mulier.& l.in hoc iudicio.ff.famil.ercisc. facit tex.in l. diem proferre.§. si plures. ff.de arbit.& cap.j. eo.titu. lib.vj.& quod nota.Bald.in cap.inter cæteras.de re iudica.& per Barto.in l.fin.in fine.ff. de iurisdictio.omni.iud. & per Canonist.in cap. cum tempore.de arbit. & in cap. Raynutius.& in cap.Raynaldus. de testamen.& per Bal. in l.fina.in fine.C.de feri. & per Moder.in l.prima.§. si stipulāti.ff. de uerbo.obliga. & per Barto.l. si constante.§. fina.ff. soluto matrimo. & est optima. Gloss.in.§.si quis ex pluribus.ij.quæstio. vj.in uerbo quædam.

Alia etiam ratio debet mouere dominum Potestatem, quia iam aliàs placuit in iudicio dicto Antonio pro se & nomine uxoris suæ comparenti, quòd ipsa domina Ioanna sola cogeretur ad compromittendum,& eam solam uocari fecit, & cōpromissum fuit inchoatum,licet non perfectum, ut ex actis ipsius curiæ apparet,

22 ergo † Antonius modo uolens dicere contrarium non est audiendus, ut in regula,quod semel,de reg.iur. lib.vj.& per Bal.post Cyn.in l. alia.C. de ijs quib. ut indig.& per Barto.in l. post legatum, in princ.ff.eod.& in l.Papinianus.§. meminisse.ff.de inoff. testa. & ibi per Ang. & per D.Anto.in c.olim, de censib. & in c. cum uenerabilis, de except. & tanquàm contraria petens uenit repellendus,iuxta notat.in l.j.C.de furt.& in l.fin.C. de codic. & utrobique per Bald.in c.solicitudinem.de appella.

Mouere etiam debēt ipsum dominum Potestatem pietas & misericordia ipsius dominæ Ioannæ, quæ nihil habet ex dotibus suis,quæ eius sunt patrimonij, & ex quibus uiuere & substētare se debet l.iij. §.sed utrū.ff.de minor. & omni iure sunt fauorabiles,quibus iniustè extitit spoliata,& oppressa, & uir eius in bannum per aliquorum malitiam positus.Nam ut di-

23 cit Bal.in c.significante.de rescrip.†Semper iudicantes debent habere præ oculis suis æquitatem l.illicitas.in.§.ueritas.ff. de offi.præsid.& similiter.est dicendū de l.

24 quod si epheli.ff.de eo, quod certo loco.† & hodie potestates terrarum habent iurisdictionem, & per consequens coertionē. l.j.& l.fin.ff.de off. eius cui man. est iurisd.c.ex literis, & c.præterea,de offic.de lega. Vnde mulctare possunt,ne delusorium sit prætoris officium l. si prætor.ff. de iud.l.fi.ff.ne quid in loco pub.& modicam & maximam mulctā imponere secundum qualitatem contemptæ iurisdictionis, & conditionem personarum, & consuetudinē ciuitatum, quibus præsunt

25. & † sic l.unica.ff.si quis iusdi. nō obtem. habet locum etiam hodiè in huiusmodi Potestatibus,ut uoluit Spec.in tit. de sent.§.species uersi.est & quarta, & uers. Sed nunquid titulis ille; & sic faciat D. Potestas,si Antonius & eius uxor sibi nō paruerint, & compromittere recusauerint cum domina Ioanna,& etiam potest & debet seruare statutum in retinendis personis,ut tot cauillationibus uia præcludatur,& iustitia partibus ministretur. Valesius Senensis Doctor.

CONSIL. D. MODESTI POLENTONI PATAVINI, EQVITIS, ET Legum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filio an liceat percutere percutientem eius patrem.*

2 *Marito necanti uxorem repertam in adulterio ignoscitur.*

3 *Iniuria facta patri uidetur facta filio, & iniuria facta uni uidetur facta alteri.*

4 *Filius est pars patris.*

5 *Iniuria facta uni de familia, toti agnationi facta uidetur.*

6 *Ius accusandi competit cuilibet de familia, pro iniuria uni de familia illata.*

7 *Percusso permittitur repercussio, quia uim ui repellere licet.*

8 *Filius tenetur defendere patrem, quia habet ius accusandi, & infra nu.23.*

9 Cu-

Cui datur actio, multo magis & defensio.
10 *Pater agit actione iniuriarum, pro iniuria facta filio.*
11 *Iniuria acta filio uidetur facta patri.*
12 *Patris & filii idem debet esse iudicium.*
13 *Statutum in uxore locum habet in uiro.*
14 *Statutum in emptore, locũ habet in uẽditore.*
15 *Seruus tenetur defendere dominum, ne iniuriam patiatur.*
16 *Benignior est potestas patris in filium, quàm domini in seruum.*
17 *Patria potestas in pietate consistit.*
18 *Filius qui uidet patrem uerberari, & ipsum non adiuuat, dum potest, delicti particeps esse uidetur.*
19 *Hominem à morte non liberans, cum potest, ipsum occidit.*
20 *Iudicio societatis occultæ non caret, qui manifesto facinori desinit obuiare.*
21 *Paricidii pœna punitur filius, qui non iuuat patrem, cum potest.*
22 *Innocentis officio pertinet, non solum nemini malum inferre, uerũ etiã cohibere a peccato.*
23 *Defendere alium quàm seipsum an liceat.*
24 *Vinculum nullum maius est, quàm inter patrem & filium.*
25 *Pœna non est imponenda aliquid facienti lege permittente.*
26 *Vulnerare ad defensionem suam quis nõ præsumitur, nisi defensio allegetur et probetur.*
27 *Dolus in omne delicto inesse præsumitur.*
28 *Aggresso licet incipienti rixa iniuriã inferre. Intellectus ad l.i.§.cum arietes.ff.si quadrup. pauper.fecis.dica.& ad l.si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad l.aquiliam.*
29 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ fieri debet.*
30 *Percutere ad defẽsionẽ quomodo quis dicatur.*
31 *Articuli qualiter formari debeant pro uulnerante ad sui defensionem.*
32 *Moderamen defensionis in quo consistat.*
33 *Euadere qui potest percutiendo, non debet occidere, & tunc si occidat, pro illo excessu puniri debet.*
34 *Pœna arbitraria imponi non potest, ubi limitata est statuta.*
35 *Modus excedi in defendendo quomodo intelligatur.*
36 *Difficillimum est iustum dolorem temperare.*
37 *Inconsultus calor, uitio doli caret.*
38 *Defendens se qui fuit causa rixæ, non dicitur ad tutelam facere.*
39 *Filius & quilibet agnatus, & etiam socius extraneus, potest defendere patrem, uel alium agnatum, aut socium, dummodo fiat cum moderamine inculpata tutela.*
40 *Defendere & aliu iuuare est iustitiã facere.*
41 *Parentibus et patriæ quilibet obedire tenetur.*
42 *Patriæ obedientia consistit in ipsius defensione, etiam non requisita.*
43 *Pater in obedientia præfertur patriæ.*
44 *Sicut pro patria cuilibet licet recipere defensionem, tanquam rei ad se pertinentis, ita etiam licet assumere pro patre.*

CONSILIVM LXXXIII.

1 TITIVS † uulnerauit Caium cum lancea, Sempronius filius Caij uidens patrem uulneratum uulnerauit Titium cum fricijs, & Titius insequitur Sẽpronium, & uulnerat ipsum cum lancea, Dubitatur an Sempronius ueniat puniendus de uulneribus illatis Titio cum fricijs. Et primo uidetur, quòd non, quia, ex quo filius uidet patrem uulneratum, uidetur iusto dolore motus, ad uulnerandũ
2 uulnerantem patrẽ, sicut dicitur † de marito, qui necat uxorem, quam reperijt in adulterio, ut propter iustum dolorem ei ignoscatur. ut l.si quis in graui.§. si maritus.ff.ad Syllan. & l. si adulterium cũ incestu.§. Imperatores.ff. de adulter. & l.
3 Gracchus.C.eo.ti.† Secundo, quia iniuria facta patri uidetur facta filio, quia uidentur esse eadem persona l.fi.in fi.C.de impub.& ali.substi. dummodo sit in ipsius patris potestate, ut est Glo. singula-
4 ris in l.ij.C.qui ætate. lib.x.† Et iniuria facta uni uidetur facta alteri, quia filius est pars patris, ut l.cum scimus.§.fi.C.de
5 agricol.& censit.lib.xi. † sicut & iniuria facta uni de familia uidetur facta toti cognationi, ut not per Glos. & Docto. in l.
6 lex Cornelia in prin.ff.de iniur.† quibus de familia competit ius accusandi etiam criminaliter, ut not. Bart. in l.fin.ff. de
7 priua.delict.† Et propterea sicut ipsi patri permittitũ repercussio, quia uim ui repellere licet ut l.ut uim.ff.de iust. & iu.

et in

& in l.ſcientiam. §. qui cum aliter ff.ad
leg.aquili.ita uidetur & filio permitti de
bere, tam ratione perſonarum identita-
tis quàm ratione cognationis,quæ uide
tur offendi.
8 Tertiò uidetur idem dicendum † quòd
filius tenetur defendere patrem,quia ha
bet ius accuſandi,ut not. Bar.in d.l.fin.ff.
9 de priua.delic.ergo & defendendi,† quia
cui damus actionem, multo magis & de
fenſionẽ,arg.ff.de ſuperfici. l.i. §. qđ ait.
10 Quod † fortificatur, quia patri permit-
titur agere actione iniuriarum pro iniu-
ria facta filio,ut l.ſed ſi unius.§.filiofami
lias,& l.ſeruo.§.filio.& l.pater.ff.de iniu
riis.Inſtit.de iniur.§.pariter,& ff.de pac.
l.in perſona,& l.non ſolum,§. ſi pater ff.
11 de procurator. † quia iniuria,quæ fit fi-
lio,uidetur fieri ipſi patri l.i.§.i. ff.de in
iur.& d.§.ſi pater. ergo è conuerſo debet
cenſeri, ut iniuria, quæ fit patri,uidetur
12 fieri filio, † quia pater & filius ſunt cor-
relatiui, quia non poteſt eſſe pater, niſi
habeat filium, & nõ poteſt eſſe filius niſi
habeat patrem,& ideò idem debet eẽ iu-
dicium de utroq; l.fi.C.de indict. uidui.
13 toll. † ubi ſtatutũ in uxore habet locum
in uiro ratione correlationis,& not. in l.
14 i.C.de cupreſſ.lib.xi.† ubi ſta tutũ in em
ptore,habet locum in uenditore,ergo ea
dem ratione debet idem dici in patre &
filio,licet Glo.inſtit.de iniur.§.non nun
quàm,aliter & contrarium dicat.
15 Quarto † idem uidetur dicendum,quia
ſicut ſeruus tenetur defendere dominũ,
ne patiatur iniuriam l.i.& in tot.ti.ff.ad
Sylla.&.l.fi.C.de ijs quib.ut indig. quod
non eſt niſi propter dominicam poteſta-
tem,ita etiam uidetur dicendum de filio
ut teneatur defendere patrem propter pa
16 triam poteſtatem, † & tantò magis,quia
benignior eſt poteſtas patris in filium,
17 quàm ſit poteſtas domini in ſeruũ,†quia
patria poteſtas in pietate conſiſtit l. di-
uus.ff.ad l.Pompe.de parricidi.
18 Quinto hoc uidetur probari, † quia cũ
filius uidet patrem uulnerari & ipſum
non adiuuat,dum poteſt, uidetur parti-
19 ceps eſſe delicti, † quoniam qui potuit
hominem liberare à morte & non libe-
rauit,ipſum occidit,ut habetur in c.ſicut
20 dignum,extra de homicidio.†Et non ca
ret indicio ſocietatis occultæ,qui mani-
feſto facinori deſinit obuiare, ut in d.c.
ſicut dignum,& in c.quantæ de ſenten.ex
communica.& in c.dilecto,eo.tit.lib.vi.
& in c.error lxxxiiij.diſtin.& facit c.no-
21 uit in fi.in uerſ.ne igitur.de iudi.†Et pro
ptereà lex punit filium pœna parricidij,
qui potui patrem iuuare,& non iuuauit,
ut habetur in l.utrum.ff. ad l. Pompe.de
22 parrici.† pertinet enim ad innocentis of
ficium, non ſolum nemini malum inſer-
re,uerũ etiam cohibere à peccato. xxiij.
q.v.c.non eſt.
23 Sexto † & ultimo hoc uidetur probari
auctoritatę Gloſ.& Doct.nam Gloſ.in l.
ut uim.ff.de iuſt.& iu.quæſiuit, an liceat
defendere alium quàm ſeipſum, & re-
ſpondet affectionem conſiderari, quaſi
uellet inferre, quòd quantò magis ſum
alicui affectus,tanto magis debeo ipſum
24 defendere,†ſed clarum eſt,quòd nullum
eſt maius uinculum quàm inter patrem
& filium l.iſti quidem,in fi.ff. quod met.
cau.& l.fin.in prin.C.de cura.furio.ergo
filius tenetur neceſſario ad defenſionem
patris,& ad hoc facit l.i.& ii. ff. de liber.
cau.& quod habeť in l.i.C. de rap. uirg.
per Gloſſ. & Saly. quod uidetur ſequi
Bar.& Dominus meus D.Pau. de Caſtr.
in d.l.ut uim rub.uerbis tantum genera-
libus,ſed expreſsius hoc tenuit Bal.in re
pet l.i.C.unde ui.& Gloſſ. clarius quàm
in d.l.ut uim.& in c.i.de pa.iura.firman.
colum x.pro qua faciunt notata per Gl.
in l.culpa caret.ff. de reg. iur. & ideo ex
præmiſsis uenit concludẽdum, ꝙ dictus
filius,qui potuit & debuit patrem defen
dere percutiendo illum percutiẽte, non
25 mereatur pœnam, † quia pœna non
eſt imponenda illi,qui aliquid facit lege
permittente ut d.l. Gracchus.
26 Sed ijs † non obſtantibus,puto in caſu
noſtro talem filium de iure puniendum.
Et primò,quia non allegatur, quòd uul
nerauerit defendẽdo patrẽ, ergo nec nos
debemus illud præſumere arg.l.ſi adulte
rium cũ inceſtu.§.idem Polini.ff.de adul
ter.maximè cum talis defenſio conſiſtat

in facto cum aliqua qualitate, quæ non pr. sumitur, ut no. in l. sciẽdum ff. de uer. obligat. defensio hæc non sufficeret, sed
27 ueniret probanda, † quia omne delictum præsumitur in se habere dolum, ut in c. i. de præsumptio. Et in l. i. C. de sicar. & no. Gloss. in l. si non conuitij. C. de iniurijs. Et not. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiit. ff. de libe. lega. hic autem nulla appa ret probata defensio. igitur, &c.
28 Nec ob. si dicatur, † quòd ex quo apparet istum uulneratum à filio dedisse principium rixæ, & primò uulnerasse patrem, & ideò eius uulnera uidetur fuisse illata à filio animo defendendi patrem, ut probatur, in l. i. §. cum arietes. ff. si quadru. pauper. fecis. dicat. ubi dicit, quòd si animal aggressum occidit aĩal aggrediens, nulla competit domino animalis aggressi actio, & idẽ probatur in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. aqui. ubi tabernarius uulneratur ab eo, qui accepit lucernam, effudit illi oculum, & tamen non tenetur aquilia, quasi uelint illa iura, quòd liceat aggresso incipienti rixam, & aggredienti inferre iniuriam, quia dico, quòd illud procedit, quia durate rixa illa facta fuerunt, ut ꝓbant illa iura, sed in casu nostro non apparet, quòd durante rixa inter patrem, & filiũ & ipsius percussorem, filius eum percusserit, sed posito, quòd hoc fuerit durante rixa, hoc nõ
29 sufficit, † quia debet fieri defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ l. i. C. unde, ui. quod moderamen, ut dicit Bartol. in l. furem. ff. de sica. declaratur per tex. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l.
30 aquili. ubi tex. dicit † qui cũ aliter se tueri non possent, damni culpam dederunt, innoxii sunt, uim ui enim defendere, &c. Et sic requiritur, quòd percutiẽs sit taliter constitutus, quòd nisi percuteret euadere non posset, quod etiam probat tex. in l. quemadmodum. §. si nauis alteram. ff. ad l. aquili. ubi dicit tex. quòd si nauis alterã contra se uenientem obruit, quòd gubernator nauis tenetur, nisi etiam talis uis ipsius nauis uenientis cõtra aliter uitari non poterat ab obruente. Idem probatur in l. ii. & iii. C. de sicar. & in l. sed si quæcũq; in prin. ff. ad l. aquil. cũ ergo nõ appareat patrẽ taliter fuisse cõstitutum, quòd aliter euadere non poterat, filius percutiens dicitur fecisse ad uindictam, quia non potest dici, quòd fecerit ne pater uulneraretur, quia iam erat uulneratus, nec dicit, quòd amplius timeret ab illo uulnerari, & sic potius apparet de uindicta, quàm de defensione ut uoluit Gloss. in d. l. i. & ibi Barto. & in prælle-
31 ga. §. tabernarius. † Et ideò notabiliter docet Florian. in d. §. senatus, ꝙ boni aduocati uolentes defendere uulnerãtem, ad suam defensionem debent articulari, quòd ipse uulnerans erat tũc temporis in tali periculo constitutus, quòd nisi uulnerasset illum, aliter euadere non poterat, & etiam Bal. in l. i. C. de confess. & in l. ea quæ. C. de conditio. inde. dicit, ꝙ si fieret articulus, quòd talis uulnerauit ad defensionem suam, etiam si illud probaret, non sufficeret, quia etiam se defendendo non licet percutere, nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ uerba sunt multum ponderanda, ut dixit Bald.
32 in l. i. C. unde ui. † nam requiritur moderamen, & illud, in quo consistat, declarat Glo. in d. l. i. quia cõsistit in factorũ æqualitate, quia debet pariter & æqua lance resisti. Item in tẽporis congruitate, quia tempore quo infertur iniuria, & non alio tẽpore. Item in necessitatis ineuitabilitate, hoc est tantum facere, quantũ opor
33 tet pro defensione, & non plus, † quia si possum euadere percutiendo, non debeo occidere, & tunc si occiderem, nõ debeo puniri pro illo excessu arbitrio iudicis, casus est singularis in d. l. si adulteriũ cũ incestu. §. Imperatores. ff. de adulter. quẽ ad hoc allegat Floria. in d. §. qui cum aliter. & Bal. in repetitio. d. l. i. qui idem tenet in c. i. de pace tenend. allegans idẽ tenere Ioan. Andr. in c. significauit. de pœnis in nouella, & in additio Specu. in tit. de homicid. in fin. qui in §. Imperatores, iudicio meo non reliquit pœnam arbitrio iudicis, sed ipsam determinat, pro personarum qualitate, & sic non potest esse arbitraria, per ea quæ habẽtur. in l. i. ff. de iure deliberan. nisi intelligamus de arbi-

arbitrio generali, quod habet iudex per l. hodie. & per l. interpretatione.ff. de pœnis,& l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.
34 de ijs qui notantur infam. † quod tamen arbitrium non debet habere iudex, ubi statutum imponeret pœnam limitatam,ut uoluit singulariter Bal. in reperto rio super Innocen. super uerbo appella-
35 tio, † & intelligo modum excedi,quãdo exceditur ex proposito,secus autẽ, si aliquo casu modum defendendi excederet, ut probatur in d.§. tabernarius. secundũ intellectum Gloss. summæ xxiij.q.j.in fi. & in capitu.significasti.extra de homici. in Gloss.magna in princip.& in capitulo olim el.j.de restitutio.spoliato. in Gloss. fina.& quando facit ex proposito, quo casu dixi illum puniri arbitrio iudicis, iudex debet ipsum mitius punire,quàm pu
36 niret aliàs dolosum,† quia difficillimum est iustũ tẽperare dolorẽ. ut d.§. Impera
37 tores, † Et quia inconsultus calor caret uitio doli.ff.ad turpi.l.j.§.queritur,quod
38 dicit Bal.esse nota dignum in d.l.j.† Itẽ requiritur inculpata, quia si se defendẽs fuisset causa rixæ, nõ diceretur facere ad tutelam. ut d.§. cum arietes. & l. quoniã multa C.ad l.Iul.de vi. Item requiritur quòd ob tutelam,non ob defensam, quæ præsumitur,ut prædixi, quãdo uulnerat post uulnus sibi illatum,cum ergo prædicta non appareant seruata in ordine in casu præmisso,concludo dictum filium puniendum esse,tamẽ mitius quàm puniretur aliter simpliciter offendendo, propter iustum dolorẽ.in d.§. Imperatores. Nec obstãt allegata supra pro prima par-
39 te,quoniam fateor,† quòd filius,& quilibet agnatus,& etiã socius extraneus potest defendere patrem, uel alium agnatũ uel socium,ut plenè not. Bal. in d.l.j.C. unde ui.& Bar.in l. ut uim.ff. de iusti. & iu.dummodo faciat,ut facere posset principaliter offensus,uidelicet cum modera
40 mine inculpatæ tutelæ,† quia defendere & aliũ iuuare est Iustitiam facere.xxiiij. quæstio.ij.c.fortitudi.licet Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in uerb. fidelitatis, dicat se non reperire, quòd filius teneatur defendere patrem de facto, licet secus de iure, quod dictum non uidetur mihi uerum,salua reuerentia tanti docto
41 ris, † quia de iure reperitur, quòd quis parentibus & patriæ debet obedire, ut l. ut uim.ff.de iusti.& iur.
42 Sed † obedientia patriæ consistit, ut ibi dicit Gloss.in ipsius defensione,etiam nõ requisita,& allegat dictum sapientis,pugna pro patria, ergo multo magis consi-
43 stit in defensione patris, † qui in obediẽtia præfertur patriæ, ut d.l.ueluti, dum prefert parentes patriæ, licet Guliel. de Cuneo, ut refert Bartol. in l. postliminium.§. filius.ff. de capti. dixerit patriæ prius obediẽdum,quàm patri, arg.illius
44 tex. Ex quo uidetur, † quòd sicut pro patria cuilibet licet assumere defensionem tanquam rei ad se pertinentis, ut dixit Bartol.in l.j.in fi.ff. de Iusti. & iure, ita etiam liceat assumere pro patre, cum sit res ad se pertinens,per ea quæ habentur in l.locum scimus.§.fi. C.de agricol. & censit. dummodo faciat cum eo moderamine, cũ quo pater ipse se defendere possit, uidelicet cum moderamine inculpatæ tutelæ,quæ consistit in prędictis ut supra dictum est. Laus Deo.

Et ita de iure uidetur dicendum mihi Modesto Polentono militi, & legum Doctori,Saluo semper iudicio saniori, & ideò me in fidem subscripsi & solito sigillo sigillaui ad laudem Dei.

CONS. D. MODESTI POLENTONI PATAVINI, EQVITIS, ET LEGVM D.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus,qui soluit condemnationem, quæ cãcellata non fuit, an uigore statuti offendi possit.*
2 *Procurator an sit admittẽdus in casu præmisso,ad ostẽdendum de iuribus ipsius occidẽtis,*
3 *Factum lege permitterte non punitur.*
4 *Fundans se in tempore permisso, illud probare debet.*
5 *Pœna ex causa aliquando mitigatur.*
6 *Probatio fit notoria, ex productione sententiæ in actis facta.*
7 *Cum appares de solutione condemnationis,seu*

aliàs de facta satisfactione, effectus sententiæ & condemnationis uidetur sublatus.

8 *Satisfactio condemnationis habetur pro non facta, quando facta fuit illi, cui solui non debebat.*

9 *Dubia probatio non releuat probantem, immò contra eum interpretatur.*

10 *Delegatio debitoris facta extra iudicium non ualet, nisi intercedente stipulatione, & per consequens absenti fieri non potest.*

11 *Ordo tēporis attenditur in scripturis publicis.*

12 *Satisfactio condemnationis, quæ debet fieri cameræ fiscali, debet esse notata in libro condēnationis, aliàs habetur pro non facta.*

13 *Paria sunt non esse, uel esse & non apparere.*

14 *Copia condemnationis si tradatur sine annotatione solutionis in margine, dicta condemnatio habetur pro uiua.*

15 *Tempus carcerum assignatum per sententiā condemnato, non potest alterari uel minui, per inferiorem à principe.*

16 *Carceratus esse non dicitur, habens facultatem eundi, quò uult.*

17 *Carceratus ille dicitur, qui est intra parietes, uel in uinculis positus.*

18 *Carceri condemnatus, intelligitur de carceribus publicis, ordinatis ad similes detinendū, & per consequens inferior à principe non potest deputare alium locum, quàm carceres publicos.*

19 *Nulliter facta pro infectis habentur.*

20 *Non apparēte in libro bannitorū satisfactione condemnationis, uel ipsa condemnatione nō cācellata, & nō facta publico bāno, quod bannitus erat cancellatus, quia soluerat, tū quilibet dicitur habere iustam causam ignorantiæ, si ipsum bannitum offendit.*

21 *Bannito publice dicenti se rebannitū esse quia condemnationi satisfecit, nemo credere tenetur, nisi publicam scripturam ostendat.*

22 *Bannitus illegitime cancellatus de banno, potest impunè occidi, ac si cancellatus non esset.*

23 *Idem si in omnibus libris publicis non erat cancellatus.*

24 *Idem si bannum fuißet nullum.*

25 *Pœna capitalis non potest infligi nisi dolo delinquenti.*

26 *Statutum disponens occidentem occidi, intelligitur de occidente dolosè.*

27 *Causa quælibet etiā iniusta excusat à dolo, dū modo talis iniusta cā naturæ nō repugnet.*

28 *Potestas non potest de suis sententiis se impedire, nisi in exequendo.*

29 *Sentētia est stricti iuris, nec est interpretāda.*

30 *Parum est iura in ciuitate esse, nisi sint, qui illa seruent.*

31 *Mortaliter peccant, qui legem non seruant.*

32 *Lex quantumcunque dura, seruanda est.*

33 *Quod ius aliquis in altero fieri uoluit, illud etiammet in se pati debet.*

34 *Insultatus quicquid facit, præsumitur facere ad sui defensionem, et quicquid sequitur, insultanti est imputandum.*

35 *Vulneratus si habuit medicum imperitum, mors secuta, est potius medico, quàm moræ uulnerantium imputanda.*

36 *Iusta petentibus non est denegādus aßensus.*

CONSILIVM LXXXIIII.

1 IN CAVSA † Frācisci Ioānis Cirmisoni, & Iacobi Bartholomei Cirmisoni, & reliquorū inquisitorū de morte Zāneti filij Prosdocimi de Langera, & de uulneribus illatis ipsi Prosdocimo, & quibusdam alijs, pro quibus inquisitis cōparuit Bartholomeus Coffanarius ad eorum defensionem & demonstrādum, quòd commissa per ipsos inquisitos, uel aliquem ipsorum erāt permissa ex forma statuti, quod incipit, aliquis bānitus, sub rub. de malefactoribus, in iij. lib. uoluminis statutorum Paduæ, quo permittitur, condemnatum à libris quinquaginta infra uulnerari posse, dummodò non machetur, uel in facie uulneretur tali uulnere, ex quo sit euidens remansura cicatrix; & pro dicto uulnere prohibet agi posse, etiā si potestas habeat arbitriū; si uero aliquis esset condemnatus pro maleficio personaliter uel pecuniariter à quinquaginta libris supra, mandat ꝙ de præmissis, etiam ꝑ inquisitionem procedi non posit, & si inceptus sit ꝓcessus, debeat penitus aboleri.

2 † Quam procuratoris comparitionē admittere debuit dominus iudex maleficiorum, ex forma tamen statuti positi sub rubrica de accusatio. & ordine procedendi, quod incip. si accusatio, in uersi. si uerò reus comparuit, quia de iuris dispoſi-

ſpoſitione magna fuit diſputatio inter Iacob. Butriga. & Iacobum de Beluiſo. Nam Iacob. Butriga. tenuit, quòd procurator eſſet admittendus, & hanc partem ſequitur Ange. in l. ſicut. §. ſi procurator, ff. quibus mo. pigno. uel hypothe. ſoluat. Iacob. uero de Beluiſo tenuit non admittendum procuratorem, & hanc ſententiam ſequitur Barto. in l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. quorum argumẽta & rationes latè ſcripſi in repetitio. d. §. ad crimen, unde cum uigeat ſtatutum, non eſt ſuper hoc articulo diſputandum, ſed ſolum eſt diſputandum de duobus principaliter articul. uno uidelicet circa proceſſum, altero uerò circa merita, ſed primo & in præſenti cauſa de proceſſu diſputandum eſt, uidelicet an ſit procedendum contra præfatos citatos uel inquiſitos ſtante dicto ſtatuto, & circa hoc tria uertuntur dubia, & primo an dictus Zãnetus, eo quòd erat condemnatus in libris centum, & ad complendum tres menſes in carceribus pro maleficio commiſſo in quodam monaſterio, potuerit impunè occidi, & per cõſequens ſit proceſſus abolendus, ſecundum formam ſtatuti contra occidẽtes, An uero debeat procedi ex eo, quòd dictus Zãnetus ſatisfecit de cõdemnatione pecuniaria, ut uidetur conſtare ex actis productis, & etiam uidetur ſatisfeciſſe condemnationi corporali, de ſtando in carceribus, conſiderata quadam gratia ſiue remiſsione temporis, & declaratione facta per Dominum Poteſtatem, quæ tamen ſolutio & gratia non apparebat deſcripta ad poſtam condemnationis, ſed ipſa condemnatio erat uiua & nõ cancellata, & maximè declarata aliqua cauſa. Et breuiter ſuper primo non eſt dubium, quòd ipſe Zãnetus condemnatus, ut ſupra, potuerit impunè occidi,
3 † quia, quod fit lege permittente, nullam meretur pęnam l. Gracchus. C. de adulteriis. Et quia de hoc eſt caſus in dicto ſtatuto, non eſt dubitandum l. ancillæ. C. de furtis. Sed eſt dubium, an hæc condemnatio fuerit probata, quòd fuerit tempore
4 commiſſi delicti, † quia ſe fundans in tempore permiſſo debet illud probare l. matrem. C. de probatio. cum concordantibus. & ideò quod eſt ꝓbatum, quia hoc conſtat ex actis, in quibus producta fuit ſententia & proceſſus contra dictum Zannetum in forma, de quã ſupra, in qua apparet ipſum Zãnetum fuiſſe condemnatum in libris centum, diuidendis in tres partes, iuxta formam literarum Ducalium, & ad complendum tres menſes in
5 carceribus † attenta eius conditione pauperrima, & ſic fuit pœna mitigata ex cauſa, ut l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de is qui notan. infam. & in. l. & ſi ſeuerior. C.
6 eodem titu. † & per talem ſententiam & cõdemnationem in actis productam fuit facta probatio notoria, ut nota. Innoc. in cap. ex inſinuatione. extra de appel.
7 Sed uidendũ eſt † an tali condẽnationi & ſententiæ fuerit ſatisfactum, & dicitur quòd ſic per oſtenſionem trium ſolutionum, quæ capiunt in effectu ſummam librarũ centum, quorũ prima eſt tertiæ partis debitæ cameræ fiſcali, quæ [illegible] ta Marino per uiam delegatio[illegible]s & Dulletæ, reliquæ duæ partes uidẽtur ſolutæ illis, qui debebant participare ex diuiſione facienda ſecũdum formam ſententiæ: tempus uerò carcerũ uidetur completũ tam in carceribus quàm extra ex deſignatione noui carceris facta per Dominum Poteſtatem, unde uidetur illam condemnationem non eſſe amplius in rerum natura, quia ſolutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, nec poteſt dici amplius condemnatus, qui ſatisfecit, ſicut nec debitor, qui ſoluit. l. Diuus Veſpaſianus. in fine. ff. de iure patr. & notat Bald. in l. ſi ueritas. C. de fideicommiſ.
8 Sed iis † nõ obſtantibus dico contrariũ; & primò circa quãtitatem pecuniariam, quia nõ fuit ſoluta illi cui ſolui debebat, & per conſequens non eſt condemnationi ſatisfactum, deſignatio ſiue delegatio, quæ dicitur facta Marino non prodeſt, quia illa non fuit facta, ut atteſtatur ipſe Marinus, qui dicit ſibi nunquam fuiſſe factam, & ſic reddit illã probationem ſiue delegationem dubiam, argumẽ. l. ij.
9 ff. quemadmo. teſtamen. aperiantur. † Et dubia probatio non releuat probantem

immò

immò interpretatur contra eum, ut in c. in præsentia. de probatio. & probatur in
10 l.non hoc.C.unde cognati.† Et plus dico, quòd nunquam fuit absens, ergo delegatio nulla, quæ fieri non potest, extra iudicium, nisi intercedente stipulatione, ut l.delegare.ff.de nouatio. quæ stipulatio requirit præsentiam partium.l.prima.ff. de uerborum obligatio.
11 Præterea † & scriptura producta uidetur suspecta ex ordine temporis, nam primò ponit sub die xiij.factam fuisse delegationem Marino, & inde sub die xx.satisfactũ alteri habere debenti, & deinde sub die x. satisfactum accusatori ꝑ eius parte, & sic ista ultima debuit esse prima, & secunda debebat esse ultima secundũ ordinem temporum, quem in scripturis publicis spectare debemus, ut not. ex l.si quis ex argentarijs, §. si initium tabula-
12 rum, ff.de eden. Item non † obstant reliquę duæ solutiones, quia debebāt fieri cameræ fiscali, posteà camera debebat diuidere secundum tenorem sentētiæ ut no. Bar.in l.dicitur.§.senatus.ff.de iure fisci, & præsupposito quòd solutio pecuniaria fuisset facta cameræ, dico, quòd debebat scribi ad librum condemnationis, ut est de more, ut appareret satisfactum condemnationi, unde ex quo nō apparebat, dici potest probabiliter nō fuisset satisfa
13 ctum, † quia paria sunt non esse, uel esse & nō apparere l.in lege.ff.de contrahen.
14 emptio. & quòd sit uerum patet, † quia notarius in traditione copię ipsius cōdēnationis, tradidit illã uiuam, & absq; aliqua solutione, siue satisfatione, quam uerisimiliter tradidisset, si facta fuisset, cum soleant in margine tales condemnationes annotari: Et idem dico de condemnatione personali ad complendum tres mēses in carceribus, qđ patet, quia ut patet ex libro carcerum ipse Zanetus pro dicto maleficio fuit detentus, & præsentatus ad carceres sub die viii. Martij, & sic debebat complere secundum tenorem sententiæ tres menses, qui finieban
15 tur die viij. Iunij, † quod minime fecit, quia die xiij. Maij. dicitur ex gratia & pietate, quia pauper, quòd Dominus potestas ipsũ relaxari iussit, assignando sibi carceres à carceribus publicis & ueris, usque ad uillã Plonegæ, ubi morabatur, qđ minimè facere poterat ipse Dominus potestas, quia id facere ad ipsum non pertinebat, ut no. in c.i.de controuer. inuesti. & in l.nepos proculo.ff. de uerb. signi. & not. in l.i.C.quomo. & quan. iudex & ibi Bal. Et cum facere similem gratiam pertineat ad Principem, ut est tex. in l.acta. §.primo.ff.de re iudi.& in l.i.in fin. ff.de quæst.& per not. ibi per Bar. & Glos. no. ĩ l.credibile.C.de pœnis, & ibi Saly. ergo alteri erat ĩpossibile, ut l. Apud Iulianũ §.fin.ff.de leg.i.& in l.cōtinuus.§.si quis
16 sub hac.ff.de uerb.oblig. † Nec etiam dicitur stetisse in carceribus, qui habuit facultatem eundi, quo uolebat. l.i.§.subue
17 nitur.ff.ad Tertull.& ibi no. Ang. † Sed ille, qui est intra parietes, uel in uinculis positus dicitur carceratus, ut l.succurritur ff.ex quib.ca. maior. & l.qui usq;. ff. de uerb.sign. & not. Bald.in l.i.in x.col. C. de confess. uersicul. quæro nunquid confessio facta in carcere. & not. in c.nu-
18 per. de sentent. excommu. † nec alium locum potuit sibi deputare, quàm carceres publicos ordinatos ad detinēdum similes homines, ut est text. & ibi not. Ang. in l.nemo carceres.C.de exact. tri-
19 buto.lib.x. † Vnde cum omnia prædicta nulliter facta fuerint, habentur pro infectis l.nō dubiũ. C. de legi. Et per consequens non erat ipse Zanetus liberatus
20 à condemnatione, † quia nec dicebatur ei satisfecisse, sed præsupposito, quòd uerè soluisset cameræ, & stetisset carceratus in carceribus communis tempore statuto, si tamen hæc non apparebant scripta ad partitam suæ condemnationis in margine, ut fieri solet, quilibet ipsum occidens, qui uidet uel uidere potest cōdemnationem uiuam, habet iustam causam credendi, quod ipsi condemnationi non fuerit satisfactum, & per consequens credendi, quòd possit auctoritate statuti offendi, & occidi, unde quicquid factũ est propter istam iustam credulitatem contra ipsum Zanetum, iustè factum est, & lege permittente, unde pœnam non

meretur

mereturut d.l.Gracchus.& hoc expresſè tenuit Ioan. Andr.per multa iura,quę ip ſe allegat in addition. Specul.in titu.de obli. & ſolu.ſuper rubric.in fi.& ipſum ſe cutus fuit Barto.in l.de ętate.§. ex cauſa ff.de interrogat.actio. & dominus meus D.Pau.de Caſ.in l.ſi duo.ff.de acquiren da hæredita.ubi dicit reprehendendo An gel.qui uidetur ſecundum eum ſenſiſſe contrarium per illũ text. qui uerè nihil facit pro opinione ipſius Angel. quòd ad excuſationẽ occidentis bannitum ſuf ficit apparere deſcriptam condemnationem in libro bannitorum condemnatorum,ex quo non apparet de cancellatio ne,pro quo facit,quod habetur in l.fina. C.de edict.diui Adri.tollen. cum nemo decipi debeat auctoritate publicæ ſcripturæ,& imputet ſibi,qui cancellare nõ facit condemnationem,ſiue deſcribi ſatisfactionem,uel publicè banniri, quod erat cancellatus,quia ſoluerat,tũc enim nemo habuiſſet iuſtam cauſam ignorantiæ,ut.not.in l.tutor ſi peritus.C.de peri

21 cu.tutor. † ideò ſi ipſe Zannetus denunciaſſet omnibus tempore rixæ extantibus,quòd ipſe erat rebannitus & liberatus ex ſatisfactione,non fuiſſet ſufficiẽs, quia non tenebatur quiſquàm ſibi crede re,niſi oſtenderet publicam ſcripturam, ut not.Bal.in l.non ſolum.§.morte.ff.de

22 noui oper.nuncia.† Ad quod facit quod not.Bald.in c.i.hic finit lex, deinde con ſuetu.regni incipiunt.ubi dicit, quòd ſi bannitus eſt illegitimè cancellatus de bãno,poteſt occidi,ac ſi non eſſet cancellatus,ut not.Ioan.And.in cap.ueniens, ex

23 tra de accuſatio. † & idẽ ſi bannum erat ſcriptum in pluribus libris publicis, nã licet eſſet in uno Cancellatus, ſi nõ erat cancellatus de illo, quem uidit occidẽs, non obſtante illa cãcellatione de alio libro poterit occidi, ut not.in l.pluribus, quæ eſt lex finalis.ff.de iis quæ in teſta. delen. Et ibi hoc tenet Ange.

24 Idem † ſi bannum erat nullum, ut idem Barto.not.in l.fin.ff.de adulter.ubi concludit,ꝙ occidens bannitum, cuius bannum erat nullum,excuſatur à dolo,quia fuit deceptus auctoritate publicæ ſcri-

25 pturæ,† ergo non tenetur pęna capitali, quæ non poteſt infligi niſi dolo delinquenti l.in lege.ff.ad l.Cornel. de ſicar.

26 & not.in l.i.C.eo.titu.† Et ſi ſtatutũ ſim pliciter diceret, quòd occidẽs occidatur quia debet intelligi de occidente doloſè ut not.Bald.in l.data opera.C.qui accu ſar.non poſſunt & in l. quicunque.C.de ſer.fugiti.& in l.ſi ſeruus.C. de noxali.& Pau.de Caſt.in præalleg.l. & ſi ſeuerior.

27 Et † omnis cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo l.igitur.ff.de libera.cauſa. & in l. plagiarij.C.ad l.Iul.de plagia. dũmodo talis iniuſta cauſa non repugnet naturę, ut l.ſiquis id quod.§.doli mali.ff. de iur. omnium iudic.& no.Ang. in d.l.plagiarij; unde cum in caſu noſtro ſit probatum ipſum Zãnetum tempore uulnerum illatorum fuiſſe condẽnatum,& non conſtet de ſolutione & ſatisfactiõe carcerũ, niſi eo modo quo ſupra, qui modus eſt nullus,maximè circa complementum tẽ

28 poris carceris,†Attentis præmiſsis,& cõ miſsione domini poteſtatis,in quo ꝓhibet ſe impedire de ſuis ſentẽtijs, niſi per modum exceptiuum, ſed illas impedire

29 ſeu limitare non poteſt,† cum ſententia ſit ſtricti iuris,nec interpretanda, ut eſt tex.cum Gloſſ in l.& puto.ff.fami.erciſ. & præſuppoſito, quòd potuiſſet,debebat id apparere ad poſtam ſuæ condemnationis,ne quis deciperetur auctoritate publicæ ſcripturæ,cõcludo dictum proceſſum eſſe abolendum ex forma dicti ſtatuti,quod obſeruare debet tam ipſe dominus poteſtas, quàm eius curia, tam ex commiſsione ipſius domini poteſtatis, quàm ex noua prouiſione Excelſi conſilij x. quàm etiam ex iuris diſpoſitione,

30 † quia parum eſſet iura in ciuitate eſſe, niſi eſſent,qui iura ſeruarent l ii. §. poſt

31 originem.ff.de ori.iur. † imò peccaret mortaliter, qui legem non obſeruaret, cum ſcriptum ſit,qui nõ obedit princip, morte moriatur,ut in c. ii. de maiori. &

32 obedi. † & lex ſeruanda eſt, quantumcũq; dura l.proſpexit.ff. qui & à quib. & maximè cum ſit mundi obſeruantia in caſu ſimili in ꝑſona dicti Proſdocimi,cu ius filius fuit occiſus,ut dicit, & ipſe pater

ter nulneratus, qui cum esset inculpatus de morte cuiusdam Nicolai cum certis aliis, ex eo quòd ipse Nicolaus qui erat condemnatus in carceribus, nec satisfecerat, fuit abolitus eius processus, ut patet
33 ex actis productis, † unde non debet dedignari, quòd sibi talis ministretur Iustitia qualem in persona sua ministrari procurauit uigore dicti statuti, cum scriptum sit, qua mēsura mensi fueritis metieē & uobis, & quòd quisq; iuris in persona alterius statuit, uel statui procurauit, ipse eodem iure utatur, ut in tit. quod quisq; iur. Et quæ dicta sunt de persona dicti Zāneti, ut ob eius mortem nō debeat inquiri, eadem etiam dicuntur de persona dicti Prosdocimi, & aliquorum aliorum, qui dicuntur fuisse uulnerati in illa rixa, qui etiam sunt condemnati, nec apparet aliquo modo de eorum solutione. Vnde quo ad illos non est aliter disputandum, sed seruandum prædictum statu-
34 tum, † eo magis, quia in præsenti processu de multorum salute tractatur, qui nedum habēt defensionem uigore dicti statuti, uerum etiam alias defensiones concernentes merita causæ, uidelicet quia ipsi fuerunt insultati & uim ui repellere licet l. ut uim. ff. de iusti. & iu. & quicquid sequitur est imputandum insultātibus l. i. §. cum arietes. ff. si quadru. pauper fecis. dicat. l. quoniam multa. C. ad l. Iuli. de
35 ui. † Itē quia ex imperitia medici, potius quàm ex ui uulnerum decessit, unde non est imputāda mora uulnerantibus l. item Mela. §. si plures & l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. ad l. aquili. quæ de præsenti nō prosequor, quia non est de meritis causæ, sed de non procedendo tractatur uigore dicti statuti, quod cōsequi minimè
36 dubitamus, † quia iusta petentibus non est denegandus assensus.

Et ita de iure uidetur dicendum mihi Modesto Polentono militi, & legum Doctori, saluo semper iudicio saniori, & ideò me in fidem subscripsi, & solito sigillo sigillaui ad laudem Dei.

CONSILIVM D. PETRI DE BAGAROTIS PATAVINI V. I. D.

Per modum allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix quæ dicatur, & quæ meretrix manifesta dicatur.*
2 *Trinus actus consuetudini tribuitur.*
3 *Rapiens honestam mulierem, qua pœna plectatur, & nu. 5.*
4 *Rapta an & quando cum raptore contrahere possit.*
6 *Meretricem rapiens, quam pœnam incurrat.*
7 *Vilitas uitæ meretricis, indignam facit legum obseruatione.*
8 *Rapiens uirginem ueste meretricali utētem, qua pœna puniatur.*
9 *Pœna quæ sit uiro duas uxores capienti.*
10 *Pœna quæ imponenda sit mulieri duos uiros accipienti.*

CONSILIVM LXXXV.

FVIT à me quæsitū ut allegarē quid
1 iuris super infrascriptis, † & primò q̄ mulier dicatur meretrix, & quæ manifesta meretrix, dico, quòd illa quæ in domo propria, uel conducta, aut etiam aliena se prostituit unico actu, non dicitur manifesta meretrix. Secus si ter uel quater constaret, quòd se prostitui fecisset,
2 quoniam † trinus actus tribuēdus est cōsuetudini. C. de ser. fugi. l. quicunque. Et illa, quæ stat in prostibulo ad faciendum se prostitui, cum ex residentia in prostibulo se paratam ostēdit ad libidinis perseuerantiam, ita expresè dici Ang. antiquus de Vbaldis de Perusio in sua disputatione incipiente, Astensis miles armatæ militiæ.
3 De alio dico, † quòd rapiens mulierem uirginem puberem, uel uiduā uel sanctimonialem, siue inuitam, siue uolentem, capitali pœna punitur, & ipsius raptoris substantia illi raptæ, uel monasterio sanctimonialis applicatur. C. de raptu uirg. l. i. & C. de episc. & cle. l. raptores.
4 Et † cū proprio raptore de iure ciuili cōtra-

trahere non potest matrimonium, ut dictis legibus, secus de iure Canonico secundum Goffred. extra de secund. nup. c. dominus, cum similib. & de raptorib. c. accedens, & tunc accipiendo eam in uxoré euitat amissionem substantiæ suæ & bonorum suorum.

5 Et † si mulier est impubes, quæ rapiatur, tunc alia pœna punitur raptor, quia si est humilior in metallum, honestior uerò in insulam, aut exilium relegatur. ff. de pœnis. l. si quis. §. notandum, & suam substãtiam amittit, quæ eidem impuberi raptæ applicatur, ut d. l. & potest raptor nubere raptæ, & similiter euitabit pœnã huiusmodi, & bonorum amissionem, ut di-

6 ctis iuribus. † Quod fallit in meretrice, quæ si rapitur libidinis causa, non punitur dicta pœna, nec amissione bonorum eidem applicandorum. ff. de fur. l. certum & l. qui adulterium. §. hæ auté. C. ad. l. iu-

7 liam. de adulter. † quia uilitas uitæ ipsius non patitur. C. de adulter. l. si ea & l. quæ

8 adulterium. † Item fallit in uirgine, quæ utitur ueste meretricali, ut. ff. de iniur. l. apud Labeonem. §. si quis uirginem. Ita etiam dicit Bonifacius de Mantua in suo tract. malefi. in Glo. incip. raptor. qui ibi dẽ loquitur diffusius, quẽ omninò uide.

9 De alio dico, † quod pœna uiri capientis duas uxores, cum non possit nisi unicam habere, & mulieris accipientis duos maritos, Dico quòd est pœna capitalis de iure

10 ciuili. † Sed de iure Canonico debẽt mulieris capilli & panni anteriores & posteriores scindi, tex. ẽst singularis in capitu. de benedicto. xxxij. q. j. secundum expositionem ueram, & approbatam, secundum Lud. Ro. in suis singularibus. sing. cccccxxxvij. incip. tu scis.

Petrus de Bagarotis de Padua. V.I.D. Iura canonica extraordinariè legens, in uetustissimo Paduano gymnasio, ita pro ut supra allegauit.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI EQVITIS ET V. I. D. Pisis profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Actio publica & priuata ex quolibet delicto oritur.*

2 *Pœna quando est conuentionalis, licet applicetur fisco, tamen causa ciuilis dicitur.*

3 *Pœna conuentionalis fisco non applicatur, nisi in contractu dicatur.*

4 *Libellus exigitur, quando ad pœnam conuentionalem agitur.*

5 *Nemo sine actione experitur.*

6 *Libellus generalis & obscurus parte opponente non admittitur, etiam in summariis, quando reo tollitur defensio.*

7 *Statuta ita debent intelligi, ut minus lædant ius commune, quàm fieri potest, & ne concludant absurdum, & à sapientibus non reprehendantur.*

8 *Quæ notabiliter fiunt, nisi sic aliter notentur, quasi neglecta uidentur.*

9 *Cumulatio est plurium actionum se inuicem contingentium uno, uel pluribus libellis coaceruatio.*

10 *Cumulatio impeditur, quando prima actio se habet ad secundam, quòd absolutoria lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in secunda.*

21 *Causa criminalis non cumulatur cum ciuili, nisi quando causa criminali intentata incidenter officio iudicis peteretur.*

12 *Ciuilis actio et criminalis quando competunt ex eadem causa, primò ciuilis terminari debet, & postea criminalis intentari, uel è contra.*

13 *Nullitas surgens ex inordinata petitione inficit sententiam & totum processum.*

14 *Assessor suspectus non solum ipse recusari potest, sed etiam ipse iudex ordinarius, ex eo quòd non admittat exceptionem suspicionis assessoris.*

15 *In recusatione assessoris suspecti non requiritur libellus recusationis in scriptis, prout in recusatione Iudicis ordinarii uel delegati.*

16 *Assessor cũ recusatur, nõ deuenitur ad electionẽ arbitrorũ, nec datur adiunctus assessori.*

17 *Aßißor nullam habet iurisdictionem, nec ordinariam nec delegatam.*
18 *Aßeßor ut aßeßor nulla iurisdictionē habet.*
19 *Argumentum à teste ad aßeßorem ualet.*
20 *Assessor potest recusari solo iuramēto calūniæ.*
21 *Præsumptiua probatio sufficit in iis, quæ sunt difficilis probationis.*
22 *Præsumptiua probatio sufficit in casibus, in quibus requiritur liquidißima probatio.*
23 *Præsumptiones iuris dicuntur liquidißimæ probationes.*
24 *Testis unius depositio ibi sufficere uidetur, ubi præsumptiones sufficiunt.*
25 *Ratihabitio retrotrahitur et mandato æquiparatur, etiam in requirētibus mandatum speciale, & in dictis etiam si facto tandem fiat.*
26 *Adhærentes, sequaces, & complices qui dicantur.*
27 *Natus ex bona progenie præsumitur bonus.*
28 *In dubio accipiēda est interpretatio exclusiua delicti, maximè in bene nato & nobili, et bonæ famæ & conditionis, & quando incōtrarium non est probata mala fama in specie.*
29 *Probationes liquidißimæ requiruntur contra reum, cum agitur ad pœnam, aliàs uenit absoluendus.*
30 *Iudex in dubio promptior esse debet ab absoluendum quàm condemnandum.*
31 *Præsumptionum alia iuris tantum, alia iuris & de iure, alia hominis & uiolenta, alia probabilis & temeraria.*
32 *Præsumptiua probatio sufficit in iis, que sunt difficilis probationis, si tamen aliter de sui natura probari non possunt, & secus si aliter probari posset.*
33 *Præsumptiua probatio sufficit in iis, quæ sunt difficilis probationis, quæ præsumptiones sunt probabiles non temerariæ.*
34 *Testium dicta ambigua interpretari debent contra eos producentem.*
35 *Probatio præsumptiua etiam in iis, quæ sunt difficilis probationis, pro actore non sufficit, quando contraria præsumptio est pro eo.*
36 *Probatio bona conditionis, uita & fama rei, elidit iudicium aliàs sufficiens ad torturam; & nume. 37.*
37 *Indicium sufficiens ad torturam in persona uili, est inefficax in grauibus personis.*
38 *Probatio in genere de bona fama releuat infamatum de crimine speciali.*
39 *Testis non uerisimilia deponens, est de falsitate suspectus.*
40 *Testis uocem loquentis non tantum habere debet, & ipsum prius uiderit in codē loco, quòd tamen in testamento & criminalibus non sufficit, quia testis in iis debet uidere & cognoscere personam loquentis.*
41 *Testis deponens ita sibi uisum esse, non importat expreßionem ueritatis.*
42 *Testis deponens per uerbū mihi uidetur, in iis quæ sēsu corporis percipi possunt, nō probat.*
43 *Testis unus etiam in iis, quæ sunt difficilis probationis, non probat.*
44 *Participes seu cōplices pro instrumētis pacis dicuntur filii, nepotes, propinqui, cōsiliarii, & domestici, & sic adhærentes & sequaces.*
45 *In instrumentis pacis propinqui dicuntur agnati intra octauum gradum de iure ciuili, intra quartam uerò de iure canonico.*
46 *Domestici dicuntur serui, mercenarii, liberti, et ii, qui cohabitant, et aliquo iure subiecti sunt capiti familiæ, et coloni et familiares.*

CONSILIVM LXXXVI.

ADSIT Deus & illuminet intellectum. Inducias faciens Iacobus Gaetanus nobilis Pisanus cum Francisco Petrelino, promisit pro se & fratribus, & nepotibus & attinentibus per lineam masculinam usque ad quartū gradum secundum ius Canonicum inclusiuè, & adhærentibus, complicibus, & sequacibus, non offendere, neque offendi facere intra triēnium Franciscum cum armis, uel sine, in persona tantum, pœna apposita scutorum quatuorcentorum auri, applicando rum pro tertia parte officio Dominorum Octo custodię & Baliæ ciuitatis Florentiæ, pro tertia, parti offensæ, & pro alia tertia iudici exigenti. Præsupponitur Lactātium de Podio ciuem Pisanum intra tempus induciarum prædictarum offendisse Franciscum in personam. Quidam secretus petitor notificator, ac iudicialis notitiæ exhibitor egit contra Iacobum, & fideiussores ad pœnam ob uiolatas inducias. D. Sebastianus de Arigis assessor Magnifici Capitanei, & Commissarij allegatur ex iusta causa suspectus

ctus, peciturq; D. Capitaneū alterius assessoris consilio & opera uti in hac & in aliis causis ipsius Iacobi. Opponitur etiā libellum esse reiiciendum, cum deberet constare de persona actoris, quia forsam admitti non posset, & propter expensas. Iis spretis proceditur per eundem assessorem, & super eodem libello non facta declaratione personæ actoris, iudicaturque securitatem ruptam esse & uiolatam pro parte Iacobi ex personalibus offensionibus eius contemplatione, opera, & facto factis & illatis per Lactantium in personam eiusdem Francisci, condemnaturq; Iacobus etiam in expensis & consequenter &c. Quæritur primò, an iure potuerit procedi super tali libello, parte opponitur.

Secūdo an debuerit D. Commissarius uti in ea causa consilio, & opere alterius assessoris non suspecti.

Tertiò an iustè fuerit iudicatum.

Quo ad primū conclusiuè ac breuiter pro-
1 cedendo, considerandum est, † quòd ex quolibet delicto duplex oritur actio, altera reipublicæ, ad publicam uindictam, altera ad utilitatē ipsius priuati læsi. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. §. in summa Instit. de iniur. Prima dicitur criminalis, quæ pœna fisco applicatur, secunda dicitur ciuilis, quæ pœna applicatur parti. Gloss. & Bartol. in l. iii. in prin-
2 cip. ff. de sepul. uiol. † Quinimmò & si pœna ex conuentione præter pœnam delicti applicaretur fisco, dicetur causa ciuilis non criminalis, quando ad ipsam pœnam conuentionalem ageretur, ut patet ex doctrina Bar. in d. l. iii. in fi. pri. ꝓ quo tex. in l. i. circa fin. princ. ff. de iure fis. ibi uel pœnam fisco ex contractu priuato de-
3 beri. per quem tex. dixit Bal. in l. si quis maior. in vij. not. C. de trans. quòd pœna conuentionalis non applicatur fisco, nisi in contractu dicatur, sequitur Ias. in l. si quis id quod. in fin ff. de iur. om. iud.
4 Quādo † ciuiliter agitur, ut in casu ꝓposito, ad pœnam conuentionalem necessarium est libellū offerri, prout in aliis causis ciuilibus, & sic per eum, cui competat
5 actio, † qa siue actione largo modo sumpta nemo experitur l. si pupilli. §. fina. ff. de nego. gest. cum simil.
6 Præterea † libellus generalis & obscurus saltem parte opponente non admittitur, ut tradunt Docto. in l. i. in princip. ff. de eden. Dec. in l. edita in. ii. no. C. de eden. nume. 5. etiam ubi ageretur sine strepitu & figura iudicii, quando esset tāta obscuritas, generalitas, & incertitudo libellis, quòd reo tolleret modum defensionis, & consequendi ius suum, prout uoluit Bartol. in extrauagan. ad repri. in uer. & figura. colum. ii. post princip. quod euenit in casu, de quo agitur, quia posset ille secretus petitor esse talis, qui non deberet admitti. iuxta l. defendere. ff. de iure fis. & propter expensas restituēdas & soluendas, si succubuerit. iuxta l. eum quem temerè. ff. de iud. & l. properandum. §. sin autem alterutra. C. eod. tit.

Nec dicatur, satis esse constare iudici, quòd actor siue delator sit persona, quæ repelli non possit, & hoc saltem uigore legis Florentinæ editæ sub anno. M. D. xiiij. sub capite. Et così da hora ibi, alcuna querela, petitione, notificatione, ò notitia per modo alcuno, segreta, o, pa-
7 lese. † Nam statuta ita debēt intelligi, ut minus lædant ius commune, quàm fieri possit c. cum dilectus uersicul. cæterū. de consuetu. & ibi Gloss. in uersicu. nec in re communi. l. ii. cum ibi traditis per Docto. C. de noxa. & ita, ut non contineant absurdum l. nam absurdum. ff. de bon. liber. & ut possint à sapientibus reprehendi. Soz. in consil. lxiij. in causa uertente colum. penul. nume. 13. & cons. cxxi. uisa contingentia. colum. ii. num. 5. lib. i. per l. saluius Aristo. ff. de leg. i. præst. Intelligendum ergo est dictum statutū, quādo criminaliter ageretur ad inueniēdum & puniendum delictum, ex quo uiolarentur pax uel induciæ, cum ex dispositione statutorum possit pœnaliter in delictis procedi per uiam inquisitionis, uoluitq; statutum id exprimere specialiter in tali casu, ut procederet, etiā si esset de-
8 lictum aliàs in se leue, † & quia quę notabiliter fiunt, nisi specialiter notētur, uidētur quasi neglecta l. Itē apud labeonem

§.ait prætor.ff.de iniur.l.iii.§. sed si tota. ff.nau.caup.ibi nisi forte,inquit, ideò ut innotesceret prætorẽ curam agere repri mendæ improbitatis hoc genus hominũ; & patet quia uerba dicti statuti non sunt dispositiuè prolata, sed enuntiatiuè; fuit ergo mẽs statuti, ut de quolibet delicto, ex quo resultaret uiolatio pacis, uel inducıatũ,posſit procedi ex officio per inquisitionem,etiam ad denuntiam secretè factam,& forte non præcedente diffamatione,uel aliis indiciis, prout requiritur regulariter ad formandam inquisitionẽ de aliis delictis, quòd si in iudicio criminali reus succumbat, ex eo aperta est uia prætendentibus interesse agendi ciuiliter ad pœnam conuentionalem.

Non est etiã omittendum, iste asſessor fecit cumulationẽ iudicij criminalis & ciuilis eodem die, licet in diuersa instãtia

9 & in diuersis libellis, † nã cumulatio est plurium actionum se inuicem contingẽtium uno uel pluribus libellis coaceruatio, secundum Bald.in l.i.in ulti.colum. num.25.C.de fideicom.Ias.in l.edita,colum.xi.sub nume.29.C. de edendo. Nec discrepat ista diffinitio à diffinitione Bartol.& aliorum.

Huic autem cumulationi plura efficaciter obstare uidentur.

10 Primò quia† regula prohibitiua, de qua per Gloss.Bar.& alios in d.l.edita, quoniam,scilicet prima actio ita se habet ad secundam, quòd absolutoria lata in prima,posſibile sit,quòd pariat exceptionẽ rei iudicatæ in secunda, per l. fundi,& l. fundum.ff.de excep. secundum communem intellectum.

Secundò obstat, Quinta regula impediti-

11 ua,de† qua per Bar.in d.l.edita. quando scilicet plures actiones sic se habent, q̃ una ratione maioritatis nõ admittit aliã, & licet uideatur dubitabilis ista regula, tamen Deci.ibi num.65. eam sequitur limitans dupliciter. & Marcus Mant.numero 303.in fin.usque ad nume.308.conatur eam defendere;& sic uolunt ista ratione cumulari non posse causam criminalem cum ciuili, nisi quando causa criminali intẽtata incidenter officio iudicis peteretur, quod uenit in actione ciuili ita Dec.ibi num.66.per doctrinam Bart. in l.interdum.§.qui furem. nume.4.& 5. ff.de furt.licet Bartol. uideatur loqui in diuersis terminis, ut dixi in præallega.l. edita,circa dictam.v.regulam Bartol.

12 Et breuiter,†quando ciuilis actio,& criminalis competunt ex eadem causa,primò ciuilis terminari debet, & posteà intentari criminalis,uel è cõtra l.1. C.quã. ac.ciuil.præiu.cri.l.interdum.ff.de publ. iudi.l.ii.§.i.ff.ui bono.rapto. & ibi Bart. Saly.latè in d.l.i.num. 8.& 9.ad quem remitto.& ad Bartol. in l. interdum §. qui furem.nu.5.ff.de fur.

Malè ergo procesſit ille asſessor, quia statim post intẽtatã ciuilẽ, & iudicio illius pendente intentauit criminalem, immò eodem die fuit intentatum utrũque iudicium. Nec etiam silentio inuoluendum est,quòd,ut mihi præsupponitur tempore latæ sententiæ, de qua agitur,nullus alius ibi aderat quàm Dominus Commisſarius,& prædictus eius asſessor,& notarius actuarius causæ, qui sententiæ instrumentum fecit, & duo testes adhibiti dictæ sententiæ,& tamen in calce sententiæ scriptum reperitur per eundem notarium actuarium, præsente dicto petitore secreto & prædicta acceptante &c. & petiit prædicta notificari. Quis ergo istorũ fuit petitor secretus? quis illa uerba dictauit? uideat ille asſessor l.fin. in fi. C. de asſessor.

13 Concludo igitur † non potuisse procedi super tali libello,& consequenter sententiam nullam, & adeò nullam, quod nec reformari posſit per iudices appellationum,cum talis nullitas totũ inficiat processum,per ea quæ scribit Abb. in c. cùm dilecti,in ii.colũ.de empt.& uend. Alex. in consi. lxxix. perspectis in pri. colum. uersic.& est uerum lib.ii.& in consil. liii. quæritur an stante,col.iii.num.14.& 15. lib.v.Dec.in consi. cccexxxiii. Pro resolutione col.ii. in princ.nu.8.

Quo ad secundum breuiter concludo pro

14 parte negatiua,†nam non solum asſessor suspectus recusari potest, sed etiam ipse iudex ordinarius,ex eo, quòd non admittat

tat exceptionem suspicionis assessoris, ut scribit Abb. in c.i.colum.quarta ad fi. de iudi.Rip.nu.43.ac etiam Deci.ibi nu.
15 17. Et aduertendum, † quod in recusatione assessoris suspecti non requiritur libellus recusatorius in scriptis, prout requiritur in recusatione iudicis ordinarij uel delegati iux.l.apertissimi, cũ auc.ibi posita, & l.fi.cum ibi traditis per Doctor. C.de
16 iud. & c.cum speciali de appella.† Nec etiam deuenitur ad electionem arbitrorum, qui de suspitione cognoscant, iuxta dispositionem dictorum iurium. Nec dandus est adiunctus assessori ordinarii suspecto, sicut ordinario suspecto de iur.ci. qui eo iure non remouetur in totum, sed iudicat cum adiuncto.auc. si uerò. C. de
17 iudi.† Assessor enim nullam habet iurisdictionem, nec ordinariam, nec delegatam, ut patet ex ti.ff.de off.assessor, &. C. de assessor.& in l.ii.eiusdem tit. C. not. Spe.in tit.de assessore in §.officium uers. item nota quòd assessor. Doctor, in l.i.ff.
18 eo.ubi Ia.nu.16.† Quinimmò assessor, ut assessor nullam habet dignitatem, tradit Curt.Iuni.in rub.ff.de off.assessor, nu. 6. Cagnol.in l.diem functo in ul. lectu.nu. 16.eo.ti.ubi scripsi in secundo præmisso. Cum ergo non habeat iurisdictionem assessor, & coram eo non fiant acta relata ad ipsius personam, sed ad personam domini prætoris seu Capitanei, non potest in eo locum habere dispositio legum de recusatione iudicum, loquẽtiũ quo ad
19 solennitatem & modum. Verum † quia etiam testes suspecti recusantur, & ipsi etiam assessores ut suspecti per simplicẽ allegationem suspitionis recusari poterunt, nec offerendus est libellus recusatorius coram eo, nec per eum sunt eligẽdi arbitri, quia ut dictum est, caret iurisdictiõe, sed ipse iudex alterius assessoris
20 consilio uti debebit in illa causa.† Et si de iure ciuili ad recusandum delegatum iudicem sufficit iuramentum calumniæ, nec aliæ causæ probatio uel expresio requiritur secundum Glo. communiter approbatam in d.l.apertissimi in uersi.recusare post prin.tradit Ias.ibi nu.20.Steph. Aufre.in tract.de recusa.nu.3. multo magis sufficiet ad recusandum assessorem. Et in casu, de quo agitur, non solum fuit præstitum iuramentum calumniæ, sed etiam expressa causa, quæ satis nota erat ipsi D.Prætori & Capitaneo, & fuerunt nominati testes. Et ipsemet Capitaneus in causa delegata Francisci Sanminiati ad simplicem allegationem suspitionis cum iuramento de eodem assessore facta, alterius assessoris consilio & opera in ea causa usus fuit. Rectè ergo præsupponũt Abb.& alii supra alleg.in d.c.i.de iud. quod simplex allegatio suspitionis assessoris sufficit, ita quòd si iudex eam non admittat, reddatur suspectus.

Circa tertium an iustè fuerit iudicatum, uideretur primo quod sic, primo quia probatum uidetur Franciscum personaliter of-
21 fensum fuisse mandato Iacobi, † nam in ijs, quæ occultè fieri solent, & sic à communiter accidentibus, sunt difficilis probationis, præsumptiua sufficit probatio & per coniecturas, ut uoluit Bart.in l. in illa in fi.ff.de uer.obl.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori in octaua q. ff. de oper. no.nunt. & Alex.ibi nu. 22. Ias. nu. 10. Bar.in l.si quis ex argentariis. §. an uero hæredi.nu.3.ff.de edẽ.& ibi latè Ias. sub. §.prætor ait.nu.18.cum seq. Bal.in auct. quas actiones, circa fin. C. de sac. sanct. eccl.Ang.in consi.ccxxviii.uisa narratione col.iij. nu.3.in fi. Pau. Cast. in consil. lxxiiii.in causa mota per Dominam Dorotheam colum.ii.uersic. sed ijs non obstantibus lib.ii. secundum ult. impressionem, Alex. latè in consi. lxix. uisa facti per totum lib.ii.& in con.xxiiii.animaduersis num.5.cum seq.eo.lib.ii.Corne.in con.xxxv.circa primum col.iiii.litera.y. uersi.& in calibus lib.i.Curt. Seni.in cõs. lxxvi. super motiuis col.iii.sub nu. 4. cũ seq.uersic.facit quia.Hippoly.de Marsil. consil.lxi.post redditum nu.25. cum seq. & in rub.C.de prob.nu.315. Deci.in cõs. dlxxvii.uiso copioso, nu.12. Socin. iuni. in consi. xxxij. ut præsentis nu. 12.cum sequenti.in ii.uol.

Fundatur hæc regula in l. non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.l.filium cum diffinimus.ff.de iis qui sunt sui uel ali. iur.cũ simil.

simil.adductis per Ia.in loco supra alleg. & in l.cum ea.C.de trans.accedat.c.affer te,de præsumptioni.

22 Et uidetur procedere ista regula† etiam in casibus,in quibus requiritur liquidis-
23 sima probatio,†quia præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes.l. licet imperator.ff.de leg.i.ubi not Ias.in tertia not.l.si quis locuplex.ff. de manu. testa.Idq; uoluit Bar.in præalle.l. si quis ex argẽtarijs.§.an uero hęredi.nu.3.in fi. & Aug.in d.consi. ccxviii. num.7.in fi.& clarius explicat Pau.in supra alleg.cons. lxxiiii.& ꝙ ubi requirũtur liquidissimæ probationes sufficiant præsumptiones à iure inductæ,cumulatè tradit Fel.in rub. extra de proba.num.2.uersi.secunda cõclusio,Deci.ibi.col.xv.cum prin.seq.sub nu.13.uersi.hæc uera sunt Ias.in d.l.licet imperator,de leg.in d.tertio not.num.5. cum plurib.sequenti.

24 Et † in prædictis casibus depositio unius testis uidetur sufficere, secundũ Hippol. de Marsil.in prælleg.cons.lxi.nu.31.

Præsumptiones autem & coniecturæ ex processu colligi uidentur, quia Iacobus & Lactantius erant amici, & simul conuersantes,quinimmò Lactantius non solum erat cognatione coniunctus Iacobo,sed etiam ardebat eius amore, prout ex processu colligi uidetur,& præsertim ex secunda positione partis aduersæ credita à Cesare Testa uno ex fideiussoribus Iacobi, & ex urbe Romana citatis mutatisq; equis celeriter Pisas ueniens Lactantius post solis occasum non fuit ingressus ciuitatem Pisanam equo cursorio insidens,nec adiuit domum magistri cursorum, neque ad eam equum misit, sed remisit Casinam,& pedes ingrediens ciuitatem statim ingressus fuit,& personaliter offendit Franciscum, ex quibus resultare uidetur coniectura & præsumptio urgentissima contra Iacobum.

Augetur præsumptio ex depositione Dominici & Thomasij Zanobii de Prato testium secundi & tertii ex aduerso inductorum super xi. articulo, Dominicus enim dicit,che la medesima sera del detto assalto, passaro otto,o dicce huomeni da casa di Frãcesco,che brauauano e minacciuano cõtra di lui,sel trouassino, tra quali conobbe Iacobo Gatani,è Lattantio dal Poggio.Et Thomas in eãdem sententiam deponẽs dicit,fra quali li parue conoscere alla uoce ditto Lattantio,Vincentio Paganelli,è Iacobo Gatani, perche non era in luogo,che li potesse uedere.Ex quorum depositionibus præsertim Dominici,si dictum unius testis sufficit,

25 ut uoluit Hippoly.†apertè probari uidetur mandatum Iacobi,uel saltem ratihabitio,quæ mandato comparatur & retro trahitur l.semper, qui non prohibet, & ibi tradit Deci.num.6.cum seq.ff.de reg. iur.l.hoc iure,§.deiecit,eo.tit.c.ratihabitionem,cum ibi not.eo.ti.lib.vi.& procedit etiam in requirentibus mãdatum speciale & in delictis, ut tradit Deci.in d.l. semper qui non prohibet nu.7.& 8.& facto fit ratificatio,ut ibi tradit Dec.per l. Pau.respondet.ff.rem.rat. habet.& dictã regulam cum limita. nouem ponit Fely. in c.sicut tuis in ult.col.de simon.

26 Secundo † principaliter uidetur iustificari sentẽtia, quia Iacobus promisit pro se,& adherentibus, complicibus,& sequacibus,prout promitti solet & debet, ut tradit Fel.in rub.extra de treu.& pa.nu. 11.& quòd adhærentes dicuntur illi, qui assistunt consilijs,& familiares ac domestici, & illi qui sponte sunt eiusdem uolũtatis,cuius est principalis; Sequaces dicuntur ii,qui assistũt intentione, opibus consilijs & fauoribus; Complices, qui sunt socij ad malum & non ad bonum, Lactantius autem uidetur saltẽ de adhærentibus uel sequacibus Iacobi, ergo ex isto capite uiolatæ uidentur induciæ.

Iis tamen & similibus quæ in contrarium adduci possent non obstantibus,arbitror dictam sententiam fuisse & esse iniustam & iniquam,quod sic demonstro.

27 Quilibet†præsumitur bonus, Glo. in uersi.æstimare in.c.i.de scruti.tex. iũcta Gloss.in uersic. qui non offenderint in l. cum quidam ita.ff.de leg. ii. bonus text. cum sua Glos.in l.seruos.ff. de manu testa.Gloss.pen.in fi.in l. si uerò.§. qui pro rei.ff. qui satisda. cogan. & ibi Doctor.&

Alber.

Alberi.nu.7.Ias.nu. 15. Alcia. in tracta. præsump.in iij.regula in ii.præsum. quod maximè procedit, si sit natus ex bona progenie, ut inquit Bar.sub tract.de præsum. nu.7.per l.quod si nolit.§. qui mancipia.
28 ff.de ędilic.edic.ubi optimus tex.† Et in dubio eam debemus amplecti interpretationem, quæ sit exclusiua delicti l.merito ff.pro socio, & præsertim in persona nobili, prout est Iacobus, & maximè circa fidei obseruationem, cum in nobilibus maior fides præsumatur, ut tradit Bon.de Curtil.in tracta.nobilitat.in v.par.in v. priuilegio nu.26.& tanto magis, quia in specie probata est in processu & nobilitas Iacobi, & bona eius, & patris conditio, qualitas, & fama, ac uita ciuilis, nobilis, & pacifica: nam probatio bonæ famæ excludit præsumptionem delicti, ut tradit Dec.in consi.clxxxix.lætatus sum in pen.col.sub nu.15.uersi.accedat bona fama, Sozin.iunio.in consil.lxxxviij.circa præsentem.nume.2.lib.ij.Hippoly.de Marsil.in consil.xlix.circa hanc nu.66.& in consil.lxxiiij.in causa Hieronymi, nu.25.& latissimè in auerolda in §.diligenter.num.196.cum seq. quod saltem procedit, quando non est probata in contrarium mala fama circa delictum, de quo ageretur, ut patet ex traditis in locis præallegatis, quæ mala fama in casu isto, nec probata nec articulata fuit.

Cum igitur quilibet præsumatur bonus, & præsertim nobilis, & maximè ubi agitur de fide seruanda, & præsumptio exclusiua delicti præualeat, & bona fama suspitiones elidat, nec in contrarium adsint probationes, ut apertè demonstrabo in
29 solutione contrariorum, † quæ probationes ubi agitur ad pęnam, liquidissimę requiruntur, ut probat Bal.in c.i.propè fin. quali.do.à propriè.feu.pri.Alex. in cōsi. xxxiij.uiso themate, col. pen.lib.ij.tradit Deci.in consil.Dcl.in causa, sub nu.4. consequens est sententiam fuisse iniustā & iniquam, Cum actore non probante reus absoluendus sit, & si nihil præstiterit.l.qui accusare. C. de eden.c.cum ec-
30 clesia Sutrina de cau. poss.& pro. † & in dubio pronior debeat esse iudex ad absoluendum quàm ad condemnandum l. Arrianus.ff.de actioni. & obliga.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.

Non obstant in contrarium adducta, &
31 primò † quòd pręsumptiones liquidissimæ dicantur probationes, quia loquuntur de præsumptionibus iuris & à iure approbatis & inductis, non de præsumptionibus hominis prout declarat Ias. in d.l. licet Imperator.col.iij. nu.xiij. de leg.i. ex mente omnium. Nam ut scribit Abb. in c.quanto in pen.& ulti.col. & nu.2.de pręsumptio.est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem patris, est pręsumptio iuris tantum, quę transfert onus probandi in aduersarium, & quandoq; solum purgationē, & est pręsumptio hominis, & hæc quādoq; est uiolenta & urgentissima, quàdoq; probabilis tantum, quandoq; temeraria. uiolēta ut in c.afferte de præsump.in c.præterea de testi. & ista sufficit ad condemnationem, ut in d.c.afferte.& de hac Gandin. in tract. malefi. sub rub. de præs.& indi. indubi.&c.præsertim in ult.col. uers.ponitur & septimum, cum seq.Est probabilis, de qua Gandin.in præallega.tracta. sub rub.de præsump.& indi.dubi.&c.col. iij.uers. probabilis uero. ubi dicit quòd potest esse præsumptio probabilis & discreta, quando à grauibus & honestis personis dicitur, & fama præcedit &c. quæ semiplenam facit probationem & sic indicium ad torturam. Temeraria uerò & leuis dicitur esse præsumptio, quando aliquid à leuibus seu uilibus personis procedit, & à talibus, quibus nō est credendū, ut scribit Gandin.in loco proximè allegato.in ea.iij. col.circa prin. uers. temeraria uerò, sed hic non sumus in præsumtione iuris, sed in præsumptione hominis & temeraria ut probabo, ergo. &c.
32 Non obstat, † quod in iis, quæ occultè fieri solent, & à communiter accidentibus sūt difficilis probationis, pręsumptiua probatio admittatur, & intelligendū sit de pręsumptione hominis, cum aliàs nihil esset speciale in iis, quæ sunt difficilis probationis, nam respondetur. Primò regulam

regulam prædictam procedere, quando sumus in materia, quæ aliter probari non potest de sui natura, ut declarat Fely. in supra alle. rub. ex. de proba. in ii. col. in primis uerbis, & patet ex traditis p Ale. in consil. lxiiij. uiso themate nu. 6. cum seq. lib. i. & Ant. de But. in cons. xxiiij. quæstio. hæc dubia col. fin. uers. nõ obstãt iura. Alexan. in cõs. clij. uiso processu sub nu. ij. uers. quia ad hæc respondeo. lib. v. Hippoly. de Marsil. in sing. lxxiij. plures sunt, exemplum in filiatione, in adulterio & similibus, alioqui semper allegari posset, alias non potuisse haberi probationes, ut dicunt Doctor. præallega. Sed in factis, de quibus agitur, uera probatio potest haberi, per epistolam, per testes, & si unus tantum adesset testis, posset de ueniri ad torturam, iuxta ea, quæ scribit Bar. in l. fi. sub nu. 6. ff. de quæstioni. aberat enim Lactantius, & ideò mandari sibi nõ potuit nisi per epistolam, uel per nuncium, Dico ad torturam præcedentibus legitimis indiciis deueniri potuisset in causa criminaliter intentata, quę prius agenda & expedienda erat, & illius decisione resultabat determinatio causa pœnę conuentionalis, dependentis ab illa.

33 Secundò † respondetur non procedere dictam regulam in præsumptionibus temerariis, sed in probabilibus, & ita urgẽtibus, ut iudicem rectum inducant ad firmiter credendũ & probabiliter, ita quòd aliud credi non debeat; Sed præsumptiones & coniecturæ, quæ colligi possunt ex processu, non sunt huiusmodi, nam conuersatio eo tempore non erat inter Iacobum & Lactantium, cum abesset Lactantius, & secundum positionem captiosam negauerunt Iacobus & Plotius, nec refert, quòd Cæsar Testa respondendo eidem crediderit, quia non respectu Cæsaris esset de facto alieno, eius credulitas non est attendenda, nec pro ueritate habenda, & præsertim quia non callenti latinas literas, non fuit explicata uis illorum uerborũ, misere amatus, prout etiã nec testibus, ut patet ex eorum depositionibus, quæ nihil aliud in effectu concludũt, nisi simplicem beneuolentiam inter

34 Iacobum & Lactantium, † cum, si eorum dicta essent ambigua, interpretari deberent contra producentem, Doct. & maximè Imol. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerb. oblig. Corne. in consi. cxxiij. Egregie discussa. col. iij. in prin. li. iij. Alex. in cons. liiij. uiso processu nu. 4. uol. v. Deci. in c. in præsentia nu. 2 . in fin. de probat. Nec quicquàm facit, quòd Lactãtius Pisas uenerit mutatis citatisq; equis, cum idem facere potuisset ueniẽs ordinario itinere, quia periculum non erat in mora, & secretior fuisset eius aduentus, si secretè & occultè uenire uoluisset, equum autem cursorium remisit Cascinam, quia iam superuenerat nox, & sic ut famulus cursoris Cascinensis eò redire posset, ut ipsemet famulus ex aduerso inductus deponit; Patet ergo præsumptiones ex prædictis collectas, esse temerarias, Nec quòd Lactãtius aggressus fuerit Frãciscum facit præsumere, cum aliis prædictis, quòd causa Iacobi id fecerit, cum Franciscus aliis implicitus sit inimicitiis & capitalibus, & alia discordiæ causa uigerat inter eos, ut patet in processu criminali, quia scilicet Franciscus non restituerat Lactãtio loricam siue giaccum sibi à Lactantio cõmodatum. Nec etiam ualet consequentia, fecit causa Iacobi, ergo mandato ipsius Iacobi, potuisset enim moueri beneuolentia inscio tamen Iacobo, & nullo modo mandante. Nec ex hoc esset commissa pœna, conuentionalis, si Lactantius non erat de personis compræhensis in promissione per Iacobum facta.

35 Tertiò respondetur † dictam regulam non procedere, quando pro reo sunt præsumptiones eneruantes & elidentes contrarias præsumptiones, sicut enim clauus clauo truditur, sic una præsumptio tollit aliã l. Diuus uers. itaq; iuncta Glo. in uer. existimari. ff. de restit. in integ. & ibi Bar. in ii. not. nu. 3. & Alberi. nu. 14. c. accedens cum Glos. in uers. præsumi in fi. de cri. fal. Alex. in cons. cxxiiij. quoniam abunde nu. ij. lib. vj. Deci. in cons. cccclxx. duo dubia. nu. 10. Ias. in l. Titia. §. idem respondit, cum Septitius, nu. 8 ff. de uer

de uerb.oblig. tradit Hippoly.de Marsil. in Auerolda in.§.diligenter. nu.190. cũ plurib.sequenti.Sed pro reo plures sunt & urgentiores præsumptiones, ut patet
36 ex supra deductis,ergo &c.†Et est adeo potens probatio bonę conditionis,uitæ, & famæ rei, quòd elidat indicium, quòd aliàs fuisset sufficiens ad torturam,ut uoluit Bal.in l.fina.col.pen. in fi. cum seq.
37 C.de proba.dicens, † quòd sufficiens indicium ad torturam in persona uili erit inefficax in grauibus personis,quia qualitas præcedentis uitæ elidit huiusmodi indicia,refert & sequitur Alex. in apostil.ad Bar.in l.fin.ff.de quæstioni.in iii. aposti.incip.§.si tu titium, post medium ubi refert etiam & sequitur dictum Ang. in l. milites.C.de quęstio.quòd probatio bonæ famæ purgat indicium ad torturam.Et dixit Bal.in l.ea quidem in pen. col.nu.65 .in uersi. item quæro an infamatus.C.de accusat.secundum Gandin.
38 quem sequitur,† quòd infamatus de aliquo speciali crimine, probãdo bonam famam,releuatur,& soluit contrarium, ꝙ generi per speciem derogatur, Refert & sequitur Raph.Comen.in consi. cxxxv. ad primum col.pen.uersi. amplius dicit Bald.Idem in effectu uoluit Corneu. in cons.lviii.uisa inquisitione col.pen.uers. & probatio bonæ famæ.in litera r. lib.ii. Dec.in supra allega.cons.clxxxix.lætatus,sum,in pen.col.sub nu. 15. uers. accedat bona fama,& latè tradit Hippoly. de Marsil.in d.§.diligenter nu.196. cum pluribus seque.concludens sub.nu. 199. hanc opinionem procedere non obstante contraria opinione,quòd probatio in specie præferatur probationi in genere.

39 Nec † depositio supradictorum duorũ testium, Dominici scilicet, & Thomasij prodest producenti,immò eum damnat, Nam præter alia,quæ in processu contra eos & eorum dicta fuerunt obiecta,cum deponant nõ uerisimilia, prout demonstrabo,in suspitionem incurrũt falsitatis & non probant,ut scribit Abb. in c. quia uerisimile in fin.de præsumptioni.Deci. in cons.xciiij. in casu ad me tranmisso, & in cons. dclxxxiiii. consul. ui. in fi. Curti.in tracta.de testi. conclusio xxxii.

Quòd autem deposuerint non uerisimilia demonstratur,quia cum ambo sint minores annis xix.& fratres,rustici, uiles, famuli patrui Francisci,& forenses, nõ habentes notam nedum uocẽ, sed nec personã Iacobi Gatani, dixit primus testis, tra quali conobbe Iacobo Gatani &c.cæteros autem non nouisse propter obscuritatem aeris,ista rõne nec ipsum debuisset cognoscere.Dicitur ex aduerso,quòd non uisu cognouit, sed auditu, quia illũ loquentem audiuit, replicatur, quòd eo die,eademq; hora,de quibus testis deponit,nõ erat obscurus aer, qa lucebat Luna,ut ex ratione Lunæ depræhenditur: Pręterea multum abest à uerisimile,ꝙ ij, quia illac transirent,ut Frãciscum offenderent,uocem emitterent, ita quòd è domo & horto eiusdem Francisci exaudiri possent uerba minatoria contra eundem proferendo.

Postremò,si testis uisu non cognoscebat Iacobum propter aeris obscuritatem,ut uoluisse uidetur, quomodò deponere potest,quòd eum audiuerit loquentẽ? profecto non potest nisi falso,quia sensus auditus facile decipitur, & multi sunt, qui uocem alienam referũt,& adulterantur, quòd si notam non habeat uocem loquẽtis,prout notam non habebant dicti testes uocem Iacobi, ut præsumitur per supradicta,& quia nunquàm collocuti fuerunt Iacobum, neq; ullam cum eo conuersationem habuerunt, proculdubio ta
40 le testimonium nil probat. requiritur enim,quòd testis notam habuerit uocem loquentis,& ipsum prius uiderit in eodẽ loco,ut cõcludit Abb.in c. cum causam, numero .9. de testib sequitur Felyn.in cap.præterea, numero.4.eod.titu.& istud non haberet locum in testamento, nec etiã in criminalibus,quia in iis debet testis uidere,& cognoscere psonã loquentis,ut ibi tradit Felyn. & licet in hoc iudicio nõ agatur ꝓpriè criminaliter, agitur tamen propter crimen ad pœnam, & testis deponit super crimine.

Thomas autem alius testis etiam alia ratione non probat,quia dicit, tra quali li

parue conoſcere alla uoce,&c.perche nõ era in luogo,che li poteſſe uedere, & ſic non affirmat ſe nouiſſe,ſed ſibi uiſum eſ-
41 ſe,† quod uerbum,cum referatur ad factum, non ad ius,non importat expreſſionem ueritatis,ut patet ex not.per Bar. in l.ſi is qui pro emptore,colum.iiij. numero.5.ff.de uſuca.Iaſ.ibi colum.xxvii.
42 numero.90.& 91.†Et ut paucis me expediam, teſtis deponens per uerbum mihi uidetur,non probat in iis,quæ ſenſu corporis percipi poſſunt, ut eleganter ſcribit Bartol.in l.quid tamen. §. ſi arbiter. numero.3.ff.de arbit. ex cuius dictis ibi declarantur,& concordantur dicta eiuſdem Bart.in l. Diui fratres.ff.de lib.cau. & in tract.de teſtib.in.iii.colum.in.§.teſtis ſuper aliquo,& quod tale teſtimoniũ non admittatur,tradit Alexan.in conſil. x.uiſis depoſitionibus colum.fina.nume. 16. lib.ii.Iaſ.in rubric.de iure iuran.col. ii.ſub nume.3.
43 Et † attentis prædictis,quæ uerè & realiter procedunt,patet, quòd nec unius teſtis depoſitionem habet aduerſarius, & tamen dictum Hippoly.in ſupra alleg.cõſil.lxi.numero.31.iure non probat, nec eſt uerum, quòd unus teſtis plene probet in iis,quę ſunt difficilis probationis, nec bene infertur ex caſu Bald.alleg.per eum ibi,& in ſingu. cxii. in ore duorum ad caſum noſtrum.

Ex prædictis patet iniuſtè fuiſſe condemnatum Iacobum, cum minimè probētur offenſiones perſonales in perſonam Franciſci fuiſſe illatas per Lactantium contẽplatione,opera,& facto Iacobi, prout ſententia explicat, quod & ſi contemplatione Iacobi fuiſſent illatæ, quia motu proprio Lactantius ob beneuolẽtiam, & amicitiam id feciſſet inſcio & non mandante Iacobo,non potuiſſet Iacobus cõdẽnari ex iſto ſolo capite,ut ſupra dixi.

Supereſt ut reiiciamus, & elidamus ſecundum principale fundamẽtum de adherẽtibus,ſequacibus,& cõplicibus,licet primus iudex in hoc non fundauerit ſuam
44 ſententiam,ut patet ex ea.†Dico igitur quòd Bart.in l.i.C.ſi rect.prouin.nu. 2. not.per illum text.& pro inſtrumẽtis pacis participes ſeu cõplices dici filios, nepotes,propinquos,conſiliarios,& domeſticos,& dum loquitur de participibus & complicibus, comprehendit adhærentes & ſequaces, ut patet ex uerbis ipſius, & ex infra allegandis,propinquorum appel
45 latione non uenit Lactãtius,†quia in huiuſmodi promiſsionibus propinqui dicunt agnati intra octauũ gradum de iure ciuili,intra quartum de iure canonico.& ita fuit expreſſum in inſtrumento ſecuritatis,de qua agitur,ſed Lactãtius non eſt agnatus Iacobi,nec ei ullo modo coniũctus intra quartum gradum ſecũdum cõputationẽ iuris canonici. Appellatione conſiliarij non uenit, nec probatum eſt, nec articulatum eſt.Minus etiam probatum aut articulatũ eſt,quòd eſſet dome-
46 ſticus,nec eſt, † Nam domeſtici dicũtur ſeruus, mercenarius, libertus, & ij qui cohabitant & aliquo modo ſubiecti capiti familiæ,ut in effectu ſentit Gl. in l.ii. C.de teſti.& explicat Bal. ibi in uerſicu. ſecundo quæro.& Salyce.ibi numero. 2. Pau. Caſt. nume.1.qui etiam de colono explicat.Spec. in titu.de teſte in.§.i. numero.12.14.& 15.Gloſſ.in cap.in literis. in uerb.de familia.de teſtib. tradit ibi Felyn.numero.1.ubi etiam concludit,quod domeſtici,& familiares dicuntur ſynonyma,& de ijs late Stepha.Aufrer.in tracta. de reproba. teſti. numero. 35. cum ſeq.per text.in l.fin.§.fi. C. de ijs qui ad eccle.confugi.l.reſpiciẽdum.§.furta domeſtica.ff.de pecu.cum ſimili.

Nec etiam poteſt conſiderari Lactantius tanquàm adhærens, uel ſequax Iacobi quaſi eiſdem factionis & partis ſit, & ſolitus arma pro eo ſumere in eius rixis & inimicitijs,quia ut probatur in proceſſu,& eſt notorium in ciuitate Piſana,nec ipſe Iacobus,nec Raphael eius pater fouerunt unquàm inimicitias,aut ad rixas deuenerunt,ſed urbanè,quietè,ac pacificè uitam procul ab armis,rixis,& inimicitijs egerũt, quare nullo modo,nullaq; ratione Lactantius dici poteſt adhærẽs, ſequax,uel complex Iacobi,licet omnes Doctores de ijs loquentes perſpiciamus. De iis ultra Bartol.in d.l.i.C.ſi rec. prouin.

uin. Ange.in consilio.cclvij. inter capitula pacis.colum.penult. numero.5.& in consilio.cccxc. Carissime frater in princ. & numero. 1.& 2.Pet.de Ancha.in c.j.de constitu.colum.ciiij.uersicul. uidi dubitari de uerb.adhærentes. Felyn. latè in rub. extra de treug.& pac.colum.ante penul. in fin. cum seq. numero. 11. & in c. olim colum.ij.in fi.cum seq. numero.1. de accusatio.Martin.Lauden.in tracta. de confedera.princ.quæst.xxvij.& lij. & Marc. Blancus in tracta.de indi. numer.167.& 168.& 169.Nec potest dici adhærentiam fuisse contractam tempore offensionis factæ Iacobo,uel post,quia satis ante illud tempus abfuerat Lactantius,& absuit postea,nec deuenit Iacobus ad actum sumēdi arma,& propinquos, aut amicos conuocandi, & Lactantius eadem hora, qua reuersus est Pisas, priusquàm colloquiū habere potuisset cum Iacobo, Franciscum obuiū aggressus est. Accedat quod scribit Ange.in consilio.cc. incip. Lucana col.ij.prope.fin.uersic. hæc dicat quis etiam Deci.in c. ad hæc colum.v. numero.32.de postula.prælato. scilicet requiri pronuntiationem declaratoriam adhęrentiæ.

Cócludo igitur ex prædictis apertè, ni fallor,probari dictam sententiam primi iudicis fuisse iniquam,& iniustam, & consequenter reuocandam, si eius ualiditas præsupponeretur.

Vt supra conclusum est, arbitror iuris esse de iure, & consulo Ego Petrus Calæphatus. V. I. Doct. & eques, Pisis profitens.

Fuit reuocata dicta prima sententia per prædictos Dominos Octo Baliæ.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis Profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura relatiua debet intelligi secundum ad quàm fit relatio.*

2 *Relatum uidetur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis.*

3 *Verba in omnibus & per omnia importent, quòd inter duo subiecta non debeat esse aliqua differentia.*

4 *Fideiussor simpliciter datus, censetur se obligasse in omnem causam.*

5 *Verba stipulationis intelliguntur secundū naturam contractus, super quo interponuntur.*

6 *Stipulatio interposita super certa causa, intelligitur secundum naturam eius, etiam si oporteat impropriari.*

7 *Verba etiam generalia debent intelligi, et restringi secundum, naturam actus, cui attribuuntur.*

8 *Appellans à sententia lata super diuersis rebus petitis diuersis libellis, si impetrauit super prosecutionē appellationis, non est audiendus, quia singulari numero ab una sententia appellauit.*

9 *Idem si iudex separatim in duabus causis eandem pronuntiam fecerit, & reus appellauerit simpliciter à pronūtiatione lata tali die nec infra decendium appellationem suam declarauerit, à qua pronuntia appellauerit, cum neutra fuerit durior altera.*

10 *Testator si dicat, non obstante dicta substitutione, istud uerbum non poterit referri ad plures substitutiones per eum factas, & in dubio refertur ad ultimam.*

11 *Quarere legem, uel rationem, ubi naturaliter sentimus, est infirmitas intellectus.*

12 *Acta à partibus attendi debent in contractibus potius quàm id quod dictum est, & ueritas potius quàm scriptura.*

13 *Prætoria stipulatio iam facta et pro soluta habita, non potest declarari à prætore uiuo, secundum mentem suam, sed secundum iura.*

14 *Promissio de parendo mandatis iudicis, intelligitur tantum de iudicio sisti & iudicatum solui, et infra nu.20.*

15 *Promissio partis cum fideiussore facta pro relaxatione carcerati, non trahitur ad aliud præceptum eidem relaxato facta.*

16 *Fideiussio non extenditur ultra, quàm in ea fuerit cautum.*

17 *In dubio contra fiscus iudicandum est, quando fiscus agit ex causa lucratiua, descendente ex delicto.*

Intellectus l.non puto.ff.de iure fisci, & infra nume.18.

18 *Lex habens uarios intellectus, nō potest allegari ad*

ri ad decisionem causarum, quando pro nullo dictorum intellectuum est cõmunis opinio.

19 Fideiussor intelligitur acceptus in omnem causam, quæ sit de natura contractus, secus de accidentibus.

21 Actio resultans ex promissione, de qua in themate, tãquã personalis nõ tollitur lapsu triẽnii, uel quadriẽnii, sed tantũ triginta annis.

22 Actio ex temporali efficitur perpetua, interueniente iuramento.

23 Debitor cõstituitur in mora absque alia interpellatione, quando iuramentum interuenit in promissione, ex quo hẽt uim litis cõtestatæ.

24 Stipulatio de iudicio sisti, licet duret tantum triennio, tamen ulterius protenditur in causa publica.

25 Fideiussor de iudicio sisti liberatur lata sententia, & similiter perempta instantia, & ultra triennium non tenetur.

26 Fideiussio de iudicatum soluendo similiter perit perempta instantia, sicut reliqua acta litis ordinaria.

27 Fideiussio de iudicatum soluendo, continetur sub clausula iudicatum solui, & sic respicit instantiam, & propterea promissio de parendo mandatis, quando non est facta in specie iudicatum solui, similiter expirat perempta instantia.

28 Dicta fideiussio iudicatum solui, quòd expiret, ut illa de iudicio sisti, ita procedit in criminalibus, quemadmodum in ciuilibus causis.

29 Causa criminalis debet finiri infra bienniũ, à die litis contestatę, & illud tempus non potest prorogari, ac iudex negligens expeditionem punitur.

30 Peremptio instantiæ ex lapsu biennii in criminalibus, habet locum etiam si per inquisitionem procedatur.

31 Peremptio instantiæ in ciuilibus habet locum in causis, in quibus lis expresse non contestatur, & in quibus primus actus, qui succedit loco litis contestationis, ubi illa non fit, respicit merita causæ, & in executiuis ac etiam in summariis.

32 Quæ supra dicta sunt de peremptione instantiæ, habent locum tam in instantia inducta à iure communi, quàm statutaria & consuetudinaria.

33 Causa non dicitur fiscalis, licet pertineat ad feudum fisci.

34 Causa non dicitur fiscalis, nisi quæ pertinet ad ciuitatem Romanam, seu Imperatorem.

35 Fideiussor de iudicio sisti in causis publicis & ciuilibus liberatur per lapsum triennii, in criminalibus uerò per lapsum biennii.

36 Actio ex promissione non iudicatur personalis quando aliud est ex natura actus, nec habet tempus triginta annorum, quando a lege aliud tempus statuitur.

37 Iuramentum facit actionem perpetuam respectu principalis, non autem fideiussoris de iudicio sisti, maximè qui lite pendente est receptus.

38 Instantia causæ principalis non est prorogabilis, etiam de consensu partium, nec etiam cũ iuramento, & per consequens effectus iuramenti non durat post instantiam.

39 Fideiussor de iudicio sisti non tenetur præsentare principalem suum, nisi infra tempus sibi præfixum ad eum præsentandum, uel si ei aliquod tempus præfixum non fuit, non nisi quado fuerit requisitus, ut illũ præsentet, et procedit etiã si cũ iuramento se obligauerit.

40 Iuramentu recipit omnes conditione et subaudítiones, quas actus super quo interponitur.

41 Fideiussor liberatur, quando reo principali est facta gratia, seu remissio.

42 Cùm quis creatur decurio, censetur ei facta remissio.

43 Decurionatus non defertur infamibus, nec ẽt reo delato tantũ etiam ante sententiam.

44 Princeps relaxando reum à carceribus, uidetur ei abolitionem criminis fecisse.

45 Fideiussor de iudicio sisti non excusatur, etiã si capitis reus factus sit, non secuta tamen capitali condemnatione, uel relegatione.

46 Fideiussor de iudicio sisti excusatur, si iudex dederit licentiam reo alio se transferendi.

47 Fideiussor de iudicio sisti non tenetur, quando per superiorẽ ẽ cõminata mors reo principali, ex qua cõminatione ille fugã arripuit.

48 Intellectus ad Glo. ii. ! fin. in l. si. seruus. ff. de diuersis & temporali. præscriptioni.

CONSILIVM LXXXVII.

Adsit deus, Et Illuminet intellectum. Post formatam inquisitionem per D. Cõmissarium oppidi Burgi uallis Tari, Contra D. Vigonum de Platono,

tono, super assertis delictis pœnam ulti-
mi supplicij, & confiscationis bonorum
ingerentibus, postq; receptã die sequẽti,
xii. Decembris. M.D.xlvii. responsionem
rei, idem iudex in hæc uerba interlocu-
tus est. Attentis literis Illustr. D. Com. di
sponentibus eum relaxari debere sub fi-
deiussione scutorum quingentorum au-
ri, mandauit eum relaxari, præstita dicta
cautione de parendo mandatis, & soluen
do omnem cõdemnationem, si quam fie
ri contingerit contra eum. Et præcepit
eidem D. Vigono in faciem, quatenus
a modò in anteà nõ debeat per se, uel per
alium, uel per interpositam personam di
rectè, uel indirectè alioqui scribere, præ-
stare auxilium, opem & fauorem alicui
ex bannitis, seu rebellibus, & in specie
Guidoto, & Platono sub pœna scutorum
mille auri, cameræ Dominicali applican
dorum. Sequitur statim.

Qui dictus D. Vigonus, uolens relaxari,
promisit & promittit prædicto Magnifi-
co D. Cõmissario, & mihi notario stipu-
lantibus, &c. in omnibus, & per omnia,
prout supra continetur sub pœna, de qua
supra, sub obligatione omnium bonorũ
suorum præsentium & futurorum. Et
eius precibus & mãdatis intercesserunt,
& fideiusserunt, ac se principaliter obliga
uerunt in solidum magister Ioannes ma
ria Manara, & Antollinus de Platono ibi
dem præsentes, scientes, uolentes, &c. re
nuntiando, &c. & iurauerunt, &c.

Die ultimo. Maij. M.D.li. Fuit factum præ
ceptum ad domum dicti D. Vigonis tũc
absentis ex permissione & licentia eius-
dem iudicis, quòd in termino quinq; die
rum deberet se presentare coram ipso D.
Commissario ad uidendum, &c. sub pena
scutorum quingentorum auri, &c. iuxta
promissionem de qua supra. Ac etiam,
quòd elapso dicto termino, compareret
in termino quinq; dierum ad allegandũ
causam, quare mulctari nõ deberet in scu
tis mille, eo quòd allocutus fuerit & con
uersatus cum rebellibus, iuxta formam
promissionis per eum factæ. Eodemq;
Die ultimo Maij, factum fuit præceptum
suprascriptis fideiussoribus, quòd in ter-
mino quinq; dierum deberent præsentas-
se dictum Dominum Vigonum, & fecis-
se, quòd pareret mandatis sub pœna scu-
torum quingentorum, ac etiam quòd ela
psis dictis quinq; diebus, deberent intra
alios quinq; dies allegasse causam, quare
condemnari non deberent in alia pœna
scutorum mille ex alia causa supradicta.

Præsupponitur in facto, & probatum esse
asseritur Dominum Vigonum post di-
ctam fideiussionem permansisse per an-
nos propè tres in iurisdictione dicti D.
Commissarii, & coram illo Cõmissario,
qui promissionem recepit, & posteà co-
ram successoribus comparuisse, & ele-
ctum fuisse in consiliarium dicti oppidi,
per illum eundem iudicem, qui formaue
rat inquisitionem, ac sæpè conuersatum
fuisse dicto tempore cum Illustri. D. Co-
mite, Domino illius oppidi, & ab eius Il
lustr. Dominatione fauores cõsecutum
fuisse, & D. Commissarium nunc proce-
dentem, esse secundũ successorem in of-
ficio eius, qui promissionem recepit, Di
ctumq; Domi. Vigonum de mense Octo
bris. M. D. L. se Parmã contulisse, ubi
nũc reperiri putatur, habita licentia à di
cto Domino Commissario. Ex prænar-
ratis plures oriuntur dubitationes. Pri-
ma, an dicti fideiussores censeantur pro-
misisse pro pœna scutorum quingentorũ
tantum, an uerò etiam pro alia pœna scu
torum mille. Secunda, an sint liberati à
dicta pœna scutorum quingentorum.

Circa primum, uidetur fortasse prima con
sideratione dicendum censeri eos fideius
sisse etiam pro mille, quia D. Vigonus in
omnibus & per omnia promisit, ut supra
continebatur in ordinatione D. Commis
sarii, sed in ea continebatur etiam de pœ
1 na scutorũ mille. † Et scriptura relatiua
debet intelligi secundum eam, ad quam
fit relatio l. asse toto. ff. de hære. institu. l.
institutio talis. ff. de condi. instit. cum si-
2 mili. † & relatum uidetur esse in referen
te cum omnibus qualitatibus suis, ut tra
dit Dec. in consilio. dxxxii. pro uera reso
3 lutione numero. 4. † & tanto magis in ca
su proposito propter illa uerba in omni
bus, & per omnia, per ea, quæ de ijs uer-
bis tra-

bis tradunt Doctor.in l.i.ff.de leg.i. ubi Iaſ.numo.20.id enim important (ut ibi tradit Iaſ.) quòd inter duo ſubiecta non
4 debeat eſſe aliqua differentia.† Accedat, quòd fideiuſſor ſimpliciter datus cenſetur ſe obligaſſe in omnem cauſam.l. ſi quis pro eo.§.ſi numos cum ſi. ff. de fideiuſ.

Iis tamen & ſimilibus,quæ in contrarium adduci poſſent non obſtantibus, contrariam ſententiam de iure probabiliorem exiſtimo, ac magis æquitati & ueritati cõſentaneam; Conſidero namque,quòd D.Vigonus promiſit, ut relaxaretur, ut patet in ſua promiſsione, ibi uolens relaxari, promiſit in omnibus, & per omnia prout ſupra continetur. Litteræ autem Dominicales continebant eum relaxari ſub fideiuſſoribus ſcutorum quingentorum. & D.Comiſſ.mandauit eum relaxari, uigore dictarum literarum,præſtita dicta cautione quam declarauit eſſe de parendo mandatis, & de ſoluendo omnem condemnationem &c. & intelligendum eſt de parendo mandatis reſpectu cauſæ, pro qua erat carceratus ſeu detentus, ut ex inferius dicendis clarius patebit,& ex cauſa ex qua detentus erat,relaxabatur, non autem ex cauſis adhuc non exiſtentibus,& quę poterant ſe habere ad nõ eſſe, & pro quibus non detinebatur.

Bene facit tex.in l.damni infecti quidam. in fi.prin.ff.de dam.infect. ibi & quod in ſtipulatione eſt,ſiue quid ibi ruerit, non uideri ſibi ruere, quod aut uento &c. &
5 per illum tex.not.ibi Bar. † quòd uerba ſtipulationis debent intelligi ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponuntur tex.in l.ſi ſtipulatus.uerſic. uerũ, ibi quia non eſt ueroſimile plus uenditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compelleretur.ff.de uſur. cum iis, quæ ibi ſcribunt Bart. & Alij.& per iura præallega.dixit Ale.in l. ſcire debemus,
6 §.ſi à fure.nu.3.ff.de uerbo.obl.†quòd ſtipulatio interpoſita ſuper certa cauſa intelligitur ſecundum eius naturam,etiam ſi oporteat impropriari.

7 Et ſemper † uerba etiam generalia debent intelligi & reſtringi ſecundum naturam actus,cui attribuuntur, tradit Sozin.iuni.conſil.cxlv.uiſo puncto, nu.44. 45.cum ſequentib.lib.i.

Secundo conſidero, prout etiam factum fuit per primum præſtantiſsimum D. Allegatem, ꝙ cum de duabus pœnis ageretur in interlocutione iudicis, ipſe D. Vigonus promiſit ſub pœna, de qua ſupra, non dixit ſub pœnis, unde ſuccedit elegans deciſio Goffre. quam recitat & approbat Io.And.in ca.pluralis locutio. de reg. iur. lib.vi. in mercuriali, & ſequitur Alexan.in conſil.ccxxvi. Ponderatis uerbis, colum.fin.nu.5.uerſi.ſexto proba
8 tur,uol.vi.† quòd ille,qui ab eodem actore coram eodem iudice conuenitur ſuper diuerſis rebus,diuerſis libellis, & cõdem natus eſt ſuper utroq; eodem tempore, & impetrauit reſcriptum ſuper appellatione in hac forma, conqueſtus eſt talis, quòd talis iudex iniquam protulit ſententiam cõtra ipſum, non eſt audiendus, ſuper proſecutione appellatiõis ab utraque ſententia, quia ſingulari numero ab una ſententia appellauit per ea, quæ ibi latè diſputando articulũ deducit Io.An.
9 Fortius † iudicaui in Rota Senenſi cum Magnificis Collegis meis, ꝙ cum idem contra eundem, coram eodem iudice eodem tempore plures haberet cauſas,& iudex eodem tempore pronuntiaſſet ſeparatim,tamen in utraque eſſe procedendũ ad ulteriora, & reus appellauerit à pronuntiatione tali die contra eum lata in fauorem talis,& non declarauerit, infra decem dies,à qua appellauerit, iuxta tradita per Pau.de Caſtro in l.qui Romę.§. pen.ff. de uerb.obl. Alex.conſil.xii.uideretur, nu.3.uol.vi.iudicauimus inquàm huiuſmodi appellationem non prodeſſe, quia ſingulari numero à ſententia fuerat appellatũ, nec altera erat durior altera, & ſic uerſabatur incertitudo, per l. duo ſunt Titii.ff.de teſt.tu.l.iij.§.ſi duobus.ff. de adimen.legati.l.ſi quis ſeruos.§.ſi inter duos,cum ibi not.per Gloſſ.& Bar.de leg.ii. ubi incertitudo uitiat actum, etiã fauorabilem;Cum enim plures eſſent ſtichi, & Stico fuiſſet legata libertas, nec conſtaret, de quo Sticho ſenſerit teſtator

tor,propter incertitudinem uitiatur legatum. Nec attendendum putauimus, quæ prius quęue posterius prolata fuisset, cum eodem instanti in utraq; fuerit pronuntiatum. Et licet Goffre. sentiat de ultima uel de duriore, ideò dicit de ultima, quia pars aduersa asserebat ab ultima
10 censeri appellatum. † Et in proposito Alex. in præalle. consi. ccxxvi. nu. 5. quia in casu suo testator locutus fuerat per hæc uerba, s. dicta substitutione non obstante, & sic in singulari concludit non posse referri ad plures substitutiones factas, sed ad unam tantum, & licet uelit referri ad posteriorem, id procedit, quia in dubio ad proxima facienda est relatio. Sed hic de necessitate facienda est relatio ad eam pœnam, propter cuius promissionem relaxabatur à carceribus, per ea quæ supra dicta fuerunt, & patet ad sen-
11 sum, † quærere enim legem uel rationē ubi naturaliter sentimus, est infirmitas intellectus, ut auctoritate Philosophi inquit Ang. consil. cclxxv. ex themate, col. fi. sub. nu. 8. tradit Ias. in l. ii. §. si liber. in ij. col. ff. de condi. cau. da.
12 Accedat † quòd semper in stipulationibus, si non appareat, quid actum sit, ad id quod minimum est, redigenda res est l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Et ut ibi scribit Deci. in prin. in contractibus primo attēditur, quid actum est a partibus, & potius attenditur, quod actū est, quàm id quod dictum est, & ueritas potius quàm scriptura inspici debet, iustum est enim uoluntatem contrahentium, magis quàm uerborum conceptionem inspicere, ut inquit Imperator in l. fi. post medium. quæ res pigno. obl. pos.
13 Nec obstat † quòd uideamur esse in prætoria stipulatione, quæ legem accipere dicitur ex mente prætoris l. i. in fin. ff. de prætor. stipu. cum simil. Nam dato quòd essemus in prætoria stipulatione, non tamen posset prætor uiuus & ipse iudex declarare stipulationem iam factam, & pro absoluta habitam ex mente sua, sed secū dum iura, si controuersia oriatur, ut ibi declarat Bar. & sic ex mēte dicti p̄toris.
14 Et † profectò si realiter considerentur uerba interlocutionis D. Cōmissarij, res non uidetur probabilem continere dubitationem; Duo enim continet, Primum ex commissione superioris, quòd relaxaretur D. Vigonus sub fideiussione scutorum quingentorum, & sic eum relaxamandauit præstita dicta fideiussione &c. Secundum quod fecit ipse D. Commissarius ex officio suo, siue etiam id sibi fuerit mandatum, præcepit D. Vigono, ut in futurum non alloqueretur cum rebellibus sub pœna mille. Istud secundum nō
15 attinet ad causam fideiussionis, † tum quia fideiussio pro relaxatione fieri debebat in quingentis, & de parendo mandatis, id est de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, ex causa pro qua erat detentus, tum etiam quia nihil commune habet præceptum cum promissione partis & fideiussione, non enim præcepit, quòd promitteret, & fideiuberet, sed q̄ non deberet alloqui, &c. Vnde non potest dici, quòd uerba promissionis prolata per D. Vigonum referantur etiam ad pœnā mille, quia uolēs relaxari, & ut relaxaretur, promisit, nec pro relaxatione alia promissio requirebatur, quàm de pœna quingentorum, & ideò dictum fuit sub pœna, de qua supra.

Et dato q̄ ipse D. Vigonus expressè promisisset non facere ea, quæ sibi prohibebantur, & sub pœna de qua in pręcepto, non tamē dicendum esset, q̄ fideiussio similiter accepta, ut supra, extenderet ad pœnam de qua in præcepto, pro qua non tenebatur D. Vigonus præstare fideiussores, sed tantum ad pœnam quingentorū,
16 quæ fideiussorem exigebat, † nam fideiussio per stipulationem contrahitur. l. i. §. uerbis. ff. de actio. & obl. l. blāditus. C. de fideiuss. & est stricti iuris l. quicquid astringendæ, cum. ibi not. ff. de uerb. obl. & ideò non extenditur ultra quàm in ea expressè fuerit cautum, ut dixit Curt. iuni. consi. xxxvj. habita diligenti, col. iii. nu. 5. cum igitur simpliciter fideiusserint, uerba fideiussionis referri debent, & referuntur ad casum exigentem fideiussionem, unde ad alium casum non debent extendi p̄ prædicta &c. c. odia restringi. de reg. iur.

iur.lib.vj. & quia sumus in pœnalibus.

17 Et † si casus posset dici dubitabilis, quod non admitto, adhuc in re dubia pro istis fideiussoribus iudicandum esset cõtra fiscum, ut est casus in l. non puto. ff. de iure fis. secundum cõmunem intellectum, licet uarij uaria dixerint circa intellectũ illius legis, sed uerus & communis intellectus est primus intellectus quem tradit Alex. in l.j. sub nu.2. ff. sol. mat. scilicet, quòd in dubio contra fiscum iudicandum sit, quando fiscus agit ex causa lucratiua descendente ex delicto, prout in casu nostro, & consonat iste intellectus conuenitque legi ibi præcedenti, scilicet præcedenti d.l. non puto, quæ est eiusdẽ iurisconsulti, & loquitur in criminalibus & istum intellectum sequitur Deci. in l. in ambiguis num.2. ff. de reg. iur. referens Saly. Raphael. Comen. & Ang. Areti. ita illum text. intellexisse. Mathesil. autem sing. lxxj. aliàs lxxij. nota unam regulã, intelligit illum tex. indistinctè contra fiscum. Et si teneremus intellectum Iaco. de Belui. quem refert Alex. in d.l.j. sub nu.2. ff. sol. mat. scilicet quòd ille tex. indistinctè procedat, quando fiscus agit de lucro captando, priuatus uerò de damno uitando, adhuc habemus intentum, quia talis est casus noster.

18 Nec obstat, † quòd illa lex habeat uarios intellectus, & ideò allegari non possit ad decisionẽ causarum iuxta not. per Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. du. quia doctrina Bar. ꝓcedit, quãdo sunt uarij intellectus, & nullus communiter approbatus, non autem quando unus intellectus communiter approbatur à Doctoribus, ut omnes fatẽtur, nec potest negari, quia alioqui nunquàm aut raro considerabilis esset communis opinio, cum nulla fermè reperiatur lex, quæ non intelligatur uario modo.

Et ex prædictis patet resolutio ad contraria de ui relationis, & de uerbis in omnibus & per omnia, quia scilicet relatio habita fuit ad casum exigentem fideiussionem, quod sine probabili dubitatione procedit, respectu obligationis ipsorum fideiussorum per supra dicta.

19 Ad † aliud de l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiussori, respondetur, ut per Pau. de Cast. ibi scilicet declarando in omnẽ causã, quæ sit de natura cõtractus, secus si nõ sit de natura, sed de accidenti. Posset etiam responderi ad alia superiora per ea, quæ limitando tradit Ias. in supra alleg. l.1. col.iiii. num.21. & 22. ff. de leg. i. & Deci. consil. Dlxxiij. in casu proposito ad fin. sed alijs responsionibus opus non est in re tam clara & euidenti.

Concluditur ergo in isto primo articulo quòd nunquàm fuit contracta obligatio fideiussoria in prædicta secũda pœna scutorũ mille, & consequenter quòd D. Ioã. Maria Manara, & Antonius de Platono. nullo iure, nulla uè ratione possint, aut nunquàm potuerint molestari pro dicta pœna scutorum mille.

20 Circa † secundum articulum de pœna scutorum quingentorum, pro qua fideiusserunt, uidendum est primo, quid importent illa uerba, de parendo mandatis, & quidem ut tradit in effectu Alex. in l. eũ pro quo. nu.4. ff. de in ius uocan. æquiualet simplici promissioni de iudicio sisti, & idẽ uoluit ibi Ias. & in casu de quo agitur, nõ eget hæc res discussione, quia illi, qui contrarium dicebant, eo mouebantur, quòd cõprehẽderet etiam clausulam de iudicato soluendo, quæ in terminis nostris expressè fuit apposita.

Præsupposito ergo, quòd fuerit promissũ de iudicio sisti, ac etiam de iudicato soluendo, quærẽdum, discutiendumque est, an lapsu temporis, alia ue ratione isti fideiussores sint liberati.

21 Videtur † prima consideratione negatiuè ex pluribus. Et primo quia ex promissione oritur actio personalis, actio autem personalis est perpetua, idest durat annis triginta. Instit. de perpetu. & tẽpo. actio. in prin. l. sicut. C. de præscrip. xxx. uel xl. anno. l.ij. §. & neque. C. de cõsti. pecu. ergo non sufficit lapsus triennij, uel quadriennij.

22 Secundò † quia iuramentum actionem temporalem facit perpetuam, ut scribunt Doct. in l. nam & posteà. §. si is qui temporali. ubi Alex. nu.2. ff. de iure iur. & ibi Ias. in

Iaſ.in ii.not.nu.4. & 5.Mar.Ant.Bauer. in tract.de iure iur. uerſ.li.nu.70.

23 Tertiò † quia iuramentum cum habeat uim litis conteſtatæ, conſtituit debitorẽ in mora abſq; alia interpellatione,ut tradit Iaſ.in d.l. nam & poſteà, quam legit cum,& ſub l.ait prætor in d.§.ſi is qui tẽporali in v.not.nu.10.Mar.Ant.Bauer. in d.tract.de iure iur.uer.vii.nu.18.Alex. in l.ii.§.fi.col.pen.nu.16.ff.ſol.mat.

24 Quartò † per Gloſ. ii. ad fin. in l.ſi ſeruus.ff.de diuerſ.& tempor.præſcript.dicentẽ,ꝙ ſtipulatio de iudicio ſiſti ad plus durat triennio, niſi in ſcriptis, & niſi in cauſa publica alleg.l.pen. C. de fideiuſ. & ſic uelle uidetur,quòd in cauſa publica prout uidetur cauſa noſtra,duret ultra triennium. nec Doctor. uidentur guſtaſſe uerba illius Gloſſæ.

Iis tamen & ſimilibus non obſtantibus arbitror dictos fideiuſſores liberatos eſſe ſaltem ope exceptionis ex inſtantia perẽpta,& per alia,de quibus infra dicetur.

25 Probatur hæc concluſio, † quia fideiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur poſt ſententiam l.græcè.§.& poſt litem.ff.de fide iuſſor.& ibi Bar.& Doct. Similiter non tenetur perempta inſtãtia,ut per Bar.ibi tradit Iaſ.in l.ii.§.in fideiuſſorẽ ſub. nu. 9.ff.qui ſatiſda.cog.& eſt Glo.pen.in fi. & ult.in l.pen.C.de fideiuſſo. quæ loquitur in cauſis publicis,& ait, ꝙ tenetur ſaltem uſq; ad trienniũ, & licet dicat ſaltẽ, tamen à Doctoribus communiter approbatur,ut ſolum uſq; ad triennium teneatur,& in ſpecie Bal. ibi in fi. ait in Gloſ. ibi uſq; ad triennium hæc uera.& ad hoc illam Gloſ.allegat Bar. & alii & Gloſ. fin.ibi dicit teneri uſq; ad triennium,niſi ante cauſa ſit finita, quia ex tunc non tenetur per d.l.græcè.§. & poſt litem.& de promiſsione ſeu fideiuſsione de iudicatũ ſoluendo,quòd pereat perempta inſtantia,eſt tex.apertus in l.ii.ff. iu.ſol. & ibi Bar.in prin.ſub nu.2.& repetit in ii. col.

26 circa medium dicit,† quòd acta pertinẽtia ad litis ordinationem, ut libelli oblatio,citatio,& fideiuſſorum datio pereunt perempta inſtantia,& pereunt effectus reſpicientes ipſam inſtantiam,ſiue ſint perfecti,ſiue perficiendi .ut per Bart. ibi in. ii.col.circa medium.

27 Et quòd † perempta inſtantia liberetur fideiuſſor de iudicio ſiſti, tradit Hippol. de Marſil. in rub. ff. de fideiuſſo.nu.109. uerſ.quæro undecimo,Nam iſta fideiuſſio datur reſpectu inſtantiæ,& ideò perit perempta inſtantia,ut ait Iaſ. in l. ſi deceſſerit in prin.ſub nu.3.ff.qui ſatiſda.cogant.& continetur ſub clauſula de iudicato ſoluendo,ſecundum Pau.de Ca. in l.iudicatum ſolui.ff.iudi.ſol. Et procedunt hæc, etiã ſi fuerit promiſſum de iudicio ſiſti,& de parendo mandatis,ut tradit Iaſ.in d.l.ii.§.in fideiuſſorem ſub nu. 9.& per Alex.ibi ſub nu.4.

28 Et † procedit etiam in criminalibus, ut uoluit Gloſ.i. iuncto tex. in l. ſi quis reum.ff.de custo.reo.tradit Iaſ.in d. l.ii. §.in fideiuſſorem ſub nu.9.ff.qui ſatiſda. cog.& licet Gloſ.illa loquatur in terminis, in quibus fuit lata ſententia, tamen idem eſt,ſi perierit inſtantia,Ratio.n.eſt, quia talis fideiuſsio præſtatur reſpectu inſtantiæ,quæ finitur,uel per ſententiam diffinitiuam,uel per lapſum temporis,& hoc in effectu uoluit Gloſ. fin. in l. pen. C. de fideiuſſo. & Doctor. communiter noluerunt approbantes Glos.in d. l.pen. ut ſupra dixi,quæ loquitũ de cauſis publi.

29 Conſtat † autem de iure communi cauſas criminales debere finiri intra bienniũ à conteſtatione litis, nec poſſe tẽpus prorogari,& iudici negligenti pœnam imponi l.fi.C. ut intra cert. tem. crimi. quæſtio.ciuiles autem intra triennium à conteſtatione litis l.properandum in prin.ff. de iudi.ſiue coram ordinario, ſiue coram delegato,ut eſt ibi tex.& Iaſ. in vii. nota nu.13.ubi etiam de inſtantia criminalis cauſæ dicit Sozin.in tex.

30 Et † procedunt prædicta,etiam quando proceditur per inquiſitionem,quia inquiſitio ſuccedit loco accuſationis,ut tradit Alex.in d.l.properandum in fi.prin.nu. 5.Ac etiam in cauſis,in quibus expreſsè non conteſtatur lis,ut ſcribit Maria.Sozin.Senens. in c.uenerabilis de iudici.in vi.principali arti.in ulti.fallentia ad fin.

31 † & Iaſ.in d.l.properãdum in princi.col iii.nu.7.

iii.nu.7.& 8.tradit locum habere etiam in causis, in quibus lis non contestatur, in quib. primus actus respiciens merita causæ habet uim litis contestationis, ac etiã locum habere etiam in causis executiuis habentibus executionem paratam. Addo locum habere etiam, ubi procederetur sine strepitu & figura iudicij, ut late tradit articulum discutiendo Georgi. Nata in repete.cle.sæpè de uerb. signifi. in §.quæ cir.col.xxxiiii.cũ seq.usq; ad fi. cõmẽti.

32 Et † ibi in ulti.col. ampliat procedere non solum in instantia triennali inducta de iure communi, sed etiam in alia instãtia minore subrogata à statuto uel consuetudine, per adducta ibi per eum.

33 Nec † obstat, quòd in d.l.properandum in prin. excipiuntur causæ fiscales, quia hæc nõ dicitur causa fiscalis, sed quæ pertinẽt ad feudum fisci, ut declarat Glo. ibi in uer. fiscale. & patet, quia in illo tex. ponit tanquam diuersas causas criminales

34 & causas fiscales. Præterea † non dicuntur causæ fiscales nisi illæ, quæ directò ꝑtenẽt ad ciuitatem Romanam, seu Imperatorem, ut est tex. in d. l. properandum in prin. iuncta Glos. in uerbo super iure & ibi Doctor. & scribit Maria. in d.c. uenerabilis in vi. art. principali in ii. fallen. & tamen Doctores uolunt insuper alleg.

35 in l.pen. C. de fideius. † quòd etiam in causis publicis fideiussor de iudicio sisti liberetur per lapsum triennij, nõ enim dicere uolunt de causis criminalibus, quæ habent instantiam biennij.

Superest ut contraria euertamus.

36 Non † obstat primum, quia non procedit, ubi aliud agit ex natura actus, ut ibi in effectu per Cy. facit l. cum quid, cum sua materia. ff. si cert. pet. nec quando à lege aliud tempus statuitur. & in hoc nõ est laborandum.

37 Nec † obstat secundum de iuramento, ꝙ faciat actionem perpetuam; cum habeat uim litis cõtestationis, nam ommissis superfluis illud procedere potest contra ipsum principalem, contra quem perpetuatur actio, & ad effectum perpetuationis actionis contra eum, non autem quo ad fideiussorem de iudicio sisti; quia ista respicit instantiam & finitur cum instantia; ut supra demonstratum fuit, & instantia causæ principalis non potest prorogari etiam de consensu partium, nec etiam cũ iuramento secundum communem opinionem, ut per Doctor. in d.l. properandum. in prin. C. de iudi. ubi Ias. sub nu. 21. uers. tertio amplia. Bart. in l. si quis pro eo in prin. col. iii. nu. 7. ff. de fideius-

38 so. † unde cùm talis fideiussio sequatur, & reguletur secũdum instantiam, saltem quãdo fuit data in ipsa lite, & post litem contestatam, ut in casu nostro, sequitur, quòd si instantia non potest etiam cum iuramento prorogari, non possit etiam iuramẽtum intelligi, ut eius effectus duret post instantiam; arg. l. ii. ff. de usufru. & l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. & faciunt ea quæ proximè dicentur.

39 Non obstat † Tertium, quia procedit quando iurans scit necessitatem, uel saltem uoluntatem eius, qui promisit, ut patet ex dictis Doctorum in locis præallegatis, & tamen nõ facit, quòd in casu nostro non potest dici, & præsertim quia Domi. Vigonus pluries comparuit corã ipso Domi. Commissario & eius successoribus; & quia de natura actus iudicialis est, ut quis cõpareat, si uocetur; quia non promiserunt præsentare illum intra certum & determinatum tempus, prout in l. & si post tres. ff. si quis cau.

Accedant ea, quæ tradit Ias. in l. uniuersa. C. de precib. imperato. offeren. & Hippoly. de Marsil. in rub. ff. de fideius. nu. 144. & legis ac superioris auctoritas excusat l. fi. ff. qui satis. cog. ubi late Ias.

40 Accedat † l. fina. cum ibi traditis per Doctor. C. de non numera. pecun. ubi iuramentũ recipit omnes conditiones, & sub auditiones, quas actus, super quo interponitur, ut ibi & de hoc latissimè per Mar. Anto. Bauer. in tracta. de iure iurand. sub nume. 124. cũ plurib. sequen. Gl. & Abb. in c. quemadmodum. de iure iurã. & quia nihil fuit mandatum D. Vigono intra tẽpus biennii, quo durabat instantia iuris communis, ꝙ ipse nõ impleuerit, nihilq; fuit contra eum iudicatum.

41 Accedat † etiam, quòd Domi. Vigonus fuit

fuit receptus ad gratiã, & tacitè sibi fuit facta remissio, uocando ipsum ad hono-
42 rem decurionatus, † est enim honor decurionatus l. honores. l. eos. ff. de decu-
43 rio. † qui non defertur infamibus d. l. eos nec reo delato etiam ante sententiam l. reus. ff. de munerib. & honor. Faciunt no. per Barto. in l. qui à latronibus. §. si quis nume. 1. ff. de testamen. cum alijs adductis à præstantissimo Domino primo allegãte. & doctrina Bar. per eum allegata in l. præses. uersi. ex quo nota. C. si ser. aut
44 libert. lib. x. † & uidetur tacitè facta abolitio criminis, iuxta l. j. C. de aboli. cum simil. auctoritate Principis prædicta sciẽtis, & non solùm tacitè, sed etiam ipsis factis approbantis, ipsum D. Vigonum fauoribus prosequendo, cuius etiam mandato cum esset carceratus pro assertis criminibus, pœnam ultimi supplicij ingerentibus, præter iuris dispositionem relaxatus fuit sub fideiussione prædicta.
45 Nec ommittam, † quòd licet is, qui in iudicio sistere promisit, non excusetur, ex eo, ꝙ capitis reus factus sit l. sed si quis. §. j. ff. si quis cau. licet capitalis condemnatio, uel relegatio prodesset fideiussori
46 bus condẽnati, ut in ea. l. in princip. † tamen in casu proposito idem iudex cum D. Vigono licentiam concesserit proficiscẽdi Parmam, uidetur causam impedimenti præstitisse, sicque ipsi iudici non fideiussoribus imputandum, uigente impedimento, ut deduxerunt præstantissimi Domini allegantes.
47 Addo, † quòd cũ eodẽ tẽpore, & in eadẽ carta fuerit non solum transmissum præceptum de comparendo sub pœna quingentorum, sed etiam præceptum, uel citatio, ut ueniret ad allegandũ causam, quare non deberet condemnari in alia pœna mille, ut asseritur promissarum, quia cum rebellibus conuersatus fuerit, &c. quod factum pœna ultimi supplicij, & confiscationis bonorum puniendum esset, secundum edicta principis loci, quid aliud hoc importare uult, nisi mortem comminari D. Vigono, si comparuerit, ut sic nõ comparẽdo ad pœnarum, ut asseritur, promissarum exactionem procederetur, quo casu succedit elegans decisio Parid. de Puteo, in tracta. synd. in uersic. fideiussor in capite subijcio subtilem & utilem quæstionem, car. iij. tom. xiiij. quòd cum syndicando fuisset cõminata mors à syndicatore, & illo metu perterritus fugisset ille syndicandus, non tenerentur fideiussores, qui pro illo promiserant de iudicio sisti & iudicatum soluendo, quoniam id dolo uidebatur factum à syndicatore, & hanc suam decisionem iuribus, rationibus, & auctoritatibus comprobat, Referũt & sequuntur Diomedes Maricunda, & Coluccius Copula Iurisconsulti, & aduocati Neapolitani in eorum consilio inserto inter consilia ciui. Tho. Gram. consilio. lxvj. quia intentio. colum. xv. sub nume. 71. 72. 73. ubi uolunt, quòd si principalis aufugerit propter metum sibi illatum à superiore, fideiussores non teneãtur, cum talis superior uideatur dedisse causam dictæ fugæ, nec isto casu, in quo subest præsumptio doli ipsius præcipientis, locum habere uidetur d. l. sed & si quis. §. j. ff. si quis cautio. faciunt ea, quæ tradit Hippoly. de Marsil. in rub. ff. de fideius. nume. 143. & 144.
8 Vltimò † non ob. Gloss. ij. ad fi. in l. si seruus. ff. de diuers. & temp. præsc. quoniam dicere oportet, uel quòd sit mendosa, uel quod malè loquatur, quia cõmunis & uera opinio est contra eam, ut supra clarè demonstraui, nisi eam intelligamus quãdo promissio facta fuit nulla lite mota, quo casu si in scriptis, uel pro causa publica facta fuerit fideiussio, perpetuò tenebitur fideiussor, scilicet donec lis inchoetur, & post inchoationem usque ad sentẽtiam, secundum Salycet. in d. l. pen. C. de fideiusso. in uersi. dic ergo.

Et ex prædictis omnibus, quæ triduo non integro, instante nuncio & celeritatem exigente absolui, concludo dictos D. Io. Mariam Manaram, & Antonium de Platono non fuisse unquam, nec esse obligatos ad supradictam pœnam mille; Et quantum ad pœnam quingentorum ipsos liberatos esse per ea, quæ supra addu

xi. Et alia plura potuissem ad comprobationem afferre, si tempus concessisset. Laus Deo.

Et ut supra conclusum est arbitror esse de iure,& consulo Ego Petrus Calæphatus. V. I. D.& Eques Pisis profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Homicida quod fecit expectet.*

2 *Confeßio potest diuidi & acceptari à curia, in eo quod pertinet ad delictum, quo uerò ad defensionē, incumbit reo confitenti probatio.*

3 *Homicidiū ad hoc, ut dicatur factū fuiße ad sui defensionē, plura copulatiuè requirūtur.*

4 *Iura non tuentur procuratores, & illis imputatur, si quid damni sequatur.*

5 *Defensio permittitur, cum aliquis aliter se tueri non potest.*

6 *Percutere militem alapa secundum eorum cōsuetudinē est de magnis, grauibus, et ignominiosis offēsionibus, quæ militi inferri poßint.*

7 *Mentitio conditionalis, non dicitur inducere prouocationem.*

8 *Occidens aliquem iusto dolore motus in ipso doloris impetu, debet mitius puniri, quàm pœna ultimi supplicii.*

9 *Difficillimum est iustum dolorem temperare.*

10 *Confeßio homicidii qualificata, scilicet ad sui defensionem, tollit omnem pœnam ultimi supplicii.*

11 *Defensio omni iure est permissa.*

12 *Periculum honoris & famæ, simile est periculo uitæ.*

13 *Crudelis est qui famam negligit.*

14 *Cū agitur de conseruatione honoris & famæ, percußus potest pro eorum defensione incontinenti percußorem repercutere, & talis repercussio dicitur facta ad defensam.*

15 *Permißa est occisio furis, ubi ille non cognoscitur, & sic ubi non speratur remedium iuris, idem pro defensione honoris.*

16 *Honor & fama non potest per iudicem reparari, nec in tali materia ad iudicē recurritur. sed opus est, ut homo facto suo se defendat.*

17 *Defendere res suas quis facto suo potest, etiam absque remedio iuris.*

18 *Defensio personalis, ut quis illam faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ, militat in offensione personali.*

19 *Naturalis ratio sufficit ad decisionē causarū.*

20 *Quærere legem ubi naturaliter sentimus, nihil aliud est quàm infirmitas intellectus.*

21 *Vt quis dicatur ad necessariam defensionem personæ suæ fecisse, non est necesse, ut expectet prius se percuti, sed sufficit terror armorum, uel iactatio.*

22 *Præsumitur factum ad defensionem, si incontinenti fiat.*

23 *Qui immediatè percutit percussorem suum, uidetur facere ad defensionem suam.*

24 *Culpa semper uidetur esse in eo, qui cœpit percutere.*

25 *Excedens modum in percutiendo, accensus furore iracundiæ ex accidenti, & aggresione obuento, non tenetur.*

26 *Cum modus exceditur à iudice, examinatur, si interuenerit in dicto exceßu dolus, aut lata culpa, an uerò leuis, seu leuissima, iuxta qualitatem facti.*

27 *Qui percußit præsumitur habere animum repercutiendi, & per consequens in flagranti actu potest offendi, tanquam id fiat ad defensam, & sufficit terror armorum.*

CONSILIVM LXXXVIII

INDIVIDVAE, ac Santissimæ Trinitatis inuocato præsidio. In causa inquisitionis formatæ contra Sebastianum Iacobi de Poggibonzio propter homicidium commissum in personam Aloysij Domini Nicolai Guicciardini, uideretur fortasse alicui prima consideratione dicendum, Sebastianum, ut homicidam ul-
1 timo afficiendum esse supplicio. † Nam homicida, quod fecit expectare debet l. iij. C. de episcopa. audi. l. j. cum ibi not. ff. ad l. Corne. de sicar. §. item lex Cornelia
2 Instit. de publi. iudi. cum similib. † quòd autem Aloysius diem obierit ex uulneribus in eum illatis à dicto Sebastiano, patet per ipsius rei spontaneam confessionem respondendo inquisitioni, nec sibi prodesse uideur, quod asseruerit se fecisse ad

se ad necessariam honoris & uitæ defensionem, quia ista qualificatio reiicitur, nisi aliter probetur, & simplex remanet cõfessio homicidii, ut est doctrina Bartol. communiter approbata in l. Aurelius.§. idem quæsiti.ff.de liber.lega.

Nec uidetur in isto casu posse dici factum ad sui defensionem, sed ad uindictam, quia ut in inquisitione dicitur, & ipse Sebastianus confessus fuit respondendo inquisitioni, nam dixit contenta in inquisitione esse uera, iam fuerat alapa percussus Sebastianus, antequàm uulneraret ipsum Aloysium, ergo non potest dici factum nisi ad uindictam, præsertim cum non uideatur constare, q; Aloysius

3 prius euaginauerit pugionem. † Plura enim requiruntur copulatiuè, ut aliquid dicatur factum ad sui defensionẽ, ut per Gloss.in l.i.C.unde ui.& ibi Doctor. Et cum offensio sine armis illata fuisset, sine armis etiam repellere debuisset, si tempus repellendi habuisset, secundum doctrinam Gloss.prædictæ in principio.

4 Confirmantur prædicta, † quia uidetur Aloysium uerbis prouocatum fuisse à dicto Sebastiano. Cum enim Sebastianus ei dixisset, uedi che nõ son repportatore, alia uerba posteà per eum prolata, chi uora dire, che io sia rapportatore, se mentirà per la gola, uideri potuerunt superflua, impertinentia, & prouocatoria. Iura autem non tuentur prouocatores, sed illis uidetur imputandum, si quid damni sequatur l. si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad l. aquili.ibi culpam enim penes eum qui prior, &c.

5 † Et defensio permittitur, cum aliter quis non potest se tueri l.scientiam.§.qui cum aliter. ad l. aquili. Sed dato quòd Aloysius euaginasset pugionem contra Sebastianum, cum iste haberet ensem, ille uerò non, sed pugionem tantum, poterat Sebastianus se tueri ense, adeò quòd non potuisset offendi ab Aloysio non habente ensem, sed pugionem tantum.

Iis tamen & similibus, quæ in contrarium adduci possent, non obstantibus, contrariam sententiam, scilicet quòd Sebastianus, secundum ea, quæ continentur in processu contra ipsum facto, non possit puniri ut homicida, uerissimam & clarissimam arbitror. Pro cuius conclusionis uerificatione consideranda sunt plura.

Primò nanq; dicitur in inquisitione, quòd Aloysius uocauit dictum Sebastianum transeuntem. Item quòd Dominus Michael dixit se non audiuisse à Sebastiano illa uerba, quæ asserebantur per quosdam fuisse per eũ relata dicto Domino Michaeli, ac etiam quòd prolatis per Sebastianũ illis uerbis chi uorà dire, ch'io sia rapportatore, si mentirà per la gola, statim Aloysius eum alapa percussit, & in continenti Sebastianus euaginato pugione punctim uulnerauit Aloysium in caput, & sequitur in inquisitione, & abbraccioronsi insieme, e Luigi misse mano al pugnale, & Bastiano gli dette un'altra ferita cassale nelle reni, & al detto Luigi cadde il pugnale di mano. Delle qual ferite infra'l termine di giorni. xxvij. detto Luigi morì.

Præterea præmittendum, & considerandũ est, quod uterq; ipsorum erat miles, & militauerat in bello Germanico in exercitu Cæsareo, & uterq; iuuenis, & minor xxv. annis. & Sebastianus erat, & est descriptus in militia Excellentissimi Domini Ducis, quòd Aloysius erat iuuenis, corpore apto & robusto, animosus, superbus, & solitus alios uulnerare, q; erat armatus armis defensibilibus, & pugione iuxta morem suum, ac etiam chiroteca ferrea ultra solitum, quod ante prædictum casum dicti Aloysius, & Sebastianus erãt amici, & q; Aloysius erat relegatus Pisis propter uulnera illata Florentiæ cuidam Florentino, prout omnia prædicta probãtur in processu. super j. ii. iij. iiij. v. vi. vij. & viij. articulis & xi. ac xii. per testes examinatos, & partim per scripturas.

6 Vlterius † est aduertẽdum, quòd secundũ communem & uulgarem opinionẽ, præsertim inter milites, percutere militem alapa est de magis grauibus, & ignominiosis offensionibus, quæ inferri possint, ut per se satis notum est, & tamen in processu hoc idẽ probatur super decimo articulo

ticulo, per sextum, septimum, undecimũ & duodecimum testes, omni exceptione maiores, milites, & quorũ tres sunt Centuriones, quos uulgo capitaneos appellamus.

Et etiam præmittẽdum, quòd ut docet experientia rerum magistra, & probatur in processu super xiij. articulo per dictos quatuor testes, scilicet sextum, septimum, undecimum & duodecimum, miles habens arma, & percutiens alapa alium militem habentem arma, statim solet arma euaginare, ut armis repercutiat, percussum ut præueniat, & armis etiam offendat, cum communiter sic alapa percussus soleat in percussorem irruere, uel postea eum usq; ad necem persequi.

7 Postremò † premittendum est, quòd per illa uerba, chi uorà dire, ch'io sia rapportatore, si mẽtirà per la gola, nõ potuit dici prouocatus Aloysius, cum illa uerba non contineant mentitionẽ nisi cõditionalem, Si quis in futurum dicet, ut in terminis in mentitione conditionali scribit Dec. in consi. cccclxxxvii. in questione, colum. ij. uersicu. sed iis non obstantibus, quem refert & sequitur Marian. Sozin. iuni. in duobus consiliis suis impressis post consilum Alciat. in calce tract. de duello eiusdem Alciat. in pen. colum. in fi. nu. 32. in ij. consi. & in j. num. 16. & 1.. & tanto magis, quia conceptio dictorum uerborum referetur tãtum ad tempus futurum, & sic ad id quod diceretur, nõ autem ad id quod dictum esset, & prædicta uerba non uidebantur dirigi ad Aloysiũ, cum ipsi de ueritate cõstaret ex dictis D. Michaelis, sed ad aliũ uel alios, qui Aloysio asseruisset Sebastianũ fuisse relatorẽ.

8 Quibus † præmissis, ostenditur Sebastianum condemnari non posse ut homicidam; Nam in primis etiam si ad necessariam defensionem non percussisset, & sic ex isto capite defendi non posset, non tamen posset condemnari ut homicida, pœna ultimi supplicii, quoniã quoticunq; quis iusto dolore motus, aliquem in ipso doloris impetu occidit, debet mitius puniri quàm pœna ultimi supplicii, ut est tex. in l. si adulterium cum incestu. in. §. Imperatores. ff. ad l. Iuli. de adulter. ibi,

9 ultimum suppliciũ remitti potest, † difficillimum enim est iustum dolorem temperare, & ibi illum tex. not. Ang. Cynus. in l. i. C. unde ui. in ult. colum. uersicul. quæritur pone. ubi concludit unà cum Iacob. de Are. quòd si quis uulneratus ab aggressore suo eum recedentem persequatur & uulneret, ita quòd ille moritur, non tenebitur iste de occiso pœna legis Corneliæ, quia inconsultus calor uitio calumniæ caret, sequitur ibi Alber. in quarta colum. in fin. Bal. eleganter in repeti. l. i. C. unde ui. in vi. colum. ad fi. in ix. q. ac etiã in x. ubi proponit supradictã quæstionem Iacob. de Aret. & Cy. & eos sequitur per d. §. Imperatores, & per l. i. §. quæri. ff. ad turpil. & in l. ut uim, colũ. penul. uersi. sciendum est tamen, ubi uult per d. §. Imperatores, quòd si etiam dolo malo iusto dolore modum quis excesserit, mitiori pœna puniri debeat, prædictã decisionem Iaco. de Are. & Cy. sequitur etiam Pau. de Cast. in consil. cclxxvij. in causa incarceratorum, colum. penul. in fi. cum sequen. lib. ij. secundum nouissimã impressionem. Deci. prædicta refert & sequitur in d. l. ut uim in iiij. col. nu. 11. tradit ibi Ias. col. ii. uer. tertiò multũ aduerte & Clau. de Seys. in rep. d. l. ut uim. col. xxvii. nu. 129. Aretin. consil. xxxiiij. uisis diligẽter. nu. 4. prope fin. Alex. consi. lxxvj. uisa inquisitione col. i. lib. i. & cõs. cix. uisis & ut oportet. col. iii. uers. & ad hoc alle. eo. lib. i. Aretin. in tracta. malefi. in uer. & dictus Titius se defendendo, col. iii. uers. aduertas etiam, & passim alibi, & quoniam res trita & uulgata est, ulterius non insisto. Quòd autem iusto, immò etiam iustissimo dolore motus fuerit, patet ex iis, quæ supra dicta sunt, & deponunt testes super decimo articulo, dicunt enim omnes, quòd percutere alapa militem est de grauioribus, & magis ignominiosis offensionibus, quæ possint inferri, & grauior uulnere, & uulneribus.

10 Sufficiãt † ista in re tam clara obmissis aliis, quæ non tam uiua & naturali ratione fundãtur, eo etiam quòd cùm non con-

stet nisi per confessionē rei de dicto homicidio, qui tamē dixit fecisse ad sui necessariam defensionem, non posset ex ea condemnari ultimo supplicio, ut tradit Abb.in c.auditis. col.pen. ad fin. de præscript. Moder.in d.l.ut uim. ubi Ias.col. iij.circa medi. & eo etiam ꝙ non constat mortem sequutam ex primo uulnere, ut patet ex uerbis inquisitionis.

Sed ulterius procedendo, uidetur etiam, quòd Sebastianus ueniat in totū absoluendus, quia fecerit ad necessariam defensionem honoris, & uitæ.

11 Certum enim est, † quòd defensio permittitur omni iure l.ut uim.ff.de iust.& iure l.scientiam. §. qui cum aliter, ad l. aquili.l. i. C.un. ui. c. significasti de homici.circa fin.c.iii.§.si uerò clericum.de senten.excommu.cle.j.de homi.tradunt Doct.in dictis locis. & Bar. & Bald.in d. l.j.C. unde ui. & in d.l. ut uim . ubi post alios Ias.& Clau.de Seys. & Deci. Corne.consi.cxxxiij.in causa magistri Pauli lib.iij.Alex.in supra alle.consi. lxxvi. & cix.lib.i.Deci.in consi.ccccllix.uiso. eleganti.Hippo.de Marsil.consi.iiij. Thom. Grammati.in consi.xxix.in causa magnifici.Tristani.& in consi.xviij. in causa Petri.& in consi.lvi.in causa inquisitionis, & consi.lxix.in causa Benedicti.

12 Constat autem , † quòd periculum honoris seu famæ est simile periculo uitæ, est tex.in l.iusta in prin.ff.de manu, uin. ibi si periculo uitæ infamiæuè , & Gloss. ibi, quæ hoc expresè dicit, & alle.alium tex.in l.isti quidem.ff. quod me.cau.ibi, quod si dederit, ne stuprum patiatur,&c. cum uiris bonis (inquit tex.) iste metus maior quàm mortis esse debet, facit tex. in l.miles.§.socer.uers.non inique. ff. ad l.Iuli.de adulter.& in l.Iulianus.ff. si ob

13 mis.cau.testa.† & crudelis est, qui negligit famam c.nolo.circa prin.xij.q.j.

Cōsidero igitur in casu proposito duplex periculum, & duplicem causam defensionis dicti inquisiti , scilicet periculum & cām honoris & famę, & periculum uitæ. Circa periculum honoris, & famæ uidetur utiq; factum ad necessariam defensionē & conseruationem eorum , quia ex sola percussione alapæ absq; causa illatæ , ut probant testes super xiiij.articulo, & ex supradictis patet, non erat adhuc sequuta infamia, cū hoc potuisset cuilibet prudēti & forti accidere. Sed infamia sequuta fuisset, nisi ipse inquisitus in continēti id fecisset, quod fecit, ut plenè probatur super dicto articulo xiiij. per quatuor testes, qui etiam optime deponunt , quòd considerata conditione personarū, & qualitate facti, & auditis cōtentis in dicta inquisitione, inquisitus fuit coactus facere id, quod fecit, ad necessariam defensionē honoris & personæ , & quòd aliàs remansisset in infamia, secundum cōmunem & uulgarem opinionem , præsertim militū & honoratorum uirorum , & commune & approbatum iudicium eorundem , & quòd idem fecisset quilibet alius miles, & honoratus uir ; & prout deponunt testes super nono articulo , miles præferre debet honorem propriæ uitæ . Non ergo dicitur isto casu factum ad uindictā, quia quædam sunt percussiones, quæ offendunt personam, non tamen infamāt, ut si ense uulnera inferantur , præsertim in inermem, & tunc procedit, quòd post recepta uulnera nō uidetur fieri ad defensionem, nisi offendens non discedat, adeò

14 quòd sit timor repercussionis, † quædā sunt percussiones, quę de sui natura etiā secundum opinionem communem afferunt secum infamiam , & tunc quia non operantur effectum illationis infamię, nisi percussus eas tolleret, sequitur , ꝙ id, quod incōtinenti factū fuerit , dicatur factū ad defensionē & conseruationē honoris & famæ; & ista sunt de mēte Pet. & Cy. & Alber.in d.l.i.C.un.ui.C.Dicit.n. ibi Cynus in ii. col.post.prin. in uer. solutio in hoc articulo secundū Pet. ꝙ si agatur de uiolentia repellēda, circa corpus, licet propulsare iniuriam cum armis, & quandocunq;, si aliter non posset defensio parari , quia non potest aliàs per remediū iudicis talis iniuria reparari, alle.

15 l.si quis ij. C.de app. & ratio est , † quia si possum interficere furem, ubi eum non cognosco , & sic ubi non possum habere remedium pro rebus meis , multo magis &c.

gis &c.l.furem.ff.ad l.Cor.de sicar.Nam si rectè considerentur uerba & rationes Cyn.procedit dictum eius, quando erat iniuria inferens infamiam, & hoc explicat clarius ibi in ea.ii.col.in prin.uersic. adhuc quæro. dicit enim, quòd si quidã sit ualens homo,(ut eius uerbis utar,) & aggressus est à uicino suo,& posset,si uellet,euadere fugiendo,tamen hoc sibi reputaretur ad magnum uituperium, unde expectat eum,& resistit,& percutit, uideri primò illicitè fecisse,ut l.scientiam.§. qui cum aliter ff.ad l.aquili. & d.l. furẽ. Sed dicit Moder.quos ipse sequitur,tenere cõtrarium.arg.l.in eadem.ff. ex quib. cau.maior.ibi ut sine dedecore &c. Nec obstare dicit.§. qui cum aliter, quia non potest euadere aliter sine detrimen-
16 to famæ suæ. † Nec obstare dicit d.l.furem, quia honor & fama non potest per judicẽ reparari, ergo &c.arg.l. Iulianus. si obmis.cau.test.ibi qui honore proprio obmisso propter compendium, refert & sequitur ibi Alberi.de Rosa. in iiii. col. prope fin. uersic. item quærit Cyn. & in hanc sententiam loquitur Pau. de Cast. in supra allega.consi.cclxxvii.in penult. col.in uersi.item quod fecerũt. & in uer. neq; n.ubi ꝙ in materia honoris non recurritur ad iudicem, & quòd attenditur uulgi opinio.& Gram.in supra alle.cõsi. xxix.col.iiij.nu.29.30.& 31.Et prædicta sunt de mente Glo.in uersi. ad defenden
17 dam,in d.l.i.C.un.ui.† ubi loquẽs de defensione rerũ dicit, quòd defendere quis dicitur etiam si recuperet incontinenti, l.iij.§.eum igitur,& l.qui possessionẽ.ff. de ui & ui arma, & differentiam faciunt Doctores in d.l.i.C.un.ui.& in l. ut uim.
18 ff.de iusti.& iu.& alijs locis uulg.† inter defensionem personæ & defensionem rerum,quia res possunt recuperari, sed percussio personalis iam illata nõ potest repelli,nam eorum ratio militat in offensione personali nõ referente ignominiã, nõ autem in inferente ignominiam, quia non est illata infamia, nisi post tollerationẽ,& sic isto casu eadem & maior ratio militat quàm in defensione rerum, &
19 hæc naturali ratione patent,† quæ sufficit ad causarum decisionem l. scire oportet.§.sufficit autem,ff.de excusa.tuto. &
20 ibi Bal.post antiquos.† Nam quærere legẽ ubi naturaliter sentimus, nihil aliud est quàm infirmitas intellectus, secundũ Aristo.Bal.& Ang.& And. de. Iser.quos refert Ias.in l.ii.§.si liber.ff.de cond. cau. da.in ii.col.uersi.quinto pondera.

Secundò principaliter uidetur etiã factũ ad necessariam defensionem personæ & uitæ, quod probatur ex depositionibus testium super xiij.& xiiij. articulis, cum enim à communiter accidentibus, unus miles,qui alapa percutit alium militem habentem arma, soleat & debeat statim arma capere,sciens quantum ignominiæ inferat alapa,& propterea ulterius procedendum esse,ut supra pmisi, & deponunt testes,& experiẽtia notissimum est, præsumendũ est, quòd idẽ fecerit Aloysius iuuenis animosus, superbus,& miles, licet fortasse id discerni non potuerit, nec negatur in inquisitione hoc, immò dicitur,quòd arripuit pugionẽ, sed non dicit quãdo.Et ultra prædicta uehemens præsumptio urget,quòd si fecerit, quia ipse Aloysius non habebat ensem, sed pugionem tantum, Sebastianus autem etiam ensem, ut solitus erat,tanquàm descriptus in militia, & propterea stricto pugione debebat Aloysius irruere in Sebastianum,ne ille haberet spacium euaginandi ensem,quod non habuit, ut ex narratione facti patet,cum statim pugionibus se inuicem tenentes & amplectẽtes certarent, quod utiq; uerisimiliter factũ non fuisset, si potuisset Sebastianus uti ense,quo tutè potuisset repellere ignominiam, & optimè probant testes super xiij. articulo, & ultimus testis Capitaneus Balotta pulchrè explicat, che è da presumere,che qllo,che darà il mostaccione,e che harà il pugnal solo, se li strignerà subito addosso per far del resto, e nõ aspetterà che l'inimico si allarghi p adoperar la spada, perche malamente si potrebbe poi difendere col pugnal solo. Cum igitur,ut ex uerbis inquisitionis ꝓbatur, Aloysius fuerit ille,qui ad se uocauit Sebastianum, & postea nulla subsistẽte iusta

te iusta cā ipsum alapa percusserit, nec spacium habuerit Sebastianus euaginandi ensem, sed pugionibus tantum se inuicem tenentes & amplectentes percuterent, & Sebastianus post quàm pugio cecidit e manu Aloysii, aliter eum non per
21 cussit, sed discessit, † utiq; ad necessariā defensionem personæ & uitæ fecisse dicitur; Non.n. necesse est, ut quis expectet prius percuti, nam sufficit terror armorum, uel iactatio, ut dicit Glos. magna in fin. in d.l.i.C.un.ui.quam omnes sequuntur, all.l.iii.§. qui armati.ff.de ui & ui arma.l. sed & si quæcunq; in princ.ff.ad l.
22 aquil. ubi etiam Glo.i. † & in dubio semper præsumitur factum ad defensionem, si incontinenti fiat, ut per Glos. prædictam & Docto. in d.l.i.C.unde ui.uel ex qualitate facti & personarum hoc æstimatur, ut ibi. Et dicit Glos. in d.c. signifi
23 ca. † ꝙ si aliquis uim factam repellat, potius præsumi debet, quòd defendendi, non ulciscendi causa hoc fiat, dummodo in ipso negotio, l.si ex plagis.§. tabernarius, ad l.aquil. ubi elegans tex.& Glo. ꝙ ille, qui immediatè percutit percussorē suum, uidetur facere ad defensam, & ibi not. Bal. post Glos. quia uidetur ideò fecisse, ne iterum percutiatur, quod dicit
24 esse notandum, & menti tenendum †. Et quòd semper uidetur culpa esse in eo, qui
25 cœpit percutere, † & dicit Abb. in d.c.significati, col.ii.nu.5. quòd si quis indeliberate accensus furore iracūdiæ excedat modum, non tenetur, nam de facili (inquit) non potest tunc discernere uerum à falso.

Præterea satis uideretur, ꝙ fuerit percussus alapa à milite armato, nam armis uidetur tunc factus insultus d.l.iii.§.qui armati. & grauior est percusio alapę, quàm ensis, ut supra dictum & probatum fuit, nec post primū ictū alapæ, alapis pugnari potest inter milites armatos; nec furore accēsus, & quia aduersarius animosè instabat, poterat adhibere modū, aut mensurā, quomodò percusserit, & in quā partē corporis, nec ense uti potuit, quod sibi tutius fuisset, & ex iis patet responsio ad obiectionem supra factam pro contraria parte, quòd Sebastianus potuisset se defendere ense.

26 Iis † accedant elegantia dicta Bal. in d. l.ut uim, de Iust.& iure. in iii.col.uers. sciendum est tamē, ubi distinguit, an modus excedatur leuissima culpa, aut leui, aut dolo malo, aut lata culpa, & subdit, ꝙ uir bonus ex multis perpendet, nam de factis hominum non datur certa regula propter nimiam factorum multiplicitatem; Attēdet ergo iudex secundum eum ī primis, an insultatus potuerit aliter se honestè defendere, quàm aduersarium uulnerando uel occidendo, nam si hoc de facili & non subiiciendo se periculo, potuit facere, punitur, si aliquid fecit, &c. Subdit, non tamen dico, ꝙ insultatus te-
27 neatur fugere, posteà subdit, & † nota, ꝙ ille qui percussit, pręsumitur habere animum repercutiēdi, unde in flagrati actu potest offendi, quia præsumitur factum ad defensam, cum sufficiat terror armorum.

Ad adducta in contrarium clarissima patet responsio ex præmissis factis, & ex fundamentis adductis pro ista parte, & ideò ne pluries eadem repetam, ulterius non insistam. Coadiuuantur etiam prædicta ex uerbis ipsiusmet Aloysii, de quibus in xv.& xvi.arti.& per depositiones testium super eis, cum post factum fateretur se iniustè egisse contra Sebastianum, & credebat eum uulneratum.

Plura possent adduci pro defensione inquisiti, sed quia in eandem substantiam tenderent, & urgens occupatio quotidianarum lectionum non permittit, ut pleniori & magis ordinato stylo utar, & causa doctissimi ac consumatissimi iurisconsulti consilio terminanda est, concludendo puto esse de iure, & ita sentio, Sebastianū inquisitū absoluendum esse à dicta inquisitione, & contentis in ea.

Laus Deo.

Petrus Calæphatus Pisis profitens.

Fuit absolutus à pœna mortis.

CONS. D. PETRI CALEAPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis Profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua coarctata loco & tempore, probari potest sicut affirmatiua.*
2 *Percussus debet timere repercussionem, quo casu uno ictu potest aduersarium interficere, & non tenebitur pœna homicidii.*
3 *Terror armorum, uel iactatio sufficit ut dicatur factum ad necessariam defensionem, cũ moderamine inculpatæ tutela, nec debet expectari percussio, & hoc quãdo incõtinẽti fit.*
4 *Percutiens immediatè percussorem suum, ad defensam facere uidetur, seu uidetur fecisse ne iterum percutiatur.*
5 *In causa criminali ueniunt expensæ contra succumbentem, sicut in causa ciuili.*
6 *Quilibet potest iure suo uti, & moderator est & arbitrator in re sua.*
7 *Periculum honoris & famæ simile est periculo uitæ.*
8 *In materia honoris non recurritur ad iudicem, sed attenditur militum, et uulgi opinio.*
9 *Mentitio cõditionalis, nõ inducit prouocationẽ.*
10 *Defensio est licita non solum ad tutelam proprii corporis & honoris, sed etiam coniuncti & amici.*

CONSILIVM LXXXIX.

INDI VIDVAE Trinitatis implorato præsidio. In causa inquisitionis formatę cõtra D. Honoratũ de Augustinis ciuem Pisanum, & Vincentium Britij de Cascina studẽdo breuitati, q̃ ueritatis amica est, uidendum est distinctè, quid in cuiusque prædictorum persona iudicandum sit.

Primò igitur quo ad D. Honoratum paucis, & sine ulla dubitatione concludẽdum est, ipsum non solum uti innocentem absoluendum, sed etiam ab iniurijs & damnis sibi illatis, Iustitia mediante, uindicãdum & releuandum, ac in posterũ defendendum, quod apertissimę demõstratur.

Ex facie inquisitionis constat Oliuum & filios eius armis hastatis longissimis, quas piccas appellant, armatos, aggressos fuisse D. Honoratum penitus inermem, & Vincentium solo ense armatum, contraque eos irruisse ac institisse malis factis, similibusque uerbis, ut patet in ipsa inquisitione ibi, & essendo detto Vincentio armato di spada, & detto Honorato senzarme, & paulò inferius, e dipoi detti Vliuo Dominico & Antonio con una picca in mano per ciascuno, uennero alla uolta de detti Vincentio & Honorato, doue gionti, detto Vliuo disse, questa uolta la faremo per forza, e non de ragione. Et paulò post, detto Honorato disse alli detti, attendete à fare altro &c. Et hæc etiam probantur per testes utriusque partis, nullo contradicente.

Non obstat, quòd in inquisitione dicatur, quòd D. Honoratus in processu rixæ proiecerit saxũ in Antonium, & eum percusserit in caput, & quòd Oliuerius syndicus Partini. xiiij. testium Oliui deponat factum eo modo quo in inquisitione sibi in scriptura datum fuisse à D. Honorato, quia id negauit & negat D. Honoratus, quòd ipse lapidẽ contra aliquẽ in ea rixa proiecerit, & quòd ipse in sua scriptura id dixerit, & Oliuerius seipsum confundit, dum subiecit, ma solo rapportò, quanto intese dire da Prete Matteo da Partino, e Prete Giuliano da Palata, e Stoppino di Battista, & Tommaso di Pippo, e dalle parte predette. Et dictus præsbyter Matthæus primus testis super quinto articulo D. Honorati deposuit in hæc uerba. Et non uidde, che messer Honorato trasse sasso alcuno, e se l'hauessi tirato, hauerebbe uisto, perche fu presente, uide, & udì. Et idem in effectu deposuerunt super eodem quinto articulo præsbyter Iulianus secundus testis. Masus Pippi. vj. testis, & Iacobus de Palaria septimus testis, qui dixit loquens de D. Honorato, e non tirò sassi, ne percosse persona, & se altrimenti hauesse fatto l'hauerebbe uisto, ma sempre cercò di obuiare alli scandoli, e riparare, che non nascesse disordine, perche uide, e fu presente &c. Idem etiam deposuit nonus testis Iulianus Ba-
1 ptistæ, † qui optimè probant istam negatiuam coarctatam loco & tempore, quæ

bene probari potest, sicut affirmatiua, ut tradit Curti.in tract.de testi.in secunda conclusione.

Et ideò necessario dicendum est, quòd ille Syndicus hoc, quod in inquisitione dicitur de proiectione saxi per D. Honoratum, non accepisset à D.Honorato, nec ab aliis, qui interfuerunt, sed ab ipsa parte aduersa, quod etiam uiua ratione suadetur, quia si id fecisset D. Honoratus, impunè facere potuisset, quia fecisset pro necessaria defensione, nam non solum irruebant in eum aduersarii, & instabat ter
2 ror armorum, † sed etiam fuerat percussus, & debebat timere repercusionem, quo casu etiam si aduersarium interfecisset uno ictu, utiq; omni iure factum esset impunibile l.ut uim. ff. de iusti.& iu. l.scientiam.§.qui cum aliter.ad l.aquil. l.i.C.unde ui.c. significasti circa fin. de homici.c.iii.§. si uerò clericum. de senten.excommu.clem.i.de homici. & tradunt Doctor.in d.locis.& Bar.& Bal. in d.l.i.C.unde ui.& in d.l.ut uim.ubi post alias, Ias. Claud. de Seys.& Dec. Corne.in cons.cxxxiii.in causa magistri Pauli.lib.iii.Alex.in cons.lxxvi.uisa inquisitione col.i.& cons.cix.uisis & ut oportet.col.iii.lib.i.Deci.cons. cccclix. uiso eleganti. Hippoly. de Marsi.cons.iiii. Thom.Gram.cons.xxix.in causa magnifici Tristani,& cons.xviii. in causa Petri. cons.lvi.in causa inquisitionis. & cons. lxix.in causa Benedicti.

3 Et † in specie, quòd sufficiat terror armorum, uel iactatio, ut dicatur factũ ad necessariam defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec sint expectandę percussiones, dicit Glos.mag.in fi.in d.l. i.C.unde.ui.quam omnes sequuntur, & in dubio semper pręsumitur factũ ad defensionem, si in continenti fiat, ut dicit
4 Glos.præalleg.& sequuntur Doctor. † & si aliquis uim factam repellat, potius p̃sumi debet, quòd defendendi, & non ulciscendi causa hoc fiat, dummodo in ipso negocio, ut dicit Glo. communiter approbata, in c.significasti. in Glos.fin. de homici.& est elegans tex. cum Gloss. in l.si ex plagis.§.tabernarius.ff. ad l.aquil. & ibi not. Bal. quòd ille, qui immediatè percutit percussorem suum, uidetur facere ad defensam, quia uidetur ideò fecisse, ne iterum percutiatur. Ex quibus patet, quòd si D. Honoratus proiecisset lapidẽ, & percussisset, prout dicitur in inquisitione, fecisset actum omnino impunibilem, & ideò non oportuisset illum negare, si fecisset, quo fit, ut non solùm ista negatiua concludenter probata sit per testes, ut supra demonstratum est, sed etiam re ipsa probetur ex dicta apertissima uerisimilitudine, quia.s. omnino impunibilis erat actus, & ideò nihil intererat an illum fecisset, an non.

5 Ex † prędictis patet conclusionem supra factam clarissimè iustificari, etiam quo ad expẽsas litis, per ea quæ tradit Ia.circa expensas causæ criminalis in l. properandum.§.sin autem alterutra col.vii.cũ seq.nu.21.uersic.octauo quæro.C.de iu.

Nec potest ex aduerso fieri fundamentum ullo modo in eo, qđ pridiè eius diei, quo Oliuus, & filii aggressi fuerũt D. Honoratum, & Vincentiũ, ipse D.Honoratus dixerat Dominico filio Oliui, quòd exiret de pistrino oleario, seu franctorio ip
6 sius D. Honorati. nam † quilibet potest uti iure suo, & est moderator & arbiter rerum suarũ l.in re mandata. C. manda. & in materia nostra tex.in l.iii. §. planè. ff.de acqui.re.do.& uerba per D. Honoratum fuerunt ciuiliter prolata, & Dominicus, ut conueniens erat, paruit illis uerbis absq; altercatione, nec de illis aliqua mẽtio fit in dicta inquisitione; Et nõ solũ illud fecit D.Honoratus iure permittente, sed etiam rationabili & iusta causa motus, & ut occasionem rixæ & scãdali tolleret; Cum idem Dominicus superioribus annis iniuriosè percussisset præpositum illi pistrino, seu franctorio, & pro ipso D.Honorato præsumitur, cum sit ætate grauis, quinquagenarius scilicet, ciuis Pisanus, ortus honorabilibus parẽtibus, uir moderatus, & bonæ conditionis & famæ, uxoratus, pater octo filiorum, quorum quinq; sunt feminæ & innuptæ, professor olim bonarum artium, & legum, nũc administrationi patrimonij sui satis

ampli, secundum qualitatem loci incũbens, prout hæc omnia probantur in processu, & notoria sunt, ex quibus præsumitur, quòd ipse D. Honoratus non esset auctor rixæ, sed libenter & prudenter, iuxta illud Catonis, rumores fugeret, cuius contrarium probatur de Oliuo & filiis super quarto articulo D. Honorati.

Nunc de Vincentio uideamus, & breuiter concludẽdum est, ipsum absoluendum, & partem aduersam in expensis condemnandam; Probatur ista conclusio ex ijs, quæ dicta fuerunt supra, circa materiam defensionis; Cõstat.n.ex facie inquisitionis, quòd Oliuus & filij armati, ut supra, & in inquisitione dicitur, aggressi fuerunt dictũ Vincentium & D. Honoratũ, & sic quòd de necessaria defensione agebatur pro parte dicti Vincentij, cũ instaret non solum terror armorum, & iactatio cum uerbis minatorijs, sed etiam bis fuerit percussus, ut supra inquisitio manifestat ibi, e detto Antonio pcosse detto Vincẽtio in un braccio e nel petto cõ detta picca, ma pche hauea giacco, e maniche de maglia, nõ lo ferì. & licet subiicit, e detto Vincẽtio cõ detta zagaglia p cosse detto Vliuo nella man mãca, nihil obesse potest Vincentio, etiam si ipsum Oliuũ illo ictu occidisset, per ea quæ supra dicta sunt, quæ hic pro repetitis habeantur, sunt enim trita & notissima.

Non obstat, si diceretur Vincentium fuisse illius rixæ auctorem, cum ipse antè rixã dixisset Antonio, Antonio io uorrei saper da te, se q̃llo, che tu facesti heri, lo facesti per far carico à messer Honorato, e detto Anto. disse, uuola tu pigliar per lui, e detto Vincẽtio rispose, hauendolo tu fato per farli carico sì, e ua per la tua spada, &c. Nam considerãdum est, quòd Vincentius fuit, & est miles, consobrinus uxoris dicti Domini Honorati, & sic affinitate ac etiam amicitia coniunctus illi, ut probant testes examinati super articulis primo & quinto dicti Vincẽtij, ac etiam quòd Vincentius fuit, & est miles modestus, & honorabilis, non solitus alicui iniuriam inferre, sed solùm honorem suum tueri & conseruare, & in summa, uir bonæ conditionis, uitæ & famæ, ut probant testes super eius secundo articulo. Item quòd militi & honoratis uiris magis debet esse curæ honor & existimatio, quàm ipsa uita, ut probatur per strenuos milites & centuriones, quos capitaneos appellant, super.iiii. capitu. facit tex.in l.isti quidem. ff. de eo quod met. cau.ibi cũ uiris bonis iste metus maior quàm mortis esse debet, & in l. iusta in princip. ff.de manu.uind. ibi, si periculo
7 uitæ. infamiæ uè, ubi Gloss. † not. periculum honoris, seu famæ simile esse periculo uitæ. Cum igitur Vincentius esset, & sit miles prædictæ cõditionis, & affinitate, atq; amicitia cõiunctus dicto D. Honorato, Cumq; D. Honoratus nunq̃ exercitio militari, uel armis incubuisset, sed literis, & curæ sui patrimonii, & esset iam grandis natu, cui & uxor, & tot filii sunt, ut supra dictum fuit, dicti autẽ Oliuus & filii inter milites haberi uelint, & exercitium armorum profiteantur, honestum & conueniens fuit, quòd Vincentius illis uerbis uteretur erga Antoniũ, quę nec prouocatoria ad rixam & cõtentionem dicuntur, nec ullo pacto iniuriosa, & præsertim modestè prolata, immò potius tendebant ad pacem & bonum q̃ ad malum, prout optimè probant testes super sexto articulo.

Sed uerba prolata per dictum Antoniũ, .s. uuoila tu pigliar per lui? tendebant ad scandalum & rixam, & ostendebant prauitatem mentis ipsius Antonij, ea pferentis, & erãt prouocatoria, replicatio uerò facta per Vincentium, quæ continebat conditionẽ, fuit debita & cõueniẽs, & coactus fuit Vincentius eã replicationem facere, alioqui honorẽ & existimationem suam grauasset, ut concludenter probant tres primi testes, uiri strenui & capitanei, super septimo articulo.

8 Et † in materia honoris nõ recurritur ad iudicem, sed attenditur militum, ac etiã uulgi opinio, ut in effectu uoluit Cyn. in l.i.C.unde ui.in vi.colum.in princ.uers. adhuc quæro. Alber.de Rosa. ibi in quarta colu.propè fin. uers. item quærit Cy. & in hanc sententiam loquitur Paul. de Cast.

Cast. in consi.cclxxvij. in causa incarceratorum in pen.col.in uersicu.item quòd fecerunt,& in uer.neque enim.lib.ij.secũdum nouissimam impressionem. & Tho. Gramma.in consil.suis criminali. consil. xxix. supra alleg.col.iiij. numero.29.30. & 31.facit ad prædicta tex. in l.eadem.ff. ex qui.cau.ma.ibi ut fine dedecore,&c.& in l. Iulia.ff. si quis obmis. cau. testa. ibi qui honore ꝓprio omisso ꝓpter cõpẽdiũ.

9 Prima † ergo uerba Vincentij decentia, & honesta, Secunda uerò pro replicatione fuerunt necessariò prolata pro defensione,& conseruatione honoris, nec poterant dici prouocatoria, nisi conditionaliter,ut probant testes prædicti,& in simili hoc dixit Dec.in mentitione conditionali,in cõsi.cccclxxxvij.in quęstione col. ij.uersi.sed ijs non obstantibus, & tamen nullo modo, etiam si simpliciter & absolutè fuissent prolata, prouocabant ad insultum tam turpe,quo fit, ut fundamentum in uerbis per Vincentium prolatis, non possit fieri contra ipsum Vincentiũ.

Nec etiam obstat, quòd Vincentius potuerit se retrahere, & retraxerit ad domum D.Honorati, ex qua exijt incontinenti armatus hasta;nã huic obiectioni respondetur,ut in tertio articulo, scilicet,ꝙ turpe & ignominiosum fuisset militi & honorato uiro se abscondere, & deserere socium,& præsertim coniunctum, & amicũ in discrimine uitę constitutum,& probãt prædicti tres strenui milites,& capitanei.

10 Accedant † quæ dicta fuerũt in nono,& decimo articulis,& probata per testes, & ꝙ licet offendere non solum ad tutelam proprij corporis & honoris, ut supra probatum est,sed etiam pro defensione proximi,& præsertim coniuncti & amici, ut determinat Barto.in l.ut uim.in pen.colum.cum sequen.nu.7.ff. de iusti. & iur. quem communiter sequuntur Doctor. quam communem opinio. sic iustificari ait Dec.ibi colum.penul. ante nume.33. quia quis potest pro alio defensionem suscipere,ut apertè probant iura ibi allegata. Cumque alterius defensionẽ suscipiẽdo,litem alienam faciat suã, iam agit de defensione proprij corporis & honoris, & ita prædictæ dispositioni iuris consonat lex Ducalis militaris, disponens in hæc uerba. Liquali descritti non possino anchora esser condãnati da loro per quelli homicidij,che e commetterano,ne per quelle ferite, o percosse che e daranno à difesa,e per difesa dell'honore, e delle personæ lor proprie, delle lor dõne,de lor padri,madri,figliuoli, figliuole,fratelli,sorelle,o de altri lor cogiunti, ò attinenti,e de lor compagni,& amici,&c. Et paulò inferius, & intendasi fatto à difesa delle persone,e dell'honore loro insieme se insultati,o pur cosi, o altrimẽti prouocati di fatti, con armi, o senza, e percoteranno, o ripercoteranno incontinente l'offensore. Et constat tam ex facie inquisitionis,quàm ex depositionibus testium super primo articulo, dictum Vincentium esse militem descriptum, etiam loricatum.

Ex quibus omnibus iustificatur conclusio supra facta, scilicet quòd Vincentius sit absoluendus, & pars aduersa in expensis condemnanda; & ut supra conclusum est tam circa personam D. Hon. quàm circa personam Vincentij arbitror e e de iure. Petrus Calæphatus Pisis profitens.

Fuit in totum absolutus Do. Honoratus, Vincentius uero relegatus in annum, sed post semissem fuit liberatus.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis Profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Factũ lege permittente pœnam non meretur.*

2 *Iure quis facit,quòd facit pro tutela sui corporis.*

3 *Defensionem licet sumere pro coniuncto, & illam suscipiendo dicitur agere de defensione proprii corporis.*

4 *Terror armorum sufficit,uel iactatio,ut factũ dicatur ad necessariam defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ,nec expectanda sunt percussiones.*

5 *In dubio semper præsumitur factum ad necessariam defensionem, si in continenti fiat.*

Si quis

Si quis uim factā repellat, potius præsumitur quod defendendi, quam ulciscendi causa id fecerit, dum tamen in ipso actu id faciat.

7 *Percussus non præsumitur periisse ex uulnere, sed ex mala cura, quando superuixit sexaginta dies.*

CONSILIVM XC.

INDIVIDVAE Trinitatis implorato præsidio. In causa inquisitionis formatæ contra D. Honoratum de Augustinis Vincentium de Cascina, & Gerardū Gatanum, quantum attinet ad personam Gerardi agam paucis, tum quia res apertissimè, & absque difficultate uidetur in fauorem Gerardi, & ex allegationibus prius factis pro D. Honorato, & Vincentio resultat defensio Gerardi, tum etiam quia tempus instat & urget.

Considerandum igitur mihi uidetur intrepidè Girardum absoluendum esse à dicta inquisitione & contentis in ea. Proba-
1 tur apertissimè ista cōclusio, † quia factū lege permittente pœnam non meretur l.
2 Gracchus. C. ad l. Iuli. de adulter. † Sed quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse dicitur, ut l. ut uim. ff. de Iustit. & iu. l. j. C. unde ui l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquili. c. significasti circa fin. de homici. cle. j. de homici. cum simili. tradunt Doctor. in d. iuribus, & præsertim in d. l. ut uim. & in d. l. j. C. un. ui. Deci. in consilio. cccclix. uiso eleganti, cum alijs, quæ adduxi pro D. Honorato ergo &c.

Quòd autem Gerardus ad necessariam defensionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ id fecerit, demonstratur ex facie inquisitionis, & ex depositionibus quatuor testium examinatorum, in inquisitione enim dicitur, & in questo giunse detto Gherardo armato d'un corsescone, spada, e pugnale, in difesa de detti Honorato, e Vincentio; & subijcitur, & allhora detta Madonna Maddalena tirro un sasso, e percosse detto Gherardo in una gamba; & quibusdam interiectis, posteà subijcitur, e detto Gherardo gittò un sasso alla detta Madōna Maddalena, e la percosse nel capo; id autem per quatuor testes probatur statim, & incontinenti post illatam sibi percusionē, factum fuisse à Gherardo, & tres eorum dicunt Gerardum idem saxum, siue laterem collegisse, & statim proiecisse contra dictam mulierem, quo casu sine ulla dubitatione procedit licitè, & iure permittente id factum fuisse à dicto Gerar-
3 do. † In primis enim sibi licitum fuit arma sumere contra Oliuum & filios pro defensione Do. Honorati consobrini ipsius Gerardi, quod enim sint consobrini probatur super secūdo articulo, & est notorium, quòd autem coniuncto liceat assumere defensionem coniuncti, & tali casu procedat dispositio d. l. ut uim, probat ibi Bar. in pen. colum. cum sequen. nu. 7. quem communiter sequuntur Docto. & ibi Deci. colum. penul. ante nume. 33. declarans sic, certū est, quòd quis potest pro alio defensionē suscipere, & maximè pro coniūcto, per iura ibi allegata, cūq; alterius defensionē suscipiendo, litem alienā faciat suam, iam agit de defensione proprij corporis, idque re ipsa patet, Cum. n. Oliuus & filij milites armati lōgissimis armis hastatis, quas piccas appellant, aggressi fuissent Do. Honoratum penitus inermen, & rei bellicæ expertem, ac Vincentium solo ense armatū, & cum aggressoribus essēt duæ fœminæ mater, & uxor Oliui, quæ uerbis, & lapidibus offendebant Do. Honoratum, & socios, iam ipse Gerardus non solum agebat de defensione consobrini sui, sed etiam sui proprij corporis, cum esset in discrimine uitæ cōstitutus, & instaret terror, & iactio armorum, quinimmò & percussus fuisset in crus, ex qua percusione præsertim, si iterato facta fuisset, facilius potuisset of-
4 fendi, & interfici ab aduersarijs. † Sufficit enim terror armorum uel iactatio, ut factum dicatur ad necessariam defensionē cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec expectandæ sunt percusiones, ut dicit Gloss. mag. in fin. communiter approbata
5 in d. l. j. C. unde ui. † & in dubio semper præsumitur factum ad necessariam defensionem, si incontinenti fiat, & dicit ibi Gloss.

Gloss. & sequuntur Doct. & dixit Glo. communiter approbata in d.c. significasti in Gloss.fin.de homici. quòd si † quis
6 uim factam repellat, potius præsumi debet, quòd defendendi, non ulciscendi causa hoc fiat, dummodò in ipso negocio. Et est elegans tex. cum Gloss. in l. si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l. aquili.& ibi not. Bald.quòd ille, qui immediatè percutit percussorem suum, uidetur facere ad defensam, ne iterum percuteretur, quod in casu proposito clarius procedit, per ea quæ supra dicta sunt, quia poterat Gerardus facilius offendi ab Oliuo, & filiis, & interfici.

Et quòd uerè factum processerit, prout in processu probatum est, euidentissimè comprobatur per spontaneam comparitionem dicti Gerardi, cum enim esset extra dominiũ Illustrissimi & Excellentissimi D.Ducis nostri ĩ loco tuto, & in plena libertate, spõtè cõparuit, & se cõstituit in carceribus, de qua spontanea constitutione plura dici possent, quæ tãquàm nota omitto, præsertim cum res à doctissimo & consumatissimo iurisconsulto cognoscenda sit.

7 Ex † quibus apparet non esse necessariũ recurrere ad illud refugium, quòd dicta Magdalena nõ perierit ex illa percussione, sed ex mala cura & regimine, cum superuixerit dies sexaginta, iuxta ea quæ scribit Practi. Papiens. in forma inquisitionis in uerb. ex quibus percussionibus numero.2. Nec etiam ad illud de quo in l.si adulterium cum incestu.§.Imperatores. ff. ad l.Iuli.de adult.seu per Doc. in d.l.ut uim.per d.§.Imperatores.

Nec ad rem attinet, quod dicitur in inquisitionis principio de uerbis altercatoriis habitis pridie eius diei per Dominicũ, & Antonium filios Oliui cum dicto Gerardo, quia nihil infertur contra Gerardum, nec aliquid contra eum probatum fuit per Oliuum, & filios. nam dato quòd attestationes receptæ pro Oliuo contra D.Honoratum, & Vincentium fidem facerent contra Gerardum, nihil tamen deponunt testes contra Gerardum, sed solum dicunt, quòd Gerardus usus fuit uerbis ciuilibus & deprecatiuis erga Antonium, ut exiret ex franctorio D. Honorati sui consobrini, ne aliquid scandali sequeretur. Et fuit potius commendabile officium Gerardi quàm reprehensibile; Et nihilominus de ea re non agitur hic, sed de iis, quę facta fuerũt die sequẽti, circa quæ nihil potest imputari dicto Gerardo, ut ex supradictis patet.

Puto igitur conclusionem supra per me firmatam esse uerissimam, quòd Gerardus omninò debeat absolui à dicta inquisitione & contentis in ea. Laus Deo.

Et ut supra conclusum est arbitror esse de iure ego Petrus Calæphatus V. I. D. & Eques, Pisis profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale nõ imputatur ei, qui rei licitæ dabat operam.*
2 *Proclamatio excusat à culpa.*
3 *Ignorãtia uitii equi probatur per iuramẽtũ.*
4 *Inquisitus relaxari debet à carceribus nõ expectata sentẽtia, cũ de eius innocẽtia cõstat.*

CONSILIVM XCI.

Adsit Deus, & illuminet intellectum. Antonium Polidori fabrũ ferrarium inquisitum de homicidio casuali, absoluendum prorsus esse liquido cõstat ex deductis & probatis in processu, quæ non repugnant iis, quæ continentur in inquisitione, sed potius explicant factum,
1 & supplent, † Dabat enim Antonius operam rei licitæ, & ad exercitium suum pertinenti, locus erat aptus & conueniens, proclamauit plurics alta uoce, leuateui, leuateui, ignorabat etiam uicium equæ, quod scilicet nõ pareret freno, fuit & est homo bonæ conditionis, uitę & famæ, pacificus & quietus, ex ijs apertissime in iudicio deductis & ꝓbatis, resultat præscripta indubitabilis cõclusio, dispositione utriusq; iuris, de iure canonico est text. in c.dilectus de homicid.in c.ij.qui arborem

ſē cum ſua Gloſſ.50.diſtinct. cum ſimil. de iure ciuili eſt text.in l.ſi putator.ff. ad l.aqui.ibi ita tenetur,ſi is in publicum decidat,nec ille proclamauit, & ibi Alber.
2 de Roſa.† not.quòd proclamatio excuſat à culpa,& Bald.in prima lectura notat per illum text.inſidentem equo currenti proclamare debere guarda,guarda, uolēs in effectu,quòd ſi proclamauerit nulla pœna teneatur,idq; patet in illa lege,in qua agitur de pœna legis aquiliæ, & ſic pecuniaria,& proclamans non tenetur, & in §.item ſi putator.inſti.ad l.aquil.& text. in prçallega.c.hi qui arborem,dicit inculpabiles ſunt atq; innoxij,quia nec uoluntate eorum, nec deſiderio homicidiū perpetratum eſt,& in terminis noſtris,cum Antonius daret operam rei licitæ,& concurrentibus aliis ſupradictis,& in proceſſu probatis,non uideretur curandum,an ſciuiſſet uitium equæ,uel non,iuxta ea, quæ habentur in c.ſignificaſti,el primo,
3 de homicid.†Et tamē huiuſmodi ignorātia probatur iuramēto,ut uoluit ibi Glo. in uer.ſi eſt ita,& Abb.circa fi. & ſi ignoraſſe iurauit Antonius,cū paucis ante diebus illam equam emiſſet. Laus Deo.
4 Addo † quòd cum ſit publicatus proceſſus,& ex eo conſtet de innocentia inquiſiti,debet ſtatim a carceribus liberari nō expectata ſententia,ut not.Bald. per illū tex.in l.nullus,numero.2. C. de exhi.rei poſt.Iac.Butrig.& idem Bald.in l. ſed & ſi is,uerſicul.extra quçro,in prima lectu. ff.de in ius uocan.explicat,quòd ſi per publicationem proceſſus appareat reum abſoluendum eſſ,edebet ipſe reus relaxari, non expectata ſententia , & hoc pro ſingulari tradit Roma.in ſing.ccccxc. accuſatus de crimine,Alex.in conſilio.clxxx. in cauſa Angelorum colum.iii. nume. 8. lib.ij.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune,colum.xxviij. numero. 109.& 110.ff. de acqui.poſſ. ubi alleg. Benedictum de Plombino. tradit Hippoly. de Marſil.in Auerolda in.§.attigam.colum.ij.in fi.cū ſeq.nu. 13.15.& 16.Iterum Laus Deo. Et ita ut ſupra concluſum eſt arbitror eſſe de iure Ego Petrus Calæphatus. V. I. D. & Eques,Piſis profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V.I.D. ET EQVITIS Piſis profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Homicida doloſus qua pœna ſit puniendus.*
2 *Verbum ſi quis,tam fœminas quàm maſculos comprehendit.*
3 *Statutum puniens homicidium,intelligitur,ſi ſit dolo commiſſum.*
4 *Dolus in materia homicidii qualiter sūmatur.*
5 *Lex pro dolo animum occidendi conſiderat.*
6 *Percutiens in rixa aliquem,cuius ictu ille moritur,lege Cornel.de ſicar.tenetur.*
7 *Animus occidendi ex atrocitate facti conſideratur.*
8 *Dolus præſumitur in delictis prohibitis.*
9 *Doli probatio in delictis non eſt neceſſaria.*
10 *Animus occidendi deprehenditur ex qualitate inſtrumenti,& loci corporis percuſſi.*
11 *Animus occidendi ex reiteratione percuſſionum percipitur.*

CONSILIVM XCII.

ADSIT Deus & illuminet intellectum. In cauſa homicidij commiſsi per Magdalenam in perſonam Antonij, Conſultus à Magnifico Vicario Carra-
1 riæ,paucis rem perſtringens, † reſpōdeo, de iure Magdalenam incidiſſe in pœnam mortis naturalis,& ſic tanquàm homicidam condemnandam eſſe,tum ex diſpoſitione iuris communis, tum etiam de iure municipali, iure namq; communi humiliores beſtiis ſubijciuntur l.iij. §. pen. ff.ad l.Corneli.de ſicar. Azo in ſumma. C.eod.titu. circa fin.& inter humiliores hanc fœminam ruſticam cenſeri non eſt dubitandum , & loco ſubijciendi beſtijs ſuccedit capitis amputatio,ut poſt alios tradit ibi Hippoly.& de pœna legis Corneliæ de ſicarijs; idem Hippoly.in l.j. in primo not.numero.1.ff.eo. Ius municipale Carrarienſe in hæc uerba diſponit, ſi quis homicidium commiſerit,capite puniatur, taliter quod penitus moria-
2 tur,† uerbum ſi quis tam fœminas quàm maſculos complectitur l. i.ff.de uerb.ſig. & ibi

&ibi Bartol. in fin. quia est terminus communis,& Cæpol. sub numer.23. tradit Deci.in l.si quis id quod in i.not. ff.
3 de iurisdi.om.iud.† Et licet de iure communi requiratur dolus, ita quòd nõ sufficiat lata culpa l.in lege Cornel.ff.ad l. Cornel. de sicar. & huiusmodi statutum etiam intelligi debeat, si dolo fuerit cõmissum homicidium, ut elegãter scribit Pau.in l.i.in fi.ff.de legi. & in l.i. nume. 3.C.ubi sena.uel clarissi.tradit Ias. in l. in actionibus,num.26.ff. de in lit.iuran. Deci.numero.20.Curt.iuni.numero.13. & ibi scripsi numero.80.tamen hic dolo
4 commissum fuit homicidium. † Dolus enim in ista materia summitur pro animo occidendi.l.i.C.ad l.Corne.de sicar. ibi,qui si probauerit non occidendi animo hominem à se percussum esse &c.& l.j.§. Diuus.ff.eo.non sicut, in l.j.§.dolum.ff.de dolo.ubi Iurisconsultus ait dolum esse omnem calliditatem, fallaciã, machinationem, uel circunueniendum, fallendum,decipiendum alterum adhibitã,qui dolus uerificari modo posset in homicidio apertè & absque ulla fallacia commisso, si ergo ense hominem in faciem aggrederis præmissa uoce,quòd uelis illum interficere,& occideres,non deberes puniri pœna homicidij, quod ri-
5 diculum esset,† lex enim pro dolo considerat animum occidendi, ut in d.l.j.cũ
6 si.† Adeò quòd etiam si in rixa quis percusserit aliquem, & constet illius ictu perijsse, tenetur percussor lege Cornelia de sicarijs.l.si in rixa, quæ est l.fi. ff.
7 ad l. Corn.de sica.† Dolus enim,siue animus occidendi demonstratur ex atrocita
8 te facti. † Et in delictis, quæ prohibita
9 sunt,præsumitur dolus d.l j.C.de sic.† & ideò probatio doli in delictis non est ne
10 cessaria.ut not.ibi Saly.numero. 1. † Et animus occidẽdi deprehenditur ex qualitate instrumenti,& loci corporis percussi. Nam etiam si baculo quem in capite percusseris, præsumitur occidendi animus, & teneris pœna homicidij, saltem morte secuta.c.significasti el.ij.in fine de homici.Idq; uoluit Bartol.in præallega.l.j.§.Diuus in fi.ff.de sica. dicens. Et si cum bastone,aut percussit in capite,aut in alia parte corporis per d.c.significasti in fi.idq; explicat ibi Ang.Fely.in præallega.c.significasti col. iiij. sub numero.11.in j.limita.Hippoly.in d.l.j.numero.36.C.de sicar.& in l.j.§. Diuus.numero.15.ff.eo.ubi citat etiam Ang. Aretin.in tracta.maleficio.& in eo.§. Diuus numero.28.Hippoly.fatetur prædicta sine controuersia procedere, quando percutiens non habuisset alia arma in manibus. Cum igitur Magdalena bastone,seu matarella, ut eorum uerbis utar, percusserit Antoniam in capite lætaliter,cum maximo liuore,ossiumq; fractura,ex qua pcussione sequuta fuit mors, nõ uideo quo iure, quaue ratione Magdalena defendi possit à pœna mortis,& maximè cum prius duobus alijs ictibus cum eodem ligno percussisset eodem instanti dictam Antoniã cum maximo li-
11 uore ac sanguinis effusione.† nã ex multiplicatione seu reiteratione percussionum apertius deprehenditur animus occidendi,ut scribit Hippoly.in præalleg. l.i.numero.37.C.de sicar.

Et ex prædictis patet solutio ad omnia, quæ in contrarium adduci possent, quia procedunt in dubio,non in casu claro, prout est casus iste per prædicta.

Petrus Calæphatus Pisis profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui extra iuditium unũ dixit, de eius dicto propria manu scripturam cõficiendo, si aliud in iudicio dixerit, non facit indicium, sed ut falsarius puniri debet, & ex hoc torqueri poterit.*

2 *Tortura fidem testis auget, & in parte uerò minuit, & actualis requiritur ad supplendum eius defectum.*

3 *Infamis in criminalibus testis esse non põt.*

4 *Assertus socius criminis nõ põt esse testis, nec probat, nec in casibus, in quib. põt interro-*

 gari,

garifacit per se sufficiens indicium ad torturam.

5 *Socius criminis non facit indicium ad formandam inquisitionem.*

6 *Plures, qui secundum eorum dictum essent socii criminis, nihil probant, nec ex dicto ipsorum aliquod praeiudicium infertur illi, contra quem deponunt.*

7 *Fama bona probata purgat indicium ad torturam & nu. 10.*

8 *Probatio bonae uitae minuit indicia, quae sunt contra inquisitum.*

9 *Infamatus de crimine speciali probando bonam famam ab inquisitione releuatur.*

10 *Testi leui & corruptibili in criminalibus non est credendum.*

12 *Multa dicuntur inter loquendum & calore iracundiae inter coniunctos, quae animo non confirmarentur quieto.*

13 *Tortura cum moderamine fieri debet.*

14 *Iudices seueriter procedentes in criminalibus, iurisdictione priuari debent.*

15 *Confessio à sene, & debili, ac infirmo, bonae famae crudeliter & inhumaniter extorta per torturam repetitam ei non nocet, non superuenientibus nouis indicis.*

16 *Sufficienter tortus repeti non potest in tormentis, non superuenientibus nouis indiciis. & nu. 18.*

Intellectus l. repeti. ff. de quaest.

17 *Tortura non debet repeti, quando contra reũ apparent indicia leuia, & non multum manifesta, & multum urgentia.*

19 *Confessio facta in tormentis, seu tormentorum metu indiciis legitimis non praecedentibus est nulla.*

20 *Confessio quando tormentorum metu facta dicatur.*

21 *Iudex habens liberum arbitrium in criminalibus non potest reum torqueri facere legitimis indiciis non praecedentibus.*

22 *Confessus formidine tormentorum sibi non praeiudicat.*

23 *Torturae motus semper durare praesumitur, quousque reus ab eodem iudice in carceribus detinetur.*

24 *Cõfessio facta per torturam illatam legitimis indiciis non praecedentibus, uel tormentorũ metu, etiam si sit posteà ratificata statim uel ex interuallo, durante captura rei in potestate eiusdẽ iudicis nulla est, nec sibi praeiudicat.*

25 *Iurisdictio non põt prorogari in criminalibus ubi iudex ex mero officio per inquisitionem procedit.*

26 *Statutum per uerba, c non possino in altro luogo, &c. adimit iurisdictionem, uel saltem exercitium eius, cuicunque alteri iudici.*

27 *Negatiua uerbo potest praeposita, potẽtiã tollit*

28 *Facta à iudice incompetenti nulla sunt.*

29 *Iudex, qui illegitime processit ad capturam, carcerationem, & tormenta, tenetur in syndicatu, & potest contra eum agi, licet pars non appellauerit.*

30 *Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam quomodò puniatur.*

CONSILIVM XCIII.

ADSIT Deus, & illuminet intellectum. In causa Francisci Petri de Subereto, non uideo secundum ea quae proponuntur, quomodò potuerit contra eum procedi & iudicari, ut processum & iudicatum fuisse proponitur. † Primò namq; Gerus de Saxeta nullum faciebat indicium contra Franciscum, & praesertim ad torturam, quia extra iudicium contrarium deposuerat in scriptura manu propria corã tribus testibus, qui subscripserunt, quo casu talis testis debet puniri, ut falsarius, prout uoluit Bart. in l. eos. in ij. col. sub nu. 4. ff. ad l. Cor. de fals. quae doctrina Bar. quatuor casibus saluatur, quorum secundus est, quando testis extra iudiciũ asseruit illud in scriptura, ut tradit Deci. in c per tuas. in fi. de proba. ad haec l. ij. l. qui falso. ff. de testi. & ibi Doctor. Nec potest dici, quòd secundam depositionem fecerit cum tortura, ex eo quòd ad locum torturae ductus fuerit, quia tortura requiritur effectualiter. §. si uerò ignoti, & ibi Doctor. in auc. de test. l. ob carmen. §. j. in fine. ff. de testib. praesertim in casu de quo agitur, in quo dicto Gero exuli seu bannito fuit concessus saluus conductus, ut compareret, facturus illam mendicatam attestationem. Itẽ ex alijs, quae scribit Deci. consil. clxxxix. Laetatus sum, col. v. in fi. cum prin. seq. † nam tortura in teste auget fidem, in parte uerò minuit, seu, ut scribit Sozi. iun. consil,

sil.xxxix.prospectis nume. 6.lib.ii.nam in teste requiritur actualis ad supplendũ eius defectum.

3 Præterea†dictus Gerus erat, & est infamis, non solum per condemnationẽ propter fracturam carcerum, sed etiam aliàs ut apertissimè probatum esse in processu mihi præsupponitur c.sup eo.c.testimonium.de testib.l.ob carmen in princi.cũ simil.ff.eo.Stephan.Auffred.in tracta.de reprobatio.test.in uer.infamis,& in uersic.malæ uitæ.nume.65.Fely.in d.c.testimonium,colum.iii.nu.10.cum sequen. & Hippoly.de Mar.singula.cix. infamis.

4 Accedat,† quòd assertus socius criminis non potest esse testis, nec probat l. quoniã liberi. C.de testi.l.fin.C.de accusat. c.ueniens el.i.de testib.c.i.de cõfess., Alexand.consil.cxxviii.quoniam abũdè numer.6.lib.iiii, ubi tradit, ꝙ etiam in casibus, in quibus potest interrogari, non facit per se sufficiens indicium ad torturã. & idem Alexand.consil.lxxxix.uiso the

5 mate colum.ii.nume.2.lib.iii.† Quinimmò, nec indicium ad formandam inquisitionem facit socius criminis, secundum Fulgosium in consil.cxxxvi.in causa criminationis, colum.penul.uer. nouissimè refert.& sequitur omnia prædicta Deci. consi.clxxxix. lætatus sum.colu.iiii. numero.7.& latius consil.ccxxxiiii.in effectu quæritur numero.1.& 2.ubi conclu-

6 dit, †quòd etiã plures, qui secundum eorum dictum essent socii criminis, nihil probent, nec ex eorũ dicto aliquod præiudicium inferatur illi, contra quem deposuerunt,& ita intelligẽda sunt ea, quæ latissimè tradit Hippoly.de Marsi.in sua Auerolda in §.diligenter colum.ix.ad si. numero.59.cum duabus colum.sequent. Ex quibus omnibus cõcluditur, ꝙ dictũ Geri nullum præiudicium facere debuit nec indicium aliquot contra dictum Franciscum.

Præterea si quod indicium ad torturã sufficiens probatum fuisset, utique purgatũ

7 fuisset†per probationem bonæ conditionis, uitæ,& famæ dicti Francisci, quæ, ut mihi præsupponitur, plenissimè probata est, nam probatio bonæ famæ inquisiti purgat indicium, ut scribit Alexand. in apostil.ad Barto.in l.fina.in iii.apost.magna propè fin.& in pen.apostil. ff.de quæstio. Et dixit Bartol.in l. iij. §. sed si ex

8 improuiso.ff.de re mili.† quòd probatio bonæ uitæ habet minuere indicia, quæ faciunt contra inquisitum per illum tex. & per l.non omnes.§.à barbaris, eod.tit. cum simili. Et dixit Raph.Com.in consilio.cxxxv.ad primum, colum.ii. uersic.

9 item quæro, an infamatus,†quòd infamatus de crimine speciali probãdo bonam famam, releuatur ab inquisitione, alle. Gandin.& Bald, Idem uoluit Deci. in præallega.consilio.clxxxix. colum.pen. uersic.accedat bona fama, scilicet quòd præsumptio delicti tollatur ex probatione bonæ famæ.& latè tradit Hippoly. in Auerol.in.§.diligenter, colum.xxxii. cũ sequen. numero.196. cum pluribus sequen. Et hoc idem ponit Franc. Brun. in tract.de ind.& tort. in v.q.primæ par. & Thom.Gramma.in consil.suis criminali.consil.lxvi.in casu, de quo agitur, nu. 5.referens Andre.de Iser. ꝙ iudex si contra aliquẽ est assertio asserti socij criminis, debet inquirere de fama & conditione nominati,& si inueneric ipsum esse bonæ famæ, talis assertio, uel attestatio ni-

10 hil operabitur†. Et ꝙ probatio bonæ famę purget indicium ad torturam, probat Hippoly.consi.lxxiiii. in causa Hieronymi.colum.viii.secundum par. impressionem.uersicu.operatur ẽt & num.25.cum pluribus sequentib.& sequitur Sozin. iuni.consi.lxi.inspectis & diligenter, colũ. ix.nume.40.& 41.uolum.ii.& illud totũ consilium Hippoly.& adducta in eo sunt diligenter considerãda in casu isto.& idẽ Hyppoly.cõsil.cxx.in hac causa, sub numero.35.36.37.& idem Sozin.in consil. xxxix.perspectis iis, colum.iiii.num.23. 24.25.secundæ par.

11 Et ex†prædictis apparet nullius aut modicæ considerationis esse debuisse depositionem duorum testium fratrum uxoris dicti Frãcisci, hominum (ut accepi) leuiũ & corruptibilium, dum dixerunt, ꝙ Franciscus eis persuadebat, ut ser Augustinũ interficerent, quia iniustè cõtra eos cau-

12 sam obtinuerat. † multa enim dicuntur
inter loquendum,& calore iracundiæ in
ter personas etiam coniunctas, quæ non
confirmarentur animo quieto, & erant
uerba generalia,si ea protulisset,quod ip
se Frãciscus negat,& iam quatuor annis
uel quinq;, ut colligitur ex eorũ dictis,
& ex tempore illius litis, ut asseritur
emissã;& posteà facta fuit pax inter Fran
ciscum,& ser Augustinum,&post pacem
factam nihil per aliquem deponitur,nisi
per dictum Gerũ,cui ex supradictis nul-
la fides penitus adhibenda erat. Et pro-
fectò nihil tale suspicandum uidetur ab
homine sene,massario,pacificæ & quie-
tæ uitæ,conditionis & famæ, de quo ni-
hil,quòd urgeat, probari uidetur, quòd
capitales exercuerit inimicitias. non.n.
de morte aut uulneribus, uel uerberibus
aut de lite graui, uel uerbis ignominio-
sis erat odium inter Frãciscum,& ser Au
gustinum, ut ex dictis testium deprehen
ditur,& notorium esse proponitur.

Concluditur ergo,quòd indicia non erãt
sufficientia ad torturam, saltem quia Eli
sa ex supradictis,& dato sine præiudicio,
quòd non uiderentur penitus sublata,
adeodebilia remanebãt,quòd ex leui tor
tura purgatio inducta fuisset,quod(ut mi
hi asseritur)retulit quidam sermone ma
terno in hæc uerba. l'indicio è basteuole
alla tortura, laquale sia però data lieue
mente,e da un giudice,che sia buon chri
stiano,quod an seruatum fuerit, appare-
bit ex infra dicendis.

13 Sciendum igitur est, † quòd tortura
debet fieri cum moderamine, ut tradit
Hippoly.in sua pract.in §. expedita col.
xi.ac fin.cum seq.nu.85.& ibi nu.86.di-
14 cit,† quòd iudices seueriter proceden-
tes in criminalibus,debẽt priuari iurisdi
15 ctione,† Iste uerò Frãciscus,senex & de
bilis crudeliter & inhumaniter trib. ma
gnis ictib. fuit tortus,adeo quòd, ut uul
go dicitur,se l'apri il petto, & opus fuit
cillirijs seu cerottis, & ex superueniente
febre nunquàm potuit quiescere in illa
nocte,mane autem sequenti iterum ad
torturã ductus & ligatus, magna adhuc
detentus febre,cum ei ille idẽ iudex mi-
naretur in hæc,uel æquipollentia uerba,
che se risoluesse confessare, o lassar le
braccia alla corda, fuit coactus dicere,
quòd ueritatem deposuerat Gerus de la
xetta,& inde ad modicũ tẽpus extorsit à
Francisco super lecto iacente, & semi-
mortuo, ratificationem seu cõfirmatio-
nem prædictorum,cum protestatione ta
men,quæ scripta non reperiuntur, cum
hæc occultè,& quasi furtim extorque-
rentur. Et ex tali confessione sic extor-
ta,eum condemnauit in scutis uiginti-
quinque,& relegauit in annum.

Damnabilia uidentur hæc, quæ facta asse
runtur per illum iudicem.

Primò enim non potuerat Franciscus tor
queri per supradicta.

Secundò,dato sine præiudicio, quòd tor-
queri potuisset,leuiter tamen torquen-
dus fuisset, tum ex debilitate indiciorũ,
tum etiam ex qualitate personæ, quia
erat senex,debilis,& bonæ famę,& tamẽ
nimis seuere atq; crudeliter fuit tortus.

16 Tertiò,†cum in tam graui tortura non
fuisset confessus, non poterat repeti tor
tura non superueniẽtibus nouis indicijs
l.unius.§.i.ff.de quęstioni.ibi reus euidẽ
tioribus argumentis oppressus, repeti in
quæstionem potest, ergo non potest re-
peti non superuenientibus nouis argu-
mentis,& ita intelligi debet l. repeti.ff.
17 eod.† Vel saltem secundum Bart.in d.l.
unius.§.i.non debet repeti,quando con-
tra reum apparent indicia leuia, non
multum manifesta,& multum urgentia,
licet quidam iudices(ut inquit Cyn.)in
l.fin.in fi.C.de quæstioni. circa huiusmo
di facta,neq; Deum,neq; leges præ ocu-
18 lis habeant.†Et dixit Ang.Are. in trac.
malefi.in uer.fama publica, colu.xix.in
prin.uersic. tertio quæro, quòd si primò
reus fuit sufficiẽter tortus, nunquàm in
tormentis potest repeti,nisi superueniãt
indicia de nouo, quod notat contra ali-
quos crudeles iudices, qui tormenta re-
petũt absque nouis indicijs, & dicit eos
teneri in syndicatu, & ibi in eadem col.
uersi.quæro,quæ dicantur,declarat, quę
dicantur noua indicia.& de materia latis
simè Hippoly.in d.l.repeti.col.i. cũ seq.

ibi omnia prędicta & alia refert. & ibi in ij.col.ante nu.6.concludit, quòd hæc est communis omnium opinio, ꝙ sufficienter tortus non possit repeti in tormentis nisi superueniant noua indicia fortiora primis, & ita seruādum dicit in practica, quia ista opinio est æqua, & substentabilior, ac magis iuri consona, Accedat Ale. consi.v.in casu inquisitionis, nu.4. lib.j. Quarto ꝙ cum confessio uti metu tormentorum extorta fuerit nulla, non obstante ratificatione, sequitur, quòd sententia condemnatoria fundata super tali confessione fuerit & sit iniusta.

Quòd autem talis confessio fuerit nul-
19 la, sic demonstratur. † Confessio facta in tormentis, seu metu tormentorum, indiciis legitimis non præcedentibus est nulla l.pen.& ibi Glos.& Docto.ff. de quæst. Mathesi.sing.lv.nota.ꝙ quoties, Roma. consi.clxvii. Antonius accusatus, nu.5. & 6. & ut ne sim longior, latè tradit Hipp. in d. l.pen.col.ii.cum seq.nu.12.cum pluribus seq. Accedat tamen Alex. in supra allega.consi.v.in i.libr. Sed siue dicamus indicia nō præcessisse primam torturam, legitima scilicet, & sufficientia & nō elisa, quod uerius uidetur, scilicet quòd non præcesserint, siue etiam præcesserint, cum per primam torturam purgata fuerint, sequitur, quòd ad secūdam illationem tor-
20 turæ deueniebatur sine indicijs. † Nam confessio dicitur facta in tormentis, quādo reus ducitur ad pedem cordæ ligatis manibus, ita dixit Paris de Puteo in trac. syndica.cap.cclxxxij.an stetur dicto torti col.ij.uersi.confessio rei, & ibi uidendū col.xij.uer.datur regula, & tradit Hipp. in d.l.penul.de quæstio. col.iij. in fin. cū seq.sub nu.18.cum plurib.sequēti, & præserti n.21.ubi tradit, ꝙ idē operat ꝓbabilis suspitio tormētorū, ꝙ ipsorum illatio.

21 Et † prædicta omnia procedunt, etiam si iudex haberet liberum arbitrium in criminalibus, ut idem Hyppol. tradit in ea. l.pen.col.v.nu.25.

22 Et † metus torturæ, seu confessio facta metu torturæ ita dicetur facta per torturam, ac si reus fuisset tortus, & ille qui formidine tormentorum aliquid facit, sibi non præiudicat. ut late scribit Hippoly. in sua pract.crimi.in §.expedita, col.j.& ij.& præsertim in ij.colum. nume.10.ubi referens & sequens Ang. de Are. & alios quàmplures, quòd confessio dicitur facta metu tormentorum, non solum quando realiter sunt illata, & adhibita tormēta, sed etiam si nō sint illata, quādo reus fuit ductus ad torturā, & spoliatus, & ligatus, & multo magis si accesserint minæ, & hic non solum prædicta omnia concurrerunt, quæ singula prodessent secundum Hippoly.sed etiam prȩcedenti die præcesserat grauis & intollerabilis tortura, ut
23 supra dictum fuit. † Et idem metus semper durare præsumitur, quousque detinetur in carceribus ab eodem iudice, ut est uulgatum, & ponit Hippoly.in d.§. expedita in iij.col.& passim alibi, & explicat
24 ibi sub nume.16.in uersi.† Et scias, quòd etiam si talis confessio postea ratificata fuerit statim, uel ex interuallo, durante captura rei in potestate eiusdem iudicis, non præiudicat.

Quintò quia statuto Subereti à superiore approbato disponitur in hæc uerba, che tutte le cause di Seuereto, & homeni sottoposti alla corte de Seuereto s'habbino à conoscer prima iuridicamente al banco di Seuereto, che altroue, e non possino in altro luogo da persona alcuna esser transportate ad altro tribunale &c.& consonat iuri communi, ut in auct. de mandat.prin.§. sit tibi quoque tertiū, & in auc. ut differ.iudi.in prin. & ibi Doct. Nō poterat ergo per Vicarium Plumbibini & assertū auditorem procedi in principali causa contra dictum Franciscum Suberetanum, & Subereti habitantem. Et de iure communi etiam communis est
25 opinio, † quòd prorogatio iurisdictionis locum non habet in criminalibus, ubi iudex procederet ex mero officio per inquisitionem ut uoluit Bal. in l.j.in fin.C. ubi de cri. agi. opor. duplici ratione per eum assignata, & idem Bal. in l.i C.ad l. Cornel.de sica. Nell. in tracta.bannito, in ii.q.ii.part.primi temporis. Marian. in c.significasti.de foro cōpe.in v. art.princ. q.viii. Sozin.in.consil.cviii. supposito statuto

tuto in fin.lib.iiij.ubi attestatur hanc esse communem opinionem, scripsi in l.j.super Glos. fin.ff. de iud. Et ista communis opinio sine dubitatione procedere uidetur in casu,de quo agitur,in quo fuit cœptum à captura, nec fuit auditus reus op ponens de dicto statuto.

26 Et † attento tali statuto ibi, e non possino in altro luogo &c. uidetur adimi iurisdictio,uel saltem exercitiũ iurisdictionis cuicũque alteri iudici, per ea quę scribũt Doc.in d.l.j.ff.de iud.in illa.q.an possit fieri prorogatio ad aliam speciem iurisdictionis inducẽdo l.solemus.§. latrun

27 culator.ff.de iud.ibi non potest. † ponderando negatiuam præsuppositã uerbo potest, quæ tollit potentiam, per not. per Glos.& Doct. in cap j. in uer. non potest de reg.iur.lib.vj. & Deci. in consil.xviij.

28 nume.4.† quo fit, ut ex isto capite nulla fuerint facta ab illo uicario, tanquàm facta à iudice incompetenti l.fi.C. si à non competen.iudi.

29 Nec † dicatur,si nulla fuerunt,ergo iudex non tenetur,respondetur enim,quòd immò tenetur, quia dolo iudicis scientis tanquàm leg. Doct. hæc non posse facere,commissa fuerunt,& quia processit ad executionem facti etiam irretractabilẽ, scilicet ad capturam, ad carcerationem, ad tormenta & alia, per ea quæ tradunt Doctor. in l.j.§.hæc uerba.ff. quod quisque iur.ubi Deci.in ij. nota. Et licet pars non appellauerit, potest tamen agere contra iudicem in syndicatu,ut tradit Deci.in d.l.j.in prin.colum.iiij. sub. nu.25. & 26.ff.quod quisque iur.

30 Postremò † quomodo puniatur iudex ponens aliquem indebitè ad torturã,tradit Thom.Grammati.in suis consi. criminalib.cons.xv.uiso processu,& Bald. in l. decuriones.C.de quæstio,quòd iudex tenetur pœna capitis,eademque pœna qua puniendus fuisset tortus pro eo delicto, pro quo torquebatur,& si uerè illud commisisset;Item actione iniuriarum, ut per Bald.in rub.C.de pœna iud.qui mal.iud. per l.iniuriarum æstimatio.ff.de iniur.Et de ijs per Ang.Areti. in tracta. malefi. in uer.fama publica,col.xix.uer. tertio quæro.Franc. Brun.in tracta. de ind. & tortu. in ij.par.q.vij Hippo.de Marsil. in Auero.in.§.expedita, col.ante pen. nu.87. & in l. quęstionis modũ ad fin. sub nu.76.ff. de quęstio. ubi attestatur magis communem opinionem esse in d.l. decuriones, Et de pœna iudi. qui malè iudica.Docto. in l.fin.C.de pœna iudi.qui mal. iudi.

Hæc scripsi celeriter, & multis implicitus negocijs à die xiiij. usque ad diem xvij. Octobris inclusiuè M.D.LII. more Pisano. Laus Deo.

Et saluo semper saniori iudicio.

Petrus Calæphatus Pisis profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI EQVITIS ET V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Appellare licet,& index appellationem non admittens,punitur, & nihil debet innouare in praiudicium appellationis etiã reiecta.*

2 *Etiam ubi index habet arbitrium, licet appellare.*

3 *Appellatione sublata per statutum in criminalibus,quando sit processum & lata sententia secundum ordinem statuti, debet intelligi, ubi à statuto est imposita pœna determinata,secus si pœna esset arbitraria.*

4 *Formato processu,& lata sententia condemnatoria in certa pœna, si index torqueat condemnatum, dicitur uim publicam intulisse, & pœna capitali punitur.*

5 *Si quis uirginem inuitam in uia publica, & reclamantem, & gratia committendi stupri fuerit deosculatus,de iure communi punitur pœna arbitraria, ut simplicis relegationis, et pecuniaria iuxta facultates delinquentis.*

6 *Quarta condemnationis,quam lucratur condemnatus ex forma aliquorum statutorum Italiæ propter confessionem delicti ab eo factam quomodò detrahi debeat.*

CONSILIVM XCIIII.

INDIVIDVAE Trinitatis implorato præsidio. Formata fuit inquisitio per Vicarium seu Prætorem Plumbini contra Leandrum Francisci Romani, quòd ingres-

ingressus domum Iacobi Antonij de Petramala, in qua habitabat honesta puella Baptiltina in parte inferiori domus, quã curtim appellant, inuentam fugientem prosecutus usq; ad gradus scalæ dictæ domus, reluctãtem atq; resistentem, per uim ac uiolẽtiam amplexus atq; deosculatus fuerit cõtra uoluntatem dictæ puellæ, scriptum reperitur, Leandrum cum iuramento confessum fuisse omnia & singula in dicta inquisitione contenta, fuisse & esse uera.

Non constat de die inchoatæ inquisitionis, nec aliter appositus fuit locus aut tẽpus delicti iuxta l. libellorum in princ. ff. de accusa. delictum tamen asseritur commissum die xxiii. Februarij.

Die secunda Martij mane, uisa confessione Leandri, condemnauit eum ad triremes, ad remigandum in eis per quinquennium, Post hæc Leander in loco publico in conspectu populi fuit quater uel quinquies tortus.

Appellauit die sequenti Leander per procuratorem, cum in arctis carceribus detineretur, Vicarius nullo modo admittere dixit, maximè attento statuto Plumbini sub rub. de maleficiis, à qua non admissione fuit appellatum.

Præsupponitur in facto, quòd Leander est iuuenis ætatis xxvi. annorum in circa, solutus, natus honorabilibus parentibus, ipseq; bonæ conditionis & famæ, & quòd nunquàm aliud maleficium commisit, ꝙ non erat inferioris conditionis quàm illa puella, & eius amore captus erat, eamque deosculatus fuit causa contrahendi matrimonij, ut sæpè alij iuuenes facerũt, quæ omnia notoria sunt in oppido Plumbini, & probata fuissent, si congruum tempus ad faciendas defensiones Leandro assignatum fuisset, ita ꝙ ad notitiam propinquorum Leandri peruenisset. Nam ipse etiam post confessionem, ut dicitur factam, in arctis carceribus detentus fuit, adeo quod neminẽ alloqui poterat, usq; ad sententiam & illationem torturæ inclusiuè. Præsupponitur etiam uerum nõ esse, ꝙ domus, de qua in inquisitione, sit Iacobi Antoni, immò est hæreditaria dictæ puellæ & sororum, & Iacobus Antonius nunc in ea habitat unà cum dicta puella, quia domum suam locauit Gubernatori illius oppidi.

Tria succinctè uidẽda sunt, Primò an potuerit appellari à dicta sententia, secundò an iure uel iniuria tortus fuerit. Tertiò an iustè fuerit condemnatus ad remigãdum in triremibus per quinquennium.

1 Quo † ad primum, regula trita est, ꝙ liceat appellare l. & in maioribus, cũ Glos. l. litigatoribus. C. de appella. & iudex nõ admittens appellationem punitur in triginta libris auri. l. quoniam iudices. C. de appella. & tamen nihil potest innouare l. iij. C. eod. in præiudicium appellationis etiam reiectæ.

Non obstat, quòd pęna sit cõmissa arbitrio iudicis, cum certa pœna non reperiatur imposita à iure communi, nec à statutis,
2 † qui etiam, ubi iudex habet arbitriũ, appellari potest, Bar. in l. si qua pęna in fi. ff. de uerb. signi. post Glo. & ibi Alex. in apostill. & omnes admittunt, & probatur in d. l. si qua pœna, ibi, at mulctæ prouocatio est.

Non obstat statutum Plumbini sub rubrica prima lib. malefi. in ult. col. seu facie, disponens, quòd in criminal. appell. nõ possit si secundũ ordinem ibi traditũ fuit ꝓcessum, & lata sententia, quia non dispu
3 tando aliter de eius ualiditate, † debet intelligi, si impositæ fuerint pœnæ à statuto determinatæ; nam statutum in illo titulo circa princi. dicit, non propterea augendo uel minuẽdo pœnas in statutis cõtentas, si ergo statutum pro aliquo delicto imponeret pęnã quinquaginta usque in quingentis arbitrio iudicis, & condẽnasset iudex in pęna quinquaginta, seruato ordine statuti, non posset appellari secundum illud statutum, sed si utatur arbitrio, & cõdemnet in quadringentis uel quingentis, utique poterit appellari à tali arbitrio, & ita proculdubio intelligendum esse statutum, nemo sani capitis negaret, ut minus ledat ius commune, & ne quis indebitè damnum patiatur, & ne daretur iudicibus materia abutendi legibus, Quod presertim procedit, ubi cõstat

noto

notoriè de iniquitate arbitrij & sententiæ, prout in casu de quo agitur, ut ostenditur in tertio articulo, & quia non fuit facta detractio quartæ, ut infra dicetur.

Ad secundum breuiter respondetur id nulla egere demonstratione, q scilicet iniu-
4 ria tortus fuerit, † nam post factum processum & sententiam cōdemnatoriam latam in alia pęna, utiq; res nullo modo uelari potest, quin dicatur, & sit uis publica l. lege iulia. de ui publica tenetur. ff. ad l. iuli. de ui publi. cū simil. & est decisio Bal. in l. decuriones. C. de quæstioni. quòd de quacunq; tortura, quam iudex facit dolo malo & sine causa, sit pœna capitalis, sequitur Ang. de Are. in tra. malefi. in uer. fama publica col. iij. uersic. tertiò quæro. tradit Hippoly. de Marsil. in l. quæstionis modum ad fin. nu. 76. ff. de quęstioni. & in Auerol. in §. expedita col. ante penul. nu. 87. dicens, quòd hęc est magis communis opi. & diuersas pœnas indebitè torquentis refert Tho. Gramma. in consil. suis criminali. consil. xv. uiso processu in fine.

Circa tertiū, quòd ille uicarius iniquè fuerit arbitratus, & iniustè iudicauerit, patet
5 † quia de iure cōmuni, quo iure seuerius agitur, pœna arbitraria in huiusmodi delicto est simplicis relegationis, & pœnæ pecuniariæ secundum diuitias uel paupertatem delinquentis, etiam ubi quis deosculatus fuit uirginem inuitam, & acclamantem in uia publica, & causa committendi stupri, ita retulit Regium cons. in q. facti Serenissimo Regi Federico, ut patet in decisio Afflic. decisio cclxxvj. Serenissimus rex. Attentis autem statutis Plumbini, ac consuetudine loci, quibus conuenire debet arbitrium iudicis, utiq; longe leuior pœna imponenda ueniebat, quàm ea, de qua in dicta decisio. Afflic. Statutū enim sub rub. de rap. mul. adult. stupro, & incestu, inter alia in uersi. si quis sine rapina, disponit in hæc uerba, si quis sine rapina mulierē aliquā nuptā, uel nō nuptā p uiolētiā carnaliter cognouerit, uel cognoscere nixus fuerit, licet nō cognouerit, condēnetur à libris quinquaginta usq; in quingentis, & ultra in hauere & in persona, arbitrio iudicantis, sed si ipsa mulier esset uilis & abiectæ conditionis, condemnetur in libris decem usq; in centum. si uerò mulier nupta fuerit, & eam uiolenter cognouerit, à libris uiginti usq; in. cc. & hauere & persona, arbitrio iudicantis, inspecta qualitate &c. & ppè ferè in uersi. huic addimus, uult statutū nullam imponi pœnam carnaliter cognoscenti mulierem solutam, etiam uiolenter, si cum ea, consentientibus propinquis, matrimonium contraxerit.

Et aduertēdum, quòd illa uerba, & ultra in hauere & persona &c. debent referri ad adulterium tantum, quod in masculo de iure communi esset puniendum pœna ultimi supplicij etiā sine ui cōmisso l. quamuis adulterij. C. de adulte. & ideò nō est dicendum, quòd statutum uoluerit punire stuprum eadem pęna qua adulterium, ut patet, etiam quòd statutum dat casum stupri etiam uiolenter commissi impunibilem, non sic in adulterio mulieris honestè uiuentis.

Si igitur pœna carnaliter cognoscēti per uim mulierem solutā, uel cognoscere intendenti, quia eam in terram prostrauerit, & fecerit, quicquid potuit, ut stuprū committeret, ut prædictum est, à statuto imponitur, quid erit dicendum in simplici osculo dato non causa committēdi stupri, sed contrahendi matrimonij? præsertim stantibus iis, quæ in facto præsupponuntur, & uerissima sunt?

6 Accedit, quòd † secundum statutū Plumbini in d. prima rub. in. ij. facie circa fi. debebat detrahi quarta, propter confessionem, quæ quomodò trahatur in terminis illius sententiæ, docet Aret. in tract. malefi. in uersicul. deducta quarta, & ex isto etiam capite liquidè constat de iniustitia sententiæ, & quòd iure optimo appellari debuit.

Hæc breuiter perstrinxi, munere publicè interpretandi impeditus, latius explicaturus & probaturus, si opus fuerit, ex quibus concludo, quòd Leander non poterat condemnari, nisi aliqua honesta pœna pecuniaria, uel relegationis ad modicum tempus, quod cum ipse passus fuerit pœnam torturæ adeò damnabiliter il

latæ,

latæ, ultra pœnam carceris, in quo adhuc detinetur, uideat bonus iudex, an potius iure mediante iudicandus sit, quàm alia pœna puniendus . . . . Laus Deo.

Petrus Calæphatus Iurisconsultus, & Eques Pisis Profitens.

CONS. D. PETRI CALAEPHATI V. I. D. ET EQVITIS Pisis Profitentis.

SVMMARIVM.

1 *Actio, uel de pauperie, uel legis aquiliæ, non datur nisi in dominum.*

2 *Actio noxalis ex natura sui requirit, ut quis tradat corpus, quod deliquit, aliàs ab ea actione non liberatur.*

3 *Animal si damnum dederit, dominus illud interficiendo sibi ipsi satisfacit, nec actione noxali tenetur.*

4 *Actio legis aquiliæ non competit, quando furiosus damnum dedit.*

5 *Furiosi factum est impunitum.*

CONSILIVM XCV.

ADSIT Deus, & illuminet intellectum. Quòd Fráciscus Suberetanus non teneatur ad pretium equi, de quo agitur, etiam si constaret equum perijsse propter morsum canis rabidi, de quo in processu, & consequenter ꝙ malè fuerit iudicatum per Dom. Iudicem à quo apertissimè, ni fallor, demóstratur duplici rône.

1 Prima † quia secundum ea, quæ proponũtur, Franciscus non erat dominus canis, & actio siue de pauperie, siue legis aquiliç non datur nisi in dominum l.j.§. & cũ etiam ff. si quadrup. pauper. fecis. dica. l. si

2 seruus seruum. §. serui. ff. ad l. aqui. † Et si essemus in actione noxali quis in ea liberatur tradendo corpus, quod deliquit l.j.

3 ff. de noxal. action. † Sed, ut prçsupponitur in facto, actor canem illum rabidum interfecit, & sic sibi ipsi satisfecit, per l.j. §. plane si ante litem. §. si post litem. ff. si quadru. pauper. fecis. dic.

4 Secũda ratio est, † quia dato, quòd Fráciscus esset dominus canis illius, tamen cum citra culpam ipsius Francisci canis in furorem & fugam fuerit uersus, non tenetur, quia cum furiosus damnum dedit, nec actio legis aquiliæ, nec alia competit l. sed & si quemcunque. §. igitur iniuriam iuncta Gloss. in uersicu. quemadmodum.

5 ff. ad leg. aquil. † factum enim furiosi est impunitum l. quod infans. ff. de rei uendicatio. l. infans. ff. ad l. Cornel de sicar. Impunè autem admittendum puto, quod per furorem alicuius accidit, quomodo si casu aliquo sine facto personæ id accidisset, ut dicit elegans tex. in l. fi. ff. de admi. tuto.

Ex ijs patet actorem temerè egisse, & D. Iudicem æquè male iudicasse. L. D. Petrus Calęphatus Iurisconsultus, & Eques Pisis profitens.

CONS. DO. PETRI FOLLERII V. I. DOCTORIS, per uiam allegationum.

SVMMARIVM.

1 *Remissio delinquẽtis in territorio baronis, habentis iurisdictionem cognoscendi in delinquentes in eius territorio priuatiuè, & annullatiue, an debeat fieri ad baronem & dominum delinquentis, similiter habentis priuilegium cognoscendi in suos uaßallos alibi delinquentes, & infra nu. 11. & 12.*

2 *Loci originis uel domicilii iudex non potest inquirere de delictis alibi commissis, & patratis.*

3 *Iudex loci delicti est iudex ordinarius & competens, & licet concessa sit iurisdictio iudici loci originis & domicilii, etiam pro delictis alibi commißis, non uidetur tamen derogatum iurisdictioni iudicis ordinarii.*

4 *Priuilegium habens, ne conueniri posset nisi sub tali iudice, in loco delicti, uel contractus illud perdit.*

5 *Iurisdictio omnis est penes Principem, & ipse dat omnes iurisdictiones, à quo fluunt & refluunt sicut flumina ad mare.*

6 *Iurisdictio quando dicatur cumulatiuè, uel priuatiue concessa.*

7 *Iurisdictionis quis sit effectus, quando cumulatiue, uel priuatiue conceditur.*

8 *Triuilegia principum debent intelligi, ut tertio non inferant præiudicium.*
9 *Princeps concedendo priuilegium uel beneficium, non uult cooperire unum altare, & aliud discooperire.*
10 *Priuilegia principum, dum tangunt iura concedentium, latißime sunt interpretanda, stricte uerò debent interpretari, quando damnum uel præiudicium tertii respiciunt.*
13 *Rex non potest plus iuris in alium transferre quàm ipse habet.*
14 *Statutum, quòd scholares possint conueniri coram episcopo tantum, & tamen de consuetudine sit, quod rector etiam possit cognoscere, non derogat iurisdictioni à consuetudine attributæ.*
15 *Priuilegium conforme eum iure communi fauorabilius est, & latißime interpretandum.*
16 *Duo uincula sunt uno fortiora.*
17 *Priuilegiatorum sub eadem consideratione, consideratur maior ratio priuilegiati.*
18 *Priuilegia duo habens præfertur habēti unū.*
19 *Domicilium an sortiatur quis ex sola habitatione, ut efficiatur de illo foro.*
20 *Iudex præueniens in captura præfertur iudici præuenienti in citatione uerbali.*
21 *Vidua habet fori præuentionem.*
22 *Priuilegia quando duo concurrunt æqualis potentiæ, ad ius commune recurritur.*

CONSILIVM XCVI.

1 SPIRITVS Sancti Gratia adsit.† Indubitati iuris esse dignoscatur, iudicē loci, ubi delictum patratum esse dicetur, posse cognoscere, & in delinquentem animaduertere, ubi enim quis deliquit, illic iuri subiacere debet, ut C. ubi de cri. agi opor. aucten. qua in prouincia. & l. i. & l. si cui. §. penul. ff. de accus. & ff. de re milit. l. desertorem auditum, in princ. & l. iii. ff. de offi. præsi. & l. uenditor. ff. de iudi. quocunque priuilegio non obstante, ut in d. auctē. qua in prouincia: Hinc scribētes dixerunt delinquentem remitti debere ad iudicem loci delicti, nō obstante contraria consuetudine per tex. in l. i. & ibi Bar. & Doct. C. ubi de crim. agi oport. & tenent Iacob. de Belui. & Ang. in §. si uerò quis comprehensorum, in auct. ut nulli iudi. col. ix. & Io. de Ana. in c. i. de rapt. Gloss. in clemē. pastoralis in uer. de more & ibi Io. de Imo. & Zabarel. de re iudi. & Ioan. Fab. in d. auct. qua in prouincia. & Cy. Bar. Bal. Saly. & Ias. in l. i. C. de sum. tri. & Bal. in consi. lviii. & Pau. de Cast. in consi. cccvii. inci. de iure communi in nouis, Fel. in c. licet ratione delicti. colum. iiii. uersic. ex dictis doctorum cum plurib. seq. de foro competen. & plenè Boer. in deci. xviij. in prima par. & ubiq; per Doct.

2 Hinc † etiam dixerunt iudicem loci originis, uel domicilij, non posse inquirere de delictis alibi cōmissis, & patratis, cū spectet ad iudicem loci delicti, ut plene prosequitur Gandin. in ultim. quæstio. posita in fin. tracta. & tenuerunt Odoff. & Iacob. de Bellouisu in d. l. i. C. ubi de crimi. agi opor. & Ioan. And. in additio. Specul. in titu. de compe. iu. ade. §. i. licet Cy. in d. l. teneat contrarium, & opi. Cy. sequitur Ang. Aret. in lib. maleficio. in uer. hæc est quædam inquisitio. in xii. colum. & aliàs in contingentia facti dubitatū fuit, & decisum in sacro regio cōsil. ut refert Moder. colle. Gramma. in decisib. xxvi. incip. Michael, ex quibus in-
3 ferri posse puto, † quòd de iure communi iudex loci delicti, est iudex ordinarius & cōpetens, & licet cōcessa sit iurisdictio iudici loci originis, uel domicilij ēt pro delictis alibi cōmisis, non uidetˀ tamen derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij de iure communi, & sic iudicis loci delicti, ut dicit Bald. in l. i. uersi. extra quæritur. ff. de off. cons. & late Rom. in consi. cccxciij. incip. præsens consultatio, & Deci. in consi. iij. in ij. col. & diligenter pro tenui facultate, & probatur in auct. qua in prouincia, ibi, non obstante quocunque priuilegio. & ibi per Do-
4 ctor. maximè Saly. ubi habetur, † quòd etiam si quis habeat priuilegium, ne possit conueniri, nisi sub tali iudice, tamē in loco delicti uel contractus perdit illud.
5 Item aduertendum est, † ꝙ omnis iurisdictio est penes regem, & ipse dat omnes iurisdictiones, ut l. i. ff. ad l. iul. de ambi. & ab eo iurisdictiones ipsæ fluunt & refluunt

fluunt,sicut flumina ad mare secundum Bald.in l.i.§.ad hæc v.colum.de pace iu
6 ramen.firman.† & aliquando & semper in dubio concedit iurisdictionem cumulatiuè,ut late probat Ludouic. Roma.in consil.cccxciii.incip. præsens consultatio,& Felyn.in cap.cæterum de iudi. iii. colum.& ibi Anto.de Butr.in ult.uerbis suis,& And.Sicul.in c.studuisti de off.de lega .& Ange.Aretin.in l.i.§.si quis appellatione.in penu.colum.ff.de appella. & Barto.in l.studentibus.C.de off. præfect.urb.& regulariter inferior cum superiore habet iurisdictionem cumulatiuè, ut per prædicta patet. Aliquando concedit iurisdictionem priuatiuè, quod cognoscitur ex uerbis priuilegii secundum Felin.in d.c.cæterum in iii.colum.& firmat Ludoui.Roma.in supra allega.consil.& Ang.in l.testaméta.C.de testa. uerbi gratia si in priuilegio diceretur, quòd solus talis iudex cognoscat, nã per hoc uerbum solus, uidetur adempta iurisdictio aliis,secundum Angel.in l.i. C.ubi, & apud quem,& Gloss.pe.ibi. Item, quando in uerbis priuilegii esset apposita clausula decreti annullatiua,ut si dicatur,si secus actum fuerit, sit irritũ, & inane, tunc etiam uidetur priuatiuè iurisdictio concessa, & de consensu partium non posset tunc renunciari, secundum Gloss.in c.statutum,ad fi. principii in uer.commitantur, & in c.dispendia in uer.processus,de rescr.in vi.

7 Item aduertendum erit, † quòd effectus est maximus,si iurisdictio fuerit concessa cumulatiuè,uel priuatiuè,nam primo casu etiam respectu inferioris ad superiorem,habet locum præuentio, secundum Ang.in d.l.i.§.si quis in appellatione. in penu.colum.ff.de appella.& firmant Doctor.supra allega.in c.pastoralis, de offi. ordina. in princip. Secundo uerò casu quando priuatiuè est concessa, non habet locum protogatio,etiam de uoluntate partium,ut in auten.habita.C.ne fil. pro pat.& ibi per Bald.in.viii.colum. uersicul.super hoc distingue,& adempta est iurisdictio totaliter, etiam à superiore nisi in certis casibus, ut per Felyn.in d. c.pastoralis,& habetur per Capy.in decisio.ix.in fi.

8 Item aduertendum est,† quòd priuilegia per Principes concessa, ita intelligi debent,ut non inferant iniuriam, nec præiudicium tertio,secundum Gloss.in l.beneficium.ff.de consti.princip. & ibi Doctor. & est text.in l.impuberi.ff. de administra.tuto.& in c.super eo. de offic. de-
9 legat.† Et ideò dicit Bald.in d.l. beneficium,in. ii.colum.quòd Princeps concedendo priuilegium, & beneficium non uult cooperire unum altare, & aliud discooperire l.assiduis.C.qui potior.in pigno.habeant.facit etiam text.in c.quamuis,de rescript.in.vi.

10 Ideò † dicit magistraliter Innoc. in c. cũ dilecti de dona.quòd priuilegia principum, dum tangunt iura cócedentium, debent latissimè interpretari, sed quando respiciunt damnum, uel præiudicium tertii,debent strictè interpretari,& ubiq; habetur per Doctores.

Istis sic præmissis condescendo ad princi-
11 palem decisionem casus nostri. † Reperitur concessa iurisdictio prædecessoribus Moderni Illustrissimi Domini Principis Salerni per Regem Ferdinandum per multum temporis spatiũ ante priuilegium I. D. Ducis Nuceriæ, ut ex data priuilegiorum apparet, in contrahentibus, uel quasi deliquentibus, uel quasi in eius terris,ciuitatibus,castris, locis, & territoriis, non obstante,quòd sint familiares regii,armigeri,& alii quicunq; etiam priuilegiati,non obstantibus quibuscũq; priuilegiis, & literis familiaritatis,& aliis quibuscunq; cum clausula abdicatiua,& priuatiua ibi,ita quòd de huiusmodi præmissis causis,& primis & secũdis appellationibus, nullitatibus, reclamationibus,supplicationibus retardatis,& denegatis iustitiis omnium prædictorum,& aliorum quorumcunq;,nec debeat,nec possit se intromittere nec iurisdictione uti, nec iurisdictionem habere, nec alio quouis modo se intromittere alius, quàm præfati Princeps, & mater, & fratres,& cum clausula seu decreto annullatiuo,&c.

12 Demum† reperitur concessa iurisdictio Illustris D. Duci Nuceriæ in eius uasallos delinquentes extra territorium & districtum ciuitatis Nuceriæ, & aliorum locorum,& pro quibuscunq; delictis alibi patratis, & commissis cum clausula, quòd non possint, neq; debeant coram aliis iudicibus trahi,citari,molestari,aut aliter uexari,sed solum coram dicto Illustri D. D. Nuceriæ,cum clausula abdicatiua, seu decreto annullatiuo,prout in priuilegio prædicto latius continetur. dubitatur modo, an uasallus dicti Illustriss. D. Ducis Nuceriæ delinquens in territorio Illustris.D.Principis Salerni, & per officiales eius captus,& carceratus debeat remitti ad dictum Illustriss. D. Ducem,& intrepidè dico, quòd non,considerando primo,quòd iurisdictio concessa dicto Illustrissi.D.Principi, priuatiuè est concessa, ut per prædicta satis ostensum ē,quo fit, ut a Rege totaliter iurisdictio sit abdicata,nec in ea posset se ulterius intromittere, nisi in certis casibus, ut habetur per Felyn.ubi supra. & tenet Panor.in c.cæterum in.ii.colum. de iud. & Bald.in l.i.xliii.quæstio.ff.de rer.diui. & Martin. Laudens.in tractat.de priuilegi. in.i.rubric. conclusio. cxlv. & tenet Afflict. in prælud.feudo.colum.vii.circa medi.& Ioan.Fabri.Institut.de aucto.tuto. in princip.iiii.col.& Bald.in l.fina. C.si à non competen.iudi.colum. fi. Et Grammatic.decisio xxx.numero.10. & Alber. Brun.in consilio.xlvii.uisis dubiis.i. col. & abdicata ab eo iurisdictione in præmissis casibus,quatenus posteà secundo loco sit concessa iurisdictio dicto Illustrissi. Duci,quantumcunq; priuatiuè sit côcessa,non officit,neq; officere debet dicto Illustrissi.D.Principi,neq; præiudicat priuilegio prædicti Illustriss.D.Principis, cum esset derogare iuri tertio competenti,quod non est fiendum,ut supra dixi,& est text.in indiuiduo in l.fi.§.& ideò uer. exceptio.C.qui potior.in pigno. habea.

13 Nec† Rex potuit plus iuris in aliū trāsferre,quàm ipse habeat,ut l. nemo plus. ff.de regur.iur,& in capit.nemo potest, extra eodem titu.libr.vi.& ibi per Dyn. Ioann. Andr. & Ioann. Mona.& ubique habetur;& si ponatur, quod uasallus regius deliquerit ī territorio dicti Illustrissimi principis,certè si peteretur,remissio non esset fienda, minimè ergo concedetur Illustrissi.Duci,ut ꝑ prædicta patet, & quatenus per priuilegium dicti Illust. Ducis sit abdicata iurisdictio,ītelligi debet,ubi alteri competeret iurisdictio de iure communi,uel priuilegio nō abdicatiuo,& æqualis temporis, non si per priuilegium amplissimum, & per multū temporis spacium anteà cōcessum,

14 † Ad quæ facit doctrina Barto.in l.uiros.i.nota.C. de diuer.offi.lib.xii.dicens,quòd si statutum disponit scholares posse conueniri coram episcopo tantum, & tamen de cōsuetudine sit,quòd rector etiā posset cognoscere,per illud statutum non est derogatum iurisdictioni, quam tribuit consuetudo,secus si ius commune tribuit, ꝑ not. in cap.i.de constitu.in vi.facit l.militis.§.militia.ff.de militar. testamen. quā doctori.inducit Fely.in d.c. pastoralis in iij. limitatio.ad declarationem & intelligentiam clausulæ abdicatiuę,tu solus cognoscas,&c. & per dictum priuilegiū inducitur,ut licet quis ratione delicti posset,& deberet conueniri coram ordinario loci delicti, quocūque priuilegio nō obstante,ut d. auctē. qua in prouincia tamen stante dicto priuilegio,quod etiam in specie derogat,& dicit, quòd etiā ratione delicti,uel contractus nō posset alibi conueniri,non potest, nec debet conueniri,in loco delicti,ut ē tex.in l.ii. C. ubi quis decurio,uel cō.& tenet Ias.in l. beneficium.ff.de constitu.princip.nume. 50.in ij.limitatione & tāto magis prædi

15 cta procedunt,† cum dictum priuilegiū Illustrissimi D.Prin. sit conforme cū iure communi,& sic fauorabilius est,& latissimè interpretandum, & quòd sit conforme cum iure communi,satis per prædicta, & præmissa patet; & quod sit fauorabilius,tenet Dom. Anton. de Butr. in capitu.olim tibi,extra de uerbo.signific. per illum text. in fin.& firmat Ias.in d.l. beneficium.numero.39. immò in hoc cōcurrit duplex priuilegium,secundum ius commune

commune, & secundum ius singulare pri
16 uilegij. † & fortiora sunt duo uincula, quàm unum. §. affinitatis Instit. de nupti. & auten. itaque. C. commu. de succes.
17 † Et quando sunt plures priuilegiati sub eadem consideratione, consideratur maior ratio priuilegiati secundum Bald. in auten. habita. C. ne fili. pro patre.
18 † Et ubi quis habet duo priuilegia, præfertur habenti unum, secundum Afflict. in constitutio. statuimus. ij. in vij. not. in ij. quæst. in fine.
19 Præterea † non debet remitti alia ratione, quia tempore, quo dictus uasallus deliquit, habitabat in territorio D. I. D. P. & per duos annos antè habitauerat ibi, exercens artem, & commorans ibi, ut ciuis, & ibi duxit uxorem, quo fit, ut licet de iure incolatum & domicilium nõ fortiatur quis per habitationem solam, ut efficiatur de foro, in quo habitabat, nisi appareat habitationem ex uero animo, uel præsumpto ibi habitare, ut ibidem incolatum contraheret, quod probaretur de uero, si ibi per decennium habitauerit, ut dicit Glo. in l. j. C. de incol. lib. x. & in l. lex Cornelia. §. domum & ibi Bartol. ff. de iniur. de præsumpto, si probatur, quòd cum majori parte fortunarum suarum ibi habitarit, ut. ff. de iudi. l. hæres absens, in Gloss. magna. & l. ciues. C. de incol. lib. x. & late exorditur Ang. in consil. xxvij. incip. quidam Victor de Castro Sicardo. tamen stante priuilegio. I. D. P. concedente iurisdictionem, nedum incolatum, & domicilium habentes, & habitantes, sed in quouis modo commorãtes, ut cantant uerba latissima priuilegij D. I. D. P. iurisdictio comprehendat istam & talem commorationem, ut uerba priuilegij aliquid operentur, nam licet priuilegium debeat restringi, illud esset uerum, quando uerba priuilegij patiuntur illã restrictionem, secus si essent ita pura, & lata quòd restringi non possent, secundum D. Ant. de But. in c. olim. de uerb. signifi. & Ias. in d. l. beneficium. Sed cui dubium dicta uerba priuilegij ita ampla non solum se referre ad incolatum & domicilium facientes, secundum dispositionem iuris communis, sed etiam ad alios commorantes quomodolibet, & qualitercunque, cum aliàs dicta uerba nobis seruirent de uento, tanto uerò magis, quòd probatum sit, quòd ibi commorabatur ut ciuis.
20 Præterea † alia ratione præfertur I. D P. in cognoscendo contra dictum Liombrunum, quia præuenit in captura dicti Liombruni, & ipsum habet in fortijs, & stante præuentione reali, præfertur alteri iudici æque ordinario, & habẽti æqualem iurisdictionem, per ea quæ habentur per Bartol, & Alexan. in l. sepulchri. ff. de sepul. uiola. & Bal. in aucten. sed nouo iure. C. de ser. fugiti. & per Ange. de Areti. in lib. malefi. in uersicu. iudex commisit, quòd Caius, & plenissimè congerit Maria. Sozin. in c. proposuisti. extra de foro competenti.
21 Item præfertur † ratio dictæ querelæ expositæ per uiduam uxorem occisi, quæ elegit tribunal D. I. D. P. & iurauit perhorrescere potentiam aduersariorum in ciuitate Nuceriæ, hæc enim uiduis, & miserabilibus personis permissa sunt l. unica. C. quando Imperator. inter pupil. uidu. & misera. perso. & habetur in consti. regni. statutum la. ii. & ibi per Afflict. nec dici potest elegisse tribunal iudicis omninò incompetentis, sed omni respectu competentis, ut per prædicta satis latè ostensum est. Sed posito sine ueri præiudicio, quòd ambo tam D. I. D. P. quam I. D. D. essent æquali priuilegio sub eadẽ consideratione priuilegiati, tunc dico, quòd recurrendum est ad ius commune, conquassatis priuilegijs, per ea quæ not. Doctor. in auten. quas actiones. C. de sacrosact. eccles. & habetur per Bartol. in l. sed & milites. §. i. ff. de excusa. tutor. & est tex. de hoc in l. fin. §. exceptis. C. qui potior. in pig. habeant. & habetur per Afflic. in consti. statuimus la. ii. in vii. no. in ii. q. & habendo recursum ad ius commune per supradicta, patet de solutione præsentis quæstionis. Laus Deo.

Et ita dico iuris esse ego Petrus Follerius, Saluo semper meliori consilio, cui me subijcio.

CON-

CONS. D. IOSEPHI FONTANELLI REGIENSIS V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Crimen, quòd caret effectu, caret etiã nomine.*
2 *Affectus cum opere subsecuto punitur, licet non sequatur effectus.*
3 *Voluntas & propositũ distinguunt maleficia.*
4 *In criminibus uiolentiæ principale propositum inspicitur.*
5 *Delicta appositionis scalarum, & fracturæ hostiũ, uidentur à lege æquiparari.*
6 *Delictum non potest dici consumatum secundum principale propositum.*
7 *Intellectus l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & clericis.*
8 *Iudex in pœnis irrogandis, consuetudines sicut leges seruare debet.*
9 *L. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. & l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de sicari. & aliis legibus disponentibus, quod crimen attentatum puniatur pro consumato, per contrariam consuetudinem est derogatum, etiã in crimine aßaßinatus non perfecto.*
10 *Legibus disponentibus conatum puniri pro delicto consumato, duobus modis est derogatum scilicet per generalem consuetudinem Italiæ, & per statuta.*
11 *Doctoris dictum, super legibus sublatis fundari non potest.*
12 *Doctori creditur, quatenus per legem dictum eius probatur.*
13 *Iudex consuetudines obseruare debet, aliàs ipse in syndicatu tenetur.*
14 *Doctori magnæ auctoritatis asserenti, ac attestanti de consuetudine fides est adhibenda.*
15 *Perseuerantia & consumatio delicti requiritur, tam in adulterio, quàm pro atrocißimo delicto damnati coitus etiam cum bestiis.*
16 *Delicta, quæ dicuntur debere puniri de iure communi, debent intelligi de iure scripto & non scripto.*
17 *Transgressor legis non dicitur, cum lex non est recepta, uel ei sit derogatum.*
18 *Affectus, quando tanquàm delictum consumatum puniendus est, ad actum proximum ipsi delicto deuentum esse debet, quod etiam locum habet in atrocissimis.*
Intellectus ad l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicariis.
19 *Actus delicto proximus quis dicatur, & quis propinquus, nu. 20.*
21 *Actus proximus dicitur in adulterio, quando inuenitur nudus & solus, cum nuda & sola uel in rebus uenereis, ut habere pudenda in pudendis, & nu. 23.*
22 *Iudicandum quomodò sit ex præsumptione legis in materia adulterii.*
24 *Actus proximus adulterio non dicitur, quotiescunque nõ committitur aliquid uiolentiæ ablatiuæ in persona mulieris, & si deuentum sit ad oscula, nõ põt puniri pœna mortis.*
25 *Cognoscens mulierem ætatis impotentem, pœna mortis non punitur.*
26 *Attentatio facta per appositionem scalarum, & ingreßum fenestræ, est actus separatus ab adulterio.*
27 *Exitus est nostri animi indicatiuus.*
28 *Iudex non compellitur, sed potest, si uult mitigare pœnam per potestatem legis sibi concessam, ubicunque per legem punitur affectus, ac si actus esset consumatus.*
29 *Iudex opinionem mitiorem, ueluti meliorem eligere potest.*
30 *Adulterium non potest probari directo, cum opus hoc non plenè uisui pateat.*
31 *Adulterium ut probetur, sufficit, ut testes testificentur super iis, quæ uiolentam præsumptionem inducunt.*
32 *Præsumptio adulterii oritur ex conuersatione & solitudine simul uagandi, ex loco, nuditate, ætate, ex eodem lecto, tempore nocturno; ex auditu testium distantium tenui pariete, quãdo inuicem commiscebantur, etiam ex probatione osculorum et amplexus, Quæ omnia simul iuncta probant adulterium.*
33 *Adulterium an præsumatur quando quis inuenitur in domo alicuius pulchræ mulieris.*
34 *Mulier quod non sit bonæ conditionis ac famæ, & sit meretrix probatur, probatis circunstantiis ut plurimum uerisimilibus.*
35 *Mulier præsumitur meretrix ex præsumptione uiolenta.*
36 *Intrans armatus mulieris domum causa uiolandæ pudicitiæ, probando illam esse malæ conditionis & famæ, suique corporis quæstum facere, an puniatur.*
37 *Statutũ loquens de rapiente muliere, nõ habet locum in rapiente eam, quæ aliàs tacta fuit.*

38 Ho-

38 *Honestas requiritur in muliere.*
39 *Raptus non committitur in muliere inhoneste uiuente.*
40 *Pœna pecuniaria infligenda solum secundũ facultates delinquentis moderari debet, non autem sunt attendendæ facultates matris, aut fratris.*

CONSILIVM XCVII.

THEMA. Donatus libidine impudica cuiusdam mulieris accensus, noctu quandam scalam ad murum domus, ubi amica morabatur admouit, clamq; per fenestram ingressus est, mulierem etiam amplexari uoluit, & ea potiri blandiciis atq; quibusdã uerbis conatus est, cumq; ipsa uoto uiri satisfacere nollet, is abiit, In carcerem coniectus est, rem ipsam ex ordine narrauit, probatumq; est aliàs mulierem in eodem thalamo cum alio uiro, ætate satis ualido repertam, cum puero ætatis annorum decem, & sic licet sit nupta, tamen cum alio uisa est solum cum eo puero, qui ætatis est eiusmodi, ut cum muliere se miscere non posset. Quæritur igitur, qua pœna iste Donatus sit afficiendus.

IESVS. Pro infligenda pœna Donato incarcerato, in primis cõsideraui, quòd iste fuit ingressus domum D. Aldrigeti tempore nocturno, & uiolenter, sed non fuit propriè uiolentia, quia uis non fuit facta in personam, sed circa rem, ascendẽdo fenestras ingrediẽdo domum, nam mulier non fuit capta per uim, aut uiolenter cognita, quo casu diceretur uiolẽtia ablatiua, quia pudicitia fuisset ablata, neq; mulier metu consensit, quia tunc diceretur
1 uis impulsiua,† unde cum careat effectu, caret etiã nomine l. à nullo. C. de ferijs. fuit igitur actus uiolenter gestus, atq; attentatio uiolẽta, ut notabiliter dicit Pau. de Castro in consil. cclxxix. in antiquis, ubi etiam respondet ad tacitam obiectio
2 nem,† si enim diceretur, quòd affectus cũ opere tali subsequuto deberet puniri, licet nõ esset secutus effectus l. si is, qui cũ telo. de sica. & l. si quis non dicam rapere.
3 C. de episco. & cleri. respondet Pau.† uoluntas & propositum distinguunt maleficia l. qui iniuriæ causa. de fur. & principale propositũ inspicitur l. si quis nec causam. si cert. pet.
4 †Sed principalis intentio istius Donati fuit non inferre uiolentiã, sed committere adulterium, & sic noluit committere crimen uiolentiæ, propterea debet condemnari de uiolenta attentatione adulterij, & sic pro adulterio non perfecto, sed inchoato. ut in ca. i. in fi. de ord. cog. & non pro uiolentia personali, cum hæc non fuerit facta, neque reali, cũ iste non habuerit animum eam inferendi, & licet Pau. de Cast. in d. consilio loquatur præcisè de hoc casu, scilicet quãdo quis apposuit scalas adulterandi causa, tamen loquitur in casu fracturæ hostii factæ ab eo, qui uolebat itidem adulterare. Vnde uidetur idem esse concludendũ
5 in casu nostro, quod in casu suo,† cum delicta appositionis scalarum & fracturę hostij uideantur à lege æquiparari. §. ope. Instit. de obligat. quæ ex delic. & nemo unquàm dixerit, quòd sit maius delictũ apponere scalam ad fenestram, quàm frãgere hostium domus priuatæ, quod patet ad sensum. Neque obstat, si diceretur quod delictum propter appositionem scalarum & ingressus clandestini, potest dici consumatum ac perfectum, & sic debet puniri Donatus propter hoc delictũ pœna capitis. quod uidetur uelle Bal. in l. fi. de rer. diuisio. & Aretin. in. §. sanctæ. eod.
6 tit.† quia dico, quòd secundum principale propositum, delictum non potest dici consumatum, ut decidit Paul. de Cast. in d. consilio, & Bald. atque Alij nõ dicunt neque dicerent, quòd propter appositionem scalarum ad fenestram domus priuatæ, aut propter ingressum clandestinum
7 quis debeat puniri pœna mortis. Et ꝙ Bal. atque Alij non loquantur de tali delicto, demõstratur ex l. quam allegat, scilicet l. si quis nõ dicam rapere. C. de epi. & cler. quæ non loquitur de tali casu, sed de pudicitia attentata, secũdum cuius legis dispositionem iste Donatus non potest etiã puniri pœna mortis propter pudicitiam attentatam per dictum Dona-
8 tum,† quia consideraui, quòd iudicans in

pœnis

pœnis irrogandis ita debet seruare consuetudines sicut leges.l. de quibus,la .ff. de legi.§.ex non scripto, Instit. de iure natu.gent.& ciuili.Bald.in d.l.si quis nõ dicam rapere nume.3.Corne.consil.ccij.
9 lib.i.num.1.in fin.† Sed hodie d.l.si quis non dicam, & l.si is qui cum telo, atque omnibus alijs legibus de mundo disponẽtibus,quòd crimen attentatum puniatur pro consumato, est derogatum per contrariam consuetudinem,ut est Glos.not. in §.iniuria in uersi.legitime in tit.de patenen.colum.x.& fuit opi.specul.in titu. de accusa.in §.i.uersi.quid si primo,Pau. Angel.Alexan.& Ias. in l.i.§. hæc uerba quod quisq; iur.Alexan.consil. xv. lib.i. ubi Moder.in addi.Ale.consil. cxl.lib.ii. Aret.cons.lxxx.uers. nec obstat,& in crimine assasinatus non perfectò hoc decidit Corne.cons.ccii.uolu.i.Grammati.in consi.xxxvi.& uoto viij.Cæpoll.in consi. ult.in criminali.Neuiza.in sylua nuptia. col.iij.in v.limit.Fely.in tracta. de cona. col.xij.Nicolaus Boeri.decisi.cccxvj.nu. 3.secundum quam sententiam consuluit Cuman.consil.xcv.ubi in casu suo quidã prostrauerat puellam duodecim annorũ in terram,illa autem acclamante,uir impius extraxit gladium,minasque intulit, atque ita tentauit per uim compulsiuam cognoscere mulierem, tamen quia non potuit,quia fuit impeditus facto mulieris,quæ noluit,decidit Cuma.ꝙ talis nõ possit puniri pœna mortis, & fuit prius originalis opinio Gandi.magni. practici in tract.de malefi.sub rub.de multis quæstio. dependent, à stat.nume.20.quem refert Albe.de Ro.in iij. par. statu. q.xxxi. item pone quæstionẽ,& sequitur Marsil. in sign.lxv.& in l.i.C.de rap.uirg.nu.12. Prædictam etiam decisionem Cuma.sequitur Afflict.decisio. Neapol. cclxxvi. nu.7.secundum quam fuit iudicatum in sacro consil. Neapol.& sequitur Boeri. in d. decisio.cccxvi.Et licet Fel. in supra alle.tract.nu.12.dicat, quòd dictũ Spec. & aliorum supra adductorum debeat intelligi cum hac modificatione,ꝙ scilicet sit derogatum dictis legibus per statuta aliter disponentia, unde cum non sit statutum in hac ciuitate,ꝙ attentatio uiolenta puniatur, igitur nõ est derogatum d.l.si quis non dicam,& sic est infligenda pœna capitis per d.l.cui nõ inuenitur derogatum per aliquod statutum huius ciuitatis. Sed respondeo quòd omnes allegati Docto.aliter intelligunt hanc materiam,& in specie Ias. post Pau.& Ang.
10 & Alexan.in d.l.i.§.hæc uerba,† quia uolunt,quòd dictis legibus disponentibus conatum puniri pro delicto consumato est derogatum duobus modis, scilicet ꝑ generalem consuetudinem,item per statuta,ita expressè declarat D.Alex. in d. consil.cxl.libr.ii.& ita loquitur expressè Gloss.in d.§.iniuria,atque ita clarissimè uolunt esse derogatum dictis legibus & per statuta & per consuetudinem,non totius Italiæ, sed ꝑ gñalem consuetudinẽ. Neque obstat dictum Bald.in d.l.fi.de rer. diuisio.quem sequitur Aret. in præalleg. loco.refert Bertachinus in suo repert. in uersi.scalas apponens.Cæpol.in tract.de seruitut.sub rub.de scalis in fin. Grãma. decisio.xxx vi.nu.13. dicunt enim, quòd de iure communi apponens scalas ad domum alterius causa uiolandæ pudicitiæ mulieris honestæ,debet puniri pœna capitis, per d.l.si quis non dicam. Quia respondeo,quòd iste Donatus, cum sit puniendus pœna iuris communis, non potest puniri pœna mortis, per d.l. si quis non dicam rapere, cui est derogatum, ut dixi. Neque etiam ex aliquibus decisionibus prædictorum Doctorum, cum dictæ decisiones sint, & debent intelligi per contrariam consuetudinẽ etiam ab-
11 rogatæ,† quia dictum Doctoris non potest fundari super legibus, quæ sint sublatæ,l.i.in princ.cum Gloss.in uersi. imaginem.C.de latin.liber.tollen.Si enim uolunt omnes doctores communiter, quòd non possit quis puniri ex dispositione dictæ legis per cõtrariam consuetudinem abrogatæ,minus potest quis puniri ex decisionibus doctorum fundantibus se su-
12 ꝑ dictis legibus, † quia doctori creditur quatenus per legem dictum eius proba-
13 tur,ut habetur in ca.j.de consti. † Iudex autem tenetur obseruare consuetudines, alias

aliàs ipse tenetur in syndicatu, ut conclu dit Par. de Put. in tract. syndicat. in uers.
14 consuetudo.† Et statur dicto unius Doctoris magnæ auctoritatis, asserentis ac attestãtis de consuetudine, ut uoluit Gl. in auct. hoc locũ. C. si muli. secun. nups. & Bart. in repet. l. de quibus, nume. 21. de leg. & ista est magis communis opinio, ut per Deci. in l. ii. §. mutui, nu. 8. si cert. pet. sequitur Par. de Pute. in præalleg. loco. Sed Gloss. atque alii insignes doctores attestantur de hac consuetudine, Igitur est eis credendum, atque secundum eam iudicandum.
15 Neq; † obstat si diceretur, quòd talis consuetudo est contra legem diuinam, quia nullibi inuenitur scriptum, quòd ꝑ attẽtatione adulterij lex diuina uelit quẽ puniri pęna capitis; Immò Boer. in decisio. præallegata dicit ꝑ atrocissimo delicto damnari coitus cum bestijs, lege diuina esse cautum, ꝙ requiritur perseuerãtia & consumatio delicti.
Neq; obstat lege municipali esse sancitũ pœnas irrogandas esse secũdum ius commune, quando statuta pœnas certas non
16 constituerunt, † quia dico, quòd lex ista municipalis debet intelligi, puniẽda esse delicta secundum ius commune, scilicet scriptum & nõ scriptum, quia ius Romanorum ex ijs partibus constat. §. constat. Inst. de iu. natu. gent. & ciui. & sic uoluit, quod puniãtur delicta de iure communi, scilicet scripto ac non scripto, ex quibus
17 partib. constat, ut dixi, ius cõmune. † unde cum lex nõ sit recepta, sed ei sit derogatum per cõtrariã consuetudinem, qui non seruat hanc legem, non dicitur eius transgressor, iuxta Glo. in c. i. de treg. & pa. Alex. cõs. cxxxij. lib. j. & in cõ. xxxix. lib. iij. Aret. cõs. xi. Dec. cons. cclxii. col. fin. & maximè quia agitur de consuetudine, per quam ius scriptum non fuit receptum, & talis consuetudo non requirit cursum lõgissimi temporis. ut per Deci. cons. xi. uersi. iii.
18 Cõsideraui etiam †, quòd ad hoc, ut quis puniatur de affectu, prout de delicto cõsumato, opus est, quòd deueniat ad actũ proximum ipsi delicto, & hoc etiam habet locum in atrocissimis, ut per Boer. in decisi. cccxvi. nu. 4. & per Corne. in d. cõsi. ccii. & ita intelligitur tex. in d. l. si is qui cum telo, quam ita ibi summat Bald. ut eleganter declarat Salyce. post Cy. &
19 alios, & sequitur Fely. in d. tracta. † sed actus dicitur esse proximus, quãdo quis deuenit ad aliquã offensam in genere illius delicti, ut puta in homicidio, quãdo deuenit ad actũ percussionis, aut aggres
20 sus, ita declarat Corn. in d. cons. ccii. † & actus dicitur propinquus, quando nõ potest dari actus intermedius, aut magis ꝓximus ipsi delicto, argu. l. proximus. ff. de uerb. signi. & declarat Cæpol. in cons. ii. in crimi. nu. 6. & Boer. in d. decisio. nu. 1.
21 † Nam in adulterio actus proximus dicitur, quando quis inueniretur nudus, & so
22 lus cũ nuda, ac sola, † atq; ita in materia adulterij, ex præsumptione legis iudicatur. c. literis & c. tertio loco de præsumptio. uel quando quis inueniretur cũ rebus uenereis l. quod ait in prin. de adult.
23 † quod est, quãdo inueniretur habere pudenda in pudendis, ut habetur apud Lucianum in dialogo, cui est titulus Eunuchus, & uoluit Marc. Ant. Blãc. in tract. de indici. nu. 69. ex mente But. ibi relati.
24 † Cum itaque Donatus iste fuerit clam & uiolenter per appositionem scalarum tãtummodò ingressus domum, neq; quicquam uiolẽtię ablatiuæ in personam mulieris commiserit, neq; compulerit eam ui aut metu libidini suæ consentire, non potest dici deuenisse ad actũ propinquũ adulterio; quinimmò, etiam si deuenisset ad oscula, tamen non posset puniri pęna mortis, ut fuit decisum in sacro concilio Neapo. in decisio. cclxxvi. allegata. Neq; etiam si tẽtasset ui, aut minis, gladioq; irruens in eã cõsentire. ut decidit Cuma. in d. cons. xcv. quẽ approbat decisio. Nea
25 pol. supra allega. † Quinimmò, si mulier fuisset eius ætatis, ut non posset esse uiri potens, talem mulierem cognoscẽs, non punitur pœna mortis, ut aliàs fuit decisum in parlamento Gracinopolitano refert Guid. Papæ decisio. ccccclv. secundũ quam decisio. etiam fuit iudicatum in sacro cõcilio Neapol. ut per Thom. Gram-

26 ma.decisio.xxii.† Itaq; in casu nostro cõsideranda est attentatio facta per appositionem scalarum, & ingressum fenestræ, qui actus separatus est ab adulterio, cum nullo mõ esset principaliter ordinatus secundum intentionem delinquentis ad adulterium; cum iste principaliter intendebat tantũmodo adulterare non uti uio
27 lentia.quod demonstratur† ab exitu, qui est nostri animi indicatiuus.§.pauonum institu.de rerum diuisio.l.si neutri.§.fi.de priui.cred.Dec.consi. ccxlv.col.iij.sed is nulla ui ablatiua aut compulsiua usus est circa personam mulieris, igitur hoc agebat, atq; intendebat solùm, ut muliere potiretur.d.§.pauonum cum similibus.
28 Cõsideraui etiam,† quòd ubi per legem punitur affectus, ac si actus esset consumatus, iudex à potestate sibi per legem concessa potest, si uult, mitigare pœnam, sed non necessitatur.ita dixit Sal.in d.l. si is qui cum telo.& fuit opinio Bald. allegat tex.in l.facta.§.euẽtus.ff.de pœnis.sequitur Fel.in d.tract.nu.15.Afflic. in d.deci
26 sio.cclxxvj.in fi.† atq; iudex potest eligere opinionem mitiorem uti ueriorẽ, Ange.in tracta.malefi.in uer. & semper.nu.25.in fine.

Considerari etiam insuper potuit in præsenti casu, quòd mulier ista non sit bonæ conditionis & famæ; nam adsunt testes examinati, qui dicũt uidisse iuuenẽ xxv. annorum, tempore nocturno, in eadẽ camera, ubi iacebat mulier; & licet dicãt ꝙ erat in eadem camera unus puer theutonicus, tamen non tollitur præsumptio le
30 gis,† Nam adulterium non potest probari directò aliqua ratione, cum istud opus nõ plenè pateat uisui, ut dicit Glo. in.c.literis.de præsumptio.in uer.& credebat.& Bar.ĩ l.ii.§.i.& in l. quod ait de
31 adul.† Ad probandum igitur adulteriũ sufficit testes fere testimonium super iis quæ inducunt uiolentãp ræsumptionem, quę sufficit in hoc casu, d.c.literis. & d.c.tertio loco.eo.ti.& c.prætereà de test. & tex.cũ Glo.in c.dicit Dominus.xxxii.
32 q.i.† Ista etiam præsumptio secũdũ Hostien.in summa insurgit ex solitudine, si enim inueniatur uir ac mulier per nemora, & uias simul uagari, ex hac conuersatione oritur præsumptio, ut est tex.in d.c.tertio loco, & ex nuditate, ex loco, ac ætate, si inueniantur soli iacẽtes in eodẽ lecto tẽpore nocturno d.c. literis. Spec. in tit.de præsump. §.i. Atq; etiã si testes dicant se distare tenui pariete, & audiuisse eos inuicẽ cõmisceri, ut est Gl. in d.c. prætereà. Item etiam si probantur oscula & amplexus, ut p Bart.in l.i.de extraord.crimini.† Quinimmò uoluit Bar.in
33 l.fur est.in prin.de furt. ꝙ si quis inueniatur in domo alicuius, ubi est mulier pulchra, præsumitur adulterium, quẽ sequitur Ab.in d.c.pręterea, Sed quia hæc opinio Bar.reprobatur ab eodem Abb. in c. tertio loco supra alle.& per Fel. in c.prætereà.de testi.Arimineus.ĩ addi.ad Ang. in tract.malefi. in Glo. che tu hai adulterato.nu.41.tamen ex prædictis simul iũctis probatur adulteriũ secũdum omnes & per Ang.in d.loco.& per Bonif.uitali. in tract.malef.in rub.de præsumptio.nu. 6.uers.item si quis inuentus.& per Marc. Ant.Blaneum in tracta.de indici. nu.69.
34 Prætereà† quòd aliqua mulier nõ sit bonæ conditionis ac famæ, & quòd sit meretrix, probatur etiam non probato actu uel tactu, sed probatis circunstantijs, ut plurimum uerisimilibus, ut per Bal.in l. neq; natales.C.de proba.& in l.data opera.C.qui accusa.non poss.nu.90. Et facit quod idem Bal.not.in l.i.C. de collu.de
35 teg.† nã mulier præsumit meretrix ex præsumptione uiolenta, quando quis est uisus exire de nocte de domo illius. ut per Bal.in l.fin.C.de hære.instit.quod tamen intelligitur esse uerum, quãdo probatur aliquod ex signis uenereis, de quibus in l.quod ait, in prin.de adult.prout cum tex.declarant Bar.& alij Doct.communiter:& ita dicit Brun.in tract.de indiciis in iiij.q.i.part .nu.8.Et licet Gãd.in tracta.de malefi.sub rub.de uar. quæstio.
36 nu.3.in uers.quæro fuit Mutinæ,† dicat, quòd si quis armatus intrauerit domum mulieris causa uiolandæ pudicitiæ, & ꝓbat, quòd mulier sit malæ conditionis ac famæ, tamen debet puniri, nisi probet, ꝙ mulier faceret quæstum sui corporis, &

ita dicit cõsuluisse Dy. de Mugello, quẽ etiam refert Albe. de Rosa. in iij. par. statut. q. lij. incip. sed pone aliquis intrauit,
37 † Tamen aliter uoluit Pau. de Cast. cons. cccvij. in antiquis incip. uiso dicto statuto, ubi dicit, quòd statutum loquens de rapiente mulierem, non habebit locum in rapiente eam, quę aliàs fuit tacta, uel quã
38 alius sit deosculatus, † quia requirit honestas in muliere, sed cum mulier alicui
39 consenserit, non potest dici honesta. † unde dicit Marsil. in suo singul. lxxiiij. & in l. maritus. de quæstio. nu. 46. & nu. 47. ꝙ raptus mulieris non committitur in muliere inhonestè uiuente, & alle. Paul. de Cast. in d. con. & allegat Albe. in d. q. lij. pro dictisq; eorum est Glos. in d. l. i. C. de rap. uirg. & ibi Marsi. latè nu. 23. & in suo singu. lxv. allegat consil. Cuma. xcv. supra allegatum.

Nec obstat si diceretur, quod ille iuuenis non fuit inuẽtus solus cum sola, quia in thalamo aderat etiam quidam puer theutonicus, quoniam respõderi potest, quòd aut iste theutonicus erat eius ætatis, qđ de eo poterat iudicari esse aptũ ad adulterãdum, & committendum crimẽ adulterij, & tunc ex persona ipsius probaretur adulterium, aut non erat eius ætatis, sed puer, qui non erat aptus ad talia facinora perpetrandá, & tunc perinde est ac si iuuenis ille fuisset solus in camera, & sic est probatum adulterium, ut supra satis probaui.

40 Ex iis omnibus concludo † infligendam esse pœnam pecuniariam secundum modum facultatum dicti Donati, & pœnam relegationis, prout decidit Afflict. in d. decisio. cclxxvi. in qua pœna pecuniaria moderanda, solæ ipsius facultates, & non matris aut fratris sunt attendendæ, ut per Alexan. consil. cxix. in fin. libr. vi.

Laus Deo.

Iosephus Fontanellus. I. V. Doctor. Regiensis.

CONS. D. MARCI MANTVAE BONAVITI PATAVINI V. I. D. & Comitis Cæsarei.

In casu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Scalas apponens noctu ad domum mulieris causa uiolandæ castitatis, graue delictum cõmitti, graui pœna etiam coercendum.*

2 *Hodie per generalem Italiæ consuetudinem derogatum est decisioni l. si quis non dicam raper. C. de episco. et cleri.*

3 *Et maxime si mulieri uiolentia illata non est et nume. 3.*

4 *Dictum superius respon. i. declaratur.*

5 *In pœnis sanguinis iudex semper mitior esse debet.*

CONSILIVM XCVIII.

IN CRISTI nomine Amen. Profecto negari non potest, quòd delictum sui natura non sit graue, quodq; non pos
1 sit etiam in exemplũ trahi, † hac de re graui pœna etiam coercendum, & quidem mortis, maximè quando commissum est gratia uiolandæ castitatis, ut hic l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. Bald. in l. fina. in fin. ff. de rerum diui. Aretin. in §. sanctæ, institu. eod. & ita Iulius Fere. in tracta. uarie. iuris. ciui. & longobar. de pœna uiolan. mu. ciui. testatur habuisse de facto in ciuitate Ariani, tempore quo erat Regius auditor, sed tamẽ ut per Excellen. Domi. Consulentem copiosissimè dictum, ostensumq; fuit, quia multa alia concurrunt, & potissimum, ꝙ
2 l. † si quis non dicam rapere, per generalem Italiæ consuetudinem derogatũ est, effectum non puniri, nisi sequatur effectus, & delictum totaliter sit consummatum, & nouissime tradit Bald. (licet plena suppletione & periplomate nó egeãt, ut aiunt) cons. cccclxiij. Cechus. col. ij. uolumi. iij. post Cyn. in l. is qui cum telo C. ad l. Cor. de sicar. & in d. l. si quis non dicam rapere. Idem Bal. consil. ccclxi. idem rumor. uolumi. i. & in auctẽ. sed no-

uo iure colum.ii.C. de ser.fugiti. & dicit in l. si fugitiui, col.ij.pariter. C. eod. ꝙ hac de re probatione non indiget Grāmati.decisio.ij.Francischella,num.22.& decisio.lxxiiij.in causa.num.8.& 9.

3 Item,† & ad idem, quòd nulla uiolētia mulieri illata est,ut in facto præsupponitur,quodq; non sit deuentum ad actum proximum,& considerat idem Bald.in l. non ideò minus,colum.vij.C. de accusa. Cardi.in c.i.de eo qui mitt. in poss. cau. rei ser.pulchrè idem Bal.consil. ccxciiij. ad euidentiam colum.ij.in pincip. uolu. i.& consil.ccliij. filiafamilias,eod.lib. ꝗ adhuc in materia ait, & ad propositum maximè conducit, quòd nō dicitur actus proximus, si alius est magis ꝓximus cō sil.cclvj.statuto Placentiæ colum.i.in fi. eodem lib.& est argumen.in l.tria prædia.& in l.qui sella.in §.rusticis.ff.de ser.

4 rusticor.prædior.Et† quòd denique mulier prædicta non est bonæ conditionis, & famæ l.uerum.ff.de furt.Bald.in d.l.fi. & consi.ccclxxxj. præmittendum uolu. ii.mitior pœna Donato delinquenti infligenda est,pecuniaria scilicet,& relegationis,prout aliàs etiam iudicatum fuit in regno Neapo. quod refert Afflic.decisio.cclxxvj.serenissimus in fin.& quemadmodum conclusum est per præfatum Domi.Consulentem, & bene, quia, qui cœpit delinquere, non est sine crimine l. i.in fin.ff.de extraord.crimin.Idem Bal. in l. cum proponas.colum.ij.C.de naui.

5 fœno.†& præsertim quia in pœna sanguinis iudex semper mitior esse debet, ut inquit adhuc in d.l.si fugitiui,& in præallegat.consi.ccccxliij. quod habentes arbitrium quasi ius gentium, naturali quadā æquitate ita agere debent,ut rursum bene, & est argument.in l. respiciendum. ff.de pœn.& in l.Diuus.ff.de in integ.restitu.& in l.i.C. ne christian.manci.iuncta Glo.& in capit. omnis utriusque sexus.de pœniten.& remission.& in capit. in pœnis.& in capit. odia. de regu. iuris in sexto.

Et propterea iis & alijs deductis elegantissimè in prædicta consultatione per excellentissimum Iurisconsulum D. Iosephum Fontanellū Regiensem, & in præsentiarum Tridenti potestatem optim meritum, & mihi uti fratrem semper honoran. subscribere ueritus non sum, dicens amplius, uera esse omnia, sancta, æqua,& iuridica, & in fidem ea quoque solito sigillo (ut moris est, & ad maius robur quidem) libentissimè subsignaui.

Laus Deo.

M. Mantua Bonauitus Patauinus Iuriscōsultus,& Comes Cæsareus minimus.

CONS. D. FEDERICI RVGERII EQVITIS ET V. I. DOCTO.

In facto præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Affectus non punitur,nisi sequatur effectus in crimine adulterii.*

2 *Verba legis Iuliæ de adulteriis respiciunt factum & consumatum adulterium,et factum puniunt.*

3 *Affectus & animus non consideratur, ubi lex factum respicit.*

4 *In expreßis nō relinquitur locus coniecturis.*

5 *Causa qualibet etiam iniusta à pœna excusare debet.*

CONSILIVM. XCIX.

INHAERENS Doctissimis allegationibus istorum Excellentissimorū Doctorum, mihi uidetur suprascriptum inquisitum non posse pœna capitis puniri,

1 Considerando,quòd in crimine adulterij non punitur affectus, nisi sequatur effe-

2 ctus, †quoniā uerba legis Iuliæ de adulterijs respiciunt factum & consumatum adulterium,ad hoc ut quis de adulterio posit puniri.casus est in l.hæc uerba. ff. ad l.Iul.de adulter.in qua etiam no.Bar. quod uerba legis Iuliæ de adulteriis re-

3 spiciunt factum, & factum puniunt, † & clarum est, quòd ubicunque lex factum respicit, ꝙ in consideratione non est affectus & animus; Et propterea in simili, lex Aquilia quæ respicit factum homicidium,non considerat animum occiden-

di,

di, ut in l.ita uulneratus, ad l.Aquil. & clare habetur in l.si in rixa.ff. ad l.Corn. de sicar.& ideo in casu isto cum appareat non fuisse secutum adulterium, iccirco cessat pœna capitis, similiter iste inquisitus hac pœna capitis propter uiolentiam illatam causa deturpandæ pudicitiæ mulieris non potest puniri, quia non uideo aliquam uiolẽtiam isto casu fuisse illatã, cum solæ blãditiæ in processu appareãt, qua propter præsumptio uiolentię ingressus domus per appositionem scalarum ad fenestram cessat isto casu, quia cum expresse appareat mulierem uiolentatã nõ fuisse, aliæ coniecturæ uiolentiæ cessant,
4 † cum in expressis non relinquatur locus coniecturis.l.continuus.§.cum ita de uerb.obliga. Et præsertim hoc casu uiolentiæ præsumptio cessat, considerando quòd à communiter accidentibus tempore nocturno fenestræ claudantur, & mulier ista apertam fenestram reliquerit, iuuenis iste inquisitus uerisimiliter potuit considerasse data opera fenestram apertam à muliere ista fuisse relictam, ut ipse commoditatem haberet ingrediendi domum ipsam, & sic existimo, quod iuuenis iste domum istam hoc animo sit ingressus, non autem animo uiolentiæ in
5 ferendæ, † & pro hoc facit, quia quælibet causa etiam iniusta debet excusare à pœna, ut est Gloss. communiter approbata in l.plagij.C.ad l.fau.de plagiar. ergo casu isto, uir iste inquisitus à pœna uiolentiæ illatæ debet excusari, & sic quod ista præsumptio, quam supra deduxi, tanquã benignior sit amplectanda.

Ex istis igitur, & alijs quæ deducta fuere per Excellentissimum consultorem D. Iosephum Fontanellum conciuem nostrum, & nunc Tridenti potestatem dignissimum, & mihi uerè fratrem honorãdum, subscribere non dubitaui, & in fidẽ quoque, ut moris est, solitum meum sigillum apposui, manuque propria me subscripsi. Laus Deo Optimo Max.

Ego Federicus Rugerius Iurisconsultus in Gymnasio Patauino uespertinus interpres.

SVBSCRIPTIO.

EANDEM sententiam supra ab Excellẽtissimis Doctoribus comprobatam sequor ego Guidus Pancirolus I. V. D. & Patauij publicus pfessor, qui hic me subscripsi, & proprium signum apposui.

CONSIL. DO. FRANCISCI DE MARIANO DE CIVITATE Monopolis. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Pœna falsi tenetur, qui accipit scripturas sui aduersarii et collitigantis, & eas penes se retinet, dum tamẽ ex tali facto generetur præiudicium domino scripturarum, & tunc contra eundem detinentem potest agi ciuiliter, & criminaliter.*

2 *Confeßio aduersarii, quod ipse scripturas à nũcio receperit, releuat illas petentem ab onere probandi, quòd illæ deuenerint ad manus aduersarii.*

3 *Depositio nuncii, & illius, qui nuncio scripturas consignauit, non probat nec consignationem scripturarum, nec illarum qualitatem.*

4 *Confeßio partis, quæ scripturas de manu nuncii recepit, non solum probat illarum receptionem, in præiudicium illas recipientis, sed & delictum falsitatis per ipsum commißæ in illis intercipiendis, & per consequens in odium delinquentis, & stante difficultate probationis, statur iuramentis illius, qui nũcio scripturas dederat, & principalis, ac domini dictarum scripturarum, super earum qualitate, & nu.*

5 *Literæ domini transmißæ ad detinentem scripturas, pro illis consignandi nuncio, satis indicant dictarum scripturarum qualitatem, & numerum, si de iis in dictis literis est facta mentio.*

6 *Depositio nuncii quòd iuerit, & acceperit scripturas, de quibus in literis per eum transportatis, facit ad probandum qualitatem, et numerum dictarum scripturarum.*

7 *Probata qualitate scripturarũ interceptarũ, et quod ualerent ad condemnationẽ aduersarii, uel coadiuuarent alias probationes, et quod*

quod non sunt publicæ scripturæ, potest ciuiliter condemnari ad damnum, & interesse domini scripturarum, & quæ passus fuit ob non factam illarum præsentationem.

8 *Contra talem interceptorem potest criminaliter: & ex officio procedi, et ille condemnari in pœna falsi, uel quasi, idest pœna deportationis, et omnium bonorum publicationis.*

9 *Consultius facit, cui competit remedium ciuile, et criminale, ut in casu interceptionis scripturarum, quòd suum interesse prosequatur, omisso criminali iudicio, per quod ciuile impeditur.*

CONSILIVM C.

IN DEI nomine Amen. Et quia ex facto ius oritur l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. aquil. inseram facti seriem. D. Alex. de Gello habens litem cum quodam mercatore suo consanguineo, habens quasdam scripturas faciẽtes in eius fauorem ad dictam causam, extra ciuitatem Bari, pro illis habendis destinauit suum nuncium, qui in regressu per suasione aduersarij dicti D. Alexandri, eidem aduersario literas & scripturas assignauit, qui fatetur dictas scripturas, seu literas habuisse à dicto nuncio, & illas misisse eidem Domino Alexandro per suũ filium. Ex qua facti narratione mihi transmissa contingit dubitari, Si dictus aduersarius est in aliqua pœna, dum accepit dictas literas & scripturas. Secundò qualiter sunt probandæ scripturę quæ peruenerint ad eius manus. Tertiò si in causa principali potest condemnari, ad summam petitam propter dictas scripturas per ipsum receptas & non restitutas. Pro quorum expeditione

1 † capio primum, scilicet, si aduersarius accipiens literas & scripturas partis aduersæ, & illas retinendo, est in aliqua pœna, dicitur, quòd tenetur pœna falsi, text. est in l. j. §. ijs qui deposito, & in l. qui testamentum. ff. ad l. Cornel. de fals. ubi Bart. & cæteri scribentes; Et tunc potest agi ciuiliter, & criminaliter pœna falsi contra aliquem, si ex tali falsitate potest aliquod præiudicium alteri parti inferri & parari, iste est text. iuncta Gloss. in uerbo priuatus in l. damus. C. ad l. Corne. de fals. prout pulchrè dicit Bartol. in l. si quis legatum, in. iij. col. ubi allegat d. l. damus. ff. ad l. Cornel. de fals. & pulchrè ponit & declarat Barthol. Sozin. in consilio. ciij. in facto pręsupponitur, & in consil. ciiij. post redditum in. j. uolum. in d. consilio ciiij. dicit. dictam Gloss. in ultima sua solutione in d. l. damus communiter teneri & approbari, & tunc demum habet locum pœna falsi; quando ex tali falsitate generatur & fit præiudicium alteri parti, ut pulchrè declaratur & plenè, quando etiam non habet locum pœna falsi in dictis duobus consilijs, ad quæ me remitto. Cum ergo clarè patet, quòd ex detentione dictarum scripturarum, generatur præiudicium ipsi Do. Alexandro in causa prædicta, & clarius apparebit ex infra dicendis, tenetur igitur ciuiliter & criminaliter dictus suus aduersarius pœna falsi, per superius dicta. Et ita concluditur in isto primo casu.

Capio igitur secundum. Secundò qualiter sunt probandę scripturæ, quæ peruenerunt ad eius manus, & quæ scripturæ

2 fuerunt, † & quia in casu præsupposito apparet, qualiter pars aduersa accepit dictas literas & scripturas, & dicit illas misisse D. Alexandro prædicto, & non probauit, nec credo, quòd posset probare, qualiter misit, prout sibi dicenti incumbit, cum sit fundamentum intentionis suæ l. j. & ij. ff. de proba. non aliter est probandum dictas scripturas peruenisse ad eius manus, stante eius confessione, ut esset necesse probare, quando per eum non fuisset contestatum, & acceptatum, ut in simili dicit text. in l. si quando. C. unde ui. & c. fi. de ijs, quæ ui, metus uè cau. fi. ubi ponitur totus tenor d. l. si quando & satis fuit proficua eius confessio, quo ad hoc, ipsi D. Alexandro, cum fuisset difficilis probatio, probare nuncium eidem suo aduersario consignasse literas & scripturas, casu quo tempore dictæ consignationis (prout credo, quòd fuit) nullus alius inter-

interuenit, nisi ipse nuncius; quo casu nõ refert, quòd nuncius aliquid deponat, cum non sit necessarium, stante con fessione partis aduersæ, eius sola depositio
3 non militaret, neq; probaret, † tum quia deponeret ad eius exonerationem, tum quia esset dictum unius, per iura uulgaria; nec enim quo ad hoc crederetur illi, qui consignauit literas & scripturas nuncio per eum datas eidem D. Alexandro, tum quia non possunt deponere de iis quæ nõ habent cognitionem, tum etiam
4 quia deponerent de facto proprio. † solum igitur confessio partis aduersæ probat illud, cum per eam sibi præiudicauit, & fuit acquisitum ius parti l. cum precũ. C. de libera. cau. Fel. in c. si cautio. extra de fi. instru. in. v. colum. ubi plene ponit, quòd confessio facta in libello, uel in articulis, & in quacunq; parte iudicij, præiudicat cõfitenti, ergo cum sit probatum per talem eius confessionem se recepisse dictas scripturas partis aduersæ, & sic cõmisisse falsum, per superius dicta in primo casu, tunc in odium ipsius delinquentis, & propter difficultatem probationis, quæ fuerunt illæ scripturæ, quæ peruenerunt ad eius manus, statur, & debet stari proprijs iuramentis ipsius, qui tradidit scripturas nuncio sibi misso per dictum D. Alexandrum, qui debet iurare, qualiter tradidit & misit tales & tales scripturas, exprimendo earum continentias, materias, & causas petitas ab eo, à prædicto D. Alexandro, quæ reperiebantur penes eũ, uel penes alium, & deinde dictus D. Alexãder debet iurare, exprimere, narrare continentias literarum & scripturarum, cum in hoc statur eorum iuramentis d. l. si quando ubi Gloss. in uersicul. manifestet, & in d. c. fin. plenè notatur, de ijs, quæ ui metus uè cau.
5 † & bonum esset etiam ad ulteriorem cautelam habere literas, & illas præsentare, quas destinauit, quando misit pro dictis scripturis detentori illarum, quia in illis apparebit, quæ scripturæ petebantur, & quæ fuerant missæ, & sic concluditur in isto secundo casu, quòd cum per confessionem partis aduersæ probatur intercepisse dictas scripturas eidem Domi. Alexandro transmissas, & quæ sibi transmittebantur, per quod est in delicto, & in crimine falsi, quæ quidem, quotq; fuerunt dictæ scripturę, statur proprijs iuramentis illius, qui transmisit, & ipsius Domi. Alexandri, propter difficultatem probationis, & odium ipsius partis aduer
6 sæ, incidentis in crimine falsi. † bonum esset etiam facere deponere in iudicio nuncium, qui portabat dictas literas, & scripturas, ut deponat qualiter missus à dicto Domino Alexãdro iuit, & accepit literas & scripturas, & illas consignauit parti contrariæ, falsis eius suasionibus, & non eidem Domino Alexandro, qui misit eum, quo expedito, capitur ultimus casus.

Tertio, si in causa principali potest condẽnari ad summam petitam aduersarius ipsius Dom. Alexandri, propter dictas scri
7 pturas receptas, & nõ restitutas, † & breuiter dico, si per depositiones ipsorum Dom. Alexandri, & illius, qui misit scripturas, apparebit tales scripturas fuisse & esse sufficientes ad condemnandum dictum suum principalem, uel coadiuuandum alias probationes, & quòd faciebant ad dictam causam, & sunt scripturæ, quæ aliter non possent haberi, quia si essent publicę, aliàs possent extrahi, q; dictus suus aduersarius posset cõdẽnari ſm tenorẽ & cõtinentiam dictarum scripturarũ, & ꝓbationes, quæ ex eis resultabãt cõtra eũ in dicta causa principali, quãdo fuissent præsentatæ, d. l. damus, cum ibi not. C. ad l. Corne. de fals. cum ciuiliter ibi dicitur posse agi cõtra eũ, idest quantum interesset ipsius D. Alexãdri dictas scripturas non fuisse interceptas, & faciunt not. per Bar. & alios in d l. si quan-
8 do, & in d. c. fin. † Et quòd dictus aduersarius potest condemnari ciuiliter ad damna & interesse ipsius D. Alexandri, quẽ damnificauit detinẽdo dictas scripturas, tex. est in l. qui nomine. iuncta Glo. ff. ad l. Cornel. de fals. ubi Bart. & Alber. de Rosa. l. necquicquàm. ff. pro socio. Glo. in l.

in l.titio.ff.ad municipa. doctrina Ang. in l.querela, in finali.uerbis.C.ad l.Cornel.de falſ. Et ſic concludo in iſto ultimo caſu, quòd in cauſa principali dictus aduerſarius poteſt condemnari eo modo & forma, ut in eo eſt dictum.

Quibus ſic breuiter expeditis, reſtat ſolũ dicere duo uerba, requiſitus ab eodem D.Alexandro, ſi contra dictum ſuum aduerſarium poteſt procedi ex officio, pro cuius reſponſione eſſet uidendum, quæ pœna eſſet falſi, uel quaſi falſi, & in l.i.§. fina.ff.ad l.Cornel. de falſ.dicitur, quòd pœna falſi, uel quaſi falſi eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, & ſic per cap. regni finale, in tali caſu poſſet procedi ex officio, in quo exprimuntur omnes caſus, in quibus ex officio poteſt procedi, in quibus comprehenditur præ-
9 ſens caſus, † & licet ex officio procedi poſsit, ſum uoti, quòd expedit eidem Domino Alexandro, ut cauſam ciuilem ſuam experiatur, & criminalis omittatur, quia per criminalē impediretur ſua ciuilis.C.de ordi.iudicio.l. fina. faciunt not.per Gloſſ. in d. l.¦damus, & poſteà eſt ſuus conſanguineus, ut ipſe ſcribit, & non conueniret facere.

In quibus omnibus ita iuris eſſe cenſeo Ego Franciſcus de Mariano utriuſq; iuris Doctor.de Ciuitate Monopoli, licet minimus manu propria.

DECISIONES CRIMINALES ROTAE SENENSIS, PER D. PETRVM CALAEPHATVM ECCELLENTISSIMVM IVRISCONSVLTVM ET EQVITEM COMPILATAE.

Additis Summarijs per D. Ioannem Baptistam Zilettum Venetum V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Relegatus quòd transgressus sit cõfinia, onus probandi incumbit curiæ procedenti ex causa dictæ transgressionis.*

2 *Notorium non excusat ob onere proponendi.*

3 *Dubia probatio non releuat probantem.*

4 *In dubio contra fiscum est iudicandum.*

5 *Dilatione pendente iudex habet iurisdictionẽ in suspenso, & quicquid facit, est nullum.*

6 *Magistratus nostri temporis habent limitatam iurisdictionem, & non extendibilem, nisi ad expreßa in statutis.*

7 *Dilatio conceßa reo per statutum ad se defendendum pro fideiussore rei, est multo magis fauorabilis, ut illa alterari non poßit.*

8 *Dilatio quãdo cõceditur à lege uel statuto sine ministerio iudicis, tũc illa nullo mõ ẽ alterabilis, etsi alteretur, sufficit, quòd reus tali alterationi nõ cõsentiat, et quod non appellet.*

9 *Dicta dilatio statutaria si alteretur, non præsumitur id iusta causa factum, & stylus talem alterationem non sustinet.*

10 *Lex facta pendente appellatione, & de ea mentione non habita, ad correctionem alicuius legis uel statuti non præiudicat.*

11 *Iudex appellationis non potest reformare sententiã iudicis à quo, quando illa & processus super ea, uel pro ea formatus est nullus.*

12 *Idem quando nullitas processus iudicis à quo est causata à sublatione defensionum appellanti competentium.*

13 *Regula, quod uictus uictori condemnetur in expensis, habet locũ etiam in criminalibus.*

14 *Victus in causa appellationis est condemnãdus in expensis, etiam si primam pro se reportauerit sententiam, dum tamen in appellatione succumbat ex eisdem actis.*

ROTAE SENEN. DECISIO I.

ET IN DICTAE ROTAE registro VI. in ordine.

CAusa fisci cõtra Lactãtiũ Petrucciũ. Fuit relegatus Cæsar Spinellus his uerbis: Dia buona ꝓmessa de scudi 200. di star due anni cõfinato fuor della Città lontano 25. miglia. Promisse Lactãtio Petrucci. Die 18. Maij Magnificus Capitaneus Iustitiæ asserẽs ad sui notitiã peruenisse, Cæsarem non seruasse relegationem, ex officio incepit procedere contra fideiussorem, quem condemnauit, & executionem contra eum commisit die ultima eiusdem mensis, denegata tacitè prorogatione termini saltem. x. dierũ ad se defendendum, petita per Lactantium die 22. dicti mensis, cum terminus trium dierum tantum aßignatus fuisset ad defensionẽ: statutum, siue lex Dominorum Baliæ de instantia causarum coram Capitaneo Iustitiæ, dicit, quòd instantia sit 40. dierum, quorum triginta sint ad beneficiũ partiũ, ultimi uero. x. iudicis, ad uidẽdum, & iudicandum: pendente appellatione coram nobis, ultima seu penultima die instantiæ Domini Baliæ ad instantiã Capitanei Iustitiæ, sub nomine declarationis, generaliter statuerunt, quòd Capitaneus prædictus posset sentẽtiam proferre etiam intra dictos. xxx. dies.

Diximus nulliter processum, & iudicatum, & uictum uictori in expensis condemnauimus.

Nã in primis circa merita causæ difficul
1 tatem faciebat, † ꝗ curiæ fundanti se in trãsgreßione finium, incumbit onus pro

bādi,ut in terminis scribit Bar.in l.relegati.ff.de pœn. Nec probatum erat,quòd loca,ad quę dicebatur Cæsarem uenisse, essent de dominio Sen.& intra.xxv. milliaria.Nec obstare uidebatur assertio notorij;nam debemus in causis crimi.iudicare solū ex primis actis, & nihil aliud admittere etiam allegationes, ita disponente statuto, nec fuerat tale notorium allegatum,nec etiā in processu facto coram nobis, quibus tanquam forensibus

2 non constabat de eo, † & notorium non releuat ab onere proponēdi, seu allegandi, quādo non constat iudici,ut trad. Ia. in l.si uero.§.qui pro rei ff.qui satisd.co. nec supererat facultas, ut certiores effi ceremus per euidentiam rei.

3 Prætereà†de transitu tantum probari uidebatur;unde pro reo faciebant,quę scribit Pe.de Ancha.consi.lxxv. uiso diligēter in fi.Alb.de Rosa.in tract.statu.in ulti.par.q.viij.Nell.in tract.Bāni.in prima par.secundi tempo.q.lviij.Hipp.de Marsil.con.cxxxvj.consului nu. 16.cōsideratis iuribus,& rationib.per eos adductis, prout est tex.in l. ex facto.§.cum fundus ff.de hære.inst.in l.si quis.C.de ædif.pri

4 ua.cum simi.†& quia in dubio contra fiscū uidetur iudicādū.l.non puto.ff.de iure fis.uidetur tamen,quòd hęc non procedāt in materia relegationis,per tex.in d. l.relegati in prin.

Sed obmissis meritis causæ diximus nulliter processum,& iudicatum, quia sententia fuit lata intra.xv.dies,& pendente dilatione legali,siue statutaria ad proban-

5 dum,& ad defendendum : † nam ipso iure nullum est,quòd fit pendente dilatione,uel contra dilationem,ut inquit Bal. in l.siue pars.C.de dila.per text.in l.i. in prin.ff.de fer. & dila.ibi,consequens erit dicere sententiam esse nullius momenti, nec enim Prætoris factum iuri derogare oportet, hoc idem uoluit Baldus in l.cū anteà colum. fi.C.de arbit.assignans rationem,quia tali tempore iudex non ha-

6 bet iurisdictionis exercitium,†quòd maximè procedit in magistratibus nostri tēporis, qui nullam habēt iurisdictionem, nisi eam duntaxat, quam statuta eis concedūt,ut tradit Sozi.in consi.cviij.supposito statuto col.iiij.nu.14.lib.iiij.Dec.cōsil.v.in causa Dominæ,in prin.consi.viij. uiso punct.col. ij.cōsi. xviij.uiso puncto col.1.Alia etiam ratio assignari potest,

7 † quia eo modo tolleretur facultas defendendi, postquàm pars adeò arctatur, quòd in tam breui termino defensiones necessarias facere non potest, præsertim cum in proposito casu ageretur de facto alterius, quo tenebatur reus : ex quibus uidetur,quòd simus extra terminos quæstionis,de qua per legistas in l.ij.ff.de re iudic.& per Canon.in c.cum sit romana de appell.an scilicet iudex possit alterare dilationem legalem?Prætereà etiam

8 in illis terminis concludunt†dilationem alterari non posse per iudicem sine causę cognitione,quando datur à lege sine ministerio iudicis,& sufficere citra appellationem,quòd à parte sponte non recipiatur,per.l.iiij. .si quis condemnatus.ff.de re iudi.ut dicit Fely.in.c. cum sit roma-

9 na in.iij.col.propè fin.†subdens unà cum alijs non præsumi iustam causam arctationis,& de stylo dicti termini nō altera

10 bantur. † Nec obstat.l.ultimo loco facta pēdente appellatione,per tex.in auctēn. ut cum de appel.cogno.in princ.quæ lex non uenit declaratiuè sed correctiuè, ut patet ex supradictis, nec facit mētionē de causa pendente per appellationem.

11 Non reformauimus sententiam†per ea quæ scribit Alexand.consil.lxxix. columna prima.lib.ii.consil.liii.libro quinto Decius. cons. cccclxxxiii. pro resolutione colum.ii.in princip. nullitas enim non solum sententiam, sed etiam proces

12 sum inficere uidebatur,†uel potius,quia erat nullitas sublatiua defensionum,quę fieri non poterant coram nobis,ut supra

13 dictum est. † In expensis condemnauimus per uulga.regulam.l. properandum §.fin autem.C.de iud.quæ procedit in criminibus,ut scribit Ias.in d.§.sinautem alterutra,col.vii.uersi.octauo quæro.Abb. in.cap.finem litibus. de dolo,& contum. colum.viii.Ang.Are.in.§.i.colum.iii. in fin. Insti.de pœn.teme.litig.Hyppo. latè in l.patre,uel marito in iii.& iiii. col.ff. de quæ

de quæstio. & est communis opinio, quicquid dixerit Lanfran. de Oriano in cap. quoniam contra sub rubricella de expen. in j. col. de proba. ubi etiam non refert fideliter dicta Bal. in auct. generaliter. C.
14 de episc. & cleri. † quæ condemnatio locum habet etiam contra eum, qui habuit primam sententiam pro se, si succumbat ex eisdem actis, ut per Doct. in locis præallegatis, & per Abb. eleganter in d. c. finē litibus col. ix. ad quem breuitatis gratia remittimus.

Petrus Calæph. Iurisconsultus cōpilauit. Sic etiam reliquas sequentes decisiones in Rota Senensi.

DECISIO II. ET IN REGISTRO. DECIS. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Senense disponens, quòd magistratus cognoscere non possint nisi de cōmissis tēpore sui officii, uel proximè præcessoris, non solum inducit præscriptionem, sed & denegat iurisdictionem quo ad prius commissa.*

2 *Stuprum non est reiterabile in eadem muliere cum committatur per deflorationem.*

3 *Quando in accusatione non est actum ad certam pœnam specificam, sed ad pœnam iuris & statutorum, præmissa facti tali narratione, quæ includat etiam simplicem cognitionem non qualificatam, & est addita clausula super quibus omnibus &c. tunc qualitas deducta in accusatione, de necessitate non est probanda.*

4 *In foro Cæsaris, & terris non subiectis temporali iurisdictioni ecclesiæ, ubi uiget statutum imponens certam pœnam pro cognita muliere non publica meretrice, non habet locum dispositio c. i. & ii. de adulteriis.*

5 *Delictum ubi de iure communi habetur pro non delicto, ut concubinatus, si ille statuto ciuitatis puniatur, attenditur statutum, non ius commune.*

6 *Iudex in sententia debet reseruare alia iura competentia actori, quæcunque illa sint.*

7 *Expensarum condemnatio, si plures fuerunt actores, & uictores, semper de iure debet fieri pro rata uictoriæ.*

CAVSA Petri, & Bernardini de Macanis contra Hieronymum Guelfiū. Abduxit Hierony. superioribus annis, Marianam filiam Petri, & sororem Bernardini, uolentem, & affectantem, quàm uolentem prius deflorauerat, eamque ultra triennium secum in concubinam retinuit in domo contigua domui habitationis dicti Petri.

Accusant dicti de Macanis lapso triennio Hieronymum, tanquàm raptorem dictæ Marianæ uirginis, petentes illum condēnari iuxta formam iuris, & statutorum, cogique saltem ad eam accipiendam in uxorem.

Præfectus, siue Capitaneus Iustitiæ condēnauit Hieronymum ad accipiendam, & habendam in uxorem dictam mulierem, eidemque cōstituendum congruam dotē quem (si recusaret eam in uxorem accipere) condemnauit ad dotem prædictam, ut alteri condignè nubere posset, ac etiā pro stupro in libris ccc. den. & in expen. iudici j. detrahendamque dixit, quartam partem ex dictis lib. ccc. propter confessionem, iuxta dispositionem statutorum.

Nos dictam sententiam reformantes condemnauimus Hieronymum in pœnam statutariam libr. ccc. den. de quibus detrahendam diximus quartam partem, ut supra. A reliquis petitis eum absoluimus, citra præiudicium aliorum iurium dictorum agentium, Victosque uictoribus pro rata uictoriæ in expensis condēnauimus.

Pro huius nostræ sententiæ iustificatione præsupponendum est, quòd Magistratus nostri temporis eam dumtaxat habent iurisdictionem, quæ à statutis conceditur, ut supra probatum fuit in vj. decisio. in causa Lactantij Petruccij contra fiscum, & ꝙ statuta Sen. disponunt, quòd Magistratus cognoscere non possint, nisi de maleficijs commissis tempore sui officij,
1 uel proximi præcessoris, adeò quòd † statuta non solum inducunt præscriptionē, sed non concedunt, immò etiam denegant iurisdictionem quo ad delicta prius commissa, ut latè scribit Sozi. cons. cviij. Supposito statuto. in primo dubio li. iiij. loquens de statuto Senen. adeò quòd nō

expedit discutere, an Hieronymus commiserit crimen raptus, uel stupri, uel utrunque, cum agatur de raptu, uel stupro commisso ante tempus officij iudicantis, & proximi præcessoris, † nec stuprum
2 sit reiterabile in eadem muliere, cum cōmittatur per deflorationem, ut naturaliter patet; & ad hæc faciunt, quæ scribit Petr. de Anchar. consi. iiij. statuto cauetur. Nec super his fiebat difficultas, scilicet quòd posset cognosci de raptu, uel stupro, & ideò Capitaneus condemnauit in lib. ccc. uigore statuti sub rub. de adul. & stupro &c. distin. iij. imponentis in secundo capite dictam pœnam librar. ccc. generaliter cognoscenti mulierem aliquam non publicam meretricem, & in hoc bene fuit iudicatum, cum de raptu, uel stupro cognosci non posit; Nec Mariana diceretur publica meretrix, per ea, quę scripta sunt in decisio. in causa Angelæ Farnetellæ.

3 Nec ob. quòd scribit † de requisita probatione qualitatis Bart. Veronē. con. lviiij. Fran. de Brissa, & Hyp. in sing. clxxxvij. qualitas, ubi circa fi. alleg. d. cons. Veroñ. delirauit, quia respondetur per ea, quæ tradit Aret. in tracta. malefi. in uer. super quibus omnibus, cum non fuerit actum ad certam pœnam specificatam; sed ad pęnam iuris, & statutorum præmissa narratione facti, quę includebat etiam simplicem cognitionem, seu fornicationem, & adiecta clausula ordinaria, super qui-
4 bus omnibus &c. uel simili. † Ab aliis autem absoluimus, quia pęna accipiendi in uxorem, & dotandi &c. est pęna iuris canonici, de qua in ca. j. & ij. de adult. quæ non est attendenda in foro cæsaris, cum ius ciuile saltem proprium ipsius ciuitatis aliam pęnā imponat, per ea quæ habētur per. Doct. in c. j. de oper. no. nunc. & quòd pęna alle. c. j. & ij. de adult. non debeat attendi in locis non subiectis temporaliter ecclesiæ dicit Abb. in specie in
5 d. c. ij. † nec obst. si diceretur nō potest cognosci de stupro, sed tantum de coitu concubinario permisso de iure ciuili, & impunito. ergo &c. respondetur enim puniri saltem per dictum statutum generale, quòd ius ciuile ipsius ciuitatis est. l. oēs populi. ff. de iusti. & iure. & ibi Doct.
6 † Diximus citra præiudicium aliorum iurium &c. respectu iniuriæ; item peccati,
7 & similium. † Condemnauimus pro rata uictoriæ in expensis per ea, quæ trad. Ias. in l. properandum. §. sinautem alterutrum col. vij. nu. 15. 16. C. de iudi.

DECISIO III. ET IN REGIS. DECISIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à iudice habente iurisdictionē limitatam, scilicet in causa uiolentiæ tantū illa non probata, tanquàm lata ab incompetēti, ē nulla, et iniusta, quia nō ē probata uis.*

2 *Libellus attenditur, ut cognoscatur, an iudex sit competens respectu partium procedentiū, et cognitionis causæ, secus respectu eius decisionis, quia tunc qualitas tribuens iurisdictionem, oportet quod sit probata.*

3 *Exceptio incompetentiæ quandoque si omittitur magis prodest, quàm si expresse deducatur, quia prorogatio iurisdictionis ea non opposita facilius impeditur.*

4 *Prorogatio iurisdictionis, consensum utriusq; partis requirit.*

5 *In dubio facienda est interpretatio, quæ delictum excludat.*

6 *Verba dubia testis interpretantur contra producentem.*

7 *Iudex habens limitatam iurisdictionem non ex causa, qualitate illa non probata, debet absoluere reum à petitis, reseruato iure agēdi actori coram iudice competente.*

8 *Iurisdictio iudicis maleficiorum prorogari non potest ad causas ciuiles.*

IN causa Nicolai Columbini, & litis cōsortum cōtra Iulium Zeldadarium, in qua Magnificus Capitaneus condemnauit Iulium, reformantes sententiam eum absoluimus à petitis ob defectum probationis uiolentiæ, reseruantes agentibus iura, si qua habēt, deducenda coram iudice competente causarum ciuilium, & utranque partem ab expensis absoluimus ob facti, & iuris dubietatem.

Nos mouit, Magnificus Capitaneus Iustitiæ

tiæ non habet iurisdictionem nisi in causis criminalibus, ac etiā in causis restitutiōis bonorū, ubi aliqua uis adhibita fuerit. Posset enim esse quòd antè officium sui prædecessoris esset adhibita uis, & consequenter eam punire non posset, per ea quæ diximus in proxima præcedenti Decisio. in princ. & tamen eo casu posset agi coram ipso ad restitutionem bonorū ui
1 occupatorum: † sed in casu, de quo agitur, non fuit probata uis, ergo sententiæ eius nulla, tanquam lata à iudice incompetenti. l. fin. C. si à non compe. iud. & iniusta, quia continet uim adhibitam, quòd non probatur.

2 Nec obstat, † quòd attendatur facies libelli ad cognoscendum, an iudex sit competens. l. cum quædam puella. §. quoties. ff. de iuri. om. iud. nam id, quod ibi dicitur procedit, ut quis admittatur, ut cognoscatur de causa, secus autem quo ad obtinendum, cum quo ad hoc requiratur probatio qualitatis tribuētis iurisdictionem, ut declarat ibi Dec. in prin. & Ale. in l. ii. colum. fin. in prin. ff. si quis in ius uoc. non ier.

Nec etiam ob. quòd explicitè non fuerit op-
3 posita exceptio incompetētiæ, † cum potius cautela sit, quòd nō opponatur, & error actoris putātis agere coram iudice cōpetenti impediat prorogationem iurisdictionis, quia credens agere coram competenti iudice non habet intentionem prorogandi, unde hic error efficit, ut non consentiat prorogationi, de qua
4 non cogitauit, † & in prorogatione requiritur consensus utriusq; partis, ergo dato errore actoris cessat prorogatio: ita in effectu dicit Ia. in l. si per errorem co. fi. ff. de iuris. om iu. post Gl. Bar. Pau. de Cast. & alios ibi, & de errore patet manifestè, quia agentes prætēdebant esse probatam uim.

Quòd autem uis non fuerit probata ostēditur, nā depositiones duorum testium tantum uidentur considerabiles, primi scilicet, & secundi examinatorum pro parte actoris, primus enim solum deponit sibi fuisse dictum à Iulio, uorrei che dicessi à Dominico Occhiri, che si uscisse di casa, & quòd Dominus respōdit ipsi testi, quòd exiret ut Iulio morē gereret. secundus autem testis Dominicus inquilinus, & cōductor domus, de qua agitur solum dicit, quòd præter eius uoluntatē exiuit de dicta domo, hauēdola soprapagata, & acconcio il tetto, & altre cose, & che n'uscì, attesa la qualità di Giulio, & per non combattere con persona, hauendoli detto Giulio, che uscisse di casa, ò uero sgombra: est autem præsupponēdū, quòd tres diuersi domini, habentes quilibet tertiam partē pro indiuiso dictę domus, eam locauerat præfato Dominico. postq; unus ex ipsis uēdidit partem suā Iulio, & quòd uigore dictæ emptionis Iulius ingressus fuit in dictam Domū, & habitauit septē annis in ea, uerba igitur, quæ testes dicūt Iulium protulisse
5 non sonant in uim, uel delictum, † & in dubio facienda est interpretatio, quæ delictum excludat. l. merito cum uulga. ff.
6 pro socio. † & uerba dubia testis interpretantur contra producentē Doc. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerborum obliga. Dec. post alios in c. in persentia in iii. nota. de probatio. Prætereà uidetur agi de interesse Dominici, quia in triennium conduxerat dictam domū, & uidetur suspectus, quia dicit ægrè tulisset, quòd Iulius emisset dictam partē. nec bene inferri uidetur, discessit inquilinus, ergo fuit expulsus, quia potuit discedere, & ita est uerisimile, ne communiter cum aliquo haberet. Nec ex eo quòd Nicolaus, & consortes non locauerint posteà dictam domum, resultare uidetur præsumptio uiolentiæ illatę per Iulium, cum potius uerisimile sit eos non inuenisse conductores, qui uellent habitare pro indiuiso cum alio. Poterat enim locari absque aliquo metu, & si Iulius conductores non admisisset, deprehensum fuisset eius uitiū. Accedat quòd pro parte Iulii probatum est, per vi. testes ciues Senenses, nobiles, & graues, ipsum Iulium fuisse, & esse hominem nobilē, & bonæ cōditionis, & uitæ, & famę, ac reputationis, & non solitum inferre uim alicui. &c.

Modum

7 Modum † autem pronuntiandi sumpsimus ex ijs quę scribit Alex. in supra alle. l.ij.ff. si quis in ius uoca. non ier. col. fina. in princip. & Abb. in c. cum sit generale col. v. nu. 14. de fo. comp.

Quia tamen uisum fuit nobis factum dubium esse, & consequenter ius, quod ex facto oritur, absoluimus partes ab expensis. Et hæc sufficere uidentur pro iustificatione sententiæ nostræ, obmissa discussione illius articuli, an potuisset progari à partibus uolentibus iurisdictio capituli, cum iurisdictio iudicis maleficiorum
8 prorogari non possit ad causas ciuiles, ut scribit Ange. Aret. in tracta. maleficio. in uersi. iudicem maleficiorum. Doct. in l. testamenta omnia C. de testa.

DECISIO IIII. ET IN REGIST.

DECIS. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Famulus mei coloni, uenit appellatione seruientis mei, uel familiaris saltem largè.*

2 *Statutum permittens castigationem domino erga suum seruientem uel familiarem, dicitur fauorabile, & per consequens habet locum in seruiente, & familiare largo modo sumpto.*

3 *In leuioribus delictis promptiores esse debemus ad lenitatem.*

4 *Domestica delicta non sunt castiganda per iudicem, sed per patrem familias.*

5 *Famulus mei coloni damnum dans in fundo meo tanquam famulus & mercenarius, per me dominum potest castigari.*

FORMATA inquisitione per Præfectum contra Bart. Petruccium, quòd percusserit pluribus, & pluribus percussionibus cum sanguine quendam adolescẽtẽ famulũ coloni dicti inquisiti, percusserit inquàm Baltheo, siue Corrigia habente punctalia ferrea, uel ænea; & recepta responsione inquisiti continente, dictum famulum nepotem coloni ex fratre coram patruo emendationis causa, quia dãnum dederat in prædio, percussisse trino ictu Balthei, nõ punctalibus, quæ in manu tenebat, & sine sanguine. Condemnauit Præfectus inquisitum, solum ex ijs, quæ sunt proximè narrata, in lib. cl. den. ex quibus detrahendas inquit lib. lxxv. propter mitigationem pœnæ, quia Ciuis offendit non Ciuem, & ex superstitibus lib. lxxv. quartam partem, ob beneficium confessionis.

Diximus male iudicatum, absoluentes reum à contentis in inquisitione. Licuit enim Bar. uiro nobili, & graui, etiam ferè quinquagenario emendationis causa, eo modo uerberare adolescentem famulum sui coloni impunè, stante statu. Senẽ. sub rub. de plurib. ca. ex quib. pęna non imponitur, præsertim ibi: & idem de castigationibus, quæ fierẽt à dominis in seruos, & scutiferos, uel seruientes, siue familiares suos, ac etiam superius ibi etiam omnibus, qui uerberarent, uel percuterent eos, quos inuenirent damnum darè, &c. uidetur tñ hæc pars statuti requirere, ꝙ
1 deprehendat in ipso actu. † & considerandũ, est, quòd Dominicus adolescens ueni re uidetur appellatione seruientis, uel familiaris, quia seruiens seruiẽti mihi in re mea, mihi seruire dicitur, & si colonus dicitur familiaris. l. fi. §. sanè. C. de ijs qui ad eccl. confu. Glo. in c. in literis de testi. in uersi. de familia, etiam famulus ipsius in prædio meo familiaris dici potest, sal-
2 tem largè: † statutum autem de quo agitur, cum principaliter contineat fauorem, fauorabile dicitur l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. & consequenter non est restringendum, præsertim cum non exorbitet à iure communi, quo iure uidebatur etiam Barto. excusandus à pœna per ea, quæ habentur in titul. C. de emend. seru. et. C. de emenda. propin. etiam facit optimè in argumen. text. in l. prętor. §. pręterea, ibi nec enim ferre prę-
3 tor debet, &c. ff. de iniur. † & in leuioribus delictis proniores ad lenitatem esse debemus l. respiciendum, in princip.
4 ff. de pœn. † & delicta domestica leuia non sunt uindicãda per iudicem, sed per patrem familias d. l. respiciendum. §. fur-
5 ta domestica, † ubi etiã de delictis mer-

cenatiorũ non uindicandis per iudicem, sed per patrem familias loquitur, & iste text. uidetur decidere casum nostrum.

DECISIO V. ET IN REGISTRO DECIS. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens per uerba denegatiuæ, uel prohibitiua, quo ad modum procedẽdi, dicitur tradere formam, adeò quòd actus factus absque obseruatione dictæ formæ est nullus.*

2 *Forma ubi potest adimpleri per æquipollens, tunc æquipollens est seruandum, alias formæ non intelligitur satisfactum.*

3 *Verba inquisitionis probant cõtra inquirẽtẽ.*

4 *Commissio citationis ad audiendam sententiã non potest fieri pro eadem die, quia debet habere debitum interuallum.*

5 *Nõ est quærere rõnẽ eorũ, quæ patẽt ad sẽsũ.*

6 *Ficta confessio inducta à statuto, non resultat ex processu nullo.*

7 *sententia cõdẽnatoria fieri nõ potest, nõ præcedẽte probatione, uel cõfessiõe uera uel ficta.*

PROCESSIT Per inquisitionem Præfectus, siue Capitaneus Iustitiæ contra Paulum de Politis habitatorem Castri santi Quirici, quòd percusserit Alphonsum rusticum in eodem Castro, ferula super tibias nudas, & caput, ac etiam manu uacua cum sanguine ex naribus; fuerunt factæ citationes in ciuitate Senẽsi ad domum Do. Alexandri. Brunamontanus procurato.n. allegauit ægrotationem Pauli minoris xxv. annis, petens restitutionem in integrum per dies xxv. probatorios. Concessit Præfectus dictam restitutionem, cum comminatione, quòd si non compareret in termino, intelligeretur ex die dictæ concessionis positus in banno, & habitus pro confesso; Inquisitio formata fuit die. x. Iulij, restitutio cõcessa die. xix. Augusti, sententia prolata die. xix. Septembris, in qua fuit condemnatus Paulus pro contentis in inquisitione in libris ducentis quinquaginta dena. detracta tamen dimidia, quia ciuis non Ciuem offendit, prout circa hoc statuta disponunt.

Diximus nulliter iudicatum, & uictum uictori in expensis condemnauimus.

De nullitate multipliciter constat. Primò namque cum Paulus sit ciuis Senen. originarius, debuit in inquisitione pro forma poni requisita à statuto sub rubrica deponendo locum, cõtratã &c. dist. iij. nomen, prænomen, & populus, siue contrata, ut statuti uerbis utamur. † loquitur enim statutum per uerba negatiua, siue prohibitiua, nec aliqua inquisitio formetur, quæ non contineat, &c. quo casu dicitur tradere formam, adeò quòd actus factus, absque obseruatione dictæ formæ est nullus. Doc. in l. non dubiũ. C. de leg. & in l. ii. ff. de lib. & posthum. ubi Alexã. & Sozin. Fely. post alios in c. cum dilecta de rescrip. † & dato quòd in casu, de quo agitur, posset forma adimpleri per æquipollẽs, per ea quæ scribit Dec. in l. si mater in secundo notab. C. de institu. & substitu. tamẽ non fuit usus inquirens æquipollenti, quo certitudo personæ haberetur, dixit enim tantum contra Paulum de Politis habitatorem dicti Castri Sancti Quirici, nec notorium est, quod non reperiatur alius Paulus de Politis habitator dicti Castri, nec persona dicti Pauli est nota præsertim iudicibus. In hoc tamen capite nõ insistemus propter c. j. & ij. & ibi not. per Domi. de accusa. lib. vj. & not. per Bald. in. auctẽ. si omnes colũ. ij. uersicul. deinde nota. C. si ut se ab hæred. absti. licet in casu nostro nunquàm comparuerit Paulus coram inquirente, sed eius procurator de mense Augusti, qui à minore constitui potest esse ad iudicia, & maior. xiiij. ann. habet legitimam personam in causis criminalibus, ex dispositione statutorum Senensium.

Secundò ex defectu citationum. l. de unoquoque cum uul. ibi alleg. per Moder. ff. de re iud. Cum enim Paulus, ut dicitur in inquisitione, † cuius uerba probãt contra inquirentem l. cum precum, cum ibi in. C. de lib. cau. habitaret in Castro Sancti Quirici, quod distat à Ciuitate Senen. uiginti millia passuum, ut notorium est, non potuit citari Senis ad domum, in qua non habitabat, pro ut. etiã dispo-

disponit statutum sub rubrica, qualiter fiant citationes in criminalibus distinct. iij. citationes autem omnes factæ sunt in ciuitate ad domum, ut patet ex processu, quia eodem die fiebat commissio citationis, & relatione nuncij, & apertissimè cõstat in citatione facta ad sententiam, fuit enim commissa citatio pro eodem die in uesperis, & nuncius statim retulit citasse ad domum, & patet naturaliter, quòd hoc fieri nõ potuit in Castro Santi Qui
4 rici, † pro quo facit elegans text. in l. scire oportet. §. sufficit autem. ff. de excusat. tuto. & quod ibi not. Bald. post Cy. & Ia
5 cob. de Rauen. † & cum hæc pateant ad sensum, quærere rationem, uel legem nihil aliud esset, quàm infirmitas intellectus, ut scribit Bald. secundum Philosophum in l. testium colum. penul. C. de testib. & Ange. consil. cclxxv. Thema super quo col. ulti.

Præterea attento, quòd Paulus non potuit dici contumax per prædicta, nec fuit seruatus ordo traditus à statuto, non ualuit pronuntiatio bãni, ut clare patet ex lectura processus, & ex supra allegato statuto, sub rubrica qualiter fiant cit. in malefic. & consequenter constabat de notoria iniustitia, cum nulla præcedente
6 probatione, uel confessione uera, † uel ficta, fuerit lata sententia condemnatoria
7 contra † l. qui accusare. C. de eden.

DECISIO VI. ET IN REGISTRO DECIS. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prius de delicto constare oportet.*

2 *Caupo non tenetur nisi pro rebus sibi consignatis, si illæ ablatæ fuerunt, non autem de furto facto à diuersoribus, uel uiatoribus.*

3 *Caupo tenetur pro rebus ablatis ex eius hospicio, quando uidit illas intromitti, & passus fuit id fieri.*

4 *Absolui debet ab expensis uictus, cum aliquæ coniecturæ sunt pro eius actione, uel cum est miles.*

5 *Ignorantia iuris excusatur in milite sicut in rustico.*

6 *Absoluitur ab expensis uictus & appellatus in causa appellationis, si cum sententia, quã habebat pro se, concurrat ignorantia.*

MARTINVS Massa miles hispanus proposuit corã Capitaneo Iustitiæ sibi fuisse furto ablatos scutos nouẽ auri, & grossos. 14. una cum crumena, quam sub puluinari posuerat in caupone Ioannis, dum ibi dormiret, unà cum tribus aliis, uno Ciue Senen. artium Doctore, & duobus sacerdotibus, diuersantibus in eodem cubiculo, suspicariq; se cõtra eos, petens diligenter perquiri, ut fur inueniri, & secundum statuta, ac etiam ad restitutionẽ rerũ ablatarũ cõdemnari possit, requirens quòd similiter procederetur cõtra Ioannem cauponem, asserens contra illũ suspicari, quia noluit sibi tradere claues cubiculi, dicens eas non habere, sed quòd res essent in tutò & quia Caupo dictas pecunias uiderat. Probauit per dictos sacerdotes, quòd mane eius diei, quo asserit nocturno tempore commissum furtum, habebat dictas pecunias, de cęteris constabat etiam per cõfessionem Cauponis, præterquàm de furto, & quòd Caupo uidisset dictas pecunias, fatebatur etiam Caupo se dixisse Martino res eius in tuto futuras, intelligendo de pallio, & aliis rebus sibi consignatis, audiuisseq; eundem Martinum è cubiculo surgentẽ dicti furti cum Doctore querelam facere, discessisseq; prius inde forensem quendam. Opponebat Caupo, ultra generalia se non teneri pro hospitibus, siue diuersoribus, & præsertim pro comitibus querelantis.

Capitaneus Iustitiæ condemnauit dictum Cauponem ad restitutionẽ dictarum pecuniarum, & in expensis. Appellauit Caupo.

Diximus malè iudicatũ, absoluentes Cauponem à prædictis, Martinum uerò ab expensis, quia miles, & ex aliis iustis causis.

1 Iustitia † huius nostræ sententiæ euidens est, nam in primis non constabat de furto, nec concurrebant ea, quæ Hyppo. de Marsi. scribit in princip. suæ Aueroldæ.

Præ-

2 Præterea † Martinus non consignauerat dictas pecunias Cauponi, quo casu Caupo non tenetur de furto facto à diuersoribus, siue uiatoribus. l. i. & ibi not. Barto. in primo no. ff. fur. aduer. na. caupo. Respondens ad tex. in l. i. in fin. & in l. sicut. ff. na. caupo. quòd ibi fuerant res assignatæ Cauponi, & ipse eas receperat.
3 † Idem tamen esset secundum Bal. in d. l. i. §. fi. ff. na. Caupo. si Caupo uidisset res intromitti, & passus esset, nam uidendo, & patiendo intromitti uř promittere saluas fore, sed in casu proposito non procedit dictum Bald. quia Caupo non uidit pecunias, nec à communiter accidentibus uideri solent, sed eas Martinus penes se retinuit.

4 † Ab expensis absoluimus Martinum, cum aliquæ coniecturæ militarent, licet non sufficientes ad probationem, quòd
5 dictæ pecuniæ fuerint ablatæ, † & ignorantia iuris uideatur tollerabilis in milite l. scimus circa prin. ibi arma & enim magis quàm iura scire milites, &c. C. de iure delib. faciũt ea, quæ de rustico scribit Dec. post alios in l. si quis id quod colum. 5. &
6 vi. ff. de iurisd. om. iud. † concurrit, ꝗ habuit primam sententiam pro se, & licet hoc solum non excuset, quãdo agitur ex eisdem actis, ut scribit Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, colum. 8. numero. 24. C. de iud. ubi alios refert, uidetur tamen coadiuuare, & probabiliorem reddere dictam iuris ignorantiam.

DECISIO VII. ET IN REGISTRO DECIS. XL.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus ex iusta causa potest citari, & cõtra eum procedi, ex quo potest procuratorem ad causam constituere.*

2 *Ficta confessio inducta per statutum, est stricti iuris, & ideò licet per eam uideatur constare de conuentione de non offendendo, non tamen de promissione pœnali.*

3 *Conuentio pœnalis de non offendendo, non est superuacua inter fratres maiorem & minorem natu.*

4 *Conuentio inter fratres de se non offendendo dicto, non accipitur latè, quando sunt longe dispares ætate, sed quando ex dicto sequeretur damnum in persona uel bonis.*

5 *Securitas de iure communi, facto tantum dicitur frangi, non dicto.*

PROCEDEBAT Capitaneus Iustitiæ p inquisitionem contra Cæsarẽ Gasparis Boninsignei, quòd animo iniuriandi protulerit hoc uerbum, ribaldo, contra Alexandrum fratrem consanguineum, contra promissionem de non offendendo facto, uel dicto, & dispositionem iuris, & statutorum.

Opponebatur pro Cæsare, in causa procedi non posse, cum super eadem re fuerit processum per accusationem, & desertũ iudicium, quod non est uerum, cum procedatur nunc per inquisitionem, ut ex dispositione statutorum fieri potest, per tex. & ibi not. per Barto. in l. libellorum. ff. de accusa.

Fuit pronunciatum in Contumaciam Cæsaris, eum haberi pro confesso, secundũ dispositionem statutorum & condemnatus in scutis. c. pœnæ conuentionalis.

Dicebatur coram nobis pro Cæsare sententiam fuisse nullã, quia ipse, tempore processus, & sententiæ erat carceratus pro debito ciuili, & hoc sciebat Capitaneus, ꝗ uerum erat, prout constabat ex libro cõmẽtariensis, non tamen hoc proderat
1 Cæsari, † quia ex iusta causa erat carceratus, & poterat comparere per procuratorem, prout pluries in eadem causa comparuit, ut trad. Alex. in l. quæsitum. ff. de re iudica.

Reformantes sententiam cõdemnauimus Cæsarem ad pœnam statutariam, & sic in lib. xiiii. dena. ab aliis absoluimus, & uictos uictoribus pro rata uictoriæ in expensis condemnauimus.

Nos mouit, quia non fuit producta cõuẽtio, de qua supra, nec in inquisitione dicebatur, sub qua pœna fuerit conuentum,
2 † unde ficta confessio solum operabatur confessionem conuentionis de nõ offen-

dendo facto, uel dicto, non autem promissionis sub illa pœna. Nam cum Cæsar esset frater maior natu, adeò quòd respectu ætatis posset esse pater Alexādri,
3 non † erat inutilis, & superuacanea illa promissio, præsertim cum fideiussore, per ea, quæ habētur in l.unica.C. de emē
4 dation. propinq. † & illa uerba de non offendendo dicto, non uidentur ita latè, & acerbè intelligenda inter huiusmodi personas. Sed quando ex dicto, uel propter dictum sequeretur damum in personam, uel in bona, & statutum noluit quòd fierent huiusmodi promissiones de non offendendo etiam dicto, ut patet in statuto sub rubrica de pœna frang.pa. & treug. ubi disponitur, quòd fractæ non dicantur induciæ ex uerbis tantum, sed in triplum huiusmodi uerbalis offensio
5 puniri debeat, † & de iure communi similiter facto tantum dicitur frangi securitas, secundū Guil.de Cun.in l.denūciamus.C.de his qui ad ecclef.confug. propè fin. statutum autem sub rubrica de iniuriis, & offensionibus in genere, pro uerbis iniuriosis imponit pœnam librarum duarum usque in xxv. considerata conditione personarum, & qualitate uerborū, & sic omnibus consideratis arbitrati fuimus condecentem pœnam esse, prout in sententia nostra.

DECISIO VIII. ET IN REGISTRO DECIS. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Deserta appellatione habetur pro non appellato, & terminus currit à die sententiæ.*
2 *Deserta appellatione sententia habetur pro recto confirmata, secus si illa confirmetur per iudicem appellationis, quia terminus non currit, nisi à die latæ confirmatoriæ.*
3 *Prima conclusio procedit, siue desertio resultet expressa, siue ex tacita renuntiatione.*
4 *Minor læsus ex lapsu termini præfixi in prima sententia in integrum restituitur.*
5 *Legum Doctor, licet frater minoris, & in eadem sententia comprehensus, in integrum non restituitur.*
6 *Sententia iudicis à quo, pendente instantia appellationis dicitur extincta, post uero dictā instantiam, dicitur suspensa fuisse.*
7 *Terminus præfixus in sententia tempore, quo habetur pro extincta, non incipit currere.*
8 *Tempus sententiæ non currit, pendente iudicio appellationis.*
9 *Terminus statutus appellanti, potest per eum præueniri in parendo sentētiæ lata per iudicem à quo, non expectata sententia condemnatoria.*
10 *Non semper eadem est uirtus taciti & expressi, quia quandoque tacitum mediante exclusione legali, plus operatur, quam expressum, ut in tacita repudiatione.*
11 *Appellatio, quādo est manifestè frustratoria, tunc terminus præfixus in sententia iudicis à quo, non obstante appellatione currit à die prolatæ sententiæ, etiam si illa fuisset confirmata.*

PRAEFECTVS siue Capitaneus Iustitiæ condemnauerat ad instātiā Petri de Iūctis D. Marcū Legū Doct. & Metium filios Andreæ Landuci in pœnam scutorum. 50. comminatam in præcepto, saluo, & reseruato si intra tres dies liberè relaxauerint præfato Petro quædam prædia.

Pendente adhuc coram nobis causa appellationis, Comparuerunt dicti Landucij coram Capitaneo, & dixerunt uelle parere eius sententiæ, & paruerunt.

Ex aduerso instabat procedendum esse ad executionem mulctæ, cum in termino assignato trium dierum non paruissent.

Capitaneus Iustitiæ pronunciauit dictam condemnationem fore mandandā executioni, & mandauit exequi. &c. Appellationem interpositam pro Landucijs admisimus, non obstantibus oppositionibus factis.

Venit in discusionem, an terminus dictorum trium dierum cœperit currere à die sententiæ Capitanei, & uidebatur respon
1 dendum affirmatiuè, † nā deserta appellatione, habetur ac si non fuisset appellatum, & incipit currere terminus à die sen-

sententiæ, ut scribit Barto. in l. furti. §. sed si furti nu. 4. ff. de infa. Salyc. in l. ij. C. de usu. rei iud. Alexan. consilio. xxxvj. uiso themate. nume. 3. 4. 10. lib. iiij. ratio assi-
2 gnatur, † quia retrò confirmatur prima sententia, ac si nunquam appellatum fuisset, & ex ea agitur, licet quando iudex appellationis primam sententiam confirmat, cum agatur ex confirmante, non currat terminus nisi à die sententiæ con-
3 firmantis: † Nec uidetur constituenda differentia inter desertionem appellationis per tacitam renunciationem, uel per expressam, cum taciti, & expressi idem sit iudicium l. cum quid & ibi Doctores. si cer. pet. ff. & utroque casu ex prima sententia
4 agatur. † ob hanc difficultatem Landuccij petierunt se tanquàm minores, prout erant, in integrum restitui aduersus lapsum dictorum trium dierum, quod uidebatur concedendum Mutio, si læsus fuisset, arg. l. si ex causa. §. nunc uidendum, uersicul. sed si cum ex damno. ff. de mino.
5 & ibi uidetur hoc dicere Bal. † sed nõ cõcedendum D. Marco, cum esset Doctor legum. l. j. & ibi Bartol. Bald. & Paul. de Ca. C. qui, & aduer. quos. Bartol. in l. sed & reprobari in prin. ff. de excusa. tuto.

Sed prædictis non obstantibus conclusimus fuisse tempore debito satisfactum sententiæ, & ideò quo ad dictam pœnam
6 malè iudicatum per primum iudicẽ, † nã per appellationem, considerato tempore uiuẽtis instantiæ appellationis, dicitur extincta sententia l. 1. in fin. & ibi Glo. ff. ad Turpil. licet considerato tempore post instantiam appellationis, dicatur suspensa l. si causa cognita. C. de trans. c. uenientes. de iureiu. trad. Dec. post Abb. in rub.
7 extra de appel. colum. iii. nume. 7. † si sententia tunc, prout tunc, erat extincta, terminus non inceperat currere, unde cum fuisset obtemperatum intentioni sententiæ, ante quàm sententia reuiuisceret, non potest dici hoc factum fuisse post terminum, pro hoc uidetur text. in d. §. sed furti, ubi dicitur, sed si furti, uel aliis famosis actionibus condemnatus, quis prouocauerit, pendente iudicio nõ
8 dum inter famosos habetur, † & sic pendente iudicio appellationis non currit tẽpus, & hoc in effectu uidetur de mente Alexandri in d. consi. xxxvj. lib. iiii. in ii.
9 colum. ante medi. & in fin. † Potest nãq; terminus statutus appellãti præueniri. c. oblatę circa medium, de appellatio. si igitur præuenientes sententiam nostram, primam approbauerunt, & in ipso actu approbationis, ei paruerunt, & consequẽter eius effectum extinxerunt, iudici honorem deferendo, non uidebamus quomodo dici posset, quòd intra dictum terminum non paruerint, attento maximè, quòd intra tres dies post nostram sententiam, admittendi fuissent.

Adducta in contrariũ procedunt, prout et loquuntur iura allega. quando prima sententia firma remaneret per lapsum instantiæ appellationis, quo casu habetur, ac si appellatum non fuisset, & reuiuiscitur sententia ipso iure, absque alio facto hominis, undè in odium contennẽtis utrũq; iudicem, & principalis causæ, & appellationis inductum uidetur.

10 Ad illud etiam, † quòd par sit uirtus taciti, & expressi, negatur hoc indistinctè procedere, multiplex. n. fit distinctio, ut scribit Ias. in supra alleg. l. cum quid. ff. si cer. peta. colum. iij. & iiij. à numero. 16. usque ad 20. inclusiuè, & ut ibi dicitur, quando tacitum operatur mediante exclusione legali plus operat, quàm expressum, unde tacita repudiatio plus nocet, quàm expressa, ut tradit Ias. in eadem l. in secunda col. nu. 10.

Verum est, quòd Bal. in d. l. ij. C. de usur. re iud. in uersicu. quæro, quid si appella-
11 tio. dicit, † quòd si appellatio esset manifestè frustratoria, quia forte appellans erat confessus, tempus currit à die primæ sententiæ, licet fuerit lata sententia confirmatoria per iudicem appellationis, sed cum arbitrati fuerimus appellationem, de qua agitur, non fuisse talem, non discutimus aliter ueritatem sententiæ Baldi.

DECISIO IX. ET IN REGISTRO DECISIO. L.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla ex defectu citationis ad illã audiendam, remanente processu ualido, quo ad eius substantialia, potest reformari per iudicem appellationis.*

2 *Adulterium est delictum reiterabile, & toties committitur, quoties res uenerea habetur cum uxore alterius, secus in stupro.*

3 *Statutum & ius commune quando imponunt pœnam ad uindictam, fisco applicandam, pro certo delicto, puta adulterii, & pœnæ sunt diuersæ, tunc pœna iuris communis intelligitur in totum sublata.*

4 *Si in iudicio cum reo agitato non fuerunt citati fideiussores, quo ad eos, licet quo ad reum principalem iudex appellationis reformet sententiam eandem reformare non potest.*

5 *Licet quis in promissione de non offendendo, expresse non promittat pœnam, sed det certos fideiussores, tamen uirtualiter illam per talem dationem fideiussorum periisse censetur.*

6 *Pœna conuentionalis non applicatur fisco, nisi expresse sit dictum, sed parti.*

7 *Facta promissione de aliquem non offendendo aliquo modo, uerbo, uel facto, neque eius consanguineos, adhærentes, &c. sub pœna conuẽtionali, si promittens, adulteriũ cũ illius uxorem commisit, qui ita asseuerauit, illius mulieris pudicitiam attentando et corrũpendo, tunc dicitur esse commissa pœna prædicta, & multo magis, si uerba iniuriosa etiam contra honorem assecuratati promittens, iactauit.*

8 *Quando est facta promissio & assecuratio inter duos reciproca de se non offendendo, probata utrinque offensione, est locus confusioni pœnarum in promissione contentarum.*

9 *Pœna legalis licet applicetur fisco ex contrauentione partis ad suam promissionem, tamen conuentionalis semper indistincte parti applicabitur.*

IVLIANVS Francisci nuncupatus lo Squarcia die. xiij. Nouẽbris 1540. promisit sub pœna scutorũ. c. auri non offendere modo aliquo, & tam dictis, quàm fa factis Antonium Laurentij, nuncupatum il Volpaino, & eius affines, consanguineos, adhærentes, attinentes, complices, & sequaces, & pro eo tres fideiusserunt insolidum.

Die. v. Septembris. 1543. Egit præfatus Antonius contra dictum Iulianum, & eius fideiussores, ad dictam pœnam conuentionalem soluendam fisco, quia Iulianus in iniuriam & dedecus Antonij, eiusdem Antonij uxorem habuerat, & habebat in Concubinam, & quòd etiam pluries, corã pluribus, absente Antonio detrahendo honori, & famæ Antonij dixit. Io m'ho tenuto, & tengó la moglie di quel becco cornuto, tristo, e porco d'Antonio Volpaini, & se io uolessi, la moglie tornerebbe con lui, ma io non uoglio. egit etiam in eodem libello ad pœnam adulterij, & ad restitutionẽ uxoris.

Iulianus pro se, & uno ex fideiussoribus, pro quo litem in se suscepit, respondit uerum esse factam fuisse promissionem de non offendendo inter se, & accusantem, & quòd post factũ diuortiũ coram Capitaneo iustitiæ inter accusantem, & eius uxorem, commisit adulterium cum ea; quodque dicta mulier se nolentem insequitur. opposuit idem Iulianus Capitaneum Iustitiæ non habere Iurisdictionẽ in ea causa, stante statuto sub rub. de ordine cognitionum.

Capitaneus Iustitiæ declarauit Iulianum fregisse pacem, de quo in accusatione, & sic incidisse in dictam pœnam scutorum centum. A reliquis contentis in dicta accusatione absoluit, & uictum uictori in expensis condemnauit.

Fideiussores non fuerunt unquam citati nisi in prima citatione, & nulla præcessit citatio, uel monitio ad audiendam sententiam.

Diximus sentẽtiam primi iudicis nullam, & uictum uictori in expensis primi iudicij condemnauimus; eãque reformantes condemnauimus dictum Iulianum in lib. trecentis denar. pro pœna adulterij, detracta tamen quarta propter beneficium cõfes-

fessionis, soluẽdis Magnifico communi Senen. Reseruantes iura dicto Antonio in alio iudicio, quo ad pœnam conuẽtionalem, & quo ad alia, & uictos uictoribus in expensis causæ appellationis pro rata uictoriæ condemnauimus.

Diximus sententiam nullam, quia lata sine citatione.

Reformauimus, quo ad pœnam adulterij.

1 † quia quando nullitas inficit solum sententiam, & non reliqua substãtialia processus potest per iudicem, ad quem reformari: Bar. in l. si ut ꝓponis, prima. col. ij. C. quomo. & quando iud. & in l. si expressim col. pe. ff. de appel. Alex. consi. lxxix. Perspectis uerbis lib. ij Abb. in. c. cũ dilecti, in ulti. not. de emptio. & uend. & latè dicemus in causa magistri Hieronymi de Marcobindis. De adulterio etiam ab anno citra constabat ex confessione, & depositionibus testium, & sic non obstabat supra alleg. statutum disponens, quòd potestas non possit cognoscere nisi de delictis commissis tẽpore sui regiminis, uel proximi præcessoris, quod statutum habet locũ in Capitaneo, ut scripsimus supra in causa uniuersitatis Montis lateronis, decision. xxxvij. cuius Capitanei officium est annale, & licet, cõstaret, quòd ante officium præcessoris sui Iulianus cœpisset committere adulterium cum dicta

2 muliere, † tamen crimen adulterij est reiterabile, & toties committitur, quoties habetur res uenerea cum uxore alterius. ut trad. Pet. de Anch. consi. iiij. statuto cauetur, licet aliud sit in stupro, quod non est reiterabile in eadem muliere, cũ com

3 mittatur per deflorationem: † Pœna autem adulterij secundum statuta Senen. sub rub. de adulter. & stup. dist. iii. est pœna libr. trecent. denar. per quam intelligitur sublata in totum pœna iuris communis. ut scribit Albe. de Rosa. in tracta. statutorũ in prima par. q. viii. Sed an ualeat statutum. uers. si pone. Gand. in tract. malefi. in ti. de aliqui. quæst. quæ non cómode. col. ii. uersi. quid de quæstione. Dec. in c. de causis. col. vii. in fi. ff. de off. deleg. & hæc opin. præualuit, & est approbata per usum, quæ procedit, quando utraq; lex, & communis, & municipalis imponit pœnam, & uindictam, & fisco applicandam. De hoc etiam articulo scribit Ang. Are. insti. de actio. in. §. quadrupli. col. vii. uer. an autem pœna, & in tracta. malefi. in uersi. & caput statutis. & ibi Ang. & Landr. Veronen. consil. xiiii. Pro declaratione. Paul. de castr. in l. i. §. dixerit aliquis. ff de publ. Bal. in l. data opera col. v. uersi. Itẽ notandum est, quòd istæ pœnæ. Corne. consi. cxiiij. licet primo aspectu, lib. j.

4 † Non reformauimus, sed reseruauimus iura Antonio quo ad alia, quia fideiussores non fuerunt citati in processu; unde quo ad eos non poterat reformari senten

5 tia, † & per collegas meos dicebatur Iulianum condemnari non posse ad pœnã conuentionalem, quia ipse eam non promiserat sed declarat fideiussores, qui eam promiserant, mihi tamẽ uidebatur Iulianum per dationem fideiussorum uirtualiter promisisse non offendere sub dicta pœna, etiam consequenter condemnari posse; uerum quia magis instabatur pro condemnatione fideiussorum, quàm princi-

9 palis, qui non erat soluendo: † & pœna conuentionalis non applicatur fisco, nisi expressè sit dictum, sed parti, ut scribit Bal. in l. si quis maior in. vii. no C. de trã sac. Ias. in l. si quis id quod in fi. ff. de iur. om. iu. & per errorem dixerat Antonius dictam pœnam esse applicandam fisco, tutius uisum fuit reseruare iura, per ea quæ scripsimus in causa Georgii Senensis, & Francisci. Decisio. xxxiij. Quantum uerò ad restitutionem uxoris, reseruauimus similiter iura, quia dubitabatur, an Iulianus eã adhuc retineret, & haberet facultatem restituendi.

7 † Fuerat tamen conclusum post longam discusionem contrauentum fuisse promissioni per Iulianum, & consequenter cõmissam pœnam conuẽtionalem; Nam scripta per Ioã. And. in. c. frustrà de regu. iur. lib. vi. in mercu. Alex. con. cxiij. Viso instrumento treguæ. lib. ij Aret. in tract. male. in uer. che m'hai adulterato la mia dõna. col. vij. uer. quid autem si pax. Bar.

 in l.

in l.uerum.ff.de furt.Roma. con.cclviij. In casu proposito non procedunt in terminis nostris, in quibus uerba promissionis tam latè concepta fuerũt, ut supra retulimus: & inimicitia, propter quã ex deliberatiõe spectabilissimorũ. viij. uirorũ custodię fuit facta dicta ꝑmissio, erat inter eos, quia Iulianus pudicitiam uxoris Antonii attentauerat, & fortè corruperat, ut probat primus, secundus, quartus, quintus, testes, & ser Marcellus, examinati super primo articulo additionali Antonii, & est notorium. quòd autẽ hæc uera sint, patet ex his, quæ scribit Bar. in l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publ.& in l.i.ff.de his quib.ut indig. Rom.consilio. clxxxiii. In casu proposito. & sic duplici uia commissa fuit pœna conuentionalis, ex offensa adulterij, & offensa uerbali, ut in locis proxime allegat. probatur.

8 †Nihil autem releuãs probatum fuit pro Iuliano, & Antonius similem promissionem fecerat de non offendendo Iulianũ, & suos &c. & non erat locus confessioni pœnarum. l.nunquam plura. cum ibi no. ff.de priua.delict. qđ absq; dubitatione ꝓ

9 cedebat in casu, de quo agebatur, † quia pœna conuentionalis applicatur parti, ut supra dictũ est: legalis autem fisco, absq; distinctione, de qua per Bar. in l.agraria. de ter.mo.ff.

DECISIO X. ET IN REGISTRO DECIS. LI.

SVMMARIVM.

1 *Dies commissi delicti, si reo non instante ponatur in accusatione, uel inquisitione, & probetur de alio die, reus absoluitur.*

2 *In criminalibus non proceditur sola facti ueritate inspecta, sed iure ordinario.*

3 *Delictum licet sit consumatum, tamen quando est lata sententia super contentis in inquisitione, uel accusatione, in qua non adest clausula, non se astringens, non facta formali probatione contentorum in accusatione, reus absoluitur.*

4 *Vbi ex confessione rei saluum est ius fisco procedendi super delicto pœnæ ordinariæ, absolutio, quæ fit pro reo respectu pœnæ extra ordinariæ, est tutior uia, quàm reformatio prioris sententiæ.*

5 *Concubitus clerici non subiacet statutis laicorum, nec potest per iudicem secularem puniri & minus concubina militis Hierosolymitani, cum in eo talis concubinatus de iure communi toleretur.*

6 *Concubinatus de iure communi non habetur pro delicto.*

EX denũciatione secreti accusatoris ꝓcessit Præfectus contra Bettã de casulis meretricem, quòd die xxi. Octobris usa fuerit ornamento capitis aureo, quã retem appellant, contra edicta Dominorum Baliæ.

Respondit Betta id fecisse die prima Nouembris, sibiq; licuisse tanquam concubinæ Domini Augustini Capaccij habentis priuilegia pro se, & familia, nec aliquid probauit.

Præfectus dictam mulierem condemnauit in pœnam edictorum, & sic in libras centum pro contentis in denunciatione, & accusatione, de quibus detrahendum dixit quartam partem propter confessionem.

Diximus malè iudicatum, & absoluimus eam à contentis in denũciatione, siue inquisitione, & uictum uictrici in expensis condemnauimus.

1 Nos mouit, quòd † quando à principio, reo non instãte ponitur dies delicti in accusatione uel inquisitione, si probetur de alio die, non potest reus condemnari: sed est absoluendus, cum aliud sit delictum unius diei, & aliud alterius diei. Bar. in l. is qui reus, col.antep.ix. ff. de pub.iu. & alii relati ibi in apostil. Aret. in tract.malefi.in uer.anno præsenti. in uersicu. secundo quæro.

2 † In criminalibus enim non proceditur, seu cognoscitur sola facti ueritate inspecta: unde procedit ius ordinarium, & dispositio.l.habebat.ff.de instit.

3 † Nec poterat fieri fundamentum in confessione ad substinendam primam sententiam.

etiam, cum expresse præfectus condemnauerit pro contentis in denunciatione, siue accusatione, quæ denunciatio, accusatio, siue inquisitio fuit quàm simpliciter formata, absque clausula, non se astringẽs, uel alia: unde cessabat disputatio, de qua in apost. ad Ang. in loco supra alleg. Nec putauimus reformãdam sententiam, per ea, quæ scribit Ange. consi. clxviij. Visis actis. in fi. Dec. in c. at si clerici. col. iij. uersic. vij. limita. de iud. & hic modus uisus fuit tutior, & amplectendus, cum fisco non præiudicaret; † attento quòd poterat procedi super delicto, de quo in confessione, quod erat diuersum à deducto in denunciatione, & inquisitione, & fieri condemnatio pœnæ ordinariæ, quæ uidebatur fieri non posse in hoc iudicio; sed tantum pœnæ extraordinariæ: & mulieri relinquebatur facultas faciendi suas defensiones, quas non fecerat in primo iudicio, & coram nobis facere non poterat, cum debeamus iudicare in criminalibus ex primis actis secundum statuta, & capitula Præfecti, siue Capitanei iustitiæ, edicta Dominorum Baliæ comprændunt solum ciues, & habitantes in ciuitatem, dicta autẽ mulier est de Casulis, & licet reperta esset in ciuitate, & assereret se cõcubinã Domini Augustini Capaccij, qui est ciuis Senen. & designatus eques Hierosolymitanus, tamen fortè probare potuisset, quòd ipsa nõ habitauerat, nec habitabat in ciuitate, sed quòd dominus Augustinus eam tenebat in concubinã in aliquo castro, uel loco, ubi prędia possidebat, ut plerunque fit, & fortasse etiã in castro Casularum. † Præterea dominus Augustinus gaudebat priuilegijs ecclesiasticis, & si cõcubina clerici non subiacet statutis laicorum, nec potest per iudicem secularem puniri, secundum Ias. in l. cum quædam puella nu. 17. ff. de iur. om. iudi. minus deberet subiacere concubina equitis Hierosolymitani, cum in eo uideatur tollerabilis retentio concubinæ; † Et præterea tanto magis procedere uidebantur in casu proposito, quia non eramus in genere prohibitorum, & in casu, in quo diceretur delictum de iure communi, saltem attenta generaliter consuetudine. uerum est quòd Deci. in ea lege, cum quædam puella, nume. 17. impugnat supra alle. dictum Iason. alia etiam faciebant difficultatem, de quibus dicetur in causa Alexandræ meretricis.

(Margin numbers in left column: 4 at "sco non præiudicaret"; 5 at "stro Casularum"; 6 at "tollerabilis retentio".)

DECISIO XI. ET IN REGISTRO DECIS. LII.

SVMMARIVM.

1 *Executori sententiæ non ostendenti literas executionis, & facto, & uerbo licet resistere, tã de iure communi, quàm ex notoria consuetudine.*

2 *Citatio partis est necessaria in receptione testium, etiam in causa, in qua proceditur sine strepitu, & figura iudicii.*

3 *Attestationes receptæ in causa, in qua proceditur sine strepitu, & figura iudicii, sine iuramento non ualent.*

4 *Secunda eiusdem testis receptio super eodem articulo non requirit iuramentum, quando prima receptio fuit rite & recte facta, immò nec etiam citationes partis, & quando illa fit, ad declarationem prioris dicti.*

5 *Ista proxima conclusio non procedit, quando secunda testis receptio fit ad alium effectum quàm prima, & quando prima fuit nulliter facta, tunc enim requiritur et iuramentum, & citatio partis.*

6 *Testes examinati pro informatione curiæ ad formandam inquisitionem, in termino probatorio debent solenniter examinari.*

COmmissa executione reali, & personali ꝑ debito ciuili, cõtra Nicola. de Tutis per officiales mercatorum, executores Capitanei iustitiæ, Domini Tydei Oldouini Cremonen. de eius mãdato, adeò festinanter iuerunt ad Palatium Montis Osoli distans à Ciuitate Senen. xvj. uel xviij. milia passuũ, & (Agebatur. n. de lucro dicti Capitanei scutorũ 115. in circa ꝑ mercede executionis, quẽ dirictũ appellant) ꝙ literas executionis, quam apodissam grauaminis uocant, non acceperint, ingressi

ingressi fuerũt Palatium, ut bona in executionem caperent, quod passus non fuit Nicolaus, cũ à se requisiti executores, ut literas executionis ostenderent, responderint eas nõ habere, sed breui affuturas.

Ad accusationem unius ex dictis executoribus processit Capitaneus Iustitię contra Nicolaum, quòd executionẽ fieri nõ permiserit, & sic familiam impediuerit, condemnauitque in libris duobus den.

Diximus malè iudicatum, & Nicolaũ ab soluimus, uictumque uictori in expensis condemnauimus.

Pro huius sententiæ iustificatione scien-
1 dum est, † quòd non licuit executoribus non habentibus, nec ostendẽtibus literas executionis parti requirenti, in dictã domum siue Palatium ingredi executionis faciendæ causa, quod procedit tamen iure communi, ut trad. Fely. in c. cum in iure peritus col. j. nu. 2. uer. dicitur in isto tex. de off. deleg. quàm etiã de stilo, & cõsuetudine notoria, unde licet tali casu resistere executoribus. l. prohibitum. C. de iure fisc. lib. x. ubi Bal. in pen. col. uer. iiij. cum simil. facit. l. contumacia. §. fi. ff. de re iud. & non solum uerbis, sed factis, ut dicit Bal. & Ias. post alios in. l. plerique. ff. de in ius uocando.

Hoc præsupposito, constat de manifesta iniustitia sententię primi iudicis, & euidenti iustitia scientiæ nostræ, nam Nicolaus nihil aliud confessus fuit præter id, quod supra narratum est. Per testes nõ fuit probata resistentia punibilis, duo. n. ex ijsdẽ executoribus fuerunt à principio examinati pro informatione curiæ, parte absente, & non citata, quorum unus erat Petrus Martir Notarius, & Nepos ex sorore dicti Capitanei, & tamen non concludebat delictum. i. resistẽtiam factam post ostẽsionem literarum. Posteà fuit bis examinatus, Ginesius famulus filij dicti Nicolai, eo nõ citato, & similiter nõ uidebatur deponere de resistentia punibili. Deinde præsente Nicolato fuerunt repetiti, sed absque iuramento, & Petrus Martir, & Ginesius, & sic depositiones prius factę erant nullæ, quia receptæ absque partis
2 citatione, quæ requiritur etiam, ubi procederetur sine strepitu, & figura iudicij, ut scribit Bart. in extrauag. ad repri. in uersi. figura.
3 Posteriores uerò, † quia receptæ absque iuramento, cum iusiurandum in attestatione requiratur l. iusiurandi. C. de testi. etiam ubi procederetur sine strepitu, & figura iudicij, ut scribit Barto. in loco proximè allega. in uersic. figura col. ij. propè
4 fi. † Nec poterat dici, quòd in secunda depositione non requireretur aliud iuramẽtũ, per ea, quæ arg. illius tex. scribit Bart. Bal. Paul. de Cast. in l. hæredes palàm. §. si quid post uersi. sed etsi notam. ff. de testa. nam id procedit, quando testes fuerant prius rite, & rectè examinati, & posteà repetiti ad simplicem declarationem obscuræ depositionis, quia iuramentum, & citatio prius facta trahitur ad declarationem, cum fiat declaratio, tanquam tunc dictũ fuisset, ut dicit Pau. de Ca. in d. uer-
5 si. sed & si notan. † Secus autem, quando testes iterum examinantur ad alium finẽ arg. tex. in l. qui bona. §. si quis stipulatur ff. de dam. insec. ut declarat Bal. post Glo. in uers. iterum in l. fi. C. de test. Alexan. in d. §. si quis stipulaturus in fi. & in addi. ad Bar. in d. l. hæredes palàm. Felyn. in c. per tuas circa fi. de test. quod in terminis nostris uidetur procedere absque contradictione, cũ prior dispositio nulliter fue-
6 rit recepta, † & ideò, quando pro simplici informatione ad formandam inquisitionem, examinantur testes parte non citata, posteà in termino probatorio solenniter examinentur, ac si nunquàm deposuissent, ut notum est, attenta iuris dispositione, quàm communi usu curiarum.

Præterea nec etiam posteriores attestationes rectè consideranti concludebant (ut uideri possunt) Nicolaum fecisse resistentiam punibilem.

DECISIO XII. IN REGISTRO DECISIO. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata extra instantiam etiam statutariam, est nulla.*

2 *Causæ etiam summariæ habent instantiam, et si illa fuerit inducta à statuto.*

3 *Instantia causarum, in quibus non fit litis contestatio, incipit à primo act. respiciente merita causæ.*

4 *Iudex appellationis potest reformare sententiam nullam.*

5 *Sententia lata perempta instantia, est adeò nulla, quòd per iudicem appellationis reformari non potest, ex quo talis nullitas inficit etiã totum processum.*

6 *Instantia perempta pereunt omnia acta litis ordinatoriæ, respicientia non solum ius positiuum, sed etiam & naturale.*

7 *Iudex appellationis non potest reformare sententia n nullam, quia lata perempta instantia, quia causa ad eum nõ censetur deuoluta.*

8 *Iudex appellationis licet succedat in locũ primi iudicis, tamen non dicitur habere iurisdictionem nisi per deuolutionem, unde perempta instantia corã primo iudice, sicut ille non habet exercitium iurisdictionis, ita iurisdictio ad iudicem superiorem deuolui nõ potest cum non habeat in quo succedat.*

9 *Princeps potest reformare sententiam nullam, latam ex processu nullo, Idem in quolibet inferiore à principe, ut possit sententiam ex nulla ualidam facere, siue confirmare cum causa cognitione, dũmodo ab ea nõ appelletur.*

10 *Simplex iudex appellationis non poterit confirmare, uel reformare sententiam, de qua in præcedenti conclusione.*

11 *Ex processu nullo ex defectu legitimæ citationis, etiam ubi solum fuit præfixus terminus citato ad agendum iuxta l. diffamari, & l. si contendat, iudex appellationis non potest reformare sententiam iudicis à quo.*

PRAECEPERAT Præfectus die 26. Septẽbris Clarissimo Philosopho Hieronymo Marcobindo ad instantiam Helisabet olim uxoris Georgii Marcobindi quòd intra triduum deberet restituisse, & consignasse dictæ mulieri omnem quãtitatem uini, & uuarum collectarum ex uineis hæreditatis dicti Georgii ad ipsam mulierem, uti usufructuariam, pertinentium, & ui ablatarum, & quòd ulterius eam non perturbaret in possessione dictarum uinearum, sub pœna scutorũ uigintiquinq; cum iustificatione, & si senserit se grauatum &c.

Respondit magister Hieronymus die 27. eiusdem Mensis præsente parte, negando uim intulisse, & Die 5. Octobris parte instãte fuit citatus magister Hieronymus ad uidendum fieri productionem articulorum. Die xxij. fuerunt producti articuli. Die 23. Octobris Reus respondit positionibus, Die 2. Decembris, præfectus confirmauit præceptum, & condemnauit magistrum Hieronymum in pœnam præcepti, nisi intra dies 8. relaxaret bona, prout in præcepto, & uictum uictrici in expen. condemnauit.

Diximus sententiam nullam, & uictum uictori in expensis condemnauimus.

1 Nos mouit, † quia fuit lata extra instantiam, & ideò nulla, ut scribunt Doct. in l. properandum in princi. C. de iud. instantia. n. coram Capitaneo Iustitiæ, siue præfecto est 40. dierum præfixorum instan-
2 tiæ, † & causæ etiam quantumcunq; summariæ habent instantiam, ut tradit Ias. post alios in d. l. properandum in prin. in iij. col. Geor. nat. in repe. clem. sæpè, de uerb. sign. in §. fi. colum. xxxiij. cum aliis seq. usque ad finem, etiam ibi dicit, ut pbat in ult. colum. procedere etiam in instantia statuta, cum subrogetur instantiæ
3 iuris communis, † & in causis, in quibus lis nõ contestatur, incipit instantia à primo actu respiciente merita causæ, ut habetur in locis supra alleg. Difficultas solum consistere uidebatur, an posset, seu deberet sententia reformari.

Et uidebatur prima fronte respondẽdum
4 affirmatiuè, † per ea, quæ scribit Bart. in l. si ut proponis. i. col. ii. C. quo. & quan. iud. & in l. si expresim col. pẽ. ff. de app. abb. in c. cum Ioannes in fi. de fide. instr. & in c.

& in c.dilecto colum.ij.de appel.Petr.de Ancha.& Imol.in c.cum dilecti de emp. & uend. Alex.consi.lxxix. Perspectis uer bis, colū.ij.in prin.lib.ij. in quibus locis dicunt præfati Docto. quòd iudex appel lationis potest reformare sententiā nullam. Accedat quod scripsit Alex. consil. cxi.uiso themate, lib.ij.

Quibus non obstantibus contrarium determinauimus in casu proposito, in quo sententia erat nulla, quia lata ex-
5 tra instantiam, † nam quando nullitas inficit non solum ipsam sententiam, sed alia substantialia processus, nō est locus reformationi d.c.cum dilecti, & ibi Abb. in ul.no.post Pet.de Anch.& Io.de Imo. Bald.in l.ij.in.xiiij.q.C. de rescind. uēd. Alexan.in supraallega. consilio. lxxix. & in consilio.liij.Quæritur in pe.& ult. colum. lib.v.dec. consilio. ccccl xxxiij. Pro resolutiōe n.8.in c.in literis circa fi. de offic.deleg. & in rub.extra de appel-
6 li.nu.12.Fel. in d.c.in literis col.fi.† Sed perempta instantia pereunt acta litis or dinatoria.Bartol.in l. cum lite.in prima & secunda col.ff.iud.sol.& in l.properandum.in fin.princip.C.de iud.inter.quę reputantur citationes, ut per Bart.in d.l. cum lite in princip.& sic non solum ordinatoria iuris positiui, sed iuris naturalis.

Et quòd huiusmodi sententia non possit reformari quo ad merita causæ per iudices appellationum, demōstratur apertè,
7 qu a † iudex appellationis succedit in loco primi iudicis, & id facere potest, quod poterat primus iudex. Rota deci.ccclxv. li à diffinitiua circa med. in nouis. Abb. in c.cum Ioannes de fid.instr.col.fi.circa fin.& melius in proposito nostro in c.oli in fi.de exce.Dec.in c.ut debitus, sub nu.
8 8.uer.secundo.ista cōclusio.de app.† nec habet iurisdictionem, nisi per deuolutionem. Guid Pap.decisio.ccccxxxvj.nu.2. Aff ic.decisi.clv.fuit lata.sub nu.3.& idē in effectu decis.v.Quidam de pistoribus. Sed primus iudex perempta instantia, nō habet iurisdictionē, seu exercitium iurisdictionis circa merita causæ, ut scribunt, Docto. in supra alleg.l.properandum in §.illo procul dubio, ergo ad iudicem appellationis deuolui non potest.

Ad adducta in contrarium patet responsio ex supra dictis, quoniam illa procedunt, quando nullitas inficit solū sententiam, non etiam alia substantialia processus.

Nec obst. supra alleg cōsi. Alex. cxi.lib.v. nam in primis responderi potest, quòd ex supra dictis confunditur, & reprobatur, etiam per se ipsum in præalle.cōsi.lxxix. &.liij. secundo, quòd in consi.cxi.non loquitur de reformatione, sed de cōfirmatione, & mouetur per not.in c.i.de con-
9 fir.uti.uel inuti.† quia secundum eūdem ibi nu.13.procedere uidetur in principe, uel ut ipsemet explicat in d.c.i.nu.12.licet iudex possit, tamen iniustè facit.dicit enim; Nam si sententia erat nulla; & confirmatur postea iudicialiter cum causæ cognitione, efficitur ualida, quia secunda sententia, quæ est contra ius partis, trāsit in rem iudicatam, si ab ea non appellatur.

Nos autem dicimus fieri non posse, quod iustè, & honestè non potest fieri.l. nepos
10 proculo.ff. de uerbo.sig. † & tamen dictum Abb.& aliorum non uidetur indistinctè procedere in simplici iudice appel lationis, qui non habet iurisdictionem, nisi per deuolutionem, nam istud dictum limitatur, nisi secunda sententia confirmatoria eodem morbo laboraret, & etiam alio modo, ut trad.Dec.in d.c.i.in fin.& sic concluditur in terminis propositis non debere sententiam reformari. Et ita aliàs iudicauimus in causa uertente inter Antonium de Saracenis, & Ioan
11 nem de Fancesconibus, † in qua fuerat statutus terminus Ioāni ad agēdum iuxta terminos l.diffamari.C.de inge.& ma nu.& l.si cōtendat.ff.de fideiusso. & quia processus primi iudicis fuit nullus, cum Antonius fuisset citatus Senis ad domū, & tamen ipse cum familia ibi non habitabat, sed extra ciuitatem, & sic erat nullitas inficiens processum, diximus sententiam nullam; nec putauimus reformandam, per ea quæ supra dicta sunt, & tamen non agebatur ibi, nisi de assignatione termini ad agendum. Eo autem facilius

Tius in hanc sententiam iuimus, quia causa hæc uertebatur inter hæredem prætendentem etiam iura cuiusdam antiqui fideicommissi, & usufructuariam, nec carebat difficultate, an hæres uim prædictam intulisset, quod ex eo pendebat, an prius usufructuaria possessionem bonorum, de quibus agebatur, accepisse.

FINIS.

REGISTRVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Omnes sunt Duerniones, præter O O, qui est Ternio.


INTER OMNES

A

CONSIL. CRIM. ZIL


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm